Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Chile
Biblioteca

Summa.

D. Thomae

2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECVNDA SECVNDAE PARTIS
Summæ Theologiæ

S. THOMAE DE AQVINO
DOCTORIS ANGELICI,
ORDINIS PRAEDICATORVM.

De eruditissima explicatione propria, & particulari, ad scientiam moralem spectante, hoc est de Virtutibus, & Vitijs, non solum sacrarum literarum studiosis, sed omnibus etiam vitæ sanctimoniæ cultoribus vtilissima.

CVM COMMENTARIIS R. D. D. THOMÆ DE VIO
CAIETANI, CARDINALIS S. XISTI.

Quæ verò tùm in textu, cùm in Commentarijs Quæstionum, & Articulorum continentur, Tres sequentes INDICES aptissimè dilucidant.

Theologorum autem disputantium citationes, sicut in frontispicio totius Summæ apparet, ad maiorem studiosorum commoditatem, nunc diligentissimè
IN LVCEM EDITÆ.

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

VENETIIS, Apud Iuntas. MDLXXXVIII.
Cum licentia Superiorum, ac Priuilegijs.

Franc. Antonij Ciaranfi Cons. Ciij

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN PRIMA SECVNDÆ HABENTVR.

Commentaria Reuerendissimi Cardinalis S. Sisti D. Tho. doctrinam explicantia,

Et Quæstio S. D. De Præscientia, & Prædestinatione.

AD LEONEM DECIMVM PONT. MAX.

THOMÆ DE VIO CAIETANI CARDINALIS S. SIXTI, In Secundæ Secundæ D. Thomæ Aquinatis Commentarios.

PRÆFATIO.

OMNES homines qui ex iniuncto sibi munere in Republica gerenda uersantur (cuiuscumque ordinis illi sint) non priuatis solum, sed publicis etiam pro beneficijs, ad referendam gratiam reddi obnoxios, nemo vnquam sapiens dubitauit. Tanto siquidem fœdere commune bonum particulari bono insertum est, ut illud vnusquisque proprio anteferendum putet, nemoque quod suum est bonum, uel se consequi, uel tueri posse confidat, nisi publicum inde bonum augeatur, & conseruetur.

Ego itaque (quod ad me attinet) tua Leo decime Pontifex maxime, & in rempublicam Christianam, & in meipsum maxima beneficia mecum animo deputans, hæc tibi mea commentaria offerenda nunc censui, non qui hoc pacto parem me tibi gratiam referre nunc arbitrer, sed qui potius grati animi uoluntatem tibi significem, nec sine veneratione debita recolam immensam, cunctisque communem beneficientiæ tuæ vim. Tu quidem beatissime pater, statim ut pontifex factus es, perniciosum illud uniuersalis Ecclesiæ scisma, quod sub Iulio secundo eruperat, tua bonitate ac prouidentia ita funditus excidisti, ut hoc immortali beneficio christianos omnes facile tibi deuinxeris. Neque uero tuæ satis fuit magnanimitati, pestilens hoc malum, quod tempestate nostra ecclesiæ incubuerat, summouisse, nisi etiam futuris sæculis e sublimi ista sedis Apostolicæ specula longe prospiciens, radicem quoque gignendis in posterum scimatibus ac fomenta etiam quibus alerentur ac viuerent, aboleres. Nam cum præteritarum rerum experientia satis nos doceret, graues ac periculosas ecclesiæ dissensiones inde ortas quidem fuisse, quòd quidem nimis impie arroganterque ausi authoritatem synodi supra maiestatem pontificis efferebant, alimenta uero ac fomenta quo diutius perdurarent, ab ea quam pragmaticam uocant, sanctione sumpsisse, quamque ueluti perpetuum quoddam scisma Ecclesiæ aduersam, sedique Apostolicæ semper emulam, multi quondam alioqui clari magnanimique Pontifices ardenti studio abolere, sed incassum conati sunt, tu tamen vtrumque malum, Beatissime pater, de medio facile sustulisti. dum Lateranensi approbante Concilio, ipse Sanctorum patrum dogma sectatus, omni iam disceptatione de synodi, ac Ponteficis imparitate sublata, sedis Apostolicæ authoritatem supra synodum statuendam esse tanta firmitate sanxisti, ut Lateranensis ipsa synodus ueterum Conciliorum uestigia imitari, ac se Pontificiæ authoritati subditam esse confiteri non erubuerit, dumque in eodem Concilio, pragmatica sanctione extincta, integrum sedi Apostolicæ ius suum restituisti. Quibus honestis magnanimisque incæptis ad optatum finem perductis, uere Leo fortissimus, Ecclesiæ sanctæ filijs, tuisq; a Deo catulis, solidam tranquillitatem, quantumcumque in te fuit, pacem etiam venturis sæculis stabilisti.

Quantum uero cuncti professores eorum ordinum qui religiosi uocantur, bonitati tuæ charitatique debeamus, iam ipse testis facundissimus esse possum. Etenim cum illorum ordinum priuilegia, quibus decus & immunitas continetur, quidam uel pessumdare, uel saltem labefactare anniteretur, tu tamen solus ingenua bonitate, atq; authoritatis robore obluctãdo, patrẽ te nobis omnibus, patronũ, protectoremq. benignissimum præbuisti. Quid enim dicam, q̃ ea liberalitate, ac munificentia literatos omnes doctosq; homines protegendos susceperis, ut disciplinarum omnium professores ac studiosos viros, tum collatis muneribus iam ornaueris, tũ ad benesperandum de benignitate tua erexeris? Mihi autem, ut omissis alijs me inspiciam, tametsi uel ecclesiasticæ militiæ sacramento, uel sacri ordinis professionẽ ac magisterio, uel assiduo literarum studio, nullum tuorum tot beneficiorum a me alienum esse cognoscerem, sed ea potius hubertim me accepisse sentirem, proxime cumulus hic tuæ benignitatis maximus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſplendidiſſimuſq; acceſſit, quòd me nullius interuentus fauore, nullis intermedijs præcibus, nullis denique beneficijs prouocatus, ſed ipſe ingenuæ tui animi bonitate adductus, in ſacrum cardinalium ordinem cooptaſti, rem ſane admiratione magna digniſſimam, totoque orbe terrarum memorabilem, tempeſtate noſtra aggreſſus, ut quam optimates viri dignitatem, quam principes ac reges prouinciarum ſummo ſtudio & contentione uel ſibi uel ſuis aſſequi ſuppliciter elaborant, tu mihi eam nec petenti quidem nec ſperanti, vixque adeo cogitanti, ſponte tua contuleris. Ne itaque in tuum domini mei conſpectum omni ueneratione digniſſimum vacuis manibus, ut a ſymbolis ingratuſque venirem, quæ proximis annis, in ſecundam ſecundæ Diui Thomæ Aquinatis partem commentaria elucubraui, tibi nunc dedicanda, tuique numinis præſidio publicanda conſtitui. Quæ ſi uel nulla in me tua ſeorſum beneficia tanta extarent, tibi tamen iure optimo debebantur, quia cum tu & ſummi regis & ſacerdotis maximi dignitate fungaris, doctrinæ moralis commentaria pro tua bonitate, ac ſapientia nequaquam a tua ditione aliena ductturus fueras. Moralis enim doctrinæ inſtrumento Eccleſiæ ſanctæ regnum efflorescere ac decorari oportet, ſub eo præſertim Pontifice, qui temere non debet, ne cum alijs prædicauerit ipſe reprobus habeatur, cum ea quæ in Ethicis præceptionibus tradita, ſuis auſpicijs publicantur, ipſe uitæ ſuæ exemplo ſancire & comprobare uideatur. Neque enim latere quemquam exiſtimo, te inde ab adoleſcente ætate, cum aliarum uirtutum, tum præcipue liberalitatis & continentiæ normam cunctis propoſitum claruiſſe. Iam uero quàm altis radicibus fides, ſpes, charitas pectori tuo inſitæ ſemper fuerint, quæque ad eas tuendas conſeruandasque virtutes maxime neceſſaria eſt ingenua fortitudo, plane tunc omnibus oſtendiſti, cum periculoſis Reipublicæ Chriſtianæ temporibus, Eccleſiæ Romanæ Legatus ampliſſimus, contra telorum turbines bellicaque tormenta, pulſis prope omnibus, ipſe imperterritus perſtiticſti. Moxque ad maiorem (vt puto) uirtutis tuæ probationem, inclinatis rebus alienæ poteſtatis iam factus, nullis tamen expugnari machinis, nullis abduci terroribus ab integro eccleſiæ corpore, ad diuulſas partes potuiſti. Quæ cum animo reputamus, Dei prouidentia factum cognoſcimus, ut tu Pontifex Eccleſiæ ſanctæ præficereris, qui (ut Apoſtoli verbis vtar) per omnia tentatus, compati laborantibus ſcires, & quas antea meditatus virtutes fueras, authoritate potentiaque ſuffultus, multo nunc vberius, multoque felicius propagares, id quod inaudita & ineffabilis illa clementia, qua capiti tuo inſidiato homines conſeruaſti plane teſtata eſt. Tibi profectò tuæque ſanctiſſimæ poteſtati ualde conueniens, ut ſicut Dei maximi uices inter nos geris, ita cæteris mortalibus ea præſtes uirtute, qua homines quantum mortalibus licet, Deo maximo optimo ſimiles fiunt. Cæterum tuæ laudes longioris ſubſellij tempus expoſcunt. Quod uero ad inſtitutam rem pertinet, non modo Pontificiæ maieſtatis nomine, cuius eſt officium ſummouere ſceleva, ac uirtutes inſerere, ſed tuo ipſius etiam nomine qui uirtutes colis ſemperque coluiſti, decenter tibi noſtra hæc commentaria dedicantur, in quibus de vitijs ac uirtutibus diſputationes pulcherrimæ proponuntur. Quæ tamen hac mente omnes a me tibi nunc dedicari intelligant, ut quæcumque hic uel vſquam alibi a me ſcripta ſint, Apoſtolatus tui iudicio (cui ſunt iure ſubdita) ſubſternantur. Accipe igitur Beatiſſime pater de manu tibi dediticſſime creaturæ munuſculum, grati animi alacritate conditum, atque in eo accipiendo Dei maximi (cuius tu uicem inter nos geris) benignitatem quæſo in animum tuum reuoca: hic enim cum pingues tauros ac arietes immolari ante ſe cerneret, duo tamen minuta de manu pauperis mulierculæ in gazophylacium templi miſſa non reſpuit. Aeternum uale pater beatiſſime.

PRAEFATIO VENERABILIS PATRIS FRATRIS BARTHOLOMÆI DE SPINA PISANI, ordinis Prædicatorum, in commendationem ſequentium operum & authorum.

NVnquam deſtitit Summus ille Opifex rerum ac naturæ conditor, labenti ſua ſponte ſæculo, manum dare, ac humano generi bonitatis ſapientiæque fuga de generi duces præordinare, qui iuſtitiæ normam verbo doceant, factis præmonſtrent, ſapientiæ quoque illuſtratione ſubductis tenebris cuncta perfundant. Sic affatim manifeſtatur diuinæ ſapientiæ, potentiæ, clementiæ, iuſtitiæ, ac cæterum, quæ numero pondereque infinitæ ſunt perfectionum magnificentia, dum decentiſſimo ordine infima per media, & horum quæ infimioris naturæ ſunt, per ea quæ ſummo proprius hærent, in ſuos quæque diriguntur fines. Et non ſolum vt ſint plurima, uerum ut & cauſæ ſint eis primus ille actus clementer indulſit, atque unicuique quæ ſua ſunt, iuxta propriæ cuiuſque celſitudinem, perquàm ſuauiter ac potenter diſtribuit. Sic ſane & ſupernorum illorum ſpiritoum dignitas ac præſtantia, noſtris his in partibus, licet non omnino da ſimilitudine clareſcit. Quòd enim ſuperiores ac qui Deo optimo maximo viciniores ſunt ſpiritus, ſicut natura ſic & gratia cæteris præſtantiores, inferioris purgant, illuminant, & ut diuinam circa nos voluntatem adimpleant, de altioribus inſtruunt & informant, hoc ipſum inquam (quod factu digniſſimum eſt, cogitatuque admirabile) infirma quadam ſpecie repreſentat, inferioris huius uitæ hominum ſtatus. Vbi nonnulli ſingulis temporum uiciſſitudinibus a Deo conſtituti ſunt principes ac rectores, qui cæteros quoſque nedum gratia ſapientiaque præcellant, ſed etiam Dei zelo acti, præpotenti quadã uirtute ad diuinas una ſecum participationes attollant. Hinc namque patrum patres, ac humani generis Patriarchę, primo illo tempore quo naturali tantummodo præeunte lumine homines ferebantur in Deum, fulſerunt. Loco quorum ſcripta lege, ſurrexerunt uidentes ac ſacri ſtaminès, qui diuina eloquia rudi populo pãderent, ſimulque ad cœleſtium præceptorum obſeruationem inducerent. Subinde gratiarum ac donorum largitatis temporibus, a Duce noſtro Chriſto IESV, omnium bonorum ac totius beatitudinis authore, electi ſunt diuini uerbi præcones Apoſtoli quaſi ſemidei, qui poſt ſui principis in cœlum conſcenſum, diuinorum eloquiorum ſignorumque potentia, vniuerſum orbem, ſanctiſſimæ fidei ſubegerunt iugo. Nec defuerunt, qui ſucceſſu temporis, horum a Deo dati ſint etiam ſucceſſores, doctores (inquam) atque paſtores Eccleſiæ ſanctæ, quales Dionyſius, Athanaſius, Hylarius, Ambroſius, Auguſtinus, Hieronymus, Gregorius ac innumera huiuſcemodi luminaria fulgentiſſima, qui ſanctitatis eximiæ potentiſſimum exemplar populo ſancti, micantiſſimo etiam quo reſplendebant ſapientiæ lumine, beatitudinis tramite innumeris ſcripturarum ſuarum uoluminibus reſerato, filijs Dei ſalutis æternę miniſtri operoſiſſimi effecti ſunt. Ad demum quo maior vitiorum illuuies frigeſcente charitate, maior itidem ignorantiæ rubigo mundum inuaſerat, eo maiore (ut ita dixerim) ſe ſummus omnium parens accinxit robore, vt virtutum oĩum ſpecimen uiuaciſſimum, ſumenq; copioſius mundo offenderet, dum ueluti Sol Thomas Aquinas emicuit, charitatis feruore, ſapientiæque ſplendore maximo Eccleſiam Dei fouens & illuſtrans. Cur enim non ille doctorum oĩum ſanctiſſimus cenſeatur, qui innocentiſſimam ac mundiſſimã ſic vitam duxit, ut virginali lilio inſignitus, cuiuſcumq; ẽt mortalis criminis immunis ſemper extiterit, ac in ſchola uirtutum indefeſſe exercitatus, ſummũ conſcenderit perfectionis apicem? Cur non (inquã) ille ſanctiſſimus oĩum ore celebretur, cuius ſic mens Deo firmiter adhærebat, vt a ſenſibus inter orandum ſæpe, ſpiritum ad alta tendentem, ſequeretur, immo ab eodẽ ſpiritu, perfecto dãno potentiq; virtute traheretur & corpus? Cuius præcelſæ ſanctitudinis gratia nutu Dei factũ eſt, vt inter omnes Eccleſiæ doctores, Sancti denominatione, ab his etiam qui doctrinæ eius in aliquibus (ex hoc imperiti) aduerſantur, antonomaſice uocitetur, dum inter diſputandum legẽdum ve doctores dicere cõſueuerunt. Hæc eſt ſancti Doctoris ſententia, vel ſic tenuit ſanctus doctor. His enim ſimilibusque notis, quiſque ſtatim D. Thomam cognominari cognoſcit. Sapientiam quoque illius, qui non admiratur aut extollit, non niſi ſapientia ieiunis eſt, uel certe inuidens ac maligus. Sole namque iſto ſuborto omnes errorum ac hereſum umbræ, a ſanctæ matris Eccleſiæ facie protinus effugatæ ſunt. Quicquid dubietatis, quicquid ſcrupuli ſatore diabolo pullulat in Eccleſia, Thoma iudice conſtituto, confeſtim diſſoluitur ac uaneſcit. Omne per Thomam Eccleſiaſticum dogma firmatur, roboratæque ſanctiores perſiſtunt. Quis æuo noſtro, immo quis poſt Solis huius ortum optimus Logicus, Philoſophus, Theologus euaſit, qui non D. Thomæ firmiſſimæ ſapientiæ auxilium imploraueritt? Quiſnam doctus aut facundus concionator ambonem aſcendit, qui non a Thoma mutuet, quæ populum erudiant ac inflamment? Quis cathedram venerandus doctor inſedit, cui non Thomas (ſi tamen vera doceat) ſapientiæ certitudinem ſubminiſtret? Quis denique ſcolaſticum certamen adoritur, qui non ſe prius Thomæ armis accinxerit? Nec immerito quidem. Cuius namque ſapientiam Chriſtus per ſe approbat, beatiſſima Virgo collaudat, Petrus & Paulus edocent & commendant, vniuerſitas pariſina miris effert præconijs ſummus antiſtes Vrbanus ſectandam propponit, & ampliandam præcipit, quis non veneretur, amplexetur, extollat? Pijs loquor auribus, quibus ſupernaturalia, nouataque miracula, veridicis nihilominus aſtructa textibus & ab Eccleſia celebrata, nedum non deſipiunt, ſed obiectamento ſunt, Roburque afferunt veritati. Orauti, ſupplicateque

Universidad de Deusto
Biblioteca

iterque deprecanti Thomæ ante crucifixi imaginem, vt de suæ doctrinæ soliditate certior fieri mereretur, voce patenti per os imaginis nonnullis fratribus, qui Diuum doctorem orantem obseruare consueuerant audientibus, respondit Christus. BENE SCRIPSISTI DE ME TOMA. Hoc ipsum alias Beatissima Virgo per os itidem suæ imaginis, qua coram Sanctus orabat apertissime protestata est Beatissimi. item, senatus Apostolici principes Petrus & Paulus de passu dubio prophetæ, eundem plenius personaliter instruxerunt. Et per seipsum aliàs Paulus (vt fratri in spiritu rapto uidere audireque concessum est) eidem D. Thomæ percunctanti, si in Epistolis suis clarum habuerit intellectum respondit. Quantum queat humanus capere intuitus. Pluribusque alijs diuinis reuelationibus dum adhuc in humanis ageret, quod nosse cupierat de doctrinæ suæ firmitate, quam & in scriptis redegerat, assecutus est. Sed denique post eius fœlicem ad superos transitum, ab vniuersitate Parisina, dum lucidissimis syderibus esset coronata, tam celsæ laudis est cumulis ob sanctitatem atque sapientiam eximiam glorificatus, vt omne pene genus modumque commendationis excedat, simul ac per patentes literas explodens articulorum quorumlibet Sancti Thomæ doctrinæ velin modico aduersantium assertionem. Innocentius quoque S. R Ecclesiæ præsul, Diuum hunc doctorem in eo sermone quē inipsius præconijs edidit, in sapientia Salomoni prætulit, ac eius doctrinam præcunctis post canonicam commendabilem approbauit. Vrbanus denique & is Summus antistes, doctorem hunc angelicum miris effert laudibus, eiusdem sapientiam ac doctrinam nedum approbans & confirmans vti de cælo lapsam, verum & vniuersitati Tholosanæ præcipiens, vt eandem sectentur, & studeant pro viribus ampliare. Vnde factum est, vt tot laudum titulis sublimatus Doctor hic sanctissimus, meritissime lumen Ecclesiæ peculiariter appelletur, & is idem etiam præcunctis doctoribus haud iniuria nominetur doctor Angelicus. Angelus quippe fuit hic in terra innocentissima vita, ingenij ac intellectus altitudine, vt hisipsis excellentiæ gradibus quosque transcenderet positus in sublimi. Lumen item Ecclesiæ fulgentissimum extitit, ad cuius præsentiam pulso nunc ab ea hæresum omnium cæco nubilo, fœciliter eidem liceat domino deseruire. Nec tamen mirum, si splendori huic, tenebræ se opponant, ac eundem impugnare contendant. Humana quippe conditio, infœlicitati non modicum est obnoxia ex prima corruptione peccati. Quo sane factum est, vt semper veritas & itidem bonitas paucos habuerint possessores. Neque tamen sanctissimi huius doctoris aliquid suæ gloriæ deperit in hoc etiam nostræ peregrinationis tempore ob quorumlibet, etsi aduersantium infestationem. Quinimmo veluti per ignem probatum aurum, sapientia illius ab insipientibus ex hoc impugnata, præualens, eminus fulget, eiusdemque doctoris sanctissimi omnifariam cumulata celebritas, dum a multis validissime defensatur, creuit in immensum. Sed & oppugnationis huius ratio in oppugnati gloriam cedit. Apud clarissimos siquidem viros innotuit hoc ipsum ex sapientiæ illius eminentia sumpsisse originem. Tam celsam quippe doctrinæ illius sedem obtinuit, vt non nisi ab eleuatissimis ingenijs, acutissimisque luminibus valeat penetrari. Quo fit vt hi qui vel se sibi credant tantummodo, vel interioris prospectus viuacitate priuantur, dum excelsum hoc sydus sit eis inaccessibile, in ipsum quasi canes in lunam ad vesaniæ suæ manifestationem, ineptos latratus emittant. Quos tamen diuina bonitas iuxta sapientiæ suæ ordinem prouidens ad viam veritatis reuocare, duces delegit alios, qui Thomæ spiritu quasi subsistant, & aduersantium oppugnationes, inanes, ac a doctissimorum conspectu merito expellendas esse patenter ostendant.

Quorum Thomas Caietanus, postremus quidem tempore, sapientia vero ac vitæ splendore, his diebus nulli forte secundus, a domino quasi viuens Aquinatis imago suscitatus est. Viri huius singularissimi, præconia prosequi, eius compellunt merita, inducit monumentum perpetuum quo ad imitandum trahantur posteri, excusat iniuictæ correctionis occasio, non accusat vel minimæ adulationis nota, apud illos præcipue qui castigatissimam eius mentem norint. Suæ quippe vulgatæ laudis prolocutores, graues sibi potius ac molestos reputat, quàm uel in modico eis arridear sereno vultu. Et hoc ipsum commendatione dignissimum est, & ab elegantissimi animi eius innata bonitate procedit. Namque animam bonam illum a domino sortitum esse (si naturalia iungamus actibus ex quibus virtutum habitus innotescunt) ingenij eius perspicacitas, cui & ab ipsis pene cunabulis indefesse vigilantissimo studio fœcundauit, cunctis sæculis patefecit. Sed nec ei quam indidit elegantiæ, nec desiderio ac auiditati discendi, defuit altissimus, omnia inquam ad sapientiæ studium extrinsecus conferentia subministrans. Sacræ nempe prędicatorum religionis, non nisi sapientiam toto orbe resonantis instituto, iuuenis admodum, Deo initiatus, dum haud quaquàm segniter virtutum actibus indipiscendisque literis se totum impenderet, præceptorem eiusdem professionis æuo illo Philosophorum ac Theologorum sapientissimum, Valentinum Perosia oriundum eidem dominus præparauit, sub cuius magisterio breui dierum spatio sic harum scientiarum assecutus est apicem ac culmen conscendit, ut id adolescens adipisceretur honoris quod non nisi veterani milites vix reportant. Nempe cui Metaphysices publica lectura in florentissimo Patauino gymnasio, sic demandata est, ut cum illo concurreret, Trombetta inquam viro tempestate illa non vulgari, qui plus temporis lectaram hanc prosequendo consumpserat quàm hic ætatis. Quantæ autem tum fuerit non dico expectationis, sed veluti is a quo nil eminentius expectari queat admirationis apud sapientum inibi demorantium corona, eorum qui adhuc superstites sunt prædicant uoces, dum crebras referunt in scholastica palestra illius victorias, ita ut in proxima patria Venetiarumque Ciuitatum omnium elegantissima, quasi de cœlo lapsi numinis eius gloria resonaret. Protestatur idipsum sapientia eius in de Ente & Essentia diui Thomæ opusculum eo tempore scriptis commendata. In quo etiam hoc ipsum admirari licet, quod in doctoris Angelici laudes ingeminatur, uniformitas dico, tum sensus tum dictaminis, iuuenis admodum, dum & ille esset cum in sententias scripsit, & eiusdem immatura dictantis ætate. In stilo siquidem, in ordine ac rata quadam docendi viuacitate, subtilitate etiā ac altitudine sensus, etiā uiri huius celebratissimi scripta quæ adolescēs edidit,

edidit, alijs in prouectiori ab eo discussis ætate si conferantur, eadem esse putabuntur. Sed haud quaquàm vana opinio. Neque enim annorum defectus prohibuit, quin sauum sapientiæ purissimum suggereret punodum, præfati ordinis Summo capite ei demandante prouintiam, vt veritatis defensorem pro more se cunctis offerret, Ferrariam concessit. Die igitur constituta in campum procedens, cum celebratissimo illo scientiarum omnium velut armario capacissimo, Ioanne Pico Mirandula congressus est. Quàm fœlici fato diea illa donata est, vt iuuenes duo robustissimi sese pro veritate impeterent, qui cum ætate tum animi elegantia, interiorisque luminis ac sapientiæ plenitudine, moribus etiam haud dissimiles erant: sed nec professione demum. Picus enim (tametsi morti occurrens) sacrum & ipse Prædicatorum ordinem est professus. Viriliter igitur die illo dum vtrinque decertaretur, tantum gloriæ Thomas (absque tamen concertantis iniuria) consecutus est, vt coram Illustrissimo Ferrariæ Duce Hercule ac toto sapientum Senatu, & innumera populi circunstantis ac stupentis frequentia, ab sui ordinis Generali moderatore Ioachino Turriano Veneto, viro prestantissimo consedente, mox coram accitus, proprium quo caput tegebat biretum, magistrij infulam, capiti Thomæ imposuerit, cunctisque applaudentibus, sed & eodem quoque Mirandulæ comite plurimum collaudante, sacræ illum Theologiæ magistrum creauerit. Inde post crebras in scholastica palestra victorias, quas cum a patribus congregationis Lombardiæ, cum quibus vitam ducebat virtutibus claram, vocatus esset ad generales eorum conuentus, assecutus est, Veronæ inquàm, Bergomi, Brixię, Mantuę, Mediolani, Papię (quo & loco solenni lectura libri de Cœlo ab Ludouico Mediolan. olim Duce honoratus est) in Italia est eius gloria sic diffusa, ut abiret per ora omnium rarissima laude. Edidit nihilominus his temporibus quę moquam D. Thomas intactam reliquit morte prequentus. Commentaria quoque in Isagogas Porphyrij, in Prędicamenta, ac Analytica Stagyritę: opus de analogia nominum. Quæstiones tum de infinitate primi motoris, tum de subiecto Physicæ, aliaq; nonnulla notatu dignissima. Subinde Romæ post celeberrimam disputationem in qua ipse coram pluribus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus miraculo fuit, a Reuerendissimo præfati ordinis Generali præsule Magistro Vincentio Bandello, viro morum præstantia sapientiæq; plenitudine famigeratissimo, de consensu eiusdem ordinis senatus, tempore illo Romæ congregati, vniuersalis Procurator nostrę totius religionis in Romana curia cōstitutus est. In qua quidem curia totaq; vrbe sic celebris suis virtutibus exposcentibus apud omnes euasit, ut mox primus inter doctissimos facile censeretur. Literarijs quippe concertationibus, publico legendi munere, aditionibus etiam tum in primam Summæ D. Thomę partem, tum in librum de Anima, nonnullis etiam doctissimis Opusculis ipso interim eminentissimam sapiētiam mundo diffundente, ipsa Romana curia quasi nouæ lucis subace radiabat, Eidem quoque plurimum decoris, & claritatis attulit sanctitatis fama, non vanitati sed veritati subuixa. Cum enim semper fuerit ab omni nota criminis alienus, tum Romæ speciali munere virtutum omnium se specimen præmonstrauit. Sicq; actū est, vt iuuenis adhuc (neque enim quadragesimum excesserat ætatis annum) Generalis totius ordinis Magister in alia synodo, mortuo Bandello, Romæ congregata, electus sit. Qua consensa sede, ad reformationem eiusdem ordinis aspirans, ac in breui pro parte uoti compos effectus, quem continuatis speculationibus conspeximus semper intentum, in regiminis quoque prudentia officiosissimum se ostendit. Neque enim cuiæ pastoralis speculatio ipsa, neqae speculationi, gregis custodia, etsi grauissima, fuit impedimento. Quod diuinum equidem munus extitit quam rarissimum. Interim nanque, & commentaria in duas medias edidit Summæ S. Thomæ partes (primam dico, ac secundam secundæ) quatenus & in practicis, ac morabibus scientijs, postquam speculatiua discusserat, sapientiæ ac bene viuendi lumen exteris esset efficacissimum. Opuscula item alia quā plurima ex hoc sapientiæ fonte sub his temporibus emanarunt, sed præ alijs duo illa de potestate Papæ ac Cōcilij impetuosissima virtute sic effluxerunt, ut per hæc ipsa dissidium quod in ecclesia, iuuidia Diaboli, eo pernitiosius quo spiritualius exortum fuerat, uires amiserit. In quibus etiam libellis id plurimum admirari fas est, quòd eum quem Philosophum ac Theologum excellentissimum omnes venerabantur, nunc legum etiam aduersant peritissimum, immo tantæ celebritatis, vt hi qui in orbe primi vtriusque iuris principes habebātur eius sapientiæ cedere sint coacti. Sicque potissima causa fuit dissolutionis, extremæque annullationis iniqui illius conciliabuli quod defæduit etiamnum patriam nostram infælicissimam, de Sancta Ecclesia in hoc etiā benemeritam quòd nō diu sustinuerunt iniquitatem Pisani ciues, sed armis a suis finibus pepulerunt scismatis authores, quos inuiti ad tempus tulerant. Celeberrimum hunc igitur virum, cardineo cetu ex his clarissimis actibus & virtutibus dignissimum, tum Summi Pontificis Iulij iusto desiderio, quinimmo sirua determinatione mentis, tum etiam totius populi, cui & Pontificis propositum innotuerat voce, ex multo fuit temporis culmine, quod ex multis annis sua merita deposcebant. Cui & ipse gloriam pileo cumulauit, dum nouo sydere sactatum fulget collegium. In cuius etiam solij consensu, id potissimum suæ gloriæ præstat incremētum, quòd non fauore secularium principum ex cognatione vel quacumque necessitudine conquisito, nō tamen ac infælici obsequio Prælatorum (vt toti cutiæ notum erat) non denique auri vendicatione thronum hunc ascendit, sed Domini sabaoth electione sola, qui fulgentissimam noluit diu lucernam sub modio latitare, sed supereminentissimæ sedis candelabrum ut totum mundum illuminet, exaltauit. Quis enim (ut de simonaico consensu paululum immoratus loquar) quis inquam audeat viro tante frugalitatis, notam hanc inurere? qui ex nulla literarum gratiarumue concessione, ex quo totius nostri ordinis habenas moderatus est, uel minimum obolum requisiuit, vel etiam accepauit, sed neque passus itidem unquam est suorum familiarium quemquam cuiusuis scripturæ occasione, muneris quicquam suscipere? Quinimmo cartam, ceram, capsulas etiam suis patentibus literis appendendas, suis & scriptoribus constituta stipendia, ex antiquitus ab ordine

Cent-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Generalibus Magistris contributione statuta, qua contentus erat, in humilitate (vt decet virum religiosum) integerrimam vitam ducens prudenter prouidebat. Quo & contigit cum ipsum cum primo Cardinalis creatus est, apud se habere, non nisi 55. aureos suæ præfatæ prouisionis, quæ quælibet Prouincia ordinis, annis singulis quotum pecuniarum quæ in summa ad aureos 500. non ascendit, ad eiusdem Reuerendissimi Generalis suorumque in officio sociorum sustentationem conferre tenetur. Hoc ipsum eam ob causam serio libuit recensere, vt malignorum veritate hac obtundantur ora, qui nec credere se posse dicunt, in plurimorum & hunc virum non esse delapsum. Et ut ex his etiam omnibus innotescat, quanta sit laude dignus, qui post aurum non abijt, nec sperauit in pecuniæ thesauris, qui similem sapiens se inuenire posse quasi diffidit, summaque prædicari efferendum laude. Nullo igitur sinistro in pulsu motus Leo summus antistes, virum hunc dignissimum in fratrem assumpsit, sed sanctæ matris Ecclesiæ sibi diuinitus delegatæ consulens gloriæ, consulens & saluti. Cui mox ob eximias ac insignes animi sui dotes, maximam & quæ totius Christiani populi salutem concernat prouintiam delegauit, dum eundem de suo latere ad serenissimum Christianæ Reipu. Imperatorem ob componendam inter Christicolarum Reges ac principes pacem, eosdemque animandos in fidei sanctæ cruentissimos hostes summus antistes destinauit legatum. Vtrosq; eidem Sanctæ matri Ecclesiæ diu superstites esse faciat author vitæ, ac perhennis fœlicitatis obiectum, ut magis Iudæis appareat gloriosus, dum a se inspiratam doctrinam per D. Thomam mundo effusam, alter hic Tho. fulgidiorem reddit explanationibus suis. Quod quidem cum in alijs pluribus tum maxime in hoc Secundæ Secundæ celeberrimo Libro, omnibus exploratissimum esse potest. Ausim pace omnium, ausim profecto id in hunc Librum laudis afferre, quòd nec plene ab vllo viuente laudari queat. Neque enim post Sacras literas liber alius huic præstat vtilitate vel gratia, immo qui cæteros in alijs suis operibus superauerat sei ipsum, in hoc vicit Angelicus doctor. Patefacta nanque cæli via est, via inquam virtutum, quas indulgentissimus omnium pater, animis quos ad se pertrahit, gratis infundit, gratius & conseruat. Latæ quoque mortiferæ illius, ad interitumque ducentis semitæ, gratis asperitas, patentes abyssi, horrenda præcipitia, crudeles hostium implacabilium occursus, sic omnium obtutibus clarissime sub uno conspicienda præcauendaque proponuntur intuitu, vt hi cautummodo illuc iter ditigant, qui ab hoc lumine se subducunt. Omnibus item inuiolabilis regula bene beateque viuendi iuxta cuiusque conditionem & statum, sic per huius Libri sapientiam est præfixa, ut non nisi qui splendore isto non perfunduntur ostendant, & eo præcipue hunc interprete, tantique thesauri de cælo demissi veluti dispensatore, per sua hæc præclarissima commentaria Thoma altero constituto, qui Libri huius latissimum intellectum aperiens, quæstiones insuper non minus necessarias & utiles quam peregrinas, subtilissime formans atque dissoluens, errores item subortos præpotenter elidens, luculentissimam veritatem sic pandit omnibus gratiose, ut merito quisque in vtriusque principis laudem prorumpens decantare possit. Quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi Luna plena in diebus suis lucent, & quasi Sol refulgens, sic hi effulgent in templo Dei.

SECVNDAE SECVNDAE
DIVI THOMAE AQVINATIS
QVAESTIONVM ET ARTICVLORVM

INDEX.

QVAESTIO PRIMA.

De uirtutibus & uitijs in speciali
Et primo de uirtutibus theologicis
Et primo de fide quantum ad eius obiectum

1 *Vtrum obiectum fidei sit veritas prima*
2 *Vtrum obiectum fidei sit aliquid complexum uel incomplexum, idest res aut enuntiabile*
3 *Vtrum fidei possit subesse falsum*
4 *Vtrum obiectum fidei possit esse aliquid visum*
5 *Vtrum possit esse aliquid scitum*
6 *Vtrum credibilia debeant distingui p certos articulos*
7 *Vtrũ ijdẽ articuli subsint fidei secundum oẽ tempus*
8 *De numero articulorum*
9 *De modo tradendi articulos in symbolo*
10 *Ad quem pertineat constituere symbolum fidei*

QVAESTIO II.

De fide quantum ad actum eius interiorem qui est credere.

1 *Quid sit credere, quod est actus interior fidei*
2 *Quot modis dicatur*
3 *Vtrum credere aliquid supra rationem naturalem sit necessarium ad salutem*
4 *Vtrum credere ea ad qua ratio naturalis pernenire potest sit necessarium*
5 *Vtrum sit necessarium ad salutem credere aliqua explicite*
6 *Vtrum ad credẽdũ explicite oẽs teneãtur æqualiter*
7 *Vtrum habere fidem explicitam de Christo semper sit necessarium ad salutem*
8 *Vtrũ credere Trinitatem explicite sit de necessitate salutis*
9 *Vtrum actus fidei sit meritorius*
10 *Vtrum ratio humana diminuat meritum fidei*

QVAESTIO III.

De fide quãtũ ad actum eius exteriorẽ qui est confiteri.

1 *Vtrum confessio sit actus fidei*
2 *Vtrum confessio sit necessaria ad salutem*

QVAESTIO IIII.

De fide quantum ad ipsum habitum fidei, & quantum ad ipsam fidem.

1 *Quid sit fides*
2 *In qua ui anima sit sicut in subiecto*
3 *Vtrum forma eius sit charitas*
4 *Vtrum eadẽ numero sit fides & formata & informis*
5 *Vtrum fides sit uirtus*
6 *Vtrum sit una uirtus*
7 *De ordine eius ad alias uirtutes*
8 *De comparatione certitudinis eius ad certitudinem uirtutum intellectualium*

QVAESTIO V.

De habitu fidei quantum ad habentes ipsam

1 *Vtrum angelus aut homo in sui prima conditione habuerit fidem*
2 *Vtrum Dæmones habeant fidem*
3 *Vtrum hæretici errantes in uno articulo fidei habeãt fidem de alijs articulis*
4 *Vtrum fidẽ habentiũ unus alio hẽat maiorem fidem*

QVAESTIO VI.

De habitu fidei quantum ad eius causam.

1 *Vtrum fides sit homini infusa a Deo*
2 *Vtrum fides informis sit donum*

QVAESTIO VII.

De ipsa fide quantum ad suos effectus.

1 *Vtrum timor sit effectus fidei*
2 *Vtrum purificatio cordis sit effectus fidei*

QVAESTIO VIII.

De correspondentibus uirtuti fidei. Et primo de dono intellectus.

1 *Vtrum intellectus sit donum spiritusanctti*
2 *Vtrum possit simul esse in eodem cum fide*
3 *Vtrum intellectus qui est donum sit speculatiuus tantum uel etiam practicus*
4 *Vtrum oẽs q sunt in gratia hãt donum intellectus*
5 *Vtrum hoc donum inueniat in aliquis a sque gratia*
6 *Quomodo se habeat donum intellectus ad alia dona*
7 *Quæ beatitudinem respondeat dono intellectus*
8 *Vtrum in fructibus fides respondeat dono intellectus*

QVAESTIO IX.

De correspondẽtijs uirtuti fidei quãtũ ad donũ scientiæ.

1 *Vtrum scientia sit donum*
2 *Vtrum sit circa diuina*
3 *Vtrum sit speculatiua uel practica*
4 *Quæ beatitudinum ei respondeat*

QVAESTIO X.

De fide quãtũ ad uitia opposita. Et prio d infidelitate Ecclã

1 *Vtrum infidelitas sit peccatum*
2 *Vtrum infidelitas sit in intellectu sicut in subiecto*
3 *Vtrum sit maximum peccatorum*
4 *Vtrum omnis actio infidelium sit peccatum*
5 *De speciebus infidelitatis*
6 *De comparatione earum adinuicem*
7 *Vtrum cum infidelibus sit disputandum de fide*
8 *Vtrum sint cogendi ad fidem*
9 *Vtrum sit eius communicandum*
10 *Vtrum possint Christianis fidelibus præesse*
11 *Vtrum ritus infidelium sint tolerandi*
11 *Vtrũ pueri infidelũ sint invitis parẽtibus baptizãdi*

QVAESTIO XI.

De uitijs oppositis fidei quantum ad hæresim.

1 *Vtrum hæresis sit infidelitatis species*
2 *Vtrum hæresis sit proprie circa ea quæ sunt fidei*
3 *Vtrum hæreticus sint tolerandi*
4 *Vtrum reuertentes ad fidem sint recipiendi*

QVAESTIO XII.

De uitijs oppositis fidei quantum ad apostasiam.

1 *Vtrum apostasia ad infidelitatem pertineat*
2 *Vtrum propter apostasiam a fide, subditi absoluãtur a dominio præsidentium apostatarum*

QVAESTIO XIII.

De uitijs oppositis confessioni fidei. Et primo de blasphemia in generali.

1 *Vtrum blasphemia opponatur confessioni fidei*
2 *Vtrum blasphemia semper sit peccatum mortale*

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 Vtrum blasphemia sit maximum peccatorum
4 Vtrum blasphemia sit in damnatis

QVAESTIO XIIII.
De blasphemia in speciali quæ est peccatum in spiritumsanctum.
1 Vtrum blasphemia uel peccatum in spiritumsanctum sit idem quod peccatum ex certa malitia
2 De speciebus huius peccati
3 Vtrum sit irremissibile
4 Vtrum aliquis possit peccare in spiritumsanctũ a principio, ante quam alia peccata committat.

QVAESTIO XV.
De uitijs oppositis dono intellectus. s. de cæcitate mentis & hebetudine sensus
1 Vtrum cæcitas mentis sit peccatum
2 Vtrum hebetudo sensus sit aliud peccatum a cæcitate mentis
3 Vtrum hæ uitia a peccatis carnalibus oriantur.

QVAESTIO XVI.
De præceptis pertinentibus ad prædicta. s. ad fidem, & dona scientiæ & intellectus
1 Vtrũ in ueteri lege dare debuerint præcepta credẽdi
2 Vtrum commodiorem in ueteri lege tradantur præcepta pertinentia ad scientiam & intellectum

QVAESTIO XVII.
De spe quantum ad ipsam spem.
1 Vtrum spes sit uirtus
2 Vtrum obiectum eius sit beatitudo æterna
3 Vtrum unus homo possit sperare beatitudinem alterius per uirtutem spei
4 Vtrum homo licite possit sperare in homine
5 Vtrum spes sit uirtus theologica
6 De distinctione eius ab alijs uirtutibus theologicis
7 Vtrum spes præcedat fidem
8 Vtrum sit posterior charitate

QVAESTIO XVIII.
De spe quantum ad subiectum eius.
1 Vtrum spes sit in uoluntate sicut in subiecto
2 Vtrum spes sit in beatis
3 Vtrum spes sit in damnatis
4 Vtrum spes in uiatoribus habeat certitudinem

QVAESTIO XIX.
De dono timoris quod respondet spei.
1 Vtrum Deus debeat timeri
2 Vtrum timor commodiorem diuidatur in filialem, initialem, seruilem, & mundanum
3 Vtrum timor mundanus semper sit malus
4 Vtrum timor seruilis semper sit bonus
5 Vtrum sit idem in substantia cum filiali
6 Vtrum adueniente charitate excludat timor seruilis
7 Vtrum timor sit initium sapientiæ
8 Vtrũ timor initialis sit idẽ in subiecto cũ timore filiali
9 Vtrum timor sit donum Spiritusanctũ
10 Vtrum crescat crescente charitate
11 Vtrum timor maneat in patria
12 Quid respondeat ei in beatitudinibus & fructibus

QVAESTIO XX.
De spe quãtũ ad uitia opposita. Et primo de desperatione.
1 Vtrum desperatio sit peccatum
2 Vtrum desperatio possit esse sine infidelitate
3 Vtrum sit maximum peccatorum
4 Vtrum oriatur ex accidia

QVAESTIO XXI.
De præsumptione
1 Cui obiecto imitatur præsumptio
2 Vtrum præsumptio sit peccatum
3 Vtrum præsumptio opponatur spei
4 Vtrum causetur ex inani gloria

QVAESTIO XXII.
De præceptis pertinentibus ad spẽ, & ad donum timoris.
1 Vtrũ fuerit dandũ aliquod præceptũ pertinẽs ad spẽ
2 Vtrũ fuerit dãdũ aliud præceptũ pertinẽs ad timorem

QVAESTIO XXIII.
De ipsa charitate secundum se.
1 Vtrum charitas sit amicitia
2 Vtrum sit aliquid creatum in anima
3 Vtrum sit uirtus
4 Vtrum sit uirtus specialis
5 Vtrum sit una uirtus
6 Vtrum sit maxima uirtutum
7 Vtrum sine ea possint esse aliquæ ueræ uirtutes
8 Vtrum sit forma uirtutum

QVAESTIO XXIIII.
De charitate in comparatione ad subiectum.
1 Vtrum charitas sit in uoluntate sicut in subiecto
2 Vtrum charitas causetur in homine ex actibus præcedentibus uel ex infusione
3 Vtrum infundatur secũdum capacitatẽ naturalium
4 Vtrum augeatur in habente ipsam
5 Vtrum augeatur per additionem
6 Vtrum quolibet actu augeatur
7 Vtrum augeatur in infinitum
8 Vtrum charitas uia possit esse perfecta
9 Vtrum commodiorem distinguantur tres gradus charitatis, scilicet incipiens, proficiens, & perfecta
10 Vtrum charitas possit diminui
11 Vtrum charitas semel habita possit amitti
12 Vtrum amittatur per unum actum peccati mortali

QVAESTIO XXV.
De charitate quantum ad eius obiectum, quæ scilicet sint ex charitate diligenda.
1 Vtrum solus Deus sit ex charitate diligendus, uel etiam proximus
2 Vtrum charitas sit ex charitate diligenda
3 Vtrũ creaturæ irrationales sint ex charitate diligẽdæ
4 Vtrum aliquis ex charitate possit seipsum diligere
5 Vtrum possit ex charitate diligere corpus proprium
6 Vtrum peccatores sint ex charitate diligendi
7 Vtrum peccatores seipsos diligant
8 Vtrum inimici sint ex charitate diligendi
9 Vtrum sint eis signa amicitiæ exhibenda
10 Vtrum angeli sint ex charitate diligendi
11 Vtrum Dæmones
12 Vtrum commodiorem enumerentur quatuor ex charitate diligenda, scilicet Deus, proximus, corpus proprium, & nosipsi

QVAESTIO XXVI.
De charitate quantum ad ordinem diligendorum.
1 Vtrum aliquis ordo sit in charitate
2 Vtrũ homo debeat Deum plus diligere q̃ proximum
3 Vtrum plus quàm seipsum
4 Vtrum, se plus quàm proximum
5 Vtrum debeat homo plus diligere proximum quàm corpus proprium
6 Vtrum plus totum proximum quàm alium
7 Vtrũ plus proximũ meliorem q̃ magis sibi coniunctũ
8 Vtrum magis coniunctum sibi secundum carnis affinitatem, uel secundum aliàs necessitudines
9 Vtrum magis filium quàm patrem
10 Vtrum magis patrem quàm matrem

11 Vtrum

11 Vtrum uxorem plus quàm patrem uel matrem
12 Vtrum magis benefacerem quãmbeneficiatum
13 Vtrum ordo charitatis maneat in patria

QVAESTIO XXVII.
De charitate quantum ad eius actum principalem qui est dilectio.
1 Vtrum amare sit magis proprium charitatis quàm amari
2 Vtrum amare proprie est actus charitatis sic idem quod benuolentia
3 Vtrum Deus sit propter seipsum amandus
4 Vtrum possit in hac uita immediate amari
5 Vtrum possit amari totaliter
6 Vtrum eius dilectio habeat modum
7 Vtrum diligere amicũ sit melius quàm diligere inimicũ
8 Vtrum diligere Deum sit melius quàm diligere proximũ

QVAESTIO XXVIII.
De interioribus effectibus charitatis. Et primo de gaudio quod est interior effectus consequens principalem actum charitatis qui est dilectio.
1 Vtrum gaudium sit effectus charitatis
2 Vtrum inuisendi gaudium compatiatur secũ tristitiam
3 Vtrum illud gaudium possit esse plenum
4 Vtrum inuisendi gaudium sit virtus

QVAESTIO XXIX.
De effectibus charitatis quantum ad pacem quæ est interior effectus consequens dilectionem.
1 Vtrum pax sit idem quod concordia
2 Vtrum omnia appetant pacem
3 Vtrum pax sit effectus charitatis
4 Vtrum pax sit uirtus

QVAESTIO XXX.
De effectibus charitatis quantum ad misericordiam quæ est interior charitatis effectus.
1 Vtrum malum sit causa misericordiæ ex parte eius cui misereatur.
2 Quorum sit misereri
3 Vtrum misericordia sit uirtus
4 Vtrum sit maxima uirtutum

QVAESTIO XXXI.
De effectibus exterioribus charitatis. Et primo de beneficentia.
1 Vtrum beneficentia sit actus charitatis
2 Vtrum sit omnibus benefaciendum
3 Vtrum magis communibus sit magis benefaciendum
4 Vtrum beneficentia sit uirtus specialis

QVAESTIO XXXII.
De exterioribus effectibus charitatis quantũ ad eleemosynã.
1 Vtrum eleemosyna largitio sit actus charitatis
2 Vtrum commodiorem distinguantur eleemosynarum genera, ponendo septem eleemosynas spirituales, & septẽ corporales
3 Vtrum eleemosynæ spirituales sint potiores eleemosynis corporalibus
4 Vtrum eleemosynæ corporales habeant effectũ spiritualẽ
5 Vtrum dare eleemosynam sit in præcepto
6 Vtrum corporalis eleemosyna sit danda de necessario
7 Vtrum sit danda de iniuste acquisito
8 Quorum sit dare eleemosynam
9 Quibus sit eleemosyna danda
10 Quis sit modus eleemosynæ fiendæ

QVAESTIO XXXIII.
De exterioribus effectibus charitatis quantum ad correctionem fraternam.
1 Vtrum fraterna correctio sit actus charitatis
2 Vtrum fraterna correctio sit subditorum

3 Vtrum hoc præceptum extendat se ad omnes, uel solum ad prælatos
4 Vtrum subditi teneantur ex hoc præcepto prælatos corrigere
5 Vtrum peccator possit corrigere
6 Vtrum aliquis debeat corrigere qui ex correctione fit deterior
7 Vtrum secreta correctio debeat præcedere denunciationẽ
8 Vtrum tertiũ inductio debeat præcedere denunciationem

QVAESTIO XXXIIII.
De uitijs oppositis charitati. Et primo de odio quod opponitur ipsi dilectioni.
1 Vtrum Deus possit odio haberi
2 Vtrum odium Dei sit maximum peccatorum
3 Vtrum odium proximi semper sit peccatum
4 Vtrum sit maximum inter peccata quæ sunt in proximũ
5 Vtrum sit uitium capitale
6 Ex quo capitali uitio oriatur

QVAESTIO XXXV.
De uitijs oppositis charitati quantum ad accidiam quæ opponitur gaudio charitatis, quod est de bono diuino.
1 Vtrum accidia sit peccatum
2 Vtrum accidia sit speciale uitium
3 Vtrum sit peccatum mortale
4 Vtrum sit uitium capitale

QVAESTIO XXXVI.
De uitijs oppositis charitati quantum ad inuidiam quæ opponitur gaudio de bono proximi.
1 Vtrum inuidia sit tristitia de bonis alterius
2 Vtrum inuidia sit peccatum
3 Vtrum inuidia sit peccatum mortale
4 Vtrum inuidia sit uitium capitale, & de filiabus eius

QVAESTIO XXXVII.
De discordia quæ opponitur effectui charitatis qui est pax.
1 Vtrum discordia sit peccatum
2 Vtrum sit filia inanis gloriæ

QVAESTIO XXXVIII.
De contentione quæ opponitur paci quantum ad os.
1 Vtrum contentio sit peccatum mortale
2 Vtrum sit filia inanis gloriæ

QVAESTIO XXXIX.
De scismate quod opponitur paci quantum ad opus.
1 Vtrum scisma sit speciale peccatum
2 Vtrum sit grauius infidelitate
3 Vtrum scismatici habeant aliquam potestatem
4 Quæ sit commodiorem pœna scismaticorum

QVAESTIO XL.
De bello quod opponitur paci quantum ad opus
1 Vtrum aliquod bellum sit licitum
2 Vtrum clericis sit licitum bellare
3 Vtrum liceat bellantibus uti insidijs
4 Vtrum liceat in diebus festis bellare

QVAESTIO XLI.
De rixa quæ opponitur paci quantum ad opus.
1 Vtrum rixa sit peccatum
2 Vtrum rixa sit filia iræ

QVAESTIO XLII.
De seditione quæ opponitur paci quantum ad opus.
1 Vtrum seditio sit speciale peccatum
2 Vtrum sit peccatum mortale

QVAESTIO XLIII.
De scandalo quod opponitur charitati quantum ad beneficentiam.
1 Quid sit scandalum

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX QVAESTIONVM.

2 Vtrum scandalum sit peccatum
3 Vtrum sit speciale peccatum
4 Vtrum sit peccatum mortale
5 Vtrum perfectorum sit scandalizari
6 Vtrum eorum sit scandalizare
7 Vtrum spiritualia bona sint dimittenda propter scandalũ
8 Vtrum temporalia sint propter scandalum dimittenda

QVAESTIO XLIIII.
De præceptis charitatis.

1 Vtrum de charitate sint danda præcepta
2 Vtrum unum tantum uel duo
3 Vtrum duo sufficiant
4 Vtrum conuenienter præcipiatur, ut Deus ex toto corde diligatur
5 Vtrum conuenienter addatur ex tota mente
6 Vtrum hoc præceptum possit in uia impleri
7 De hoc præcepto, Diliges proximum tuum sicut teipsum
8 Vtrum ordo charitatis cadat sub præcepto

QVAESTIO XLV.
De dono sapientiæ quod respondet charitati.

1 Vtrũ sapientia debeat numerari inter dona Spiritussancti
2 Vtrum sit in intellectu sicut in subiecto
3 Vtrum sapientia sit speculatiua tantum uel etiã practica
4 Vtrum sapientia quæ est donum possit esse cum peccato mortali
5 Vtrum sit in omnibus habentibus gratiam gratum facientem
6 Vtrum respondeat ei septima beatitudo quæ est. Beati pacifici

QVAESTIO XLVI.
De stultitia quæ opponitur sapientiæ.

1 Vtrum stultitia opponatur sapientiæ
2 Vtrum stultitia sit peccatum
3 Vtrum stultitia sit filia luxuriæ

QVAESTIO XLVII.
De prudentia secundum se.

1 Vtrum prudentia sit in uolunrate, uel in ratione
2 Vtrum si est in ratione, sit in practica tantum uel etiam in speculatiua
3 Vtrum sit cognoscitiua singularium
4 Vtrum sit uirtus
5 Vtrum sit uirtus specialis
6 Vtrum præstituat finem uirtutibus moralibus
7 Vtrum constituat medium in eis
8 Vtrum præcipere sit proprius actus eius
9 Vtrum solicitudo uel uigilantia pertineat ad prudẽtiam
10 Vtrum prudentia se extendat ad regimen multitudinis
11 Vtrum prudentia quæ est respectu propri boni sit eadem specie cum ea quæ se extendit ad bonum commune
12 Vtrum prudentia sit in subditis an solum in principibus
13 Vtrum inueniatur in malis
14 Vtrum inueniatur in omnibus bonis
15 Vtrum insit nobis a natura
16 Vtrum perdatur per oblitionem

QVAESTIO XLVIII.
De prudentia quantum ad partes suas in generali.

1 Quæ sint partes prudentiæ.

QVAESTIO XLIX.
De singulis prudentiæ partibus quasi integralibus.

1 De memoria, utrum sit pars prudentiæ
2 De intellectu uel intelligentia, utrum sit pars prudentiæ
3 De docilitate, utrum sit pars prudentiæ
4 De solertia, utrum sit pars prudentiæ
5 Vtrum ratio sit pars prudentiæ
6 Vtrum prouidentia sit pars prudentiæ
7 Vtrum circumspectio sit pars prudentiæ
8 Vtrum cautio sit pars prudentiæ

QVAESTIO L.
De speciebus prudentiæ quæ sunt ad multitudinem.

1 Vtrum legis positiua debeat poni spes prudentiæ
2 Vtrum politica sit pars prudentiæ
3 Vtrum œconomica
4 Vtrum militaris

QVAESTIO LI.
De prudentia quantum ad uirtutes ei adiunctas quæ sunt paries quasi potentiales

1 Vtrum eubulia sit uirtus
2 Vtrum sit specialis virtus a prudentia distincta
3 Vtrum synesis sit specialis uirtus
4 Vtrum gnomin sit specialis uirtus

QVAESTIO LII.
De dono consilij quod respondet prudentiæ.

1 Vtrum consilium debeat poni inter septem dona Spiritussancti
2 Vtrum donum consilij respondeat uirtuti prudentiæ
3 Vtrum donum consilij maneat in patria
4 Vtrum quinta beatitudo quæ est, Beati misericordes, respondeat dono consilij

QVAESTIO LIII.
De uitijs oppositis prudentiæ. Et primo de imprudentia.

1 Vtrum imprudentia sit peccatum
2 Vtrum sit speciale peccatum
3 Vtrum præcipitatio, seu temeritas sit peccatum sub imprudentia contentum
4 Vtrum inconsiderratio sit speciale peccatum sub imprudẽtia contentum
5 Vtrum inconstantia sit uitium sub imprudentia contentũ
6 Vtrum huiusmodi uitia oriantur ex luxuria

QVAESTIO LIIII
De negligentia.

1 Vtrum negligentia sit peccatum speciale
2 Vtrum negligentia opponatur prudentiæ
3 Vtrum negligentia sit peccatum mortale

QVAESTIO LV.
De uitijs oppositis prudentiæ quæ habent similitudinem cum prudentia.

1 Vtrum prudentia carnis sit peccatum
2 Vtrum sit peccatum mortale
3 Vtrum astutia sit peccatum speciale
4 Vtrum dolus sit peccatum ad astutiam pertinens
5 Vtrum fraus ad astutiam pertineat
6 Vtrum solicitudo temporalium rerum sit licita
7 Vtrum sit licitum quod aliquis sit solicitus in futurum
8 Vtrum prædicta uitia oriantur ex auaritia

QVAESTIO LVI.
De præceptis pertinentibus ad prudentiam

1 Vtrum de prudentia fuerit dandum aliquod præceptum inter præcepta decalogi
2 Vtrum in ueteri lege fuerint conuenienter posita præcepta prohibitiua de uitijs oppositis prudentiæ

QVAESTIO LVII.
De iustitia. Et primo de iure.

1 Vtrum ius sit obiectum iustitiæ
2 Vtrum ius conuenienter diuidatur in ius naturale & positiuum
3 Vtrum ius gentium sit idem quod ius naturale
4 Vtrũ ius dominatiuũ & ius paternũ debeant distinguiũ

QVAESTIO LVIII.
De iustitia.

1 Quid sit iustitia

2 Vtrum iustitia semper sit ad alterum
3 Vtrum iustitia semper sit uirtus
4 Vtrum sit in uolunrate sicut in subiecto
5 Vtrum sit uirtus generalis
6 Vtrum secundum quod est uirtus generalis, sit idem in essentia cum omni uirtute
7 Vtrum sit aliqua iustitia particularis
8 Vtrũ iustitia particularis habeat propriam materiã
9 Vtrũ sit circa passiones, uel circa operationes tantum
10 Vtrum medium iustitia sit medium rei
11 Vtrũ actus iustitiæ sit reddere unicuique quod suũ est
Episcopatus est ordo super sacerdotium respectu mistici corporis Christi, non respectu ueri, q. 184. ar. 6. 1
Episcopus potest iudicare eos solum qui sunt de sua dioceſi, q. 60. art. 2
Episcopus potest condemnare eos qui sunt de aliena dioceſi, q. 67 ar. 1. 3
Episcopus in cuius dioceſi aliquis delinquit in re non exēta sit et superior ro̅ne delicti, etiam si sit exemptus, nisi forte delinquat in re aliqua exēpta puta in administratione honorum alicuius monasterij exempti, sed si aliquis exemptus committat furtum uel homicidium uel aliquid huiusmodi potest per ordinarium condemnari, q. 67 ar. 1. 3
Episcopus tenetur ingredi religionē quam uouit, q. 180. ar. 3. 1
Episcopus tenetur omnia bona exponere pro honore Dei & salute gregis sui cum opus fuerit, q. 184. ar. 7. 1
Episcopo non licet religionem ingredi, nisi propter impedimētum salutis ex parte sui uel aliorum, de licentia tamen Papæ, q. 185 ar. 4
Episcopus depositus intrans religionem potest reuocari ad episcopatum nisi sit destitutus per pœnitentiā pro culpa eius, q. 185 ar. 4. 2
Episcopo licet ante collationem beneficij subtrahere de fructibus eius ad pios usus, sed requirere ab eo cui confert est simonia, q. 100. ar. 4. 3
Episcopo non licet deserere gregem suum corporaliter propter persequutionem, nisi possit multis sufficienter sibi prouidere, q. 185. ar. 5
Episcopo licet habere proprium & illud hæredibus testari, q. 185 ar. 6
¶Error Arrij fuit causa ponēdi articulum distinctum de persona filij, q. 1. ar. 8. 3
Error Macedonij fuit causa ponendi articulum tertium de persona Spiritussancti, q. 1. ar. 8. 1
¶Eubulia est uirtus spiritualis bene consiliatiua, q. 51. ar. 1
Eubulia non potest inueniri in peccatore inquantum huiusmodi, q. 51. ar. 1. 3
Eubulia est uirtus distincta a prudentia, quia aliud est bene co̅siliari & aliud est bene esse præceptiuum, q. 51. ar. 2
¶Expectatio q̄ ponitur in diffinitione spei, non importat dilationem, sed importat respectum ad auxilium Dei q. 17. ar. 5. 3
Expectatio ponitur in symbolo fidei no̅ quia sit actus fidei, sed in quantum actus spei præsupponit fidem, q. 17. ar. 6. 2

¶Experimentum prudentiæ non acquiritur ex sola memoria, sed exercitio recte præcipiendi. q. 47. ar. 16. 2.
¶Excessus in pœnis quo ad illud quod exterius agitur pertinet ad iniustitiam, sed quo ad seueritatem animi qua prompte hoc fit, pertinet ad crudelitatem. q. 159. ar. 1. 1.
¶Existens in peccato mortali etiā occulto, ex officio corrigens uel iudicans alios peccat, non autem hoc agens ut frater nisi propter scandalum. q. 33. ar. 5.
¶Exigere aliquid pro absolutione ab exco̅municatione quasi precium absolutionis, est simonia, non autem quasi pœnam pro culpa. q. 100. ar. 2. 3.
Exigere aliquid pro consecratione, benedictione, ordinis, crismate, oleo sancto, uel alio spirituali est simonia, nisi accipiatur ut stipendia. q. 100 ar. 2. 4.
¶Exhibere honorē psonis in dignitate constitutis co̅tingit dupliciter, s. uel ratione propria personæ uel respectu boni co̅munis, primum pertinet ad obseruantiam. Secundum uero ad pietatem, ideo pietas est dignior obseruantia. q. 102. ar. 3.
¶Excessus cibi scienter ex concupiscentia pertinet ad uitiu̅ gulæ, non autem si contingat ex ignorantia. q. 148. ar. 1. 2.
¶Excusatio peccati pertinet ad tertiam speciem superbiæ: præsumptio uero ad 4. q. 162. ar. 4. 5.
¶Extasis dicit simpliciter excessum mētis, sed raptus addit violentiam. q. 175. ar. 2. 1.

F

Facilius conuertuntur ad religionem peccatores quàm præsumentes de sua innocentia. q. 189. ar. 1. 1.
¶Faciens iniustum ex electione est iniustus, non autē si præter intentionem, s. per ignorantiam uel ex passione. quæst. 59. articu. 2.
¶Facere iniustum formaliter est peccatum mortale nisi in minimis. q. 59. ar. 4.
Facere bonum est actus completiuus iustitiæ, declinare a malo est actus imperfectior & secundaria pars eius. q. 79. ar. 1. 3.
¶Fides pro sua ratione formali habet primam ueritatem pro obiecto materiali non solum Deum sed multa alia, quæ sub assensu fidei non cadunt nisi in ordine ad Deum. q. 1. ar. 1.
Fide non apprehendimus primam ueritatem sicut est ut in visione patriæ & ideo dr per modum simplicis intelligētiæ cognoscitur. q. 1. ar. 1. 3.
Fidei non potest subesse aliquod falsum cum eius rationi formali repugnet. q. 1. ar. 3.
Fides credentis est credere quandoque Christum nasci. q. 1. articu. 3. 3.
Fidelis potest decipi ex aliqua co̅iectura & falsum æstimare no̅ tamen ex fide potest existimare aliquod falsum. q. 1. art. 3. 3.
Fides credentis no̅ refertur ad has species panis & uini, sed ad hoc q̄ uerū corpus Christi sit sub speciebus panis sensibilis quando fuerit recte consecratum. q. 1. ar. 3. 4.
Fides importat assensum intellectus ad id q̄d creditur. q. 1. ar. 4
Fides nec opinio potest esse de uisis secundu̅ se per sensum uel intellectum. q. 1. ar. 4.
Fidei contenta dupliciter possunt considerari in generali & in speciali. q. 1. ar. 4. 1.
Fidei & scientia non possunt esse de eodem secundum idem. q. 1. ar. 5. 3.
Fides est de iisque demonstratiue probari possunt non autē quasi numerata inter credenda, sed ut præexiguntur ad ea quæ sunt fidei. q. 1. ar. 5. 3.
Fide multa tenemus de Deo quæ naturali ratione non pñt inuestigari ut de prouidentia & omnipotentia &c. q. 1. ar. 8. 1.
Fides ex doctrina Christi & Apostolorum est sufficienter explicata. q. 1. ar. 10. 1.
Fides non habet inquisitionem naturalis ro̅nis demonstrantis id quod creditur, habet tamen inquisitionem quandā eorū per quæ inducitur homo ad credendum. q. 2. ar. 1. 1.
Fides trinitatis erat occulta in fide maiorum an aduētū Christi manifestata tamen per Christu̅ & Apostolos. q. 2. art. 8. 2.
Fides comparatur ad charitatem sicut dispositio ad formam. q. 2. ar. 9. 1.
Fides assensus & consideratio eius utrunque a uoluntate procedit. q. 2. ar. 9. 2.
Fides interior causat omnes alios actus omnium uirtutū mediantibus alijs uirtutibus. q. 3. ar. 1. 3.
Fidei finis est charitas sicut & aliarum uirtutum. q. 3. ar. 2. 1.
Fides est tempore necessitatis ab omnibus propalanda, non autem extra casum necessitatis. q. 3. ar. 2. 3.
Fides non est infidelibus turbatis manifestāda absque eius utilitate uel fidelium. q. 3. ar. 2. 3.
Fidei diffinitiones sq̄ sunt, ad illā Apostoli reducunt. q. 4. ar. 1.
Fides pertinet ad intellectum secundum q̄ imperatur a uoluntate. q. 4. ar. 2. 2.
Fides est in intellectu subiectiue. q. 4. ar. 2.
Fides non est in intellectu speculatiuo nisi secundum q̄ subditur imperio uoluntatis. q. 4. ar. 2. 3.
Fides formata & informis non sunt distincti habitus. q. 4. ar. 4.
Fides formata est uera uirtus non autem informis. q. 4. art. 5.
Fides ordinata ad bonū intellectus quod est uerū & ad bonum quod est uoluntatis obiectum per charitatē. q. 4. art. 5. ad 1.
Fides q̄ innititur ueritati ex humana ro̅ne no̅ est uirtus, sed illa q̄ innititur infallibili ueritati diuinæ est uirtus. q. 4. ar. 5. 2.
Fides ponitur donum Dei pro excellentia fidei: sed pro constantia eius ponitur fructus prout in actu eius est delectatio propter certitudinem. q. 4. ar. 5. 4.
Fides est una respectu obiecti plurificatur penes subiecta. q. 4. articu. 4.
Fides est per se prima omnium uirtutum per accidens autem aliqua uirtus potest præcedere fidem. q. 4. ar. 7.
Fides formata est fundamentum spiritualis ædificij non autē informis. q. 4. ar. 3. 4.
Fides est simpliciter certior omnibus alijs uirtutibus sed secundum quid est alijs uirtutibus incertior. q. 4. ar. 8.
Fides est in Dæmonibus coacta non laudabilis nec donū gratiæ. q. 5. ar. 2.
Fides est maior in uno q̄ in alio quo ad certitudinem, deuotionem, confidentiam & explicationem, non autem quantū ad eius rationem obiecti. q. 5. ar. 4.
Fides non est æqualiter in omnibus quia donum gratiæ quod fides consequitur non est æqualiter in omnibus. q. 5. ar. 4. 1.
Fides quo ad proponenda credibilia necessario est a Deo immediate quibusdam autem alijs per angelos & prædicatores, sed quo ad assensum intrinsece est a solo Deo, extrinsece autem & insufficienter, idest, proponendo & persuadēdo est etiam ab alijs. q. 6. ar. 1.
Fides gignitur scientia & nutritur per modum exterioris persuasionis. q. 6. ar. 1. 1.
Fides informis & si non habeat perfectam rationem uirtutis habet tamen perfectam rationem fidei. q. 6. ar. 2. 1.
Fidem recipiens absque charitate sanatur secundum quid no̅ simpliciter ab infidelitate. q. 6. ar. 2. 3.
Fides est cā spei & timoris secundum sui diuersa. q. 7. art. 1. 2.
Fides informis excludit impuritatem, scilicet erroris quæst. 7. artic. 2.
Fides potest esse simul cum dono intellectus respectu eorum q̄ secundario sunt fidei, non autem respectu principaliū nisi imperfecte. q. 8. ar. 2.
Fides & si sit de rebus diuinis & æternis, tamen est quoddam temporale in animo credentis. q. 9. ar. 2. 1.
Fidē habere in natura humana est ut mens hominis non repugnet interiori instinctui, & exteriori prædicationi. q. 10. ar. 1. 1.
Fidem accipere est uoluntatis sed tenere acceptam est necessitatis sicut uouere uoluntarium est, reddere est necessarium. quæst. 10. ar. 8. 3.
Firmi in fide possunt conseruari inter hæreticos ut eos conuertant non tamen in diuinis. q. 10. ar. 10. 2.
Fides præsupponitur ad dationem legis & susceptionē tanq̄ principium necessarium spiritualis uitæ. q. 18. ar. 1. 1.
Fides formata & informis no̅ differunt penes obiectū sed solū per aliquod extrinsecum, s. per charitatem. q. 19. ar. 5. 1.
Fides non operatur per charitatem, sicut per instrumentum ut dominus per seruum sed per ipsam tanquàm per propriam formam. q. 23. ar. 6. 2.
Fides assensus ueritati secundū seipsam diuinæ donū sapiētiæ iudicat secundum eam, ideo præsupponit fidem. q. 45. ar. 1. 2.
Fides est initium sapientiæ secundum essentiam, timor autem seruilis ut est dispositio eius, timor filialis ut primus effectus eius. q. 19. ar. 7.
Finalis impœnitentia est species distincta peccati in spūmsanctum & est circunstantia cuiuscunque peccati. q. 14. ar. 4. 3.
Filij fontis debent plus animari in spiritualibus quàm filij carnis, non autem in alijs. q. 26. ar. 8. 2.
Filius patri tenetur prouidere in articulo necessitatis. q. 26. articu. 9. 3.
Filij familias & serui non possunt dare elemosynas sine consensu dominorum nisi de paruis uel suis. q. 32. ar. 8. 3.
Filius post annos pubertatis non potest aliquid uouere quo ad res domesticas sine consensu patris. q. 88. ar. 8. 2.
Filius potest parentibus maius beneficium recompēsare quàm accepit secundum affectum, non autem secundum effectū. q. 106. ar. 6. 1.
Filijs non licet ingredi religionem si parentes sine eis commode uiuere non possent. q. 189. ar. 6.
¶Finis debitus appetendi gloria uel manifestandi aliquod bonum in hac uita est tantū triplex, scilicet gloria Dei, utilitas

Universidad de Deusto Biblioteca

proximi & utilitas propria.q.132.art.1.3.
¶Fortitudo disponit ad vindictam remouendo prohibés zelus autem importat primam radicé eius, quia actus cuiuslibet virtutis procedit ex ratione charitatis.q.108.ar.2.2.
Fortitudo est causa per accidens confessionis fidei.q.3.ar.1.2.
Fortitudo est virtus specialis, secundũ q̃ est circa pericula, sed est conditio omnis virtutis, secundum q̃ dicit firmitaté animi absolutæ.q.123.art.2.
Fortitudo est virtus tollés impedimenta q̃ repellunt voluntaté ab eo quod est secundũ rationem pp difficile.q.123.ar.1.
Fortitudo non habet partes subiectiuas nec diuiditur in multas species, quia est circa materiam valde spiritualem.q.128.
Fortitudo est immediate circa timores & audacias, mediate vero circa obiecta horum, s. circa pericula & labores.q.123.artic.3.2.
Fortitudo est principaliter circa timores secundario autem circa audacias.q.123.ar.3.
Fortitudo non est circa spem, nisi secundum q̃ spes connectitur audaciæ.q.123.ar.3.3.
Fortitudo est præcipue circa timores mortis.q.123.ar.4.
Fortitudo principaliter est circa molestias mortis, secundario autem circa quascunque alias molestias.q.123.ar.4.3.
Fortitudo est maxime circa repentina, quo ad manifestationé habitus, non autem quo ad electionem.q.123.ar.9.
Fortitudo est maxime circa timores mortis in bello communi vel particulari.q.123.ar.5.
Fortitudo est circa difficiliora non autem circa meliora quàm iustitia quæ in bello & in pace utilis est non autem fortitudo, sed tantum in bello.q.58.ar.12.
Fortitudo est utilis in pace.q.123.ar.12.1.
Fortitudo est principaliter circa timores, secundario auté circa tristitias, patientia vero econuerso.q.136.ar.4.2.
Fortitudo est principalior magnanimitate.q.129.ar.5.
Fortitudo firmat contra mala, sed magnanimitas in prosecutione honorum.q.129.ar.5.1.
Fortitudinis partes potentiales sunt sex, magnanimitas, fiducia, securitas, magnificentia, constantia, tolerantia, idest patientia, & firmitas, idest perseuerantia.q.128.
Fortitudinis partes integrales circa materiam sunt fiducia, magnificentia, patientia & perseuerantia, sed sunt partes potentiales, & uirtutes per se distinctæ a fortitudine, secundum q̃ sunt circa alias materias.q.128.
Fortitudini vitium audaciæ opponitur secundum excessum audaciæ, impauiditas autem secundum defectum timoris, quia in vtraque ponit medium.q.126.ar.2.3.
Fortitudo martyrum præcipue commendatur, quia sustinent propter Deum impugnationes personales, & mortem in bello particulari.q.123.ar.5.1.
¶Fortis intendit exprimere similitudinem sui habitus in actu, vt proximum finem.q.123.ar.7.
Fortis delectatur de suo actu & fine, sed non percipit, nisi ex superabundanti gratia Dei propter dolorem corporis, & animæ pro amissione vitæ.q.123.ar.8.
Fortitudine carens operatur fortia quintupliciter. s. propter ignorantiam, artem, experientiam, passionem & lucrum.q.123.art.1.2.
Fortitudinis actus principalis est sustinere, secundarius est aggredi.q.123.ar.3.
Fortitudinis actus primus duo requirit, s. præparationé animi & executionem operis, secundus autem infrangibilitaté & infatigabilitatem.q.128.
Fortitudo assumit iram moderatam ad actum secundum non autem ad primum.q.123.ar.10.
Fortitudinis actus secundus per se impeditur a tristitia & concupiscentia quamuis per accidens possint adiuuare.q.123.ar.10.3.
Fortitudinis donum in patria habet actum perfruendi plena securitate a laboribus & malis.q.139.ar.1.2.
Fortitudinis virtus firmat animum secundum modũ cõnaturalem homini, donum autem supernaturaliter.q.139.art.1.
Fortitudinis donum dat fiduciam euadendi quæcunq; pericula, & perueniendi ad finem cuiuslibet operis. s. ad beatitudinem non autem virtus fortitudinis, sed perficit ad sustinendum quæcunque pericula.q.139.ar.1.
Fortitudinis donum respicit virtutem fortitudinis inquãtum sustinet pericula & facit quodcunque opus arduum; ideo dirigitur a dono consilij.q.139.ar.1.3.
¶Fornicatio dicitur omne peccatum large.q.151.ar.2.
Fornicatio est maius peccatum his, quæ sunt contra bona exteriora & minus his quæ sunt contra Deum vel contra personam proximi.q.154.ar.3.
Fornicatio prohibetur specialiter simul cũ ceremonijs ab Apostolis, quia Gentiles non reputabant eam esse peccatum.q.154.artic.2.1.
¶Furtum est occulta acceptio rei alienæ.q.66.ar.3.
Furtum & rapina opponuntur iustitiæ.q.66.ar.4.5.
Furtum est iniustum quia est inuoluntarium per ignorãtiam, sed rapina per vim, ideo differunt specie.q.66.ar.4.
Furtim accipiens ré suam iniuste detentam peccat contra cõmuné iustitiam vsurpando sibi iudiciũ, sed non tenetur restituere, sed satisfacere Deo, & sedare scandalũ.q.66.art.5.3.
Furtum semper est peccatum ratione iniustitiæ & fraudis vel doli & est mortale nisi modicum intendatur.q.66.ar.5.
¶Fractio voti est quædam species infidelitatis & ad infidelitaté pertinet non seruare promissa.q.88.ar.3.
Fractio signaculi virginalis quocunque modo sine proposito delectationis non magis præiudicat uirginitati quàm fractio manus vel pedis.q.152.ar.1.3.

Gaudium est magis effectus charitatis quàm tristitia.q.28.artic.1.
Gaudium de Deo in se, est effectus charitatis sed ut Deus participatur a nobis est effectus spei.q.28.ar.1.3.
Gaudium causatum ex charitate non compatitur secum tristitiam sicut quod causatur ex spe.q.28.ar.2.
Gaudium ex parte obiecti non potest plene haberi quãmuis ex parte gaudentis possit haberi.q.28.ar.3.
Gaudium non est virtus, sed est actus charitatis posterior dilectione.q.28.ar.4.
¶Gentiles habuerunt reuelationé misterij incarnationis Christi vt Iob, & de sepultura eius.q.2.ar.3.
Gloria non est honor, sed est effectus honoris & laudis.q.103.artic.1.3.
Gloria est clara notitia cum laude ut Ambrosius dicit.q.132.articu.1.
Gloriam suam debet homo laudabiliter appetere ad utilitaté suam uel aliorum.q.132.ar.1.1.
Gloria dicitur vana tripliciter & est peccatum, primo quando est de non ente uel de transitorijs uel de peccato, secundo quando quæritur ab hominibus & non a Deo, tertio quando non ordinatur ad debitum finem.q.132.ar.1.
Gloria inanis est periculosa non propter grauitatem sui, sed disponendo ad grauia, faciendo præsumptuosum & nimis de se confidentem & disponendo paulatim ad priuationem interiorum bonorum.q.132.ar.3.3.
Gloria vana uituperatur præcipue circa eleemosynam propter defectum charitatis præferendo vanam gloriam utilitati proximi, dum facit hoc propter illud.q.132.ar.3.3.
Gloria uana non est semper peccatum mortale sed tantũ quãdo in ea ponitur ultimus finis, uel quando est contra Deum.q.132.ar.3.
Gloria uana est uitium capitale cuius sunt filiæ septem, s. inobedientia, iactantia, hypocrisis, contentio, discordia, præsumptio nouitatum, & pertinacia.q.132.ar.4.5.
Gloria uana mediante ira causat discordiam & contentioné.q.132.ar.5.2.
Gloria uana directe contrariatur magnanimitati secundũ rei ueritatem, ut deficiens, sed secundum opinionem vt excedens.q.132.ar.2.
¶Gnome est uirtus bene iudicatiua de agibilibus secundum altiora principia, quàm sint leges communes secundum quas iudicat synesis, & ideo altior est quàm sit synesis.q.51.ar.4.
Gratia Dei datur homini præparanti ad credendum sicut ad diligendum & misericorditer, cui autem non datur ex iustitia non datur in pœnam præcedentis peccati saltem originalis.q.2.ar.5.3.
Gratia semper idem facit adueniendo fideli uel infideli.q.4.artic.4.ad 3.
Gratia & gloria sunt idem gloriæ.q.24.ar.3.2.
Gratiarum actio respicit gratiam dantis ideo ubi est maior gratia dantis ibi debet esse maior gratiarum actio recipientis.q.106 art.2.
Gratiarum actio non debetur tantum danti sed promittenti.q.88.ar.5.2.
Grauius peccat occidens iniuste hominem corporaliter quàm occidens eum spiritualiter, quia primus intendit & causat sufficienter non autem causas sufficientes secundus, quod tamen est peius.q.73.3.
Grauius peccat cæteris paribus inferens huiusmodi iniurias, s. mutilare, uerberare, uel incarcerare personæ coniunctæ q̃ absolute, per accidens tamen potest esse econuerso.q.65.ar.4.
Gratitudo seu gratia est uirtus specialis reddens gratiam benefactori.q.106.ar.1.
Gratitudo, ingratitudo, datio beneficij, cleméntia, misericordia nõ sunt
sunt propriæ ad seipsum.q.106.ar.3.2.
Ad gratitudiné tria requiruntur, primo quòd homo recognoscat beneficium acceptum, & quòd laudet & gratias agat, tertio quòd retribuat loco & tempore secundum suam facultatem.q.107.ar.2.
Gratitudini vitium opponitur duplex, scilicet per excessum ut recompensando quibus non debet, vel citius quàm debet & per defectum, scilicet ingratitudo quæ magis opponitur ei.q.107.ar.1.
Gratificatio, idest gratiarũ actio facta Deo est actus religionis.q.106.art.1.3.
¶Gradum summum in religionibus tenent qui ordinantur ad docendum & prædicandum, secundum vero qui ad contemplandum, tertium autem qui ad opus extrinsecũ & in singulis præeminent qui sunt ad altiorem actum in eodem genere vel ad plura vel qui habens statuta conuenientiora ad suum finem consequendum nõ autem quæ est arctior.q.188.a.6.
¶Gula est inordinatus appetitus cibi & potus ideo semper est peccatum.q.148.ar.1.
Gula est uitium capitale cuius filiæ sunt quinque. s. inepta lætitia, scurrilitas, immunditia, multiloquium & hæbetudo mentis.q.148.ar.6.
Gula est peccatum mortale tantum si in hoc ponatur ultimus finis, scilicet quòd animus sit paratus agere contra legem Dei.q.148.ar.2.
Gula est peccatum contra tertium præceptum decalogi.q.148.art.2.1.
Gulæ species sunt quinque contentæ in hoc versu præpropere, laute, nimis, ardenter, studiose.q.148.ar.4.
Gula est leuius peccatum aliis ratione materiæ & peccantis propter necessitatem & difficultaté, sed grauatur ex effectibus.q.148.ar.3.
Gula aufert omnes virtutes non ratione sui, sed ratione uitiorum quæ oriuntur ex ea.q.148.ar.2.4.
¶Gutta vltima in multis guttis cauantibus lapidem agit in uirtute præcedentium.q.24.ar.6.2.

Habentes gratiam gratum facientem possunt hæbetudiné pati circa aliqua, quæ sunt præter necessitatem salutis non autem circa necessaria ad salutem.q.8.ar.4.3.
Habentes fidem sed non plene non intelligunt ea quæ proponuntur credenda, intelligunt tamen ea esse credenda.q.8.ar.4.ad 3.
¶Habens rem alienam tenetur restituere ratione rei, qui uero eam abstulit tenetur restituere ratione actionis iniuriosæ.q.66.ar.6.1.
¶Habitus virtutis tenens medium in ira est innominatus, ideo dicitur mãsuetudo quæ significat diminutionem iræ.q.157.art.1.1.
¶Habere aliquid ut proprium repugnat perfectioni religionis non autem habere aliquid in communi, sed aliqualiter impedit si superabundat.q.188.ar.7.
Habens uotum uel iuramentum minoris religionis licite inducitur ad maiorem non autem econuerso, nisi dispẽsetur.q.189.ar.9.4.
¶Hæreticus discredens vnum articulum fidei, non habet fidé neque formatam neque informem, & per consequens non habet fidem de alijs articulis, sed opinionem.q.5.ar.3.
Hæreticus est, qui non credit articulum fidei pertinaciter.q.5.articu.3.
Hæretici non sunt occidendi quomodo intelligitur. quæst.10.art.8.1.
¶Hæresis est species infidelitatis.q.11.ar.1.
Hæresis non cõputatur inter uitia capitalia nec inter filias eorum, sed extra eorum numerum & reducitur ad superbiam vel cupiditatem.q.11.ar.1.2.3.
Hæresis ratio duo continet, electionem priuatæ disciplinæ & pertinaciam.q.11.ar.2.3.
Hæresis principaliter est circa articulos fidei, secundario autem circa ea quæ sequuntur ex eis.q.11.ar.2.
Hæresis principaliter consistit in corde secundario auté in ore sicut & fides.q.11.ar.2.
Hæresis & secta sunt idem, & sunt opera carnis nõ ratione sui actus vel finis proximi, sed ratione suæ causæ. s. appetitus debiti finis uel phantasticæ illusionis.q.11.ar.1.3.
¶Hæreticus est exponens sacram scripturam in contrarium eius quod per Spiritum sanctum fuerit reuelatum.q.11.ar.2.2.
Hæresim incurrit quicumque resistit auctoritati Romanæ Ecclesiæ.q.11.ar.2.3.
Hæresis incurritur ex uerbis inordinate prolatis secundũ beatum Hieronymum.q.11.ar.2.1.
¶Hæretici non debent tolerari, nisi primo uelint resipiscere.q.11.articu.3.
Hæretici possunt iuste occidi in iudicio sæculari & rebus suis priuari, etiam si alios non corrumpant magis quàm rei crimine læsæ maiestatis, uel quàm cudentes falsam monetam.q.11.art.30.
Hæresis est necessaria & utilis Ecclesiæ, per accidens tamé, scilicet ratione probationis & ratione exercitij.q.11.ar.3.2.
Hæretici si post abiurationem erroris deprehensi fuerint in abiuratam hæresim recidisse, sæculari iudicio sunt relinquẽdi secundum decretales q.11.ar.5.
Hæretici relapsi semper recipiuntur ad pœnitentiam non autem ad dignitates sicut primo.q.11.ar.4.
Hæreticos Ecclesia post primam uel secundam correptioné tradit iudicio sæculari, in iudicio auté Dei semper recipiuntur redeuntes, quia Deus scrutator est cordium & uere redeuntes agnoscit, sed hoc Ecclesia imitari non põt. præsumit autem eos non uere reuerti, qui cũ recepti fuissent iterum sunt relapsi, & ideo eis uiam salutis non denegat, sed a periculo mortis eos non tuetur.q.11.ar.4.1.
¶Hæbetudo circa speculabilia maxime procedit ex gula, sed hæbetudo circa eligibilia est in omni peccato.q.148.ar.6.1.
¶Hypocrisis est simulatio alienæ personæ ideo semper est peccatum, & est uitium iactantiæ.q.111.ar.2.
Hypocrisis non est semper peccatum mortale, nisi sit in nocumentum fidei, uel personæ, uel Ecclesiæ.q.111.ar.4.
Hypocritæ finis remotus est lucrum uel gloria, sed finis proximus est ostendere se alium quàm sit.q.111.ar.2.3.
¶Homines peruersi peruertunt doctrinam Apostolorum & sacrarum scripturarum ad suiipsorum perditionem.q.1.art.10.1.
¶Homo non potest ad Dei uisionem supernaturalem pertingere, nisi per modum addiscentis a Deo doctore, huius autem doctrinæ homo fit successiue particeps per modum suæ naturæ.q.2.ar.3.
¶Hominis natura requirit perfectam cognitionem supernaturalem non tantum naturalem.q.2.ar.3.1.
Sicut homo assentit primis principijs per lumen naturale sic uirtuosus per habitum fidei habet rectum iudicium de conuenientibus illi uirtuti.q.2.ar.3.2.
Homo tenetur ad determinate diligendũ ea quæ sunt propriè, & per se charitatis obiecta, ut Deus & proximus.q.2.ar.5.3.
Homo in statu innocentiæ non habebat auditum ab homine exterius loquente, habebat tamen a Deo interius inspirante.q.5.ar.1.3.
Homo potest primo ante alia peccata habere peccatum in Spiritum sanctum, licet raro contingat.q.14.ar.4.
Homines reuerentur propter uirtutem, gratiam uel imaginem Dei in illo & sic bonum est, aliquando autem reuerentur quia sunt contra Deum & malefaciunt qui reuerentur tales.q.19.art.5.1.
Homo propter mala corporis, & rei temporalis non debet recedere a iustitia.q.19.ar.5.3.
Homo ex charitate diligit seipsum, in ordine tamen ad Deũ.q.25.ar.4.
Homo secundum naturam spiritualem post Deũ debet se primo diligere & magis quàm quemcumque alium.q.26.ar.4.
Homines omnes sunt æqualiter amandi respectu obiecti non autem respectu actus.q.26.ar.6.1.
Homo debet sustinere detrimenta corporalia propter amicũ & in hoc ipso seipsum magis diligit secundum spiritualem mentem.q.26.ar.4.2.
Homini cuilibet imminet cura de salute proximi in casu, non autem simpliciter.q.26.ar.5.1.
Homo diligit incognita propter cognita dispositiue.q.27.articu.4.1.
Homo non indiget testibus ad emendationem sui peccati qd tamen potest esse necessarium ad emendationé peccati fratris.q.33.ar.8.2.
Homo debet maxime erudiri in his quæ pertinent ad prudentiam præcipue a senibus prudentibus.q.49.ar.3.
Hominis ad Deum, serui ad dominum, patris ad filium non est iustitia, nisi secundum similitudinem.q.58.ar.7.4.
Homo in iudicio debet pauperi subuenire quantum potest sine læsione iustitiæ.q.63.ar.4.3.
Homo potest esse iudex sui, quando iniuria sua est iniuria communitatis.q.67.ar.4.
Homo tripliciter exhibet corpus suum sacrificium & hostiam Deo, scilicet per martyrium, per austeritatem, & per opera iustitiæ, & diuini cultus.q.85.ar.3.2.
Homo est sic liber, quòd potest aliqua uouere & facere etiam contra præceptum Papæ.q.88.ar.12.2.
Homo habet naturalé inclinationem ad cognoscendũ futura

secundum modum humanum, nō autem secundum indebitum diuinationis modum.q.95.ar.1.3.
Homini est naturalius appetere uindictam iniuriarum illatarum quàm ab hoc deficere, quia uix alicui nimis paruæ uidentur iniuriæ sibi illatæ.q.1[0]8.ar.2.1.
Homo incurrit quintuplex damnū ex luxuria, scilicet depressionem mentis, exhæredationem, periculum psonæ, periculum rerum & impedimētum bonorum operum. q.46.ar.3.
Homo fit extra se secundum appetitum dupliciter. quæst.175.art.2.2.
¶Honor est cuiuslibet uirtutis præmium.q.129.ar.4.
Honor est testimonium excellētiæ, quæ est in homine, sed maxime secundum uirtutem.q.103.ar.1.
Honor non est sufficiens præmium uirtutis, sed ut est possibile homini.q.103.ar.1.2.
Honor est maximum bonum inter bona exteriora.quæst.103.art.1.2.
Honor quo ad Deum potest esse in solo corde, sed quo ad hominem est in signis exterioribus.q.103.ar.1.
Honor laudabiliter contemnitur nihil male agendo propter ipsum, & bene appetitur nihil male agendo contra ipsum.q.129.ar.1.3.
Honorem appetere est peccatum tripliciter q.131.ar.1.
Honor respicit proprium bonū honorati, ideo diuersificatur specie secundum diuersa bona singulorum non autē amor, quia respicit bonum in communi.q.25.ar.1.2.
Honor est propter se & in se, sed laus ordinatur ad aliud, ideo honor est excellentior laude.q.103.ar.1.3.
Honor est in omni signo exteriori & est respectu finis, sed laus est tantum in uerbis & est respectu eorum quæ sunt ad finē. q.103.ar.1.3.
Honor uituperio seu exprobrationi opponitur. quæstio. 142. articu.4.
Honor debetur alicui ratione excellentiæ & honor diuersus secundum diuersitatem excellentiæ.q.81.ar.4.
Honor debetur proprie soli uirtuti excellentiæ autem bonorū exteriorum debetur secūdum existimationem vulgi. q.103. art.1.3.
¶Honoratiorum præter uirtutem aliqua sunt supra eam, sicut Deus & beatitudo, aliqua infra eam inquantum adiuuant ad opera uirtutum, vt nobilitas potentia & diuitiæ.q.145. art.1.2.
Honorandus est solus bonus secundum ueritatem bonus autem est aliquis secundum uirtutem.q.145.ar.1.2.
Honor debetur subsistenti soli toti, sed ratio & causa honoris potest esse aliquid eius non subsistens.s. pars uel accidens.q.103.ar.4.3.
Honor maior debetur iustitiæ & fortitudini propter excellentiam maioris boni, temperātiæ uero propter cohibitionem turpiorum.q.145.ar.4.3.
Honor debetur alicui dupliciter, scilicet ratione sui uel rōne alterius primum conuenit tantum agenti per electionem, scilicet personæ secundum uero conuenit omne quod est aliquid eius, scilicet parti naturæ, & accidenti.q.103.ar.4.3.
Honorantur aliqui quadrupliciter uel propter uirtutem propriam, ut uirtuosi, uel propter uirtutem alterius, scilicet Dei uel communitatis ut superiores, uel propter signum uirtutis ut senes, uel propter participationem diuinæ bonitatis, ut domini & parentes q.146.ar.1.2.
Honor debetur superioribus ratione excellentiæ cultus autem consistens in obsequio obedientiæ & beneficij debetur rōne gubernationis.q.102.ar.2.
Honor & cultus debetur omnibus prælatis sub ex debito legali alia autē in dignitate constitutis ex debito morali.q.102. art.2.2.
Honor debetur malis prælatis inquātum gerunt uices Dei uel communitatis.q.103 ar.1.2.
Honor debetur constitutis in dignitate ratione excellentiæ timor autem ratione potestatis obedientia uero & tributū ratione gubernationis.q.102.ar.2.3.
Honor debetur parentibus inquantum huiusmodi, subsidium autem & alia debentur eis ratione indigentiæ, quæ tamen omnia intelliguntur in quarto præcepto.q.101.ar.2.
Honorandi non sunt diuites solo intuitu diuitiarum, sed ratione maioris loci in ciuitate.q. 63.ar.3.
¶Honestas est radicaliter in interiori electione, sed figuratiue est in exteriori conuersatione.q.145.ar.1.3.
Honestum idē est quod spiritualis decor & pulcritudo. q.145. articu.2.
Honestum idem est quod honore dignum & est idem quod uirtus.q.145.ar.1.
Honesti nomen transfertur ad prosperitatem exteriorum diuitiarum quia secundum vulgum faciunt hominem honore dignum.q.145.ar.1.2.
Honestum omne est utile & delectabile & non econuerso, & omne utile est delectabile & non econuerso q.145.ar.3.
Nihil repugnās honesto est simpliciter & uere utile, sed secundum quid.q.145.ar.3.3.
Honestum appetitur propter se appetitu rationali delectabile autem appetitu sensitiuo.q.145.ar.3.1.
¶Humanitas Christi sacramēta creaturæ & sacra scriptura cōtinentur sub fide quatenus per hæc ordinantur ad Deū.q.1. art.1.1.
¶Humilitas est uirtus qua refrenatur animus ne immoderate tendat ad alta.q.161.ar.1.
Humilitas uidetur præcipue importare subiectionem hominis ad Deum.q.161.ar.2.3.
Humilitatem non cognouit Aris.q.161.ar.1.5.
Humilitas hēt considerare proprios defectus ne se extollat nō autē contemnere dona Dei in se, sed potius ingratitudo ex quo sequitur accidia.q.35.ar.1.4.
Humilitatis gradus sunt duodecim secundum beatum Benedictum, sed secundum Anselmum sunt septem, secundū uero Glosam sunt tres.q.161.ar.6.
Humilitas triplex, scilicet penosa ab extrinseco, stulta ex ignorantia propriæ dignitatis & uirtus ex cognitione sui. q. 161. art.1.1.
Humilitatis uirtus est principaliter circa interiorem motum, quæ autem est secundum exteriora signa per fictionem est magna superbia.q.161.ar.1.2.
Humilitati contrariatur tendere in magna supra se ex confidētia propriarum uirium non autem ex confidentia Dei. q.161.ar.2.2.
Humilitas est essentialiter in appetitu.s. subiectiue, sed cognitio proprij defectus est regula eius.q.161.ar.2.
Humilitas est in irascibili subiectiue.q.161 ar. 4.2.
Humilis uere putat se deteriorem aliis non quidē quo ad actū exteriorem sed timens ne per superbiam grauius peccet in his, quæ bene agere uidetur.q.161.ar.6.1.
Humilitas conuenit omni homini etiam Christo secundū humanitatem, non autem secundum diuinitatem. quæst.161. art.1.4.
Humilitas post uirtutes Theologales & intellectuales & post iustitiam præcipue legalem est potior ceteris.q.161.ar.5
Humilitati magis opponitur superabūdantia quàm defectus. q. 161.ar.2.3.
Humilitas & magnanimitas conueniunt in materia & differunt in modo.q.161.ar.4.3.
Humilitas refrenat præsumptionem ex reuerētia Dei, sed magnanimitas firmat animum cōtra desperationē ex adeptione proprij boni.q.161.ar.1.3.
Humilitas reprimens ad infima & magnanimitas impellens animum ad magna, non opponuntur quia utrumq; fit recta ratione.q.161.ar.1.
Humilitas reprimit spem, idest spiritum ad alta tendentem.q. 161.ar.4.

I

IActātia est p quam quis se extollit supra id quod in se est secundario adē supra id quod de eo alij opinantur.q.112.art.1.
Iactantia quo ad actum exteriorem est species mendacij, sed quo ad arrogantiam interiorem est species superbiæ. quæst. 112.ar.1.2.
Iactantia est peccatum mortale tripliciter.s. quando est cōtra gloriam Dei, uel contra honorem proximi, uel ex inani gloria uel ex fine.q.112.ar.2.2.
Iactantia est ex superbia tanquàm ex causa motiua & aliquando ex uanitate ex inani gloria autem ut ex fine. quæst. 112. art.1.2.
Iactantia & superbia causantur, ex diuitijs dupliciter occasionaliter & per modum finis.q.112.ar.1.3.
Iactantia proprie opponitur secundum speciē actus ueritati nō autem secundario.q.112.ar.1.3.
¶Idolatria est exhibere latriam, idest cultum Dei creaturæ.q.94.art.1.
Idolatria præsupponit infidelitatem & addit exterius indebitū cultum, mēdacium perniciosum, magnam Dei blasphemiā & impugnationem fidei.q.94.ar.3.1.
Idolatria opponitur latriæ.q.94.ar.1.
Idolatria quadruplex.scilicet, idest imaginum habentiū deitatem, fabularis, idest hominum deificatorum, Physica, idest animæ totius mundi & animarum cælestium, dæmonum, & animarum hominum q.94.ar.1.
Idolatria omnis est peccatum nec excusat mos uulgi contra Senecam, nec persecutio contra Hæreticos.q.94.ar.2.

Idolatria

Idololatria est grauissimum omnium peccatorum. q.9.ar.3.
Idolatria est grauissimū peccatorū secūdū se, sed ex parte peccatis hæretici, & aliqua alia peccata sūt esse grauiora.q.9.ar.3.
Ex idololatria omnia alia peccata oriebantur. q.94.ar.4.1.
Ieiunium duplex, spirituale a peccatis, & corporale ab escis. q. 147.ar.2.1.
Ieiunium a cibis duplex, naturæ & ecclesiæ.q.147.ar.1.4.
Ieiuniū ecclesiæ duplex, luctus.s.cum amaritudine peccatorū, & præsentis uitæ & exultationis q.147.ar.4.5.
Ieiunium est actus uirtutis abstinentiæ, s. & temperantiæ elicitiue, sed aliarum uirtutum imperatiue. q.147.ar.1.
Ieiunium ecclesiæ est parsimonia uictus, abstinentiaq; ciborū secundum Isidorum.q.147.ar.2.1.
Ieiunans nimis uel uigilans peccat.q.147.ar.1.2.
Ieiuniū pulchre cōmendatur per multos eius effectus. q.157.1.
Ieiunium non est contra libertatem fidelium, sed contra seruitutem peccati.q.147.ar.3.
Ieiunium sumitur principaliter propter tria, s. propter comprimendas concupiscentias carnis, propter sublenationem mētis & propter satisfactionem.q.147.ar.1.
Ieiunium est satisfactorium, quia subtrahit delectationem addens afflictionem & impedit peccata futura, debilitando concupiscentiam.q.147.ar.1.
Ieiunium fit quadraginta diebus sicut a Christo, Moyse, & Helia. q.147.ar.5.
Ieiunium quadragesimale arctius obseruatur, quàm alio tempore, quia per illud imitamur Christum.q.147.ar.5.2.
Ieiunabant Iudæi mense quarto, quinto, septimo, & decimo propter aliquas tribulationes tunc habitas. q.147.ar.5.2.
Ieiunabant Iudæi usq; ad uesperā, idest, usq; ad noctē, quia nocti cōparatur status ueteris testamenti, quia post mortē ibant ad Limbum propter peccatum Adæ. q.147.ar.7.1.
Ieiunium non est necessarium absolute, sed ex præcepto ecclesiæ, quia secundum se est pœnale, ideo non est eligibile, nisi inquantum est utile ad aliquem finem. q.147.ar.3.1.
Ieiunium est de præcepto legis naturæ secundum quod est necessarium ad salutem, sed determinatio temporis eius & modi est de præcepto ecclesiæ.q.147.ar.3.
Ieiunia ecclesiæ sunt ab omnibus seruanda, nisi sint legitimo impedimento detenti. q.146.ar.4.
Ieiunia ecclesiæ & alia præcepta sunt a iustis obseruanda sicut & ab aliis.q.147.ar.3.
Ieiunare debent itinerantes & operarii diminuendo laborem, nisi sit necessitas q.147.ar.4.
Ieiunia quatuor temporum sunt quasi primitiæ & expiatio totius anni.q.147.ar.6.
Ieiunium exultationis non est in præcepto ecclesiæ. q.147.ar.5.
Ieiunium de se nullo tempore est prohibitum, ut ieiunantes in dominica contra consuetudinem ecclesiæ, uel ex superstitione ut necessarium, sicut Manichæi, peccat. q.147.ar.5.
Ieiunium fit in uigiliis Sanctorum causa præparationis ad deuotionem, & causa significationis, quia sancti per afflictiones peruenerunt ad gloriam.q.147.ar.5.
Ieiunii tēpore cōueniens hora prandii est hora nona, sed hora sexta alio tēpore secundū communem cursum. q.147.ar.7.
Ieiunii hora prandii determinatur secundū grossam existimationem, licet sit modicum ante uel post nonam. q.147.ar.7.2.
Imprudentia sumitur tripliciter, s.negatiue, priuatiue, & cōtrarie, prima non est peccatum, secunda est peccatū rōne uanæ gloriæ, tertia uero secundum se est peccatum mortale si sit contra præceptum Dei, aliter est ueniale. q.53.ar.1.
Imprudentia est peccatū generale participatiue non ad essentialiter cuius sunt triplices partes subiectiuæ, s. monastica, politica & œconomica, potentiales uero sunt præcipitatio siue temeritas, inconsideratio, inconstantia, negligentia, & integrales quæ reducuntur ad potentiales. q.53.ar.2.3.4.5.
Imprudentia per essentiam est peccatum speciale cum sit circa actus speciales, scilicet rationis.q.53.ar.2.
Imprudentia cum suis uitiis oritur ex luxuria. q.53.ar.6.
Intellectus assentit alicui dupliciter, uel quia mouetur ab obiecto per se cognito, uel per aliud uel per quādam electionem uoluntatis. q.1.ar.4.
Intellectus credentis determinatur ad unum non per rationē, sed per uoluntatem.q.2.ar.1.3.
Intellectus & scientia quantū ad maiorē manifestationē excedunt fidem, non autē quantū ad certiorē inhæsionē.q.4.8.3.
Intellectus angeli ante confirmationē & hois ante peccatū, etsi non erat obtenebratus culpa uel pœna, obscuratus erat in cōparatione ad immensitatem diuini luminis. q.5.ar.1.2.
Intellectus in dicit homini lumen supernaturale ad cognitionem, est unum de septem donis Spiritussancti.q.8.ar.1.
Intellectus donū est principaliter speculatiuum, secundario autem practicum.q.8.ar.3.
Intellectus donū non solū se extendit ad intelligibilia æterna & necessaria, sed etiā ad regulas humanorū actuū.q.8.ar.3.2.
Intellectus donū est semper in oībus existentibus in gratia, nec unquàm se subtrahit circa necessaria, sed in aliis. q.8.ar.4.
Intellectus donum non est, nisi in existente in gratia.q.8.ar.5.
Intellectus non attingens ad rationem doni potest esse in non habente gratiam.q.8.ar.5.1.
Intelligentia prophetica & donum intellectus differunt inter se.q.8.ar.5.2.
Intellectus importat quandam perceptionem ueritatis, fides autem assensum ad ueritatem. q.8 ar.5.
Intellectus dono homo habet rectam existimationem de ultimo fine quod conuenit omni & soli habenti gratiam gratū facientem. q. 8.ar.5.
Intellectus donum est ad capiendum diuina quorū iudicium est doni sapientiæ sicut doni scientiæ respectu creaturarū, & consilium est respectu singularium operum. q.8.ar.7.
Intellectus donum & fides sunt circa principia cognitionis naturalis & gratuitæ, secundum assentiendo, primū penetrando uel capiendo. q.8.ar.6.2.
Intellectus donum pertinet ad utramq; cognitionem speculatiuam & practicam, non quantum ad iudicium, sed quantum ad apprehensionem.q.8.ar.6.
Intellectus donum correspondet sextæ beatitudini. q.8.ar.7.
Intelligere ueritatem cuiuslibet rei est secundū se amabile, per accidens tamen potest esse alicui odibile.q.15.ar.1.3.
Intellectus & scientia fideliū cōsistunt in præceptis legis, & ideo præcepta antecedunt intellectum & scientiam eorū. q.16.1.
Intellectus & scientia fideliū cōsistunt in præceptis legis, & ideo nō dant de eis pcepta in Decalogo, sed in sequentibus. q.16.1.
Intellectus qui est donū Spiritussancti est quædā acuta perfectio diuinorū, qui ut sic non est pars prudentiæ. q.49.ar.2.2.
Intellectus nomē sumitur ab intima penetratione ueritatis, rationis uero nomē ab inquisitione & discursu.q.49.ar.5.3.
Inuisibilia Dei altiori modo quantum ad plura percipit fides, quàm ratio naturalis ex creaturis.q.2.ar.3.3.
Inuestigatio naturalis rationis non sufficit humano generi ad cognitionem diuinorum, neq; ad cognitionem eorum quæ naturaliter cognoscuntur q.2.ar.4.
Infideles habent ignorantiā eorum quæ sunt fidei. q. 2.ar.5.1.
Infidelitas sumitur dupliciter, negatiue & contrarie, idest, repugnando, uel contemnendo, & est peccatum, primo autē modo est pœna.q.10.ar.1.
Infidelitatis ratio perficitur in cōtemptum, ideo est in uoluntate ut in causa, in intellectu autem ut in subiecto. q.10.ar.2.
Infidelitas est grauissimum omnium peccatorum circa mores, non autem circa uirtutes theologicas. q.10.ar.3.
Infidelitas est in intellectu subiectiue, in uoluntate autem imperatiue, ideo actus eius est demeritorius.q.10.ar.2.
Infidelis pro peccato infidelitatis grauius punitur q̄ pro quocumq; alio peccato alius peccator, considerato peccato in genere, sed pro quocumq; alio peccato cæteris paribus, grauius peccat fidelis quàm infidelis.q.10.ar.3.ad 3.
Infidelitas habet ignorantiā adiunctā, & habet assensum ad ea quæ sunt fidei, & ideo est grauissimū peccatorū. q.10.ar.3.2.
Infidelium actiones bonæ nō sunt peccata, sed aliqui actus eorū sunt boni ex essentiali obiecto uel circunstantiis, & placent Deo, nullus tamen eorum est meritorius.q.10.ar.4.
Infidelium uita est peccatum quō intelligatur. q.10.ar.4.1.
Infidelitatis species sunt triplices. Paganorum, Iudæorum & hæresis.q.10.ar.1.
Infidelitas potest esse una sicut fides, ex eo quod omnia in quibus errat, ordinantur ad unum. q.10.ar.5.3.
Infidelitas hæresis est peior quàm Iudæorum, & hæc quàm Paganorum.q.10.ar.6.
Infideles qui aliquando susceperunt fidem, s. hæretici, cogendi sunt ad fidem, non autem alii Pagani, s. Iudæi. q.10.ar.8.
Iudæi si nullo modo acceperūt fidē non sunt cogendi ad fidē, secus autem si aliquando fidem acceperunt. q.10.ar.8.2.
Infideles qui nunquàm fuerunt de fide ecclesiæ, s. Iudæi & Pagani non reputantur hæretici licet peruersam habeat fidem, sunt tamen compellendi a fidelibus si adsit facultas ut fidem impediāt uel blasphemiis uel malis persuasionibus, uel & apertis persecutionibus q.10.ar.8.
Infidelis non debet permitti habere dominium nouum super fideles, sed tantum antiquum quo etiam priuari p[illegible], sed ecclesia permittit, quod infideles accipiant a fidelibus famulitium in aliquo artificio.q.10.ar.10.3.
Infideles contemnunt fidem, si fidelium defectus cognoscant. q.10.ar.10.
In infidelibus illis qui tēporaliter ecclesiæ uel eius membris nō

subiacent

Universidad de Deusto Biblioteca

subiacent ius auferendi res eorũ Ecclesia nõ statuit, licet posset statuere & de iure, & hoc facit ad scandalum vitandũ ne nomen dñi & doctrina Christi blasphemetur. q. 10. ar. 10.
Infidelium res si ipsi delinquant licet auferre per vim authoritate publica, non autem priuata. q. 10. ar. 10.
Infideles qui nunquam fidem acceperunt conuersi ad fidem nondum ostendunt aliquod signum inconstantiæ circa fidẽ sicut hæretici relapsi: & ideo non est similis ratio recipiendi de utrisque. q. 11. ar. 4. 3.
Infidelis est si quis existimat misericordiam Dei non esse infinitam in uniuersali. q. 20. ar. 1. 2.
Infidelitas habet rationem peccati ex odio Dei. q. 34. ar. 2. 2.
Infidelitas secundum se est grauius peccatũ schismate, sed p accidẽs est econuerso, sed in lege ueteri schisma fuit grauius punitum pp grauitatem & ignorantiam iudæorum. q. 39. ar. 2.
Increpationes quæ fiunt in sacra scriptura tripliciter sunt intelligendæ, per modum prænuntiationis, per modum operationis iustitiæ punientis per modum desiderii remotionis culpæ. q. 25. art. 6. 3.
In naturalibus quilibet tenetur magis amare cõsanguineos, & in ciuilibus conciues, & in militaribus cõmilitones. q. 26. ar. 8.
Inuidia est tristitia de bono alterius inquantum æstimatur in minutione gloriam propriam. q. 36. art. 1.
Inuidia præcipue est in bonis in quibus est gloria & honor. q. 36. ar. 1.
Inuidia non est inter multum inæquales, sed ad illos tantũ quibus potest quis se æquare uel præferre. q. 36. ar. 1. 2.
Inuidia quælibet est peccatum nõ autẽ omnis zelus qui proprie est tristitia de eo quod deest nobis non aliis. q. 36. ar. 2.
Inuidia secundum genus suum est peccatum mortale: tamen primi motus sunt peccata uenialia, & sunt etiam in viris perfectis. q. 36. ar. 3.
Inuidia contrariatur duabus virtutibus quia habet duo obiecta, s. principale, idest bonum, & proximum, primo contrariatur misericordiæ, secundo autem nemesi. q. 36. art. 3.
Inuidia est uitium capitale cuius sunt quinq; filiæ, odium, susurratio detractio, exultatio in aduersis, & afflictio in prosperis. q. 36. ar. 4.
Inuidia ad proximum est mater odii, primo ad proximum, cõsequenter ad Deum. q. 34. ar. 6. 2.
Inuidia ut plurimum nascitur ex superbia. q. 36. ar. 4. 1.
Inclinatio in finem rectum est electio & actus uirtutum moralium sed discretio eorum quibus hoc bonum rationis consequi possumus in operationibus & passionibus est actus prudentiæ. q. 47. ar. 1. 2.
Incõsideratio maxime opponitur rectitudini iudicii. q. 53. 4. 3.
Inconsideratio est speciale peccatum imprudentiæ, & opponitur rectitudini iudicii in moralibus. q. 53. art. 4.
Inconstantia est speciale peccatũ imprudentiæ deficiens a præcipiendo bonum propositum cuius principium est in appetitu, finis autem in intellectu. q. 53. ar. 5.
Inconstantia circa abstinentiam a delectabilibus est filia luxuriæ, licet etiam quæ est in terribilibus oriatur ex luxuria. q. 53. 5. 2.
Inconstantiam faciunt inuidia & ira, quæ est in principium cõtentionis ex parte appetitus. q. 53. art. 5. 1.
In lege Dei dantur præcepta contra uitia prudentiæ inquantũ sunt contra iustitiam, scilicet astutia, fraus & dolus. quæstio. 56. ar. 2.
In pertinentibus ad iustitiam omne superfluum dicitur lucrũ, & omne minus dicitur damnum, quia iustitia prius fuit exercita, & communis exercetur in uoluntariis, commutationibus in quibus hæc proprie dicuntur. q. 58 ar. 1. 3.
Iniustitia duplex, s. illegalis quæ est opposita iustitiæ legali, alia secundum inæqualitatem ad alterum: prima est generalis in essentia & specialis obiecto, secunda uero est specialis utroq; modo. q. 59. ar. 1.
Iniustitia semper est ad alterum. q. 59. ar. 1. 2.
Iniustitia est circa operationes exteriores. quæstio. 60. articulo 3. ad 3.
Impediens aliquem iniuste ne acquirat præbendam, tenetur ad restitutionem ad arbitrium boni uiri, non autem si iuste impedit. q. 62. ar. 2. 4.
Inueniens aliquid quod de propinquo fuit alicuius non habens illud pro derelicto, tenetur ad restitutionem, non autem si numquam fuerit alicuius, vt gemmæ in littore, vel tantum antiquitas vt thesauri, sed conceduntur occupanti, tamen secundum leges ciuiles medietas debetur domino agri. q. 66. art. 5. ad 2.
Incarcerare hominem, uel ligare, uel qualitercumq; detinere, est illicitum nisi fiat secundum ordinem iustitiæ uel in pœnam, uel ad cautelam alicuius mali uitandi. q. 65. ar. 3.
In notoriis non requiritur accusator, quia infamia tenet locũ accusationis. q. 67. ar. 2. 3.
In domo sunt duo, s. substantia & usus, sed aliud est habere dominum, & aliud est usũ domus, unde separatim possum usum uendere sine domus uenditione, & ita in omnibus aliis huiusmodi, unde si aliqua sunt quæ consistunt ipso usu tantũ, & usus eorum est distractio, non potest fieri id quod de domo. q. 78. ar. 1.
In illis est peccatum, quæ his uenduntur. quæstione 78. articulo 1.
Inobedientia est duplex generalis, idest, quicumque recessus a præcepto, & specialis, idest, contemptus eius quæstione 104. artic. 2. ad 1.
Inobedientia omnis formaliter, idest ex contemptu est peccatum mortale. q. 105. art. 1.
Inobedientia non est peccatum in Spiritumsanctum, nisi sit ei annexa obstinatio. q. 105. art. 2.
Inobedientia est tanto grauior quanto præcipiens est maior, & quanto præceptum est magis intentum. quæstione 105. articulo 2.
Ingratitudo quælibet est peccatum, quia tollit debitum gratitudinis quod est debitum honestatis. q. 107. art. 1.
Ingratitudo pertinet ad primam & secundam speciem superbiæ. q. 162. art. 4. 3.
Ingratitudo est speciale peccatum ratione contemptus beneficii, sed est circumstantia respectu aliorum peccatorum. q. 107. artic. 2.
Ingratitudo est peccatum mortale, & aliquando ueniale. q. 107. artic. 3.
Ingratitudo prouenïens ex peccato mortali habet perfectam rationem ingratitudinis, sed prouenïens ex ueniali habet imperfectam. q. 107. ar. 3. 1.
Ingratitudo non est respectu adiuuantis peccare, quia non confert beneficium, ideo non debetur ei gratiarum actio. q. 107. artic. 3.
Ingratitudo dicitur dupliciter, scilicet per solam omissionem actus gratitudinis & per actum contrarium gratitudini. q. 107. art. 3.
Ingratitudinis gradus triplex, s. non retribuere, dissimulare & pessimus ex negligentia obliuisci, sed reddere mala pro bonis reducitur ad primum, uituperare beneficium reducitur ad secundum, sed id reputare maleficium. quæstione 107. articulo 2. ad 3.
Ingratus meretur priuari beneficio, tamen dans beneficium nõ debet subtrahere ne fiat peior. q. 107. art. 4. 3.
Ingratitudo secundum quam peccata redire dicuntur incurritur ex quolibet peccato, quia omne peccatũ est contra Deũ, ideo talis ingratitudo non est speciale peccatum. quæstione. 107. art. 2 ad 1.
In sacra scriptura aliqui laudantur dupliciter, ut exempla perfectæ uirtutis ut Abraham & Iacob, & propter indolem uirtutis ut Iudith & obstetrices, primi excusantur a mẽdacio, quia figuraliter & prophetice locuti sunt, non autem secundi, licet uerum dixerint mystice. quæstione. 110. articulo. 3. ad 3.
Intimiditas est peccatum, quia causatur ex defectu amoris, uel rationis, uel ex superbia. q. 126. art. 1.
Impauiditas opponitur fortitudini secundum defectum timoris, timiditas autem secundum excessum eius. quæstione 126. articulo 2.
Integritas, tranquillitas animi, decor & honestas maxime conueniunt temperantiæ inter cæteras uirtutes. quæstione. 141. artic. 12.
Insensibilitas est uitium quo prætermittuntur necessaria uitæ contra rationem, ideo est peccatum. q. 142. art. 1.
Insensibilitas non multum contingit, ideo ipsa & omnes eius species oppositæ diuersis speciebus temperantiæ sunt innominatæ, & contrariantur temperantiæ & intemperantiæ. q. 150. artic. 1. ad 1.
Intemperantia est maxime uituperabilis. q. 142. art. 4.
Intemperantiæ maximum remedium adhibetur non immorari circa considerationem singularium, quæstione. 142. articulo. 3.
Intemperantia dicitur puerile peccatum propter tria. quæstio. 142. art. 2.
Incontinentia proprie est circa concupiscentias tactus, secundũ quid autem est circa honores, diuitias & huiusmodi, improprie uero est circa uirtutes, prima est peccatum dupliciter, s. recedendo a ratione & immergendo se turpibus, secunda est primo modo, tertio uero non est peccatum, sed est perfectio uirtutum. q. 156. ar. 2.
Incontinentiæ species sunt duæ, s. præuolatio consilii, & debilitas in præconsiliatis. q. 156. ar. 1.
Incontinentia pertinet ad corpus occasionaliter, sed per se causatur ab anima non resistente passionibus. quæstione 156. articulo 1.
Incontinens uincitur a passionibus non quidem cogentib⁹, sed vehementer impellentibus & propter negligentiam. q8. 156. ar. 1. ad 3.
Incontinens ante consilium est ex impetu passionis propter velocitatem ut in colericis, vel propter vehementiam, ut in melancolicis, qui propter terrestrem complexionem uehementissime inflammantur, sed post consilium, est propter mollitiem complexionis, ut in flegmaticis. q. 156. ar. 1. ad 2.
Incõtinens peccat ex passione errans circa particulare ut nunc, ideo sanabilior est & minus malus intemperato, quia intẽperans peccat ex habitu, errans circa ultimum finem. q. 156. articulo 3.
Incontinens iræ audit rationem sed imperfecte, incõtinens autem concupiscentiæ totaliter, eam non audit. quæst. 156. articulo 4.
Incontinentia iræ est peior ratione mali accidentis, quàm incõtinentia concupiscentiæ, sed ratione passionis est econuerso. q. 156. ar. 4.
In reliquiis sanctorum non est aliqua uirtus uel forma qua fiūt miracula sed fiunt a Deo, vtente eis instrumentaliter. q6 78. art. 1.
In statu perfectionis sunt soli, professi solenniter religionem & Episcopi. q. 184. ar. 4.
Interiores actus uirtutum nõ cadunt sub uoto religionis, sed religio ad eos ordinatur vt ad finem. q. 186. art. 7. ad 2.
In ingressu religionis recipitur tanta gratia quanta recipitur in baptismo, & remittitur omnis pœna. quæstio. 189. articulo 3. ad 3.
Inducens alios ad religionem non peccat si fiat sine uiolentia, simonia & mendacio, sed magnum præmium meretur. qu. 189. ar. 9.
Insidiæ non proprie sunt fraudes, nec opponuntur iustitiæ nec ordinatæ uoluntati, ideo licet eis uti in bello iusto, ut patet in libro stratagematum Francorum. q. 40. art. 3.
Ioannes Baptista fuit maior propheta Moyse & cæteris prophetis ueteris testamenti. q. 174. ar. 4. ad 3.
Ioannes non ignorauit mysterium incarnationis quãdo dixit, tu es qui venturus es, an alium expectamus? quæst. 2. artic. 7. ad 2.
Hypocrita, non uidetur simoniacus, quia non dat spirituale p temporali, sed demonstrat sanctitatem & furatur laudem. q. 100. ar. 3. ad 2.
Ironia est uitium quo quis asserit minora de se quã credit, ideo semper est peccatum, tamen leuius ut plurimum quàm iactãtia. q. 113. ar. 1.
Ironia & iactantia circa idem, scilicet circa conditionem personæ mentiuntur verbis uel quibuscumque signis. q. 113. articulo 2.
Ira dicitur tripliciter, scilicet habitus uel actus uitij oppositi mãsuetudini, secundo uoluntas vindictæ, tertio passio. q. 158. articulo 8.
Ira duplex, s. per zelum, i. secundum rationem & ira per uitiũ, i. contra rationem. q. 158. ar. 1.
Ira est inordinata dupliciter, s. ratione appetibilis, & ratione modi. q. 158. ar. 4.
Iræ gradus triplex, s. in corde, ore, & opere, quæst. 158. articulo 5. ad 3.
Ira secundum rationem rectam est passio laudabilis, quæ autem est contra rationem in plus vel minus, est peccatum. q. 53. ar. 6. ad 1.
Ira est ianua omnium uitiorum, per accidens, s. impediendo rationem, per se respectu aliquorum vitiorum. q. 158. articu. 6. ad 3.
Ira contra rationem ex parte obiecti semper est peccatum mortale, nisi desit consensus, vel nisi de re parua, non autem ratione modi, nisi sit contra charitatem. quæstione 158. articulo 3.
Ira est uitium capitale, non autem odium. quæstione 158. articulo 6.
Iræ species sunt tres, scilicet fel, idest acuta mania, idest, maniæ, & furor. q. 158. ar. 5.
Iræ filiæ sunt sex, rixa, tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, & blasphemia. q. 158. ar. 7.
Ira est subiective in irascibili. q. 162. ar. 3.
Iræ defectus in uoluntate uel in appetitu sensitiuo cõtra rationem semper est peccatum. q. 158. ar. 8.
Ira sequitur magis complexionem corporis, quàm cõcupiscẽtia propter uelocitatem cholere ad iram: ideo promptius insurgit ira quàm concupiscentia. q. 156. ar. 4.
Ira causatur ex accidente extrinseco, s. ex læsione, sed concupiscentia delectabilium causatur ex causa naturali: ideo concupiscentia diuturnior est & communior & requirens principaliorem virtutem licet ira maiorem impetum habeat. quę. 181. ar. 7. ad 2.
Ira maxime facit perturbationem corporalem circa cor, ita ut etiam ad exteriora membra deriuetur. quęstione 46. articulo 5. ad 3.
Iræ effectus & signa sunt quinque, scilicet palpitatio cordis, tremor corporis, inflammatio faciei, exasperatio oculorum & clamor irrationalis. q. 158. ar. 4.
Ira inter cæteras passiones magis impedit usum & iudicium rationis. q. 157. ar. 4.
Ira & inuidia causant inconstantiam pertrahẽdo rationem ad aliud, sed luxuria totaliter extinguendo lumẽ rationis. q. 53. ar. 6.
Ira est leuior quàm inuidia ratione appetibilis, & hæc quã odiũ sed econuerso ratione modi. q. 158. art. 4.
Ira operatur cum tristitia, cõcupiscentia uero delectabiliter, sed ira est minus pœnitibilis, quia plus habet de ratione. qu. 156. artic. 4.
Iræ resistere & pugnare contra iram est difficilius ad horã, propter impetum eius quàm contra delectationem & concupiscentiam: sed econuerso propter maiorem continuitatem. q. 156. ar. 1.
Iræ contrariatur aliquod uitium, scilicet inordinata remissio iræ, sed non apparet, quia est innominata. quæstione. 158. articulo 8.
Ira non opponitur mansuetudini, nisi secundum quòd ira est inordinata. q. 157. ar. 1. ad 3.
Iræ magis opponitur mansuetudo quàm defectui eius: ideo uitium oppositum mansuetudini nominatur ira ad quam refrenandam principaliter mansuetudo ordinatur. quæst. 157. ar. 2. ad 2.
Ira appetit malum alicuius sub ratione iustæ uindictę odium sub ratione mali, inuidia sub ratione propriæ gloriæ. q. 34. artic. 6. ad 3.
Ira appetit nocere propter læsionem tantum cum mẽsura, & vt sciatur, odium uero propter contrariam dispositionem infinite non tantum ut sciatur. q. 41. ar. 2.
Ira respicit bonum iustitiæ, concupiscentia uero bonũ delectabile uel utile. q. 158. ar. 8.
Iracundia est excessus iræ: ideo est uitium oppositum mansuetudini. q. 157. ar. 1. ad 3.
Irascibilis actus inquantum est naturalis homini inquantum est secundum rationem, sed inquantum est præter ordinem rationis est contra naturam hominis. quęstione 158. articulo 2. ad 1.
Irascibilis potius denominatur ab ira quàm ab aliis passionibus, quia est notior, scilicet quia est effectus & terminus earũ. q. 46. ar. 1. ad 1.
Irascibilis dupliciter sumitur, scilicet pprie, idest appetitus sensitiuus, & improprie, idest uoluntas. q. 162. ar. 3.
Ius proprie est obiectum iustitiæ, lex autem est eius ratio scripta. q. 57. ar. 1.
Ius primo impositum est ad significandum rem iustam, secundario autem artem qua cognoscitur, tertio locum, quarto id quod redditur a iudice. q. 57. ar. 1. ad 1.
Ius uel iustum est opus adæquatum alteri secundum aliquem æqualitatis modum. q. 57. ar. 1.
Ius diuinum est quod diuinitus promulgatur, & est duplex, s. naturale & positiuum. q. 57. ar. 2.
Ius naturale dicitur dupliciter, s. q; ex natura sua absolute est alteri adæquatum & ut ex eo aliquid consequitur, primo conuenit omni animali, secundum autem soli homini, & est ius gentium. q. 57. ar. 3.
Ius dicitur duplex, s. simpliciter, idest æqualium & secundum quid idest inæqualium & hoc est triplex, s. dominatiuum, paternum & œconomicum. q. 57. ar. 4.
Ius positiuum permittit vsuras, non quidem ut iustas ne communitas patiatur multas incommoditates. qu. 78. articulo 1. ad 2.
Ius percipiendi decimas potest uendi Ecclesiæ non autem laici, licet fructus quandoque eis concedantur. q. 87. ar. 3.
Iudæi dabant decimas prædiales, non autem personales. q. 87. art. 2. ad 1.
Iudæi dabant tres decimas ex præcepto Dei, primas ministris si cut & nunc, secundas in sacrificia quæ cessarunt, tertias pauperibus quæ nunc plus debentur. q. 87. ar. 1. ad 4.

Iudæis

Universidad de Deusto Biblioteca

Iudæis fuit concessum ut ab extraneis acciperent vsuram, non quasi licitum sed permissum ad maius malum uitandum. quæst. 77. arti. 1. ad 2.
Iustitia & temperantia important, id vnde uirtus laudatur, scilicet æqualitatem & concupiscentiarum refrenationem 1. & ideo numquam possunt sumi in malo. q. 55. ar. 1. ad 1.
Iustitia est habitus secundum quem aliquis constanti & perpetua voluntate ius suum vnicuique tribuit. quæstione 58. articulo 1.
Iustitia non est rectitudo essentialiter sed causaliter tantum. q. 58. articulo 1. ad 2.
Iustitia in quadam æqualitate consistit. q. 58. art. 1.
Iustitia est æterna ex parte obiecti, non autem ex parte actus. q. 58. ar. 1. ad 3.
Iustitia proprie semper est ad alterum, sed metaphorice est ad se, secundum diuersas partes. q. 58. ar. 2.
Iustitia dicitur dupliciter, scilicet proprie, idest uirtus quæ est rectitudo actus, & metaphorice, idest rectitudo ordinis in partibus hominis. q. 58. ar. 2.
Iustitia est uirtus. q. 58. ar. 3.
Iustitia est in uoluntate subiectiue. q. 58. ar. 4.
Iustitia quandoque uocatur ueritas, quia est rectitudo impressa uoluntati rectitudine rationis, quæ dicitur ueritas. q. 58. art. 4. ad 1.
Iustitia duplex, scilicet generalis ordinans ad bonum cõe, & particularis ad personas particulares. q. 58. ar. 5.
Iustitia dicitur generalis dupliciter, causaliter & per prædicationem prima est legalis differens realiter a qualibet alia uirtute, secunda est uirtus in communi, vt imperata a iustitia legali differens ab aliis uirtutibus secundum rationem tantum. q. 58. ar. 6.
Iustitia legalis inquantum respicit bonum commune ut proprium obiectum, est uirtus specialis secundum essentiam, & sic est in principe architectonice, & est secundario in subditis quasi administratiue, sed est generalis causaliter, & secundum uirtutem suam inquantum ordinat actus omnium uirtutũ ad bonum commune. q. 58. ar. 6.
Iustitiæ particularis materia est duplex, scilicet materia proxima ut passiones ac operationes, & materia remota, s. res exteriores. q. 58. ar. 8.
Iustitia particularis habet materiam specialem, s. operationes exteriores quæ sunt ad alterum. q. 58. ar. 8.
Iustitia particularis non est circa passiones animę, sed iustitia legalis est circa eas, licet principalius sit circa operationes exteriores. q. 58. ar. 9.
Iustitia per redundantiam est in qualibet potentia animæ imperando, non autem essentialiter. q. 58. ar. 8.
Iustitia post prudentiam nobilior est omni alia uirtute morali, deinde fortitudo & post has temperantia. q. 58. ar. 12.
Iustitia est circa operationes ad alterum sub ratione debiti legalis, amicitia uero sub ratione debiti moralis uel beneficij gratuiti. q. 58. ar. 11.
Iudicium est actus iudicis inquantum iudex, idest inquantum est ius dicens, ideo est actus iustitiæ, idest executio iustitiæ. q. 60. ar. 1.
Iudicium secundum primam impositionem significat rectam determinationem iustorum, sed post ampliatum est nomen eius ad significandam omnem rectam determinationem siue practicam siue speculatiuam. q. 60. ar. 1. ad 1.
Iudicium quodlibet duo requirit, s. uirtutem proferẽtem, & dispositionem eius: ratione primi est actus rationis prudentiæ & synesis, sed ratione secundi, est actus iustitiæ. quæst. 60. ar. 1. ad 1.
Ad iudicium iustum tria requiruntur, scilicet iustitia, authoritas & prudentia: si primum desit est iudicium peruersum, si secundum est iudicium usurpatum, si tertium, est iudicium suspitiosum uel temerarium. q. 60. ar. 2.
Iudicare nemo potest, nisi subditum ordinarie, vel ex commissione superioris uel propria sponte, uel delinquentem in re non exempta. q. 60. ar. 2.
Iudicare debet iudex secundum leges scriptas. quæstio 60. articulo 5.
Iudex debet iudicare secundum allegata, & probata etiam contra ueritatem quam nouit, ut persona priuata. quæstione 67. artic. 2.
Iudicium humanum debet imitari iudicium diuinum in iudicijs manifestis, non autem in occultis, quia eorum rationes homo non potest comprehendere. q. 108. art. 4. ad 2.
Iudex nullam probationem debet admittere contra leges diuinas uel humanas. q. 67. ar. 2.
Iudex neminem debet condemnare, nisi accusatum. quæst. 67. articulo 3.
Iudex bonus est diminutiuus pœnarum quæ suo arbitrio relinquuntur, non autem pœnarum quę determinantur a lege diuina uel humana. q. 67. ar. 4.
Iudex non potest dimittere pœnam pro alterius iniuria, nisi læsus velit, nec pœnam pro iniuria communitatis, nisi supremus iudex si expediat. q. 68. ar. 4.
Iudex perpendens accusatorem falso accusasse, non quidẽ maliciose, sed temere, idest ex leuitate credendo, uel ex iusto errore non imponat ei pœnam talionis. q. 68. ar. 3.
Iuramentum est actus religionis, seu latriæ, quia honorabilissimum est. q. 89. ar. 4.
Iuramentum seu iurare est Deum in testem inuocare propter defectum locutionis & cognitionis humanæ, ideo non fit in necessarijs. q. 89. ar. 1.
Iurare est implorare testimonium Dei ad exhibendum, sed allegare sacram scripturam est uti testimonio Dei iam dato. q. 89. ar. 1. ad 1.
Iuramentum Dei & iuramentum angeli in sacra scriptura inducitur ad ostendendum infallibilitatem dispositionis diuinæ de aliqua re, non autem propter defectum dicti sui. q. 89. ar. 10. ad 4.
Iuramentum secundum se licitum est & honestum, s. ratione originis & finis, sed cedit in malum alicui ex eo quod male utitur eo, idest sine necessitate & cantela debita vel quia imminet periculum periurij, quia homo in uerbo de facili delinquit. q. 89. ar. 2.
Iuramentum quæritur ad subueniendum alicui defectui, quo scilicet unus homo alteri discredit, ideo iuramentum nõ est per se appetendum, sed tantum in necessitate, ut medicina utendum est eo. q. 89. ar. 5.
Iuramentum debet habere tres comites, scilicet ueritatem, iudicium & iustitiam. q. 89. ar. 3.
Iurare per creaturas non licet, nisi secundum quod in eis ueritas diuina uel effectus testificationis eius ostenditur, sicut iurauit Ioseph per salutem Pharaonis scilicet, per modum execrationis, quasi salutem Pharaonis obligauerit Deo, uel per modum contestationis, quasi contestando ueritatem diuinæ iustitiæ, ad cuius executionem principes terræ constituuntur. q. 89. ar. 6.
Iuramentum fit per aliquas creaturas, non quidem secundum se, sed inquantum in eis diuina ueritas manifestatur, sicut iuramus per euangelium, idest per Deum, cuius ueritas in euangelio manifestatur, & per sanctos qui hanc ueritatem crediderunt & obseruauerunt. q. 89. ar. 6.
Iurare solet homo per caput suum, aut per filium suum, aut p aliquam aliam rem quam diligit, sicut Apostolus iurauit per animam suam. q. 89. ar. 6.
Iurans clericus per creaturam punitur per canones, quod ad blasphemiam infidelitatis pertinet, eo quòd dominus prohibuit iurare per creaturas ita, s. quod eis adhibeatur diuina reuerentia. q. 89. ar. 6. 1.
Iuramentum duplex, scilicet assertorium de præsenti uel pręterito, & promissorium, idest de futuro. q. 89. ar. 1.
Iuramentum duplex, scilicet per simplicem contestationẽ Dei, & per execrationem, scilicet obligando se uel aliquid suum ad pœnam. q. 89. ar. 1. ad 3.
Iurare per Deum secundum se, est maius quàm iurare per euãgelia, sed ratione maioris solennitatis & maioris deliberationis est econuerso. q. 89.
Iuramentum obligat secundum intentionem iurantis sine dolo, alias obligat secundum secundarium intellectum eius cui iurauit. q. 89. ar. 7. ad 4.
In iuramento promissorio est duplex obligatio, scilicet ad peccatum si desit ueritas, & obligatio ad faciendum illud quod promisit, sed in iuramento assertorio est tantum prima obligatio, q. 89. ar. 7. ad 3.
Iuramentum coactum obligat in conscientia, non autem in foro contentioso, tamen potest repetere uel denuntiare superiori etiam si oppositum iurasset. q. 89. ar. 7.
Cum iurat quis se facere uoluntatem alterius uel promittit, intelligenda est debita conditio, si scilicet id quod mãdatur licitum est & honestum & portabile seu moderatum. q. 89. ar. 2. 1.
Iuramentum & uotum cum uergit in deteriorem exitum, uel cum sit illicitum, non debet seruari q. 89. ar. 7.
Iurans aliquid illicitum facere, uel iurans abstinere à bono ut a religione, non obligatur seruare illud, sed est periurus ipso facto. q. 89. ar. 1. ad 1.
Ille cui iuratur potest liberare a iuramẽto promissorio quo ad utilitatẽ eius, non autem quo ad utilitatem aliorum, nec quo ad honorem Dei. q. 89. ar. 9. 2.
Iuramentum sui subditi quilibet põt irritare circa ea quæ subduntur suæ potestati, ut pater uel maritus. q. 89. ar. 9. 3.
In iuramento assertorio non põt dispensari nec in promissorio secundum se, sed tantum ratione materiæ indebitæ. q. 89. ar. 9.
Iurans debet esse ieiunus nisi in necessitate. q. 89. ar. 10.
Iurare non licet in festo pro temporali, nisi forte ex magna necessitate, sed iurare pro re spirituali licet. q. 89. ar. 10.
Iusiurandum recipere per falsos deos a disposito sic iurare licet secundũ beatum Aug. non autem licet inducere. q. 98. ar. 4. 4.

L

LAVS prudentię non consistit in sola consideratione, sed in applicatione ad opus. q. 47. ar. 1. 3.
¶ Laudandus est Deus ore, non ut ei aliquid manifestetur sicut aliis, sed ut nos excitemus & alios in Deum, & ut retrahamur ab eius offensis. q. 91. ar. 1.
¶ Labor manualis est in præcepto, s. tantum non ad singulos, nisi quando quis sine eo non potest licite uiuere. q. 187. ar. 3.
¶ Lex uetus continet præcepta cerimonialia. i. quæ specialiter pertinent ad cultum Dei. q. 122. ar. 1. 2.
¶ Legislator non põt aliquod præceptum ponere, quod nõ oporteat in aliquo casu præterimitti. q. 147. ar. 3. 2.
Lex diuina iubet restitutionẽ usurarũ fieri sicut & rapinarũ, & uoco legem diuinam quæ in Canone sacræ scripturæ & in decretis sanctorũ patrũ & concilijs continetur, quia ius diuinum est quod diuinitus promulgatur. q. 57. ar. 2. 3.
¶ Liberum arbitrium remanet semper in hac uita uertibile, ut quandoque abijcit a se id per quod uerti potest ad bonum quantum in ipso est. q. 14. ar. 3. 3.
¶ Litigiũ proprie est contradictio in uerbis non ex defectu amoris alios uiuenti, sed ex hoc q. quis non vere ecõtristare personã, est primũ cõcessio & ponet ad discordiã & contrariatur charitati, secũdũ contrariatur amicitiæ vel affabilitati nõ aũt mansuetudini uel tẽperantiæ, licet aliquando oriatur ex ira uel concupiscentia generali & ex multis aliis. q. 166. ar. 1.
¶ Liberalitas est uirtus bene dispensandi diuitias in usus bonos sibi, suisque & aliis. q. 117. ar. 1.
Ad liberalem non pertinet esse promptum ad recipiendũ & minus ad petendum, sed solicite procurat fructus suarum possessionum ad liberaliter dandum. q. 117. ar. 4. 3.
Liberalitatis materia ppria mediata est pecunia. i. res possessa, sed materia immediata est passio circa pecuniam. q. 117. ar. 2.
Liberalitas moderatur amorẽ pecuniarum & uniorem de amissione earum. q. 12. ar. 4. 2.
Liberalitatis actus proprius est duplex. s. bene uti pecunia in se & in alios, secundarius autem est præparare & conseruare eas ad bonum. q. 117. ar. 3.
Liberalitatis proprius & principalius actus est dare q̃ accipere uel acquirere uel conseruare, uel uti pro se. q. 117. ar. 4.
Liberalis tristatur q. aliquid detur non conuenienter, sed magis quando ipse dat non cõuenienter, quia plus opponitur actui eius proprio. q. 117. ar. 4. 2.
Liberalitati derogat dare aliquid cum concupiscentia retinendi non autem amicitiæ uel charitati, sed magis officitur per factio eius. q. 31. ar. 1. 2.
Liberalitas est subiectiue in concupiscibili, q. 134. ar. 4. 1.
Liberalis est dare oĩa pro Christo, non prodigi. q. 119. ar. 2. 3.
Liberalitas est ignobilior omni uirtute theologica & cardinali secundum propriam naturam, quæ tamen habet quandam excellentiam inquantum est utilis ad multa. q. 117. ar. 6.
Liberalitas nõ se extendit ad oẽs sicut iustitia. q. 124. ar. 12. 3.
Liberalitate iustitia est simpliciter maior, q. est cõior, & fundamẽtũ eius est & põt esse sine ea nõ aũt ecõuerso, sed secũdum quid est ecõuerso, s. ut est ornamentũ iustitiæ. q. 123. ar. 12. 5.
Liberalitas conuenit cũ iustitia, q. utraq; est ad alterũ principaliter & circa exteriora, sed prima attendit exteriora, ut propria: secunda ut sua alterius & rõne debiti, ideo liberalitas non est species iustitiæ, sed est pars sibi annexa. q. 117. ar. 5. 2.
Liberalitas est ad sciẽ sumptibus non autem in dationibus, sed iustitia nullo modo est ad se. q. 117. ar. 5. 3.
Libido concupiscibilis est maior in incontinente q̃ in intemperato, sed econuerso de libidine uoluntatis. q. 156. ar. 3. 3.
¶ Licet dare uel accipere aliquid pro uictu in monasterio si non sit sufficiens, non autem pro ingressu religionis, quia simonia est. q. 100. ar. 1. 4.
Licet nutrire pauperes ad religionem uel allicere muneribus, licet non sit licitum ex pacto aliquid dare uel accipere pro ingressu monasterij. q. 189. ar. 9.
¶ Longeuitas promittitur honorantibus parentes, primatiue autẽ uitæ cõmorantibus. q. 122. ar. 5. 4.
¶ Loqui ... est secundum Aug. q. 110. ar. 4.
Loth culpandus est, non quantũ ille incestus, sed quantũ elicietas meruit. q. 150. ar. 4.
¶ Loqui uident bruta p illusionẽ Simonis Magi, uel operãte dæmone sicut & asina Balaam per angelum. q. 165. ar. 2. 4.
¶ Lumen fidei facit uidere ea quæ creduntur, sicut per alios habitus uidẽtur ea quæ sunt cõuenientia illis habitibus. q. 1. 4. 3.
¶ Lucia poterat de consensu solius matris dare eleemosinam. q. 33. ar. 8. 2.
¶ Luxuria principaliter est circa uoluptates uenereas, secundario autem dicit excessum in aliis. q. 153. ar. 1.
Luxuriæ actus omnis est peccatum. q. 153. ar. 3.
Luxuriæ actus quilibet deliberatus extra limites matrimonii est peccatum mortale, aliter uero est ueniale. q. 153. ar. 3.
Luxuria est uitium capitale. q. 153. ar. 4.
Luxuriæ peccata inter uitia intemperantiæ sunt maxime exprobrabilia. q. 151. ar. 4. 3.
Luxuriæ species sunt sex. s. fornicatio, adulterium, incestus, stuprum raptus, & luxuria contra naturam. q. 154. ar. 1.
Luxuriæ peccatum contra naturam non est humanum, sed bestiale. q. 142. ar. 4.
Luxuriæ filiæ sunt octo, amor sui, odium Dei, affectus præsentis sæculi, desperatio futuri, cæcitas mentis, inconsideratio, præcipitatio, inconstantia. q. 153. ar. 4.
Ex luxuria oriuntur quatuor inordinati actus loquutionis, s. turpiloquia, stultiloquia, scurrilia, & iudicia. q. 153. 5. 4.
Luxuria & gula deprimunt rationem supra omnem aliam passionem. q. 53. ar. 6.
Luxuria uix uitari potest nisi uitatis principiis eius, scilicet aspectus mulieris pulchræ & præcipue aspectus uirginis. q. 167. ar. 2.
Luxuria uincitur fugiendo, sed accidia & cætera uitia resistendo. q. 35. ar. 1. 4.
¶ Ludus est in remedium contra fatigationem animalem dans animæ quietem. i. delectationem. q. 168. ar. 2.
Ludus triplex. s. deuotus, turpis & recreatiuus, primus est laudabilis, secundus debet uitari a quolibet, tertius debet sumi, sed temperatius a pœnitente. q. 168. ar. 14. 1.
Ludus non debet habere tria, dicta & facta turpia & nociua, resolutionem grauitatis, & indebitas circunstantias. q. 68. ar. 2.
Ludere inordinate ratione recreationis opponitur eutrapeliæ, sed pertinet ad mollitiem ratione quietis. q. 68. ar. 1. 3.
Ludi defectus est pctm, sed minus quam excessus eius. q. 68. ar. 4.
Ludi excessus duplex. s. ratione turpitudinis uel nocumenti & ratione indebitæ circunstantiæ: primus est peccatum mortale, secundus est ueniale nisi ponatur finis in hoc. q. 168. ar. 3.
Ludi superfluitas pertinet ad ineptam lętitiam filiam gulæ. q. 168. ar. 3. 3.

M

MALVM culpæ nõ est a Deo sicut ab auctore, sed a nobis inquantũ recedimus a Deo, malũ autẽ pœnæ est a Deo auctore inquantum habet rationem boni. q. 19. ar. 1. 3.
¶ Mala sunt etiam obiecta fidei, materialia tamen. q. 7. ar. 1. 3.
¶ Mater plus amat quam pater, qui debet plus amari quam mater. q. 26. ar. 10.
Malis debemus benefacere in auxilium naturæ non culpæ. q. 31. ar. 2. 2.
¶ Magis coniunctis est magis benefaciendum, cæteris paribus.
¶ Materia remota iustitiæ commutatiuæ, eadem est & iustitiæ distributiuæ, non autem materia proxima. q. 61. ar. 3.
Maledicere contingit tripliciter: s. enuntiatiue. i. deriuatiue, causaliter uel imperatiue, & optatiue, & hoc dupliciter, per se. i. sub rõne mali & sic est pctm, nõ autẽ si per accidens sub rõne boni duplicis. s. iusti, sicut iudex per sniam, ecclesia per excõicationẽ, prophetæ conformando se Deo, uel sub rõne boni utilis, ut aliquis melior fiat uel ne noceat aliis. q. 76. ar. 1.
Maledicere sub rõne mali est peccatum mortale & est tanto grauius quanto plus persona debet amari & reuereri, tamen est aliquando ueniale, s. ratione parui mali uel ratione affectus: ... motu uel rõne surreptionis. q. 76. ar. 3.
¶ Martyrium est actus quadruplicis uirtutis. s. fortitudinis ut primo elicientis, patientiæ uel constantiæ secundario, sed charitatis ut imperantis & fidei ut finis. q. 124. ar. 2. 2.
Martyrium est actus maximæ perfectionis nõ quidẽ secũdum se, sed ut imperatur a charitate, ut uĩ ostendit. q. 124. ar. 10.
Martyrium habet q. sit meritorium ex charitate sine qua nihil ualet. q. 124. ar. 2. 2.
Mors est de ratione martyrii. q. 124. ar. 4.
Martyrium Ioannis baptistæ celebratur, licet mortuus sit, non quidẽ pro fide, sed per reprehensionẽ adulterij. q. 124. ar. 5.
Martyrium est de præcepto secundum præparationem animi. q. 124. ar. 1. 3.

Universidad de Deusto Biblioteca

Martiriū oblatū debet tolerari patienter, sed nō debet quæri, quia non debet dari occasio agendi in iuste. q. 124. ar. 1. 3.
Magnanimitas importat extensionem animi uel ad magna absolute uel secundum proportionem. q. 129. ar. 1.
Magnanimitas est uirtus, quia tendit ad maxima secundum rationem rectam. q. 129. ar. 3.
Magnanimitas est circa honores, sed mediate, immediate uero est circa spem. q. 129. ar. 1.
Magnanimitas est circa gloriam, quia moderate utitur gloria sicut & honore. q. 132. ar. 2.
Magnanimitas ad duo respicit. s. ad honorē sicut ad materiam & ad opus magnum sicut ad finem. q. 129. ar. 8.
Magnanimitas respectu honoris habet secundum excessum oppositum ambitionem, ut respicit opus magnum habet præsumptionem. q. 131. ar. 2. 1.
Magnanimitati opponuntur ea quæ opponuntur aliis uirtutibus secundū q. parua pro magnis habentur. q. 131. ar. 2. 1.
Magnanimitas est in irascibili subiectiue. q. 129. ar. 2. 1.
Magnanimus nō quærit honorem tāquam finē, quia hoc reputat parum sed quærit fieri dignum honore. q. 129. ar. 1. 3.
Magnanimus bene utitur magnis & paruis honoribus, quia nō extollitur nec frangitur oppositis, sed contemnit. q. 129. ar. 2. 3.
Magnanimitas contemnit bona exteriora, ideo non gaudet si acquirat ea, nec tristatur si perdat ea. q. 129. ar. 8. 1.
Magnanimus non est contentiosus, quia nihil extrinsecum sex timat magnum. q. 129. ar. 3. 4.
Magnanimus non amat pericula nec timet ea, sed promptissime se exponit periculis magnis. q. 129. ar. 3. 2.
Magnanimus nullo indiget, scilicet modo humano simpliciter. q. 129. ar. 6. 1.
Magnanimus habet uocem grauē, loquutionē stabilem, immemor est beneficiorū, tardus est & otiosus, utitur ironia, non potest aliis conuiuere, possidet infructuosa. q. 129. ar. 3. 5.
Magnanimo attribuuntur actus omnium aliarum uirtutum sub ratione excellentiæ. s. q. est cōmunicatiuus, benefactiuus retributiuus plurium, ueridicus non planctiuus, nō incertus nec fugiens commouentem. q. 129. ar. 4. 1. & 2.
Magnanimitas est generalis uirtus inquantū operatur magna in qualibet uirtute faciēs eā maiorē, sed est uirtus specialis inquantū ponit specialē modū circa specialem materiā. q. 129. ar. 4.
Magnanimitas est ornamentū aliarū uirtutum. q. 129. ar. 4. 3.
Magnanimitas superueniens iustitiæ auget bonitatē eius, sed sine iustitia non habet rationem uirtutis. q. 58. ar. 12. 2.
Magnanimitas & magnificentia habent connexionē cū omni uirtute secundū principia uirtutū, s. secundum prudentiam & gratiam, non autem secundum actum. q. 129. ar. 3. 2.
Magnanimitas & magnificētia tenēt extremū secūdū quantitatem rei, mediū aūt secundum regulam rationis. q. 129. ar. 3. 1.
Magnanimitati bona fortunæ conferunt quo ad materiā eius, scilicet quo ad honores, & etiam quo ad finem eius, scilicet operari magna. q. 129. ar. 8.
¶ Magnificentia est uirtus factiua magnorū, & est uirtus generalis si sumatur facere cōiter. s. pro oī ope si uero propriè. s. pro operatione exteriori est uirtus specialis. q. 134. ar. 1. 2.
Magnificētiæ materia sunt sumptus magni, præcipue ad cultū Dei, secūdo pecunia ꝑ eis, tertio amor pecuniæ. q. 134. a. 1. 3.
Magnificentia est rerum magnarum & excelsarum cum animi quadam ampla & splendida proportione cogitatio & administratio. q. 128. ar. 15.
Magnificentia est in irascibili subiectiue. q. 134. ar. 4. 1.
Ad magnificentiam habere plures diuitias non oportet, sed sic debet disponi q. quando oportet & decet, uelit eas optime dispensare & sic fuit in Christo. q. 134. ar. 2. 1.
Magnificus non principaliter facit magnos sumptus pro persona sua, quia non est quid magnum nisi quæ tantum semel fiunt, ut nuptiæ uel permanentia ut domus. q. 134. ar. 3.
Magnificentia facit & intendit aliquod magnū in factibili tantum, sed magnanimitas in omni materia. q. 134. ar. 2. 2.
Magnificentia est in maximis donis & sumptibus, sed liberalitas in mediocribus. q. 134. ar. 4.
Magnanimus reputat se dignum magnis ex dono Dei, & contēnit alios inquantū deficiūt, humilis aūt econuerso. q. 129. 3. 4.
Magi faciunt miracula per priuatos contractus. i. per dæmones, boni uero per publicam iustitiam. i. per Deum, sed mali Christiani per signa publicæ iustitiæ. i. per nomen Christi uel per aliqua eius sacramenta. q. 178. ar. 2. 3.
¶ Memoria bonorum ut sunt habita causat delectationem, ut uero sunt amissa causat tristitiam, ut habita ab aliis causat inuidiam. q. 36. ar. 1. 4.
Medium omne uirtutis est medium rationis, sed solius iustitiæ medium est rei & rationis. q. 58. ar. 10.
Medium iustitiæ distributiuæ sumitur secundum proportionē geometricam, commutatiuæ uero medium sumitur secundum proportionem arithmeticam. q. 161. ar. 2.
¶ Mensuras uenalium oportet esse diuersas in diuersis locis & eas institui publica authoritate, uel cōsuetudine. q. 77. ar. 2. 2.
¶ Mendacium dicitur tripliciter. s. materialiter. i. dictum falsū, formaliter, idest uoluntas falsum enunciandi, & effectiue, idest uoluntas decipiendi. q. 110. ar. 1.
Mendacium omne est peccatum. q. 110. ar. 3.
¶ Mendacium secundū se diuiditur in duas species iactantiā. s. & ironiā: secundū gradus ratione finis in perniciosum, iocosum & officiosum, uel in octo gradus eius. q. 110. ar. 4.
Mendaciū secūdū se est mortale uel tripliciter, quando est contra charitatem Dei & proximi, ex ratione scandali. q. 110. a. 4.
Mendacium secundum se & directe & formaliter opponitur uirtuti quæ dicitur ueritas. q. 110. ar. 3.
Mendacium per se dicit, & formaliter dicens uerum credens se dicere falsum, non autem econuerso nisi per accidens & materialiter. q. 110. ar. 1.
Mendaciū dicit intendēs significare falsum nutibus. q. 110. ar. 1.
Mendacium uerbo uel facto uel nutibus æqualiter est peccatū. q. 111. ar. 1. 2.
Mendacium nullus debet dicere ut ipse uel alius euadat mortē, uel immunditiam corporalem. q. 110. ar. 3. 4.
Mendaciū nullū est si res uisa uel audita recitatur, sed nō eodē modo nec eisdem uerbis, ut patet in Euangelio & in aliis scripturis diuinis in quibus nihil est falsum. q. 110. ar. 3. 1.
¶ Minores non hñt fidem implicitā in fide maiorum, nisi quatenus maiores adhærent doctrinæ diuinæ. q. 2. ar. 6. 3.
Misteriū incarnationis Christi fuit cognitum diuersimode ante peccatū, post peccatum, & post statum gratiæ. q. 2. ar. 7.
¶ Misericordia est cōpassio alienæ miseriæ in corde qua si possumus, subuenire compellimur. q. 30. ar. 1.
Ad misericordiā nō est motiua culpa inquātū huiōi, quia est uoluntaria, sed est motiua ut est annexa alicui cōtra uoluntatē. q. 30. 1. 1.
Misericordia non est propriè ad se neq; ad personas multū cōiunctas ut ad parētes & filios, sed ad eos est dolor & in his dirum est expulsiuum miserationis. q. 30. ar. 1. 2.
Miserentur maxime amici, senes, sapientes, debiles & timidi: nō autem superbi & audaces & contumeliæ dispositi. q. 30. ar. 2.
Misericordia ut est motus appetitus regulatus ratione est actus uirtutis moralis & uirtutis specialis, non autem ut passio tantum. q. 30. ar. 3.
Misericordia ut uirtus, est uirtus moralis circa passiones & reducitur ad medietatē q̄ dī nemesis, sed eas philosophus non ponit ut uirtutes, quia & ut sunt passiōes, laudabiles sunt, in ut sunt ab aliquo habitu electiuo, sumūt rōnē uirtutis. q. 30. ar. 3. 4.
Misericordia est maxima uirtutum non quo ad habentem, nisi ille sit maximus. q. 30. ar. 4.
Misericordia est potissima inter omnes uirtutes quæ ad proximum sunt sicut etiam est potior ꝑ actus. q. 30. ar. 4.
Misericordiæ motiua sunt tria maxime, mala contra naturam, contra spem, & contra merita alicuius. q. 30. ar. 1.
Misericordia est in Deo secundum effectum non autem secundum affectum, qui est passio. q. 30. ar. 1.
¶ Miles tenet obedire duci in rebus bellicis tñ, & seruus dño suo in seruilibus, & filius pri in rebus domesticis & disciplinæ, & quilibet superiori suo secūdū rōnē superioritatis. q. 104. ar. 5.
Miles debet magis obedire duci in rebus bellicis & ciuis rectori in ciuilibus quàm patri, sed in rebus domesticis est econuerso. q. 26. ar. 8. 3.
¶ Miracula dicuntur, quia sunt supra naturam, signa uero, quia manifestant aliquid supernaturale, prodigia autem & portenta propter excellentiam. q. 178. ar. 1. 3.
Miraculorum gratia non est habitualis, sed impressio transiēs. q. 178. ar. 2. 1.
Miraculorū operatio attribuitur principaliter fidei ut uirtuti dispositiuæ quibus cooperantur abstinētia & cōtinētia. q. 178. ar. 1. 5.
Miracula Iosuæ Isaiæ & Heliæ fuerūt maiora secūdū substantiam q̄ miracula Moysi, sed secūdum modū est econuerso. q. 174. 2.
Miracula ad cōmendationem sanctitatis propriæ fiunt nisi a sanctis, sed ad confirmationem doctrinæ fiunt etiam a malis per ueram fidem & nomen Christi. q. 178. ar. 2.
Miracula omnia dæmonum sunt falsa ratione rei uel miraculi. q. 178. ar. 2.
¶ Modus charitatis secundūm q. est actus eius est in præcepto, nō aūt secundūm q. est modus aliarū uirtutum. q. 44. ar. 1. 2.
Modus uirtutis. s. operari ex charitate est de præcepto speciali charitatis, non autem de aliis præceptis nec modus aliarum uirtutum. q. 44. ar. 1. 1.
¶ Motiuū non diuersificatū cum diuersitatibus circunstantiarū non uariat diuersitatem specificam peccati, cuius oppositum facit motiuum diuersificatum. q. 53. ar. 2. 5.

Mors inflicta p iudice peccatori ꝓdest ei si cōuertat ad culpæ expiationē, si uero nō cōuertat prodest ei ad terminationē, quia ꝑ hoc tollitur potestas nō amplius peccandi. q. 25. art. 6. ad 2.
¶ Moyses occidens ægyptium non peccauit, quia uel hoc fecit ex inspiratione Dei uel defendendo iniuriatum uel tunc peccauit. q. 60. ar. 6. 2.
¶ Mollicies propriè respicit defectū delectationū, sed delitiæ impediunt causam impeditiuam earum. s. laborem vel aliquid tale, ideo delitiæ sunt quædam mollicies. q. 138. art. 1. 2.
Mollis dicitur qui recedit a bono propter tristitias causatas ex defectu delectationum quasi cedens debili motiuo, non autem si graui mouenti cedat. q. 138. ar. 1.
Mollicies est uitium oppositum perseuerantiæ & causatur dupliciter. s. ex cōsuetudine & ex naturali dispositione. q. 138. a. 1.
Molles dicuntur qui patiuntur muliebria quasi mulieres effecti. q. 138. ar. 1. 1.
¶ Modestia est uirtus moderatiua passionū, id adiungitur tēperantiæ ut uirtuti principali, quæ est circa difficillima. q. 160. art. 1.
Modestia est circa actiones exteriores & interiores. q. 160. ar. 2.
Modestia moderatur exteriorē hōis motū in incessu, habitu & huiusmodi. Epikia moderatur obseruātiā uerborū legis, potest in esse q. nomē Epikia apud græcos per quandā similitudinem transfertur ad omnes moderationes. q. 120. ar. 2. 3.
Modestiæ partes a diuersis diuersimode assignantur. q. 160. arti. 2.
Modestia continet sub se omnem moderationem motuum corporalium & rerum exteriorum & spem. q. 160. ar. 2.
¶ Mors & ōēs defectus corporales & rebellio carnis ad spiritū sunt pœnæ peccati primorum parentum cōsequētes pœnā principalem. s. substractionem iustitiæ originalis. q. 164. ar. 1.
Mortis causa & aliorum defectuum corporalium in natura humana est duplex. s. remota. i. contrarietas principiorū & proxima, idest peccatum. q. 164. ar. 1. 1.
Mors ut iusta pœna, est à Deo non autem ut est malum naturæ humanæ. q. 164. ar. 1. 2.
Mors & alij defectus non sunt æqualiter in omnibus triplici ratione. s. propter peccata parentum, utilitatem filiorum & diuersam complexionem. q. 164. ar. 1. 4.
Mors uel priuatio uitæ uel terminus alterationis præcedentis est pœna damni, non autem est pœna sensus nec affligit nisi ratione alterationis præcedentis. q. 164. ar. 1. 7.
Mors est meritoria licet ut pœna. q. 164. ar. 1. 6.
Mors quilibet tenetur pro salute animæ proximi certa, aliter de consilio. q. 26. ar. 5. 3.
Mors illata ꝑ pro criminibus aufert totā pœnā pro criminibus debitam in alia uita uel partem pœnæ secūdū quantitatē culpæ, patiētiæ & contritionis, nō aūt mors naturalis. q. 25. ar. 6.
¶ Moyses fuit cæteris prophetis simpliciter maior, licet secundū quid sit minor aliquo. q. 174. ar. 4.
¶ Monachus Epūs tenetur ad obseruātias regulares. s. ad continentiā, paupertatē, habitū & alia nisi impediat officiū eius, ut silentiū, solitudo, abstinentiæ uel uigiliæ graues in quibus pōt ipse secum dispēsare sicut & prælati in religione. q. 85. arti. 8.
Monachus Episcopus nō pōt esse hæres nisi pro ecclesia sua nec pōt testari facere nec aliquid disponere post mortem nisi de licentia Papæ. q. 185. ar. 8. 3.
¶ Mutilatio mēbrorū ē illicita nisi fiat pro salute totius corporis uel animæ, uel nisi fiat p publicā ptātē pp bonū cōe. q. 65. a. 1.
¶ Mutuans potest exigere recompensationem eorum tantum quæ pecunia non mensurantur, puta beniuolentiam & amorem eius cui mutuauit uel aliquid huiusmodi. q. 78. ar. 2.
Mutuans pōt deducere in pactū in recōpensationē damni per quod subtrahitur sibi id quod debet habere. q. 78. ar. 2. 1.
Mutuans non potest deducere in pactū recōpensationem dāni quod consideratur in hoc q. de pecunia nō lucratur. q. 78. ar. 2. 1.
Mutuans tenetur computare in sortem vsum uenalem pignoris. q. 78. ar. 2. 6.
Mutuans nō potest deducere in pactum ut sibi remutuetur, sed potest recipere mutuum sine obligatione. q. 78. ar. 2. 4.
Mutuans potest accipere munera gratis oblata non autem cum pacto tacito vel expresso. q. 78. ar. 2.
Mutuans sperans lucrum ratione mutui peccat secundum sublimitatem euangelicam. q. 78. ar. 1. 3.
Mutuo accipere sub usuris ad bonum sui uel alterius licet, non autem licet inducere ad faciendum vsuras. q. 78. ar. 4.
¶ Mulier nō dī continens, nec incontinens, quia raro habet finitū iudiciū rōnis pp debilitatē complexionis. q. 156. ar. 1. 1.
Mulier uel uir ornans se ut prouocet alios ad concupiscentiam peccat mortaliter, nō autem semper si ornat se ex leuitate uel quadam vanitate uel propter iactantiam. q. 169. ar. 2.
Mulier potest ornare se licite ut placeat uiro suo, non autē mulieres quæ non habent uirum nec sunt in statu habendi. q. 169. ar. 2.

N

NATVRA inferior perfecta duplici motu mouetur proprio. scilicet & superioris. q. 2. ar. 3.
Natura rōnalis inquātū cognoscit uniuersalē boni & entis rōnē, hēt immediatū ordinē ad vniuersalē principiū essendi. q. 2. a. 3.
Ad perfectionem naturæ inferioris duo concurrunt scilicet aliquid secundum motum proprium & aliquid secundum motum naturæ superioris. q. 2. ar. 3.
¶ Necessariū ē accipere ꝑ modū fidei nō solū incognita naturaliter, sed & cognita, & hoc tripliciter ut citius illa cognoscamus, ut cognitio illa sit cōior oībus & ut sit certior. q. 2. art. 4.
¶ Necesse est ut ueniant scandala, non est intelligendum de necessitate absoluta, sed de necessitate conditionata, scilicet finis uel conditionis humanæ. q. 43. ar. 2. 1.
Negligētia est gñale pctm rōne materiæ. i. boni agēdi, spāle vero inquantum priuat actum rōnis. s. sollicitudinem. q. 58. arti. 2.
Negligētia directe opponitur sollicitudini, ideo pertinet ad prudentiam, sed opponitur timori inquantum timor excitat rationem contra negligentiam. q. 54. ar. 2.
Negligens secundum Isidor. dicitur nec eligens. q. 54. ar. 2.
Negligentia pertinet ad actum interiorem, ideo oritur ex accidia, sed pigritia & torpor pertinent ad exequutionem. s. prima tardando, secunda remittendo. q. 54. ar. 2. 1.
Negligentia deficit ab actu præcipiendi per defectum promptæ uoluntatis, inconstātia vero quasi impedita ab alio. q. 54. a. 2.
Negligentia importat defectum sollicitudinis, quæ est specialis actus rationis & actus uirtutis specialis. q. 54. ar. 1.
Negligentia est peccatum mortale dupliciter tantum. s. vel quia prætermittitur actus seu circunstantia necessaria ad salutem uel ex contemptu. q. 54. ar. 3.
¶ Nec mendacium nec aliquid quod ex genere suo non sit peccatum mortale, est perfectis peccatum mortale nisi sit contra eorum uotum uel ratione scandali. q. 110. ar. 4. 5.
Nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini, quomodo exponitur. q. 53. ar. 4. 1.
Non habentes usum rationis, ut amentes & pueri ante annos pubertatis non possunt uouere. q. 88. ar. 9.
Nō seruans promissū pp superuenientē impedimentū vel re mutata excusatur a mēdacio, ut sanctus Paulus. q. 110. art. 3. 5.
Non licet inducere aliquem ad religionem per falsam doctrinam. q. 189. ar. 9.
Nō exercitati in pceptis Dei debent recipi ad religionē. q. 189. 1.
Non mouet iniustis, eo q. homini terrena non sapiunt nō pertinet ad stultitiā mundi, sed ad sapientiam Dei, si uero ex stupore prouenit pertinet ad stultitiā simpliciter. q. 46. arti. 1. 4.
¶ Nullus uolens patitur iniustum formaliter nec aliquis agit iniustum formaliter nisi uolens. q. 59. ar. 3.

O

OBIECTVM cuiuscumque habitus cognoscitiui habet duo, materiale & formale. q. 1. ar. 1.
Obiectū fidei dupliciter cōsideratur, ex parte rei & sic est incōplexū, & ex parte credentis & sic est enunciabile & cōplexū. q. 1. ar. 2.
Obiectum proprium potentiæ habitus uel actus est illud sub cuius ratione formali omnia continentur. q. 1. ar. 1.
Obiectū fidei tripliciter pōt cōsiderari ex parte intellectus materialiter & formaliter, & ex parte intellectus moti a uolūtate & sic isti tres modi uariant, Credere Deo, Deū, & in Deū. q. 2. art. 2.
Obiectū spei principale est beatitudo, secūdario & bōa corporis. q. 1.
Obiectum idem est spei & charitatis, sed sub diuersis rationibus. q. 23. ar. 4. 5.
Obiectum diuinæ dilectionis non mensuratur ratione, quia excedit rationem. q. 27. ar. 6. 3.
Obscuritas fidei non est culpa, sed defectus naturalis intellectus humani. q. 7. ar. 2. 3.
Obsequiū impensum proximo pp Deū ē eleemosyna. q. 32. ar. 1.
Oblatio est omne quod exhibetur in cultum Dei, sacrificium uero est si inde fiat aliquod sacrum consummendum. q. 86. ar. 1.
Oblationes minima dici pnt neque sacrificia data pauperibus ut si ipsi prosit, inquantum dantur propter Deum. q. 86. arti. 1.
Oblationes soluere aliquis tenetur quadrupliciter, scilicet ex conuentione præcedenti, deputatione, indigentia ministrorum & consuetudine, non autem ex præcepto legis. q. 86. ar. 3.
Oblatio debita tertio & quarto modo, est uolūtaria quo ad quātitatem & speciem rei & non ex necessitate præcepti. q. 86. arti. 1.
Oblatio animalis cæci & claudi reddebatur illicita tripliciter, scilicet ratione Dei, contemptus & uoti. q. 86. art. 3. 3.
Oblatio in noua lege pōt fieri de qualibet re ꝑter q̄ de iniuste acquisitis, non autem in ueteri lege pp significationem. q. 86. 3.
Oblatio de mercede prostibuli prohibetur in lege veteri pp immunditiam, in noua uero lege propter scandalum. q. 86. ar. 1.
Oblationes ad solos sacerdotes pertinent vel pro se uel pauperibus uel pro cultu diuino. q. 76. ar. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Oblationes nõ consecratæ possunt cedere in vsum laicorũ per dispẽsationẽ sacerdotũ, sed oblationes cõsecratæ nõ.q.86.a.3
Oblatio parua cum humili mente & pura dilectione purgat peccata venialia & mortalia.q.50.ar.3.2.
Obligatio uoti causatur ex fidelitate ad Deum, ideo est maior q̃ obligatio iuramenti.q.89.ar.8.
¶Obseruantia est sub pietate sicut pietas est sub religione, & est uirtus spiritualis per quam honorantur personæ in dignitate constitutæ.q.102.ar.1.
Obseruantia directe respicit psonã excellẽtẽ, iõ secũdum diuersas rões excellentiæ diuersas species habet.q.104.ar.2.4.
Obedire nemo debet Episcopo simoniaco recipiendo ordines ab eo, quacunque ex causa.q.100.ar.6.1.
Obedientia non est uirtus theologica, sed moralis.q.104.ar.3.2.
Obediẽtia ẽ mediũ duorũ vitiorũ.s. inter supfluũ & diminutũ, sed supfluũ ei⁹ nõ ẽ scdm quãtũ sed scdm alias circunstãtias.s. uel cui nõ debet obedire vel in qbus non debet.q.104.ar.2.
Obediẽtia est pars iustitiæ specialis, sed improprie.q.104.ar.2.2.
Obediẽtiæ propriũ obiectũ est pceptũ tacitũ uel expressum.s. uoluntas superioris quocunque modo innotescat.q.105.art.2.
Obedientia est in uoluntate subiectiue.q.2.ar.5.3.
Obedientia dr dupliciter.s. large & proprie, primo mõ est uirtus generalis, secundo modo est uirtus specialis.q.104.ar.2.
Obediẽtia triplex.s. indiscreta. Ipfecta & pfecta.q.104.art.5.3.
Obedientia omnis est eadem in specie, sed causatur ex diuersis speciebus reuerentiæ.q.104.ar.2.4.
Obedientiæ subsunt omnes actus uirtutum ut sunt in præceptis.q.104.ar.3.2.
Obedientia est maior omni alia uirtute morali, sed est minor uirtutibus theologicis.q.104.ar.3.
Obedientia procedit ex reuerentia superiorum, ideo respectu prælati continetur sub obseruantia, sub pietate uero respectu parentum, sed respectu Dei pertinet ad deuotionem quæ est principalis actus religionis.q.104.ar.3.4.
Obedientia generalis requiritur ad fidem, sed obedientia specialis sequitur eam.q.104.ar.3.2.
Obedientia est mater omnium uirtutum, quia causantur & obseruantur per actum eius, charitas uero ut finis.q.104.ar.3.2
Obedientia quanto minus habet de suo, tanto melior est secundum apparentiam, non autem apud Deum.q.104.ar.2.3.
Obedire tenetur præceptis Dei omnis uoluntas creata.q.104.ar.4
Hõ non tenet homini obedire in pertinentibus ad interiorem motum uoluntatis uel ad naturã corporis, sed Deo.q.104.a.5.
Obediendum est magis maiori prælato quam minori quæ totaliter subest ei uel in quibus subest ei.q.104.ar.5.
Obedire non tenetur subditus suo superiori dupliciter, scilicet propter præceptum maioris potestatis uel in quibus non subditur ei.q.104.ar.5.
Obedientia requiritur ad perfectionem religionis.q.186.artic.5.
Oblitio bñficii ex natura excusat ab ingratitudine nõ aũt obliuio ex negligẽtia nec impotẽtia recõpẽsandi beneficiũ, qa ad gratitudinẽ sufficit bona uolũtas ubi deest facultas.q.104.a.3
¶Obseruantiæ omnes religionũ ordinantur ad tria principalia uota ad quæ etiam pertinet habitus ut signum obligationis, iõ simul datur vel benedicitur cum professione.q.186.ar.7.2.
¶Obligatus debitis prius debet soluere quãtũ põt & tunc põt ingredi religionem, licet non possit oĩa soluere.q.189.ar.6.3
¶Obligare se uoto ad ingressum religionis secundum se est laudabile.q.184.ar.2
¶Occidere aialia bruta nõ est pctm, nisi hoc fiat in dãnũ pximi, qa aialia bruta sunt, uiuũt & conseruant̃ pp hoĩẽ.q.64.ar.1.
Occidere peccatores ad bonũ communitatis est licitum quando potest fieri sine periculo bonorum.q.64.ar.2.
Occidere peccatores nemini licet nisi authoritate principis.q.64.ar.3.
Occidere seipsum quacunq; de cã semper est pctm mortale nisi hoc fiat inspiratione diuina sicut Sanson & quędã sanctę mulieres quarum memoria in ecclesia celebratur.q.64.art.5.
Occidens seipsum facit iniuriam Deo ciuitati & communitati, ideo punitur secundum legem diuinam & humanã.q.64.a.5
Occidere innocẽtẽ nemini licet nisi de mãdato Dei.q.64.art.6.
Occidẽs inuadẽtẽ se, defendendo se cũ moderamine inculpatę tutelę nec intendens mortem eius non peccat.q.64.art.7.
Occidens hominem etiam defendendo se & quilibet participans in causa sanguinis est irregularis.q.64.ar.7.4.
Occidẽs hominẽ a casu nõ est homicida nec irregularis si dabat operã rei licitæ & adhibuit debitam diligentiam.q.64.art.8.
Occidens siue percutiens mulierem prægnantem est homicida, & est irregularis si sequatur mors uiui uel mortui fœtus animati anima rationali.q.64.ar.8.2.
Occidere iustum est grauius peccatũ quam occidere iniuste peccatorem.q.64.ar.6.2.
Odire malũ & diligere bonum eiusdem est rationis.q.25.art.6
Odiũ Dei ẽ grauissimũ peccatorũ & ẽ grauius q̃ infidelitas.q.34.2.
Odiũ Dei ẽ pctm in spũsctm, maxime scdm q pctm in spũsctm nominat aliqd genus pcti speciale, sed odium Dei non numeratur inter species eius, quia est in oĩ specie eius.q.34.art.2.1.
Odio Deum habent non omnes odientes pœnas, quarum Deus est author.q.34.ar.2.3.
Odiũ omne in proximum quo ad naturam uel gratiam est peccatum, non autem odiũ in proximũ quo ad culpã.q.34.a.3.
Odium est maximum peccatum contra proximum quo ad inordinationem peccantis, sed actus exterior est maximũ peccatum quo ad nocumentum.q.34.ar.4.
Odiũ nõ põt esse uitiũ capitale, qa amor veri boni & odiũ ueri mali sunt primæ passiones, sed apparẽter sunt ultimæ.q.34.5.
Odiũ põt eẽ prima passio ñ aũt primũ pctm, sed ultimũ.q.34.ar.5
Odiũ orit ex inuidia, qa est tristitia de alieno bono.q.34.art.6.
Odiũ cõuenientius ponit oriri ex accidia q̃ ex ira.q.158.ar.7.2.
Odium proximi est prius odio Dei, sed dilectio Dei est prior dilectione proximi.q.34.ar.6.2.
RESPON. Dicēdum, q quælibet uirtus consistit in hoc, q attingit regulam aliquam cognitionis, vel operationis humanæ, ut supra* dictum est. Attingere autē regulam est uno modo circa unam materiam: sed à regula deuiare contingit multipliciter. Et[m] ideo uni uirtuti multa uitia opponuntur[n] Diuersitas autem uitiorum, quæ unicuique uirtuti opponūtur, potest considerari dupliciter. Vno modo secundum diuersam habitudinem ad uirtutem & secundum hoc determinatæ sunt quædam species vitiorū, quæ opponuntur uirtuti: sicut uirtuti morali opponitur unū vitium secundum excessum ad virtutem, & aliud uitium secundum defectum a uirtute. Alio modo potest considerari diuersitas uitiorum oppositorum uni uirtuti secundum corruptionem diuersorum, quę ad uirtutem requiruntur: & secundum hoc uni uirtuti, puta tem-

Conclu. m

H

IN codē 5. ar. dubiū est de differentiæ specificæ rōne assignata in litera inter hæresim, & pfidiā Iudaicam: quia hęretici renituntur fidei susceptę in manifestatione ueritatis: Iudæi autē fidei susceptæ in figura. Cū.n. figura ut sic, & figurata ueritas, ad eandē fidē spectent & non differāt nisi sicut implicitum & explicitum, consequens est, q reniti contra figurā, & contra figuratā manifestatā, non differunt nisi sicut reniti cōtra aliquid explicitè, uel implicitè: sed hoc nō uariat speciē quoniā qa eiusdē rōnis est lædere semina, & segetes, quæ implicitè erat in seminib. & cōtradicere principijs, & cōclusionib. q̄ implicitè sunt in eis, licet differentia sit secundum magis & minus. Non ergo est bona ratio distinctionis specificę assignata in litera. I

¶Ad eandem iam huius satis, q differentia secundum explicitum, & implicitum potest ad diuersa referri: Et si referatur ad id quod dicit explicitè, uel implicitè esse, certum est quòd non uariant eius speciem, sicut nec actus & potentia. Eiusdem.n. speciei est homo in potentia, & homo in actu: & similiter ueritas una & eadem implicita, & explicita. Si uero referatur ad ipsos modos, seu res tales modos sibi uendicantes, sic uariant species, ut patet de principijs, & cōclusionib. & habitibus eorum: & in naturalibus de grani herba, & ipso grano. Propterea licet Euangelium manifestatum, & obumbratū sit unum & idem secundum speciem, ipsum tamē secundum se, & illius figura, specie differunt. Et licet fides antiquorum, & nostra sit eiusdē speciei propter unitatem obiecti: infidelitas tamē opposita fidei explicitæ Euangelij, & fidei implicitæ eiusdē, sunt diuersarū rationum: quia, ut in litera dicitur in responsione ad primū, aliter unitur fides, & aliter infidelitas illi uni obiecto fidei: nā fides conuertitur ad illud, infidelitas auertitur ab illo. Et ideo illa recipit merito inde unitatem, hæc non: sed ex ipsis diuersis sententijs contrarijs figuræ, & ueritati apertæ, ad quas infidelitas cōuertitur. Iam enim ostensum est, quòd sunt diuersarum rationum. Et ad obiecta in oppositum dicitur, quòd figura ut sic, & figuratum, sunt eiusdem rationis, referendo ad rem figuratā, non aūt ad modos habēdi, propter quos diuersimodè ferimur in uiolationē utriusq; professionis, sicut in extremum & mediū, ut declaratū est. Nec obstat exēplū de seminibus, quia licēt herbæ, & granum specie distinguantur, in ordine tamen ad dānum læsi, non distinguuntur nisi secundum magis & minus & secundum talem ordinem considerantur in moralibus. Negare aūt principia, & conclusiones, falsum est quòd sint eiusdem K rationis: quoniā distinguunt negationes penes affirmationes. F

¶In codē quinto articulo dubiū occurrit, An præter has tres species infidelitatis sint aliæ species. Et rō dubij ex litera est, ut quia dr, q in gnāli psit hæ tres species assignari, dicendo in gnāli, à speciebus specialissimis se præseruasse vtrū quia infidelitas Gentiliū in litera sequentis articuli dr fidem Euangelij nullo mō suscepisse. Ex quo arguitur, q infidelitas sectæ Mahumeti, qa Euangelij fidē suscipere, pfitetur, & nisi illud puerat, sub nulla harū specierū continetur, ac per hoc datur alia species infidelitatis præter istas.

¶Ad hoc breuiter dicitur, q quia nulla apparet latitudo ex parte obiecti, nisi quę dicta est, & q secundum multiplicationē sententiarum cōtrariarū fidei fit, & utraq; in litera tangitur, & penes primā nō plures, q̄ tres differētiæ formales assignatæ appareant, cū in nulla appareat latitudo, nisi materialis (sententia.n. contrariū Euangelij professi unū formale est, & sic de alijs) penes secundā autē infinitæ species constituūtur, quæ non sunt tam species, q̄ priuationes diuersarum sententiarum secundū speciem requisitarum integritatē fidei: idcirco præter prædictas tres species simpliciter, & infinitas in genere mali, nullas alias uides.

¶Ad primum ergo in oppositum dicitur, q ly, in generali, nō dicitur ad præseruandum se à specialissimis, quia liber iste de specialissimis est: sed ad denotādum modum diuersum in his speciebus, & in alijs, quæ attenduntur penes corruptionem requisitorum. Nam istæ assignantur penes sententias fidem corrumpentes in speciali. Aliæ enim species mali est negare, Verbum caro factum est, & alia, Natus ex Maria virgine, & sic de alijs sicut specie distinguuntur ipsæ sententiæ, quæ negantur. Illæ autem ad sententias in specie non descendunt, sed in generali sententiam fidei contrariam attendentes penes professum, uel non professum esse, ut declaratum est, distinguuntur. Et hoc insinuat ly, in generali.

¶Ad secundam autem obiectionem dicitur, q non dicitur professus Euangelium, nisi qui Euangelium simpliciter profitetur, quod non fit, nisi baptismum in fide Ecclesiæ suscipiatur. Et propterea mahumetani, qui illud tantum, quod dux eorum de Euangelio, & de lege Moysi noluit, susceperunt, & neutrum simpliciter profitentur, sub infidelitate Paganorum comprehenduntur, nullo que modo supradictorum, s. explicitè, uel in figura, suscepisse Euangelium dicūtur in litera. Soli enim duo modi constituunt diuersitatem formalem suscipiendi, qui soli cōstituunt aliquam uel ... professionem fidei.

¶In eodem artic. 5. in responsione ad primum nota, quòd illa uerba, quæ dicuntur ibi de diuersitate uitiorum oppositorum charitati, uni & eidem uirtuti secundum conuersionem ad diuersa bona temporalia, & iterum secundum diuersas habitudines inordinatas ad Deum, licet fortè exponi possint multipliciter, secundum tamen planum literæ sensum, mōstrant duos modos multiplicandi illa uitia: & iuxta secundum modū constituunt odium Dei, & accidia: iuxta primum uerò reliqua uitia, s. inuidia, discordia, contentio, schisma &c. de quibus in tractatu de charitate erit specialis sermo inferius.

¶In eodem 5. artic. nota utramque solutionem in responsione ad tertium. Nam prima deseruit speciebus determinatis infidelitatis, in quarum qualibet contingit multos esse errores in ordine ad unum primum obiectum, a quo infidelitas illa sumit speciem: sicut econuerso in fide contingit esse multas ueritates. Secunda autem deseruit speciebus infinitis infidelitatis, q̄ contingat et eundem simul pluribus determinatis speciebus infidelitatis irretiri, ut si de Christiano fiat Iudæus, tc* erit hæresis ratione fidei Euangelicæ post eius professionem negatæ: & perfidia Iudaicæ, ratione professionis Iudaicæ corrumpentis figuram Euangelij. Et sufficiant hæc etiam pro 6. artic.

perantiæ,

perantiæ, vel fortitudini opponunt infinita uitia, A secundum q infinitis modis contingit diuersas circunstantias virtutis corrūpi, vt à rectitudine virtutis recedat: vñ & Pythagorici* malū posuerūt infinitū. Sic ergo dicēdū, q si infidelitas attēdat circa cōparationē ad fidē, diuersæ sunt infidelitatis species, & numero determinatæ. Cū.n. pctm infidelitatis cōsistat in renitendo fidei, hoc pōt cōtingere dupl'r: qa aut renitit fidei nondū susceptæ, & talis infidelitas est Paganorū, siue Gentiliū: aut renitit fidei Christianæ susceptæ, vel in figura: & sic est infidelitas Iudæorū, vel in ipsa manifestatione veritatis, & sic est infidelitas hæreticorū. vñ in gnāli possunt B assignari tres pdictę species infidelitatis. Si uero distinguant infidelitatis species sm errorē in diuersis, q ad fidē priuēt, tunc nō sunt determinatæ in species: Possunt.n. errores in infinitū multiplicari, ut patet per Aug. in libro* de Hæresibus.

*Vide 2. ... medio, in mo 5. Malū quomodo infinitum.

Conclu. p

*Iusti. de hæresibus ad quod vultdeus circa finem to. 6.

AD PRIMVM ergo dicendū, q formalis rō alicuius peccati pōt accipi dupl'r. Vno mō sm intētionē peccantis: & sm hoc id, ad quod conuertit peccans, est formale obiectū peccati, & ex hoc diuersificant eius spēs. Alio mō sm rōnem mali: & sic illud bonū, à quo recedit, est formale obiectū peccati: sed ex hac parte peccatū nō habet speciē, imo C est priuatio speciei. Sic ergo dicēdū est, q infidelitatis obiectū est veritas prima, sicut à qua recedit: sed formale eius obiectū, sicut ad qd couertitur, est sentētia falsa, quā sequitur. & ex hac parte ei* species diuersificant. Vnde sicut charitas est vna, q̄ inhæret summo bono: sunt aūt diuersa uitia charitati opposita, q̄ p conuersionē ad diuersa bona tēporalia recedūt ab vno summo bono, & iterū sm diuersas habitudines inordinatas ad Deū: sic et fides est vna virt* ex hoc, q adhæret uni primę veritati. Sed ifidelitatis spēs sūt multę ex hoc, q infideles diuersas, & falsas sententias sequunt. D

Formalis ratio peccati duplex.

AD II dicēdum, quòd obiectio illa procedit de distinctione specierum infidelitatis secundum diuersa, in quibus erratur.

AD III dicēdū, q sicut fides est una, qa multa credit i ordine ad vnū: ita infidelitas pōt esse una, ēt si in multis erret, inquantū oia habēt ordinē ad vnū. Nihil tñ phibet hominē in diuersis infidelitatis speciebus errare: sicut et pōt vnus hō diuersis vitijs subiacere, & diuersis corporalibus morbis.

2. respon.

Porrecta per totum.

ARTICVLVS VI.

Vtrū infidelitas Gentilium, seu Paganorū sit cæteris grauior.

Infra, eodem art.

56 AD SEXTVM sic proceditur. Vr q infidelitas Gentilium, siue Paganorum sit grauior cæteris. Sicut enim corporalis morbus tanto est grauior, quanto saluti principalioris membri magis contrariatur, ita peccatum tanto vr esse grauius, quanto[h] cōtrariat ei, quod est principalius in uirtute: sed principalius in fide est fides vnitatis diuinæ, a qua deficiunt Gētiles multitudinē Deorum credentes. ergo infidelitas eorum est grauissima. E

¶2 Præt. Inter hæreticos tanto hæresis aliquorū[h] detestabilior est, quāto in pluribus, & principalioribus veritati fidei cōtradicunt: sicut hæresis Arrij, qui separauit diuinitatem, detestabilior fuit, q̄ hæresis Nestorij, q separauit humanitatem Christi á persona filij Dei: sed Gentiles in pluribus, & principalioribus recedunt à fide, quam Iudæi & hæretici, quia omnino nihil de fide recipiunt. ergo eorum infidelitas est grauissima.

¶3 Præt. Oē[b] bonū est diminutiuū mali: sed aliqd bonū est in Iudæis, qa cōsitent vetus testamentū esse á Deo. Bonū ēt est in hæreticis: quia uenerant nouum testamentum. ergo minus peccant quàm Gentiles, qui vtrunque testamentum detestantur.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. Pet. 2. Melius.n. erat illis nō cognoscere uiā iustitiæ, q̄ post cognitionē retrorsum cōuertiēd Gētiles nō cognouerūt uiā iustitiæ: hęretici aūt & Iudęi aliqualiter cognoscētes, deseruerūt. ergo eorū pctm est graui*.

RESPON. Dicēdum, q in infidelitate, sicut dictū est,* duo possunt considerari, quorum unum est comparatio eius ad fidem, & ex hac parte aliquis grauius contra fidem peccat, qui fidei renititur susceptæ, q̄ qui renititur fidei nondum susceptæ: sicut grauius peccat qui nō implet, quod promisit, q̄ si non impleat quod nunquàm promisit. Et[m] sm hoc infidelitas hæreticorum, qui profitentur fidem Euangelij, & ei renituntur, eam corrumpentes, grauius peccant, q̄ Iudæi, qui fidem Euangelij nunquàm susceperunt[n]: sed quia susceperunt eius figuram in ueteri lege, quam malè interpretantes corrumpunt: ideò etiam[o] eorum[p] infidelitas est grauius peccatum, quam infidelitas Gentiliū[q], qui nullo mō fidem Euangelij susceperunt. Aliud quod in infidelitate consideratur, est corruptio eorum, quæ ad fidem pertinent. Et[r] sm hoc cum in pluribus errent Gentiles q̄ Iudæi, & Iudęi q̄ hęretici, grauior est infidelitas Gentilium, q̄ Iudæorum, & Iudęorum q̄ hæreticorum: nisi fortè quorundam, puta,[s] Manichæorū, qui etiam circa credibilia plus errant, q̄ Gentiles[t]. Harū tamen duarum grauitatum prima pponderat secundæ, quantum ad rationem culpæ: quia infidelitas habet rationem culpę (vt supra* dictum est) magis ex hoc, q renititur fidei, quàm ex hoc, q non habet ea, q̄ sunt fidei. Hoc enim uidetur, ut dictum? est, magis ad rationem pœnæ pertinere. Vnde[u] simpliciter loquendo infidelitas hæreticorum est pessima[x].

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

*Iat. pręc.
Conclu. m
D. 726. Conclu. p
Conclu. s
D. 703.
*art. 1. huius quest. *art. 1. huius quest.
Conclu. u

ARTICVLVS VII.

Vtrum sit cum infidelibus publicè disputandum.

AD SEPTIMVM sic procedit. Vr q nō sit cū ifidelib* publicè disputandū. Dicit.n. Apostolus 2. ad Tim. 2. Noli[h] verbis cōtēdere: ad nihil.n. utile ē, nisi ad subuersionē audientium: sed disputatio publica cū infidelibus fieri non potest sine contētione uerborū. ergo non est publicè disputādū cū infidelibus.

¶2 Præt. Lex Martiani* Augusti p Canones cōfirmata, sic dicit.

SVPER QV. X. ARTIC. VII.

Porrecta per totum.

Ban. eodem art.

IN arti. 7. eiusdem quæstionis, duo occurrunt dubia. Alterum ex parte disputantium: alterum ex parte audientium. Ex parte quidem disputantium, quia pręter legem allegatam in litera, quę habetur in lege Nemo. C. de summa Trinita. post Beatum Thomam iura noua emanarunt prohibentia laicis sub pœna excommunicationis disputare de fide

57
2. ad Tim. lec. 2. fin.
* In Codice li. 1. tit. 4. Ex de S. Tri. & fide Catho li. lege Nemo.

publicè, q̃ priuatim, vt patet extra, de hæreticis in 6. ca. Quicunq;. Et tñ sæpe videmus doctos laicos in publicis disputationibus respondere, & arguere in multis materijs fidei. Ex parte verò audientium, quia continuè videmus religiosos disputare in capitulis generalibus coram vulgaribus de multis materijs fidei, & hoc ī locis, vbi simplices non sunt solicitati ab infidelibus, & tñ in litera dr̃ hoc eē periculosum.

modi interpretatione legum prædictum est. Et per hoc patet solutio primi dubij. Nam huiusmodi laici disputant de fide materialiter tantum, & gratia exercitij, uel potius honoris. Et propterea à nullo prælato reprehenduntur, seruata modestia conclusionum, & arguendi modo in materia fidei.

¶ Ad euidentiā huius materiæ sciendū est, q̃ diuersissima sententiarū in rōne disputationis clausa, pōt referri ad ipsam disputationē, & ad personas disputantes. Et q̃ referatur ad ipsum actum disputādi, est de rōne disputationis, sic q̃ aliter nō esset disputatio. Nisi enim propositiones essent contra conclusionē, nō esset disputatio. Sed q̃ referatur ad disputātes personas, hoc non est de rōne ōis disputationis, ut patet in disputatione gratia exercitij, vbi nō est diuersa opinio disputantium. Rursus, quia disputare de aliqua re est diuersa proferre argumēta de illa re, illud solum est formaliter disputare de aliqua re, qd inducit diuersitatē rōnū de illa re. Ac p hoc ille solus dr̃ ppriè & formaliter disputare de fide, q̃ intēdit afferre cōtrariā rōnē de fide pro, vel contra. Qñ verò aliquis affert rōnem aliquā cōtra fidem, nō ppterea, sed gratia exercitij, non disputat de fide, nisi materialiter: sicut q̃ profert verba detractoria, non vt detrahat, nō detrahit nisi materialiter. Ex his aūt dr̃ in pposito, q̃ qa verba formaliter intelligenda sunt, & pœnæ nō sunt extendendæ, q̃ lex illa nō phibēt disputationē de fide laicç psonæ, nisi formaliter intellectā. Hæc autem cōtingit, qñ uel defendēda fides, uel confundendus error cōtrarius, vel dubium de fide occurrit. Sic enim disputare de fide illicitū est laicis, prohibeturq; tenere. Et ratio huius est, quia leges feruntur secundum id, qd est in pluribus. Communiter autem laici non sunt docti in fide, adeò ut sunt theologi sufficientes ad hoc. Vnde posset licitè contra hanc legem disputari à laico docto, qñ casus esset, ut nō secundū uerba, sed intentionē legis agendum esset: prout in communi de huius-

*Ne remoue
tur dubium
materiam,
de fide san
Ill. amoue-
tur uida vero
sum.*

Iniuriā facit iudicio religiosissimæ synodi, si quis semel iudicata, aut rectè disposita reuoluere, & puplicè[b] disputare cōtendit: sed oia, q̃ ad fidē ptinēt, sūt p sacra cōcilia determinata. ergo grauiter peccat, iniuriā synodo faciēs, si qs de eis q̃ sunt fidei, publicè disputar̃ psumat.

G

¶ 3 Præt. Disputatio argumētis aliq̃bus agit: sed argumentū est rō rei dubiæ faciēs fidē ea aūt q̃ sunt fidei, cū sint certissima, nō sunt in dubitationē adducēda. ergo de eis quæ sunt fidei, non est publicè disputandum.

Sed contra est, q̃ Act. 9. dr̃, q̃ Saul[a] inualescebat, & cōfundebat Iudæos, & q̃ loq̃bat̃ Gētibus, & disputabat cū Græcis.

H

Respon. Dicēdū, q̃ in disputatione fidei duo sunt cōsiderāda. Vnū q̃dē ex parte disputantis: aliud aūt ex parte audiētiū. Ex parte q̃dē disputātis est cōsiderāda intētio. Si.n. disputet, tamq̃ de fide dubitās, & ueritatē fidei p certo nō supponens, sed argumentis experiri intendēs, proculdubio peccat tamq̃ dubius in fide, & infidelis. Si aūt disputet aliqs de fide ad cōfutādū errores, uel ēt ad exercitiū, laudabile est. Ex parte verò audiētiū cōsiderādū est, utrū illi, qui disputationē audiunt, sint instructi & firmi in fide, aut simplices, & in fide titubantes. Et q̃dē[d] corā[m] sapiētibus in fide firmis nullū periculum est disputare de fide[n], sed circa simplices est distinguēdū: q̃a aut sunt solicitati, siue pulsati ab infidelibus puta, Iudęis, uel hæreticis, siue Paganis nitētibus corrūpere in eis fidē: aut omnino nō sunt solicitati sup hoc, sicut in terris, in q̃bus nō sunt infideles[r]. In primo casu necessarium est publicè disputare de fide, dummō inueniant̃ aliq̃ ad hoc sufficiētes & idonei, q̃ errores cōfutare possint[q]. Per hoc.n.

*Duæ considerāda in disputatione de fide.
Vide aūt si disputādū.*

*D. 1014.
Conclu. m*

*Conclu. p
Nota quæstionis vlti-
mam limi-
tationem
ly dummō
&c.*

simplices in fide cōfirmabunt̃, & tollet̃ infidelibus decipiendi facultas, & ipsa taciturnitas eorū, q̃ resistere deberēt peruertētibus fidei veritatē, esset erroris cōfirmatio. Vñ Gregori[*] in 2. Pastoralis. Sicut incauta locutio in errorē protrahit, ita indiscretū silētiū eos, q̃ erudiri poterāt, in errore derelinquit. In secūdo verò casu periculosum est publicè disputare de fide coram simplicibus[a], quorū fides ex hoc est firmior, quia nihil diuersum audierunt ab eo, quod credunt. Et ideò nō expedit eis, ut uerba infidelium audiant disputantiū cōtra fidem.

** 2. partis capit. 4. in princi.*

Conclu. f

Ad primum ergo dicēdū, q̃ Apostolus nō phibet totaliter disputationē, sed inordinatam, q̃ magis fit contētione uerborum, q̃ firmitate sententiarum.

Ad II dicēdū, q̃ lex illa phibet publicam disputationem de fide, quæ procedit ex dubitatione fidei: non autem illam, quæ est ad fidei confirmationē.

Ad III dicēdum, q̃ nō debet disputari de his, quæ sunt fidei, quasi de eis dubitando, sed pter veritatē manifestādam, & errores cōfutādos. Oportet.n. ad fidei cōfirmationē aliquādo cū infidelibus disputare, quandoq; quidē defendendo fidem, sm illud 1. Pet. 3. Parati semper ad satisfactionē omni poscenti vos rōnem de ea, quæ est in uobis spe, & fide: quandoque autem ad conuincendos errantes, secundum illud ad Tit. 1. Vt sit potens exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere.

I

K

¶ Ad secundum autē pōt primo dici, q̃ auctor loquit̃ de disputatione formaliter, uel saltē cū infidelibus, vbi nō est sola diuersitas in argumentis, sed in mētibus. Et ppterea dicit, q̃ non expedit, ut audiāt fideles uerba infideliū disputātiū contra fidē. Quia tñ hoc non solū pp auctoritatem literæ huius, sed absolutè hēt difficultatē pp periculum audientiū, dū & fideles disputant, rōnes infideliū afferentes adeo, q̃ in hac re discretione opus est, & prudētia, ut disputantes cōsiderata qualitate vulgi, & nobiliū, seu principium, talia gratia honoris, & exercitij disputēt, in q̃bus non sit periculū ducendi eos in uacillationem. Et bene propterea nisi sint philosophia exercitati, & aduersariorū rōnum, & auctoritates optimè discusserint, ita ut plenè auditoribus satisfacere sciāt, abstinere debēt a disputādo de materijs pulsantibus animos, ut de immortalitate alæ, de creatione mūdi, de trinitate &c. & hmōi. Contingit.n. quādoq; magis apparere, percipi, satisfacere, & memoriæ ipsa mēta falsa, quàm solutiones eorum. In quo etiam prædicantes aliquando errāt.

Ob hoc debitore fit & fidelis flat, & et teri similiter magnas errores, sic agendis diminui & meruerit.

Svper qv. x. art. viii.

Ban. eodem art.

In artic. 8. eiusdem quæstionis dubiū occurrit ex Scoto in quarto dist. 4. quæstione vltima, credēte, q̃ religiosè fieret, si infideles cogerentur a principibus minis, & terroribus ad fidem, tum quia in Concilio Toletano, ut habetur quadragesima quinta distinctio. capi. de Iudæis, commendat Zizibutum principem, uocans eum religiosissimū in coactione ad Christianitatem. Approbat ergo eum synodus tanquàm regio sum in hoc, tum quia dat quòd sic te conuerterentur, maius malum est infidelibus posse liberè legem suam illicitam seruare, quàm non posse eā impunè seruare; at per cogendo eos ad fidem,

Porrecta per totum.

*58
4. dist. 11. q. 2. art. 1. ad 6.*

Articvl. viii.

Vtrum infideles compellendi sint ad fidem.

Ad octavvm sic pceditur. Videtur q̃ infideles nullo modo compellendi sint ad fidē. Dicitur enim Matthæi. 13. q̃ serui patrisfamilias, in cuius

fidem, fiet minus malū. Tū quia saltē filij eorū, si bñ educarentur, in 3. & 4. progenie essēt uerè fideles. ¶ Ad euidentia huius quia vr̃ hīc sequaces, sciēdū est, q̃ rū timor minuat rōnē uoluntarij, adeò ut ea, q̃ ex timore fiunt, licet sint simpliciter uoluntaria sunt quodāmodo inuoluntaria, & multa uocēt, & sint & apud theologos, q̃ ex timore fetum fiunt, absque charitate fiāt, & apud morales dicant̃ q̃ nōde rūt peccare mali formidine pœnæ, constat, ut coactio principū minis & terroribus ad susceptionē fidei, non ad uoluntariā usum, sed seruiliter voluntarium terminet̃, ac per hoc ad sacrilegiū. Et tenet hæc sequela, q̃a susciperē sacramēta fidei seruiliter, est cōtumeliā inferre sacramentis. Prima aūt sequela patet ex cōi hominum rōne. Rōnabile quippe est, & ut in pluribus, q̃ minis, & terroribus principū, coacti sacramenta fidei suscipientes, seruiliter suscipiant: licet aliquis forte de necessitate faceret uirtutē. Sed in humanis attēdendum est, qd ut in plurib. inuenit̃. Religioni igit̃ aduersatur cogere infideles omnino extraneos ab Ecclesia ad fidē: q̃a adueniat uoluntario requisito ad sacramēta fidei. Vltra hoc, qd aduersat̃ ipsi actui fidei q̃ est credere, de cuius rōne est uoluntariū, ut Iūa dr̃. Quod sic intelligo. Medium dēt esse cōsonū & proportionatū fini: sed credere est de q̃ne uoluntarij, & cōpulsio p metum & cōsilium ad inuoluntariū. ergo Patet Minor, q̃a si qd metu fit, quantū habet de metu, tm habet de inuoluntario, in cuius signum si nihil metus adesset, nihil inuoluntarij hic pateretur. ¶ Ad primū āt Scoti dr̃, q̃ sola synodi duo sōuit, s. laudē principis, & phibitionē facti. Et ex secundo patet, q̃ nō approbat factū, ac p hoc insinuat, q̃ laudat principis de iniūctione. mul ta.n. mala, intētione bona sunt.

** Ho. 47. in Matth. ante medi. to. 2.*

*† In Decreto. di. 45. ca. De Iudæis i 5o. mitur ex Conci. 4. Tolet. Cā. 56.
† Tractat. 26. in Ioā. aliquantulū a principio. t. 9.
* 1. 2. q. 19 art. 10.*

Conclu. m

Conclu. p

Conclu. s

agro erāt zizania seminata, q̃ sierūt ab eo: Vis imus, & colligimus ea? & ipse rñdit, [b] Non, ne forte colligētes zizania, eradicetis simul cū eis triticū. Vbi dicit[*] Chrys. Hæc dicit Dñs phibēs occisiōes fieri. Nec.n. oportet interficere hæreticos: q̃a si eos occideritis, necesse est multos sctōrū simul subuerti. ergo uī q̃ pari rōne nec aliqui infideles sint ad fidem cogendi.

A

¶ 2 Prę. In Dec.† distinctiōe 45. sic dr̃ De[a] Iudæis pcepit sctā Synod[*], nemini deinceps ad credēdū vi inferre. ergo pari rōne nec alij ifideles sunt ad fidē cogēdi.

B

¶ 3 Prææt. Aug.† dicit, q̃ cętera pōt hō nolens, credere uerò n, nisi uolēs: sed uolūtas cogi non potest. ergo uidetur q̃ infideles non sint ad[h] fidem cogendi.

¶ 4 Prę. Ezec. 18. dr̃ ex persona Dei. Nolo mortem pctōrib. sed nos debemus uoluntatē nrām cōformare diuinæ, vt s. * dictū est. ergo ēt nos non debemus,[h] velle, q̃ infideles occidantur.

C

Sed contra est, q̃ dr̃ Luc. 14. Exi in uias, & sepes, & cōpelle itrare, ut impleat̃ dom[*] mea: sed hoies in domū Dei, i. in sanctā Ecclesiā intrat p fidē. ergo aliqui sunt cōpellēdi ad fidem.

Respon. Dicēdū, q̃ infideliū q̃dā sunt, q̃ nunq̃ susceperunt fidē, sicut Gentiles, & Iudæi: &[m] tales nullo mō sunt ad fidem cōpellēdi, ut ipsi credāt, [n] quia credere uoluntatis est[p] sunt tñ cōpellēdi à fidelib. si adsit facultas, ut fidē nō impediāt uel blasphemijs, uel malis psuasionib. vel ēt apertis psecutionib.[q] Et pp hoc fideles Chri frequēter cōtra infideles bellū mouēt, nō q̃dē ut eos ad credēdū cogant, q̃a si ēt eos uicissent, & captiuos hērent, in eorū libertate relinquerēt, an credere uellēt: sed pp hoc, ut eos cōpellāt, ne fidē Chri impediāt. Alij uerò sunt infideles, qui q̃nq; fidē susceperūt & ea pfitent, sicut hæretici, & q̃nq; apostatæ: & s tales sunt ēt corporaliter cōpellēdi, ut impleant q̃ promiserūt, & teneāt quod semel susceperunt.[t]

D

E

Ad primvm ergo dicēdū, q̃ per illam auctoritatem quidam intellexerunt esse prohibitam

non quidem excōicationē hæreticorum, sed eorum occisionem, ut patet per authoritatē Chrys. inductā. Et Aug.[*] ad Vincentium de se dicit. Hæc primitus mea snia erat neminem ad vnitatē Chri esse cogendū, uerbo esse agēdū, disputatione pugnādū. Sed hæc opinio mea nō contradicentiū uerbis, sed demonstrantium superat̃ exēplis. Legum.n. terror ita profuit, ut multi dicant. Gratias dño, qui vincula nr̃a dirupit: Quod ergo Dñs dicit: Sinite utraque crescere usq; ad messem, qualiter itelligēdū sit apparet ex hoc, q̃ subdit. Ne forte colligētes zizania, eradicetis simul cū eis & triticū. Vbi satis oñdit, sicut Augu.[*] dicit cōtra epistolā Parmeniani, Cū metus iste nō subest, idest, qñ ita cuiusq; crimē notū est oibus, & execrabile apparet: ut nullos prorsus, uel nō tales hēat defensores, per quos possit schisma cōtingere, non dormiat seueritas disciplinæ.

Ad secvndvm dicēdū, q̃ Iudei, si nullo mō acceperūt fidē, nullo mō sunt cogēdi ad fidē. Si aūt acceperūt fidē, oportet ut fidē necessitate cogant̃ retinere, sicut eodem capitulo[*] dr̃.

Ad tertivm dicēdū, q̃ sicut uouere est uolūtatis, reddere āt necessitatis: ita accipere fidē, ē uolūtatis, sed tenere eā acceptā est necessitatis. Et iō hęretici sunt cōpellēdi, ut fidē teneant. Dicit.n. Aug.[*] ad Bonifaciū Comitē. Vbi est quod isti clamare cōsueuerūt liberū esse credere, uel nō credere? cui uim Chrs intulit agnoscat i Paulo pri[*] cognoscentem, & Christum postea docentem.

Ad qvartvm dicēdū, q̃ sicut ī eadē epla[*] Aug. dicit. Nullus nr̃m uult aliquē hæreticū perire: Sed alr̃ nō meruit hr̄e pacē dom[*] Dauid, nisi Absalō filius ei[*] in bello, q̃ cōtra patrē gerebat, fuisset extict[*]: sic Eccl'a catholica si ex aliquorum perditione cæteros colligit, dolorē materni sanat cordis, tātorū liberatiōe populorū.

¶ Ad sedm uerò ist, q̃ maius malū vr̃ infideliter uiuere occultè post suscepta fidei sacramēta, q̃ liberè infideliter uiuere: q̃a cuius cōtumelia sc. a mētorū. Et nihilominus ad hoc, & tertiū inniça rñsione dr̃, q̃ si sunt facienda mala, ut ueniāt bona, ut dr̃ ad Ro. 3. & multo minus, ut ueniat minus malū. Vñ nō est tāta inferenda contumelia sacramētis, vt filij in 3. & 4. progenie saluentur, q̃uis de facto timēdū esset probabiliter de opposito: q̃a patres fictè in fide, similes sibi filios nutrirent: naturale siquidē hoc est.

* In eodē art. 8. considera diligenter cām iustam belli cōtra infideles, & compulsionis eorū, ne. s. fidē Iesu Christi impediant aliquo triū modorum, vel blasphemijs puta, dicendo mala de Christo Iesu, aut sanctis eius, aut Ecclesia eius: vel persuasionibus, inducēdo nos ad infidelitatem: vel persecutionibus, siue in cōi, ut quando ui demus Turcas inuadere Christianū nomine gēte: uel in particulari, si Christianos, aut pdicatores fidei occidāt. Et sabrica su per illam, qñ ad impedimenta fidei spectat, q̃ non sufferunt in terris suis prædicationē publicā fidei, q̃ præmiant abnegātes Christum, & accedentes ad eorum fidem, & alia huiusmodi. Ex hac quippe radice multæ quæstiones soluuntur.

** Epis. 48. post medium secundi folij a principio epl. to. 2.
Aurū cōtra hæreticos impium fatem sibi arrogantes corporali.*

** Ali. 5. c. 2. aliquantulum a medio to. 7.*

** Ca. citato in arg.*

** Epist. 50. non multum ante medium. tom. 2.
* cogentē.*

** Epi. 50. a medio aliquātulū, tom. 2.*

Svper qvæ. x. art. ix.

Bannes eodem art.

In art. 9. eiusdem q. aduerte distinctionē de iudicio spūali, uel temporali circa infideles. Et sic iō, q̃ non est sermo de spirituali, uel temporali quo ad culpam, sed quo ad pœnam. Nam pro culpis spiritualibus puniri possunt, vt

Porrecta per totum.

*59
4. d. 13. q. 2. ar. 3. co. Et d. 18. q. 2. art. 1. q. 1. Et quol. 10. art. 15. Et 1. Co. 11. 5.*

Articvlvs ix.

Vtrum cum infidelibus possit communicari.

Ad nonvm sic procedit. Videtur q̃ cum infidelibus possit communicari. Dicit enim Apo-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

ut in sequentiarti. de infidelitatis puni tione dr: & dictu est in præsenti, q. p blas phemias, & dissuasio nibus, & impedimen tis possint compelli &c. Sed pene spuales infidelibus, qui omni foris sūt, utpote nec fores Ecclesiæ p baptis mū ingressi, nō exe cantur, sed tēporales [illegible] Ecclesia ut in fertur dr, possit puni re temporaliter ēt in fideles, qui nō delin quunt commoran do inter fideles ut pa tet ex dictis, q. spp impedimenta a fide pōt infideles cōpelli debellari nō tū exce pto belli iudicio fa cit hoc nisi casu in ita expositio. Cui de linquūt cōmorātes iter fideles. Et quia hæc verba author di xit in corpore, & in rñsione ad secundū.

* Homi. 25. ad he bræos de [illegible] tom. 4.

stolus 1. ad Cor. 10. Si q's uocat vos infideliū ad cenā, & vultis, ire, oē quod uobis apponit, mā ducate. Et Chrys.* dicit. Ad mē sam Paganorum si uolueris ire, sine h ulla prohibitione permit tim': sed ad cenā alicuius ire est ei communicare. ergo infideli bus licet communicare.

¶2 Præt. Apls dicit 1. ad Corin. 5. Quid mihi est de his, qui foris sunt, h iudicare? foris autē sunt infideles. cum ergo per iudiciū Ecclesiæ aliquorum cōio fideli bus inhibeatur, vr quōd non sit inhibendum fidelibus cum infi delibus communicare.

¶3 Præ. Dñs non pōt uti seruo, nisi ei cōicando saltē uerbo, qa dñs mouet seruum per impe rium: sed h Christiani pūt habe re seruos infideles, uel Iudęos, uel ēt Paganos, siue Saracenos. ergo pūt licitē cum eis cōicare.

SED CONTRA est, quod dr Deut. 7. Nō h inibis cū eis fęd', nec misereberis eorū, neq; h sociabis cū eis connubia. Et super illud Leuit. 15. Mulier, q̄ redeūte mense &c.* dicit gl. Sic oportet ab idola tria abstinere, ut nec idolatras, nec eorū discipu los h cōtingamus, nec cum eis cōionē habeamus.

* Leuit. 15. super illud: Oīs q̄ tet ge- rit. Glo. ordina- ris,

RESP. dicēdū, q cōio alicuius personæ interdr fidelibus dupliciter. Vno mō in pœnam illius, cui cōio fidelium subtrahit. Alio modo ad cautelā eo rum, quibus interdr, ne alij cōicent: & utraque cā ex uerbis Apostoli accipi pōt 1. ad Cor. 5. Nā post q̄ sniam excōicationis protulit, subdit pro ratio ne. Nescitis, quia modicum fermentum totā mas sam corrumpit? Et postea rōnem subdit ex parte pœnæ per iudicium Ecclesiæ illatæ, cum dicit. Nō ne de his, qui intus sunt, vos iudicatis? m Primo er go modo non interdicit Ecclesia fidelibus cōmu nionem infidelium, qui nullo modo fidē Christia nam receperunt, s. Paganorum, uel Iudæorum: n quia non hūt de eis iudicare spūali iudicio, sed tē porali in casu, cū inter Christianos commorantes aliquam culpam committunt, & per fideles tpali ter puniunt. Sed o isto modo, s. in pœnam interdi cit Ecclesia fidelib. cōionem illorū infideliū, qui à fide suscepta deuiant uel corrūpendo fidem, sicut hæretici: uel ēt totaliter à fide recedēdo, sicut apo statæ q. In utrosq; n. horū excōicationis sniam p fert Ecclesia. Sed quantum ad 2m modum, uī esse distinguendum sm diuersas conditiones persona rū, & negotiorū, & tpum? Si n. aliqui fuerint firmi in fide, ita q ex cōione eorum cū infidelib' cōuer sio infidelium magis sperari possit, q̄ fidelium a fi de auersio, non sunt prohibēdi infidelib. cōicare, qui fidem non susceperunt. s. Paganis, vel Iudæis, & maxime si necessitas vrgeat. r Si aūt sint s simpli ces, & infirmi in fide, de quorum subuersione pba biliter timeri possit, prohibēdi sunt ab infidelium

Conclu. m
Conclu. p
Conclu. r
Conclu. s

cōione: & pręcipue ne magnā familiaritatē cū eis habeant, uel absq; necessitate eis communicent.

AD PRIMVM ergo dicēdum, q Dñs illud præci pit de illis gentibus, quarum terrā ingressuri erāt Iudæi, qui erant proni ad idolatriam. Et iō timen dum erat, ne per continuam conuersationem cū eis alienarētur a fide: & ideò ibidem* subdit. Quia seducet filium tuum, ne sequatur me.

Deest so- lutio ar- [illegible]- menti.

AD SECVNDVM dicēdū, q Ecclesia cōtra infide les nō hēt iudiciū quo ad pœnā spūalē eis infligē dā: hēt tn̄ iudiciū sup aliquos infideles, quo ad tpa lē pœnā infligēdā, ad quod pertinet, q Ecclesia aliqū p p aliquas speciales culpas subtrahit aliqui bus infidelibus communionem fidelium.

Deut. 17.

AD TERTIVM dicēdū, q magis est pbabile, qd' seru', q regit imperio dñi, cōuertat ad fidē dñi fi delis, q̄ ecōuerso: & iō nō est prohibitū, quin fide les hēant seruos infideles. Si tñ dño periculū immi neret ex cōione talis serui, dēret eū à se abijcere, sm illud mandatū Dñi. Matth. 18. Si pes tuus scan dalizauerit te, abscinde eum, & proijce abs te.

Hic pona- tur 3 ad primū ergo dicēdū est dicatur 3 ad illud in contrariū obuciuri dicendum.

ARTICVLVS X.

Vtrum infideles possint habere prælatione, seu dominium supra fideles.

AD DECIMVM sic pcedit. Vr q infideles possint habere pręlationē, vel dñium s. fideles. Dicit n. Apls 1. ad Tim. 6. Quicū que h sunt sub iugo serui, h dños suos oī honore dignos h arbitrē tur. Et q loquat de infidelib. pa tet p hoc quod subdit. Qui at fi deles hūt dños, nō cōtēnant. Et 1. Pet. 2. dr. Serui subditi estote in oī timore dñis, nō tm̄ bonis & modestis, sed ēt dyscolis: non aūt hoc pciperet per doctrinā apostolicā, nisi ifideles possent fidelib. pesse. ergo vr q infide les possint fidelibus praeesse.

¶2 Prę. Quicūq; sunt de familia alicui' principis, subsunt eisd fideles aliq h erāt de familia infi deliū principū. uñ dr ad Phil. 4. Salutat uos oēs sctī, maxime at qui de Cęsaris domo sunt. s. Ne ronis, q infidelis erat. ergo infi deles possunt fidelibus præesse.

¶3 Præt. Sicut Phs dicit * in 1. Politic. Seruus est instrm dñi in his, q̄ ad humanā uitā pertinēt, h sicut & minister artificis est in strumentum artificis in his quæ pertinent ad operationē artis: sed in talibus pōt fidelis infide li subijci. pūt n. fideles infideliū coloni esse. ergo ifideles pūt fi delibus præfici, ēt qtū ad dñiū.

SED CONTRA est, quod ad eum, qui præest per tinet habere iudicium super eos, quibus præest: sed

SVPER QVÆ. X. ART. X.
D. Tho. 2. s. d. 44. ar. 5. Arg. 2. s. d. 44. q. 2. a. 2. D. Bon. d. 44. ar. 3. q. 2. Ric. d. 44. q. 5. Dur. d. 44. q. 3.
Banner eodem art.

IN ar. 10. eiusdem qōnis nota pri mo statuta Ecclesiæ in lra allegata, habe ri extra de Iudæis ca pitulis, Cum sit, ex- speciali & Nulli, & in Decretis distinctio ne 54. canō. Nulla. Allegatū uero in rñ- sione ad tertium ex capitulo, Multorum tractum est. Nota se- cundo [illegible] Eccle- siæ, et sup fideles nō ut subiectos tēporali ter, q. d. pōt eos priua re dñio [illegible] ut Christianos, q uis nō sunt. Nota tertio, & mediare, q quia p- portionaliter infide- lis dñi contemnunt Christianos cogno- scentes eorum defe- ctus. Eodē Christia- ni cōmunicare aliquo- los cognoscentes eo rū defectus propor- tionaliter quippe solum. Reppea sicut [illegible], iux- ta Apostoli sententiā Christianis cum in- fidelibus ligari: ita cauendū est religio- si coram secularib- bus [illegible], sed non omnes capiunt verbum istud.

Perrecta per totum. 60

* Li. 1. Po lit. c. 3 an te mediū tum. 3.

sed infideles non pūt iudicare de fidelibus. Dicit. n. Apost. 1. ad Cor. 6. Audet aliquis uestrum hūs ne gotium aduersus alterū, iudicari apud iniquos, s. in fideles, & non apud sanctos? ergo uidetur, q infi deles fidelibus præesse non possint.

RESP. Dicēdum, q circa hoc dupliciter loq pos sumus. Vno modo de dñio, uel prelatione infide lium super fideles de nouo instituenda: & hoc nul lo modo permitti dēt. Cederet. n. hoc in scandalū, & i periculū fidei. De facili. n. illi, q subijciunt alio rum iurisdictioni, immutari possunt ab eis, quib' subsunt, ut sequant eorū imperiū nisi illi q subsūt, fuerint magnæ uirtutis. Et similiter infideles cōtē nunt fidem, si fidelium defectus cognoscant. Et iō Apls phibuit, ut fideles nō cōtēdat iudicio corā iudice infideli. Et iō * nullo mō permittit Ecclesia q infideles acquirant dñium super fideles, vel qua litercūq; eis præficiant in aliquo officio. Alio mō possumus loq de dño, uel platione iā præexistēti. Vbi considerandū est, q dñium, uel prælatio intro ducta sunt ex iure humano: distinctio aūt fideliū, & infidelium est ex iure diuino. Ius aūt diuinū, q est ex gra, non tollit ius humanum, quod est ex na turali rōne: iō distinctio fidelium, & infideliū sm se considerata non tollit dñium, & plationē infi delium s. fideles. Pōt tñ iuste per sniam, uel ordina tionē Ecclesiæ authoritatē Dei hūtis tale ius diuij, uel prælationis tolli, q quia infideles merito suę in fidelitatis merētur ptatem amittere super fideles, qui trāsferunt in filios Dei: sed hoc quidē Ecclesia qnque facit, qnque aūt non facit. In illis. n. infide libus, qui ēt tpali subiectione subijciunt Ecclesię, & mēbris eius, hoc ius Ecclesiæ statuit, ut seruus Iudæorū, cū fuerit factus Christianus, statim a ser uitute liberetur nullo pretio dato, si fuerit uerna culus, i. in seruitute nat': & similiter si infidelis exi stens fuerit emptus ad seruitiū. Si aūt fuerit empt' ad mercationē, tenet eū infra tres mēses expone re ad uendendum. Nec in hoc iniuriam facit Eccle sia: qa cū ipsi Iudæi sint serui Ecclesiæ, pōt dispo nere de reb' eorū. Sicut ēt principes sęculares mul tas leges ediderunt circa suos subditos in fauorē li bertatis. In illis uerò infidelibus, qui tpaliter Eccle siæ, uel eius membris non subiacent, prædictū ius Ecclesia non statuit, licēt posset instituere de iure: & hoc facit ad scandalum vitandum. Sicut ēt Dñs Matth. 17. ostendit, q poterat se à tributo excusa re, qa liberi sunt filij: tn̄ mandauit tributum solui ad scandalum vitandum. Ita ēt & Paulus cum dixis set, quōd serui dominos suos honorarent, subiun git. Ne nomē Domini, & doctrina blasphemetur.
¶Vnde patet responsio ad Primum.

Rationes semper & vbique ma nime in ea sū ista, ve- hementer quis dum- de.
Conclu. m Cognito de fectus ali- quarum est [illegible] ad con temptū illo rum.
Concl. p Benedictā & utilissi- ma seruan da quod re lasse ope- ra dei non destruunt seruitutem.
Conclu. s
Statuta ec clesiæ cir- ca infideles

AD II. ergo dicēdum, q illa prælatio Cæsaris pexistebat distinctioni fideliū ab infidelibus. Vñ non soluebat per conuersionem aliquorū ad fidē & vtile erat q aliqui fideles locum in fñia Impe ratoris hērent ad defendendum alios fideles: sicut beatus Sebastianus Christianorū aïos quos in tor mētis videbat deficere, cōfortabat, & adhuc late bat sub militari chlamyde in domo Diocletiani.

Vtilitas.
Desideria seruorum, subditorū, [illegible].

AD III. dicendū, q serui subijciuntur dñis suis ad totam vitam, & subditi præfectis ad oīa nego tia: sed ministri artificū subduni eis ad aliqua spā lia opera. Vnde periculosius est, q infideles acci piant dñium, uel plationē super fideles, q̄ q acci piant ab eis ministerium in aliquo artificio. Et iō pmittit Ecclesię, q Christiani possint colere terras Iudæorū, qa per hoc non habent necesse cōuersa ri cū eis. Salomō ēt expetiit à rege Tyri magistros operū ad ligna cædenda, vt habetur 3. Regū. 6. Et tñ ex tali cōicatione, uel conuictu, subuersio fide lium timeretur, esset penitus interdicendum.

Non press ic.

ARTICVLVS XI.

Vtrum infidelium ritus sint tolerādi.

AD VNDECIMVM sic pcedit. Vr q rit' infideliū non sint tolerādi. Manifestū est. n. q infi deles i suis rīib. peccat, eos ser uādo: sed pctō ur cōsentire, q non prohibet, cum phibere h possit, ut hr in gl. * Rom. 1. super illud. Nō solū q faciūt, sed & q cōsentiūt facientib. ergo pec cant, qui eorum ritus tolerant.

¶2 Pręt. h Ritus Iudæorū idola triæ cōparant, quia super illud Gal. 5. Nolite iterū iugo serui tutis contineri. dicit glos. Non est leuior huius legis seruitus, quàm idolatrię: sed non sustine ret, q idolatriæ ritū aliqui exer cerent: quinimmo Christiano rum principes tēpla idolorum primo claudi, & postea dirui fe cerūt, ut Aug. narrat 18. de ciui tate Dei. ergo sm hoc ēt ritus Iudæorum tolerari nō debent.

¶3 Præ. Pctm infidelitatis ē gra uissimū: ut s. dictum * est. sed alia pctā h nō toleratur, sed lege pu niunt, sicut adulteriū, furtū, & alia hmōi. ergo etiam ritus infi delium tolerandi non sunt.

SED CONTRA est, q in Dec. di 45. c. Qui sincera, * dicit Gre go. de Iudæis. Oēs festiuitates suas sicut hactenus ipsi, & pa tres eorum per longa colentes tpa tenuerunt, liberā habeant obseruādi, celebrādiq; licētiā.

RESPON. Dicēdum, q huma num regimen deriuat à diuino regimine, & ipsum debet imita ri. Deus autem quamuis sit om nipotens, & summè bonus, per mittit tamen aliqua mala fieri in uniuerso, quę prohibere pos set: ne eis sublatis maiora bona tollerentur, uel etiam peiora mala sequerentur. Sic ergo & in regimine huma no illi qui præsunt, rectè aliqua mala tolerant, ne aliqua bona impediantur, uel etiam nę aliqua ma-

SVPER QVÆ. X. ART. XI.
Bannes eodem art.

IN art. 11. eiusdem istius pspice regu lam positionū in re gimine pp bonū p- ueniens, uel malū vi tandum, ut inde pos sint circa diuersa iud care principes spiri tuales, & temporales permissionibus vsu- rarū & aliorū huiu- smōi. Hinc. n. dicere pote- rit q cum permissio eius minū non sit solum se mala moraliter (si .n. esset mala non cō ueniunt Deo, nec ulla intentione posset be ne fieri) si ex rōnabi li cā permissio sit bo- na moraliter est ut- [illegible]. Cā [illegible] rōnabilis in lra po nitur ex parte boni, ne bonum impediat iuxta Dñi sententiā, Sinite ne forte simul eradicetis & triticū: & ex parte mali, ne fiat iuxta sententiam August. Aufert me [illegible] &c. Et ppea ad has causas exami nanda est permissio sed caue ne permis- sio sit admissa parti- cipationi.

¶In eodē art. 11. du bium occurrit, An to lerandi sint libri Iu- dæorum, sicut tole- randus est cultus eo- rum. Et est iō dubij quia libri defensiui sunt fidei, seu pñdiæ eord. & cōsequenter cultus: & ppea sicut pñdia & cultus tole- rantur eorum ita to- lerandi sunt libri.

¶In oppositum autē est, qui libri eorum pleni sunt blasphe- mijs contra Christū. *Ad hoc dicitur, q libri Iudęorum sunt in dupliei differētia, quidam

Perrecta per totum. 61

* Est Am br. circa finē com ment. ad 1. c. ad Ro ma. to. 5.

* Ar. 1. hu ius quæ.

* Greg. in regist. lib. 11. ca. 15. in fine & hr. D. 45. cap. Qui sincera.

Regula circa pru- dentia di- uina immi tanda.

Universidad de Deusto Biblioteca

quidam competentes Iudæis absolute, ut sunt libri testamenti ueteris, & expositiones eorũ: & hi proculdubio relinquẽdi sunt Iudæis. Quidam editi ad confouendam suam perfidiã cõtra Iesu Christi diuinitatem, ne conuertantur Iudæi ad Iesu Christi fidem, sed persistant in sua perfidia obstinati: & ij libri si facultas adsit, sunt per Ecclesiam cõburendi. Et est rõ diuersitatis, & istos libros: quia cultus Iudæorũ est quasi testis fidei nřæ, siõt figura ueritatis, & umbra corporis, ut in litera dr & iõ meritõ tolerandus. Libri āt isti directe blasphemi sunt, & totaliter mendaciis pleni cõtra fidẽ Iesu Cristi & ppea nõ tolerãdi sunt, ũ supprimi põt. Vnde author in articulo 8. dixit, q infideles cõpellendi sunt ut fidẽ nõ impediant blasphemijs, uel malis psuasionibus. Cõstat.n. tales libros & blasphemijs & malis psuasionibus cõtra fidẽ esse plenos. Et in ar. 10. de Iudæis dixit, q cũ Iudæi sint serui Ecclesiæ, põt Ecclesia disponere de rebus eorũ ita q Ecclesia cõtra oẽs infideles ex prima rõne, contra Iudæos et ex ratione seruitutis põt libros huiusmodi supprimere.

*Li. 2. ca. 4. Gratian. Item in tom. 1.

Concl. m

Conclu. p

Conclu. 2

la peiora incurrant, sicut Augustinus dicit i lib. de Ordine. Aufer meretrices de rebus humanis, turbaueris oĩa libidinibus. Sic ergo quis infideles in suis ritib peccẽt, tollerari põt uel pp aliquod bonũ, quod ex eis prouenit, uel pp aliquod malũ quod uitat. Ex hoc āt q Iudæi G ritus suos obseruant, in quibus olim præfigurabatur ueritas fidei, quam tenemus hoc bonum prouenit q testimoniũ fidei nostræ habemus ab hostibus, & quasi figura à nobis repræsentatur quod credimus, & iõ in suis ritibus tolerant. Aliorũ uero infideliũ ritus, q nihil ueritatis, aut utilitatis afferunt, non sunt aliqualiter tolerandi: nisi forte ad aliquod malũ uitãdũ. s. ad uitãdũ scandalũ, dissidiũ, quod ex hoc posset prouenire, uel impedimentũ salutis eorũ, qui paulatim sic tolerati cõuertunt ad fidẽ. Propter hoc.n. et hæreticorum, & paganorũ ritus aliqñ Ecclesia tolerauit, qñ erat magna infidelium multitudo. Et p hoc patet respõsio ad obiecta.

SVPER QV. X. ART. XII.

Cap. 4. d. 5. q. 1. con. 1. Scot. 4. s. d. 4. q. 9. Dur. d. 4. q. 6. Sot. d. 5. q. unica. Nic. de Nyss. Tra. 6. p. 5. de Bap. q. 10.

ARTICVLVS XII.

Vtrum pueri Iudæorum & aliorum infidelium, sint inuitis parentibus baptizandi.

AD DVODECIMVM sic pcedit. Vr q pueri Iudæorũ & aliorũ infideliũ sunt baptizẽdi parẽtibus iuitis. Maius.n. est uinculũ matrimoniale, q̃ ius patriæ ptãtis in pueros ius patriæ potestatis põt per hoiem solui cum filius familias emancipet: uinculum āt matrimoniale nõ põt solui per hominem, sm illud Matth. 19. Quod Deus coniunxit, homo non separet: sed pp infidelitatem soluitur uinculũ matrimoniale. Dicit.n. Apostolus 1. ad Cor. 7. Quòd si infidelis discedit, discedat: nõ.n. seruituti subiectus est frater aut soror in hmõi. Et Canon dicit, q si coniux infidelis non uult sine contumelia sui creatoris cum altero stare, tunc alter coniugũ non debet ei cohabitare. ergo multo magis propter infidelitatem tollitur patriæ potestatis in suos filios. possunt ergo eorum filij baptizari eis inuitis.

*1 Cor. 7. c. Si infidelis discessit.

¶2 Præt, magis debet hoi subueniri circa piculũ mortis æternæ, q̃ circa periculũ mortis tẽporalis: sed si aliqs uideret hominẽ i periculo mortis tẽporalis, & ei nõ ferret auxiliũ peccaret. cũ ergo filij Iudæorũ & aliorũ infideliũ sint in piculo mortis æternæ, si parẽtibus relinquunt, qui eos in sua infidelitate informãt ur q sint eis auferẽdi & baptizãdi & i fide istruẽdi.

¶3 Præt. Filij seruorum sunt serui, & in potestate dominorum sed Iudæi sunt serui regũ & principũ. ergo & filij eorũ. Reges ergo & principes hñt potestatẽ de filijs Iudæorũ facere qd' uoluerint. nulla ergo erit iniuria, si eos baptizẽt, inuitis parẽtibus.

¶4 Præt. Quilibet hõ magis est Dei à quo hẽt aiam, q̃ patris carnalis à quo hẽt corpus. non ergo est iniustũ si pueri Iudæorũ carnalib parẽtib auferant, & Deo p baptismũ cõsecrent.

Porrect a per totum. 62

I Nat. 11. eiusdẽ q. dubiũ duplex occurrit de cõclusione. Primũ ex Scoto, de pueris infideliũ uniuersaliter: 2. scdm ex Durãdo de pueris infidelium aliquorũ scilicet Iudæorũ, & seruorũ. Scotus siquidẽ in 4. d. 4. q. ultima tenet, q princeps bene faceret, si pueros infidelium inuitis parentibus baptizari faceret, adhibita cautela, ne sequerẽtur homicidia, & quod nutrirẽtur religiose. Et ratio sua est, quam author tangit in quarto argumẽto, quia scilicet Deus habet ius dominij supra puerorum magis quam parentes. ergo uinculum potestatis paternæ non obligat in his, quæ sunt contra præceptum Dei. Non ergo propter inuitos parentes, prohibentur pueri à fide Dei.

¶Et confirmatur quia princeps debet cogere seruum pluriũ subalternorum dominorum ad seruitium superioris, si inferior dominus uult eo uti contra superiorem. ergo maxime debet princeps zelator pro dominio seruando supremi dñi. s. Dei & per consequens non solum licet, sed debet princeps auferre paruulos à cultu parentum uolentium eos educare contra cultum Dei. Durandus uero in 4. sen. dist. 4. q. 5. articulo 1. tenet, q licet non omnium, tamen eorum infidelium, qui sunt serui, licet filios inuitis parentibus baptizare, auferẽdo eos à parentum cura. Et rõ sua est illa, quam in secundo argumento author facit. s. q de filijs seruorum potest dominus face-

re quod uoluerit per hoc potest eos uendere, & donare prope, & longe, ac per hoc auferre à cura parentum: & tunc poterũt baptizari. Et quoniam Iudæi sunt seruituti adducti, ut in art. 10. author dixit, & extra, de Iudæis. capit. Etsi Iudæos dicimus, ideo de filijs Iudæorum sequitur, q sint inuitis parẽtibus ab eis auferendi, & baptizãdi.

RESP. Dicẽdũ, q m ẽm quod pctm in Spũsctm tertio modo accipit, conuenienter prædictę spẽs ei assignantur, n q distinguunt, ẽm remotionẽ, uel contemptum eorum, per quæ põt homo ab electione pcti impediri: q quidem sunt uel ex parte diuini iudicij, uel ex parte donorum ipsius, uel etiã ex parte ipsius pcti. Aduertit.n. homo ab electiõe

quẽ exercet. Deficit tertio, quia articulũ Parisiẽ. ponit cõtra ueram doctrinã Philos. in 7. Ethi. ad quẽ tamen articulũ alias diximus scilicet in 2. lib. quæst. 77 art. 2. ¶In rñsiõe ad primũ eiusdem articuli, perspice, q rñsio consistit in hoc, q sicut oẽ fidelis opus piũ, põt dici confessio, ita oẽ pctm cordis oris, & operis põt dici blasphemia: ac per hoc multitudo pctõrum q certa malitia possunt committi, non obstat quin peccare ex certa malitia sit blasphemia, qñ omnia illa blasphemiæ saltem operis sunt.

SVPER Q. XIIII. ART. II.

Arg. 2. s.d.43.q.1.a.3. D. B.n.d.43.a.2.q.1.

IN articul. 2. simul cum rñsione ad vltimum primi art. nota q cum dr, pctm in Spũsctm esse speciale genus pcti, & continere sub se sex spẽs, quæ in lra declarantur non intelligo q sit proprie genus vnum diuisum in has species: qm dñæ constitutiuæ illarum specierum nõ sunt eiusdem generis, vt patet discurrendo: sed intelligo q sit vnũ speciale genus, hoc est, commune ad certas & non ad oẽs pctõrũ spẽs se extendens. Hoc.n. sufficit literæ ponenti distãm inter pctm in Spũsctm, qñ est generalis conditio, aut circumstantia cuiusq; pcti & qñ est speciale pctm cõmune, vt genus ad multas species. *In eodem 2. articu. in respõsione ad primum, aduertas desperatione non cõsistere

* Partim ante medium lib.

*Cap. 3. p vnum solum ante finem tom. 3.

† Enchirid. c. 83. tom. 3.

† Lib. de Verbo domi. sermo. 11. a medio tomo. 10.

*Li. 1. de sermo domi. in mõte, ca. 44. paulo a princ. tomo. 4.

Conclu. m

stere in non credere sed in contemnere misericordiã. Et similé est de psumptiõe in respectu iustitiæ. Et tractatu de spe inferius de hoc tractabit. Ad rñsionem ad sedm dubiũ occurrit ex eo q̃ licet turpitudo actus & paruitas boni in actu pcti formaliter distinguat, non sunt tñ obiecta pctõrum, q̃ penes ea distingui dicunt impœnitẽtiæ, & obstinationis: q̃m impœnitẽtiæ obiectũ obiectiuũ est penitẽtia. & obstinationis obiectũ est malum, in quo quis intendit persistere. ¶ Ad hoc dr̃, q̃ satis fuit authori ponere quasdã diuersas rõnes formales, quibus hæc distinguunt peccata, nec oportuit ponere cuiusq; ppriũ obiectũ formale. Et rõ est, q̃a hic non tractat de istis pctis absolute, sed vt sunt pctã in Spũmsctm̃: ut sic autẽ cõstituunt p contẽptum retrahentiũ à pctõ. Et ppea sedm diuersitatẽ formalẽ retrahentiũ à pctõ, assignata est illa horũ. Nec tñ hmõi distinctiua longe sunt ab obiectis qm impœnitentiæ materia si eadẽ est cũ materia pœnitentiæ, q̃a circa illa cõtraria sunt tur pitudo actus est. Pœnitens.n. turpitudinẽ detestat actus pcti Obstinatus quoq; intendẽs persistere in malo, intendit pculdubio in paruitate, & breuitate boni delectabilis in actu peccati persistere.

Persist autem quis ab electione peccati ex consideratione sempiterna & consequenter et induci ad bonum.

Impœnitentia dupliciter sumitur.

pcti ex cõsideratione diuini iudicij, q̃ hẽt iustitiã cũ mĩa: & p spẽ, q̃ cõsurgit ex consideratione miæ remittẽtis pctã, & pmiãtis bona: & hæc tollit p desperationẽ. Et iterũ p timorẽ, qui cõsurgit ex cõsideratione diuinæ iustitiæ puniẽtis pctã: & hic tollit p psumptionẽ, dũ.s. aliqs psumit se gloriã posse adipisci sine meritis, vel ueniã sine pnĩa. Dona aũt Dei, q̃b. retrahimur à pctõ, sunt duo, quorũ unum est agnitio ueritatis, cõtra q̃ ponitur impugnatio ueritatis agnitæ, dũ.s. aliquis ueritatẽ fidei agnitã impugnat, ut licẽtius peccet. Aliud est auxiliũ interioris grãæ, cõtra quod ponit inuidentia fraternæ grãæ, dũ.s. aliqs nõ solũ inuidet psonæ fratris, sed ẽt inuidet grãæ Dei cresceẽti in mũdo. Ex parte uerò pcti duo sunt, q̃ hoĩem à pctõ retrahere pñt, quorũ unũ est inordinatio, & turpitudo act[us], cui[us] cõsideratio inducere solet ĩ hoĩe pniam de pctõ cõmisso. Et contra hoc ponit impnĩa nõ quidẽ eo mõ, quo dicit pmanẽtiã in pctõ usque ad mortẽ, sicut s. impnĩa accipiebat (sic.n. non esset spãle pctm̃, sed q̃dã pcti circũstãtia) sed accipiatur hic impnĩa, sm quod importat propositũ non pœnitendi. Aliud aũt est paruitas, & breuitas boni, quod quis ĩ pctõ q̃rit, sm illud Ro. 6. Quẽ ergo fructũ habuistis tunc in illis, in q̃b. nũc erubescitis? Cui[us] cõsideratio inducere solet hominẽ ad hoc, q̃ ei[us] uoluntas in pctõ nõ firmet: & hoc tollit p obstinationem, qñ.s. hõ firmat suum propositũ in hoc, q̃ pctõ inhæreat. Et de his duob. dr̃ Hiere. 8. Nullus est qui agat pniam super pctõ suo, dicens: Quid feci? quantum ad primum. Omnes conuersi sunt ad cursum quasi equus impetu uadens ad prælium: quantum ad secundum.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q̃ pctm̃ desperatiõis, uel psumptionis, nõ cõsistit in hoc, q̃ Dei iustitia, vel mĩa non credatur, sed in hoc, q̃ contemnitur.

AD SECVNDVM dicẽdũ, q̃ obstinatio, & impnĩa nõ solũ differũt sm pteritũ, & futurũ, sed sm quasdã formales rõnes ex diuersa cõsideratione eorũ, quæ in pctõ considerari possunt, ut * dictum est.

*In corp. art.

AD TERTIVM dicẽdũ, q̃ grãm, & ueritatẽ Christus fecit p dona Spũsscti, quæ hominibus dedit.

AD QVARTVM dicẽdũ, q̃ nolle obedire, ptinet ad obstinationẽ, simulatio pniæ ad impniam, schisma ad inuidentiam gratiæ fraternæ, per quam mẽbra Ecclesiæ uniuntur.

ARTICVLVS III.

Vtrum peccatum in Spiritum sanctum sit irremissibile.

AD TERTIVM sic pcedit. Vr̃ q̃ pctm̃ in Spm̃ sctm̃ nõ sit irremissibile. Dicit.n. * Aug. in li. de verbis Dñi. De[h] nullo desperãdũ est, q̃diu patiẽtia Dñi ad pniam adducit: sed si aliqd pctm̃ esset irremissibile, ẽet de aliquo pctõre desperãdũ. ergo pctm̃ ĩ Spũmsctm̃ non est irremissibile.

¶ 2 Præ. Nullũ pctm̃ remitit nisi p hoc, q̃ aĩa sanat à Deo: sed[h] oĩpotẽti medico nullus insanabilis lãguor occurrit sicut dicit † gl. sup illud Psalmi. Qui sanat oẽs ĩfirmitates tuas ergo pctm̃ ĩ Spũmsctm̃ ñ est irremissibile.

¶ 3 Prẽ. Liberũ arb. se hẽt ad bonũ & ad malũ: sed quãdiu durat status viæ põt aliqs a quacũq; virtute excidere, cũ ẽt angelus de cælo ceciderit. Vñ dr̃ Iob. 4. In angelis suis reperit prauitatem, quãto magis q̃ habitãt domos luteas? ergo pari rõne põt aliquis à quocumq; pctõ ad statum iustitiæ redire. ergo pctm̃ ĩ Spũmsctm̃ nõ est irremissibile.

SED CONTRA est qd dr̃ Matt. 12. Qui dixerit verbũ contra Spũmsctm̃, nõ remittet ei neq; in hoc sęculo, neq; in futuro. Et * Aug. dicit ĩ li. de sermone Do. in monte, quòd tanta est labes huius peccati, quod humilitatẽ deprecandi subire non potest.

RESP. Dicẽdũ, q̃ sm diuersas acceptiones pcti, pctm̃[d] in Spũmsctm̃ diuersimodè irremissibile dr̃.[m] Si.n. dicat pctm̃ in Spũmsctm̃, finalis, impnĩa, sic dr̃ irremissibile, q̃a nullo mõ remittit[n]. Pctm̃.n. mortale, in quo hõ pseuerat vsq; ad mortẽ, q̃a ĩ hac vita ñ remittit p pniam, nec ẽt in futuro dimittet. Sedm ãt alias duas acceptiões dr̃ irremissibile, ñ q̃ nullo mõ remittat, sꝫ q̃a quãtũ ẽ de se, hẽt meritũ ut nõ remittat. Et hoc dupr̃: uno mõ q̃tũ ad pęnã. Qui .n. ex ignorãtia, uel ĩfirmitate peccat, minorẽ pęnã meret. Qui ãt ex certa malitia peccat, nõ hẽt aliquã excusationẽ, uñ pęna minuat. Sĩr ẽt, q̃ blasphemabat ĩ Filiũ hoĩs, ei[us] diuinitate ñ dũ reuelata poterat hẽre aliquã excusationẽ pp ĩfirmitatẽ carnis, quã ĩ eo aspiciebat, & sic minorẽ pęnã merebat: sꝫ q̃ ipsã diuinitatẽ blasphemabat, opa Spũs scti diabolo attribuẽs nulla excusationẽ hẽbat uñ ei[us] pęna diminueret. Et iõ dr̃ sm expõnẽ * Chry. Hoc pctm̃ Iudęis ñ remitti neq; ĩ hoc sęculo neq; ĩ futuro q̃a p eo passi sũt pęnã & ĩ pñti uita p Romanos & ĩ futura uita ĩ pęna iferni. Sicut ẽt * Ath.

SVPER Q. XIIII. ART. III.

Arg. 2. s. d. 43. q. 2. a. 1. D. Bon. d. 43. a. 2. q. 2. Ric. d. 43. q. 4. Dur. d. 43. q. 2. Bannes eodem art. Bil. d. 43. q. 1. Thom. ab arg. dis. 43. art. 2.

IN ar. 3. eiusdẽ qõ. Nouum orit dubiũ occurrit. Cum cõe sit ol pctõ mortali excludere oĩa p q̃ fit remissio pctõrum, q̃a tollit grãm, q̃ est uita aĩæ & cõstituit ipsam inanabilem, immo mortuã, cur pctã in Spũmsctm̃ dicantur specialiter irremissibilia ex parte pctõrum, q̃a excludũt ea, p q̃ fit remissio pctõrũ .s. misericordiã, iustitiam pro se gratiam pœnitentiam, & promittentiã bonum. ¶ Ad hoc dr̃, q̃ inter pctã in Spũmsctm̃, & alia mortalia hæc est dĩa, q̃ pctm̃ ĩ Spũmsctm̃ excludit directe retractiuũ à pctõ: alia uero non excludũt hoc directe, sed ex quadã sequela. Non .n. oĩa peccata mortaliter directe excludit miam sicut desperãs aut grãm, sicut dolens de diffusione grãe diuinæ, & sic de alijs. Et ppea hmõi pctm̃ dicit irremissibile, & morbus incurabilis ex parte peccantis: q̃a directe tollit ea p q̃ fit remissio & cura: alia tollit tamen principium curæ ex consequenti.

Porrecta per totum. 75 3. q. 86. ar. 3. ad 1. Et 3. & 3. d. 43. art. 4. Et ma. q. 3. art. 14. & 15. Et quol. 2. q. 8. ar. 1. Et Roma. 2. *Serm. de a medio tom. 10. †Est Aug. in illud verb. Psa. 102. to. 8. *Li. 1. c. 44. paulo a princi. tom. 4. D. 1005. & 1019. *Conclu.* *Conclu.*

inducit exẽplũ d̃ eorũ parẽtib. q̃ primò q̃dẽ cõtra Moysẽ cõtẽderũt pp defectũ aq̃ & panis, & hoc Dñs sustinuit patiẽter: hẽbat.n. excusationẽ ex ĩfirmitate carnis. Sed postmodũ graui[us] peccauerũt, quasi blasphemãtes in Spm̃ sctm̃ bñficia Dei, qui eos de Aegypto eduxerat, idolo attribuẽtes, cũ dixerũt: Hi sunt dij tui Israel, q̃ te eduxerũt de terra Aegypti. Et iõ Dñs & tpaliter fecit eos puniri, q̃a ceciderũt ĩ die illa quasi uiginti tria milia hoĩum, & ĩ futuro eis pęnã cõminat, dicẽs. Ego at ĩ die vltionis uisitabo hoc pctm̃ eorũ. Alio mõ pt̃ itelligi quo ad culpã: sicut aliqs dr̃ morb[us] incurabilis, sm naturam morbi, p quẽ tollit id, p quod morb[us] põt curari, puta, cũ morb[us] tollit uirtutẽ naturæ, uel inducit fastidiũ cibi, & medicinæ, licẽt talẽ morbũ De[us] possit curare: ita ẽt pctm̃ in Spm̃ sctm̃ dr̃ irremissibile sm suã naturã, inq̃tũ excludit ea, p q̃ fit remissio pctõrũ. Per hoc tñ nõ pcludit uia remittẽdi, & sanandi omnipotentiæ & miæ Dei, p quam aliq̃n tales quasi miraculosè spiritualiter sanantur.

Exemplũ publicarũ.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ de nemine desperandum est in hac uita, cõsiderata omnipotentia, & mĩa Dei: sed considerata conditione peccati, dicuntur aliqui filij diffidẽtiæ, vt habet ad Eph. 2.

AD SECVNDVM dicẽdũ, q̃ rõ illa pcedit ex parte oĩpotẽtiæ Dei, non sm conditionem peccati.

Timendũ.

AD TERTIVM dicẽdũ, q̃ lib. arb. remanet q̃dẽ sp in hac uita uertibile, tñ q̃nq; abijcit à se id, per qd uerti põt ad bonum, q̃tũ in ipso est. Vnde ex parte sua pctm̃ ẽ irremissibile, licẽt De[us] remittere possit.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum homo possit primo peccare in Spiritum sanctum.

AD QVARTVM sic pcedit. Vr̃ q̃ hõ possit primo peccare in Spm̃ sctm̃, ñ psuppositis alijs pctis. Naturalis.n. ordo est ut ab imperfecto ad pfectũ quis moueat. & hoc qdẽ in bonis apparet, sm illud Prouer. 4. Iustorũ semita quasi lux splẽdẽs crescit, & pficit usq; ad pfectũ diẽ: sed pfectũ dr̃ in malis, qd est maximũ malũ, ut patet p * Philm in 5. Metap. cũ ergo pctm̃ in Spm̃ sanctum sit grauissimum, vr̃ q̃ homo ad hoc peccatum perueniat per alia peccata minora.

¶ 2 Prę. Peccare in Spm̃ sctm̃ ẽ peccare ex certa[b] malitia siuẽ ex electione: sed hoc ñ statĩ põt hõ anteq̃ multotiẽs peccauerit. Dicit.n. Philo. in * 5. Ethi. q̃ etsi hõ possit iniusta facere, ñ tñ pt̃ statim operari sicut iust[us].s. ex electione. ergo vr̃ q̃ pctm̃ ĩ Spũmsctm̃ ñ possit cõmitti nisi post alia pctã.

¶ 3 Prę. Pnĩa, & impnĩa sunt circa idem: sed pnĩa nõ est nisi de pctis præteritis. ergo ẽt neq; impnĩa, q̃ est species pcti in Spm̃ sctm̃. Pctm̃ ergo in Spũm sanctũ.s. qd dictum est impnĩa, præsupponit alia peccata.

SVPER Q. XIIII. ART. IIII.

Arg. 2. s. d. 43. q. 1. ar. tic. 2. D. Bon. d. 43. ar. 2. q. 2. Ric. d. 43. q. 2.

IN art. 4. nota, q̃ ly primo, positum in art. nõ dicit ordinẽ ad oĩmodã negationem pctõrum in pterito, sed ad negationẽ pctõrũ pseuerãtiũ, seu pnitẽdorũ: ita q̃ nõ est qõ, an hõ possit peccare in Spm̃ sctm̃ antequã peccet in alijs pctis, sed, an hõ mundus à pctõ, p pniam, vel innocentiã baptismalẽ, vel ẽt p hoc q̃d nunq̃ peccauit mortaliter, possit peccare in Spm̃ sctm̃ primo. Et hunc esse sensũ litteræ ab authore, ita manifestat, tradens diuersimodè de casu pfectorũ, & de casu malè dispositorũ. [illegible] sancte cõtinentiæ, & [illegible] spectationib. [illegible] multa [illegible] [illegible] dispositionum.

Porrecta per totum. 76 1. d. 43. 2. 1. Et iii. q. 2. ar. 14 ad 1. *Li. 5. Ethi. ca. medio, to. c. 6. in prin. & cap. 8. a medio tomo 3.

SED CONTRA est, q̃ facilẽ est in cõspectu Dei subito honestare pauperem, ut dr̃ Eccles. 11. ergo ecõtrariõ, possibile est sm malitiam dæmonis suggerentis, ut statim aliquis inducat ad pctm̃ grauissimum, quod est peccatum in Spiritum sanctum.

RESPON. Dicendũ, q̃ sicut * dictũ est, peccare in Spm̃ sctm̃, uno mõ est peccare ex certa malitia. Ex certa aũt malitia dupr̃ peccare cõtingit, sicut * dictũ est. Vno mõ ex inclinatione habitus, quod nõ est pprie peccare in Spm̃ sctm̃: & hoc mõ peccare ex certa malitia non contingit a principio. Oportet.n. actus pctõrũ pcedere, ex q̃b. causet habit[us] ad peccãdũ inclinãs. Alio mõ põt aliqs peccare ex certa malitia, abijciẽdo p cõtẽptũ ea, p q̃ hõ retrahit a pctõ: quod pprie est peccare ĩ Spm̃ sctm̃, sicut * dictũ est. Et hoc ẽt plerũq; psupponit alia pctã, q̃a sicut dr̃ Prou. 18. Impiũ cum in profundum pctõrũ uenerit, cõtẽnit. Põt tñ contingere, q̃ aliqs in primo actu pcti in Spm̃ sanctũ peccet per cõtẽptũ, tũ pp libertatẽ arbitrij: tũm ẽt pp multas dispositiones pcedẽtes: uel ẽt pp aliquod uehemẽs motiuũ ad malũ, & debilẽ affectũ hoĩs ad bonũ. Et iõ in uiris pfectis hoc uix, aut nunq̃ accidere põt, q̃ statim à principio peccẽt in Spm̃ sctm̃. Vñ dicit * Orige. in primo Periarchon. Nõ arbitror, q̃ aliqs ex his, q̃ in summo pfectionis gradu cõstiterint, ad subitũ euacuet, aut decidat, sed paulatim ac p partes eũ decidere necesse est. Et eadẽ rõ est, si pctm̃ in Spm̃ sctm̃ accipiat ad lrãm p blasphemia Spũsscti. Talis.n. blasphemia de qua Dñs loquit, sp ex malitiæ cõtẽptu procedit. Si uerò p pctm̃ in Spm̃sctm̃ intelligat finalis impnĩa sm intellectum * Aug. q̃õnem non habet, quia ad peccatum in spiritum sanctũ requiritur continuatio peccatorum usq; in finem uitæ.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q̃ tã in bono, q̃ in malo, ut in plurib. procedit ab imperfecto ad pfectũ, put hõ pficit uel ĩ bono, uel ĩ malo: & tñ ĩ vtroq; unũ põt incipere à maiori, q̃ ali[us]. Et ita illud, à quo aliqd incipit, põt esse pfectũ in bono, uel in malo sm gen[us] suũ: licet sit imperfectũ sm seriẽ processus hominis in melius, uel in peius proficientis.

AD SECVNDVM dicẽdũ, q̃ rõ illa pcedit de pctõ cõmisso ex malitia, q̃ñ est ex inclinatione habitus.

AD TERTIVM Dicendũ, q̃ si accipiat impnĩa sm intẽtionẽ * Aug. sm qd importat pmanẽtia in pctõ usq; ad finẽ, sic planũ est, q̃ impnĩa præsupponit pctã, sicut & pnĩa: sed si loquamur de impœnitentia habituali, sm quod ponitur species peccati in Spm̃ sctm̃, sic manifestũ est, q̃ impœnitentia põt esse etiam antẽ peccata. Potest.n. ille, qui nunquam peccauit, habere propositum uel pœnitendi, uel non pœnitendi, si contingeret eũ peccare.

*Ar. 1. huius quęst. *Ar. 2. huius quęst. *Conclu.* *Conclu.* *Ar. 1. huius quęst. *Conclu.* *Conclu.* *Li. 1. c. 3. circa finẽ, tom. 4. *Conclu.* *Concl.* *Ser. 11. de verb. Domini a medio, tomo 10. *Ser. 11 de verbo Domini, a medio, tomo 10.

QVAESTIO XV.

De uitijs oppositis scientiæ, & intellectui in tres articulos diuisa.

DEINDE considerãdũ est de uitijs oppositis sciẽtiæ, & intellectui. Et q̃a de ignorãtia, quæ

SVPER QV. XV. ART. I.

Bannes eodem art.

IN tota q. 15. dubiũ unum tantum occurrit circa duos modos in litera primi articuli positos, quibus homo uoluntariam caeci-

cęcitatē mentis incur ris, nō intendendo il li intelligibili primo, quia alia intelligit. f. q cōiungit hoc uel spon taneè, uel p occupatio nem mētis circa alia magis dilecta. Vnr. n. mēbra distinctionis considerare: qm uolū taria auersio ab intē tione boni debiti, nō est nisi pp aliud ma gis amatum: & sic pri mum membrum in cidit in secundum.

¶Ad hoc dr, q distin ctio mēbrorū horum nō consistit in hoc, q auersio intētionis ab illo priore intelligibi li uel principiū habeat à uoluntate, uel à pas sione, ita q utraque auersio cōueniat in hoc, q est pp aliquid magis amatum, puta, exercitiū artis, aut ne gotiationis, uel otiū, vel delectationem, & hmōi: sed dītā est in hoc, q principium auer sionis quā est a uolū tate sine passione, qd importat illud, No luit intelligere, ut bñ ageret: & qnq; a volū tate deducta a passio ne, qd importat illud, Super cecidit ignis cō cupiscēt, & nō uide rūt Solem: ubi notar Et ad utrumq; horū si gnificandū, primo di stixit author hęc mē bra, ut diximus: pri mo, mēs noīe, Spōta neæ uoluntatis: in se cundo uero noīe, Oc cupatæ mētis. Et dein de in rōne adstri ctū, qa cōuenit in a uertendo intētionē pp aliquod magis a matū, reduxit in vnū effectū, & una rōnem distractiuam ex par te obiecti, dum tādē argumento, q per ac cidens pōt alicui esse odibile intelligere ve ritaté, inquantū per hoc hō impedit ab a lijs, quæ magis amat. Hoc n. commune est vtrique membro, vt dictum est.

opponitur sciæ dictum est su- E pra, cū de causis pctōrum agere, quærendū est nunc de cœcitate mentis, & hebetudine sensus, q opponunt dono itellect'.

Et circa hoc quæruntur tria.

¶Primò, Vtrum cæcitas mentis sit peccatum,

¶Secūdò, Vtrum hebetudo sensus sit aliud peccatum à cæcitate mentis.

¶Tertiò, Vtrū hæc uitia à peccatis carnalibus oriantur. G

ARTICVLVS I.

Vtrum cæcitas mentis sit peccatum.

Perrella per totum. 77

AD PRIMVM sic procedit. Vr q cęcitas mētis ñ sit pctm. Illud. n. q excusat à pctō, nō vr esse pctm: sed cęcitas mētis excusat à pctō. dr. n. Io. 9. Si cœci essetis, nō hēretis pctm. ergo h cœcitas mētis non est peccatū.

¶2 Prę. Pęna differt a culpa: sed h cœcitas mentis est qdā pęna, ut patet per illud, quod hr Isai. H 6. Excęca cor populi huius nō enim esset à Deo cum sit malū, nisi pœna esset. ergo cœcitas mentis non est peccatum.

¶3 Prę. Oē pctm est h uolūtariū, vt * Aug. dicit: sed cęcitas mētis nō est uolūtaria, qa, ut Aug. dicit 10. Confes. Cognoscere veritatē lucētē oēs amant. & Ecc. 11. dr. Dulce lumen, & delectabile oculis uidere Solem. ergo cœcitas mentis non est pctm. I

* Libr. de ver. relig. ca. 4. prin cip. tom. 1. † Libr. 10. Confes. c. 23. a medio, tō. 1.

SED CONTRA est, q † Greg. 31. Moral. cœcitatē mētis ponit inter uitia, q cāntur ex luxuria.

† Libro 31. Moral. ca. 31.

RESPON. Dicendū, q sicut cęcitas corporalis ē priuatio ei', quod est principiū corporalis visionis: ita ēt cęcitas mētis est priuatio eius, qd est principiū mētalis, siue itellectualis visionis. Cuius quidē principiū ē triplex. Vnū quidē est lumē naturalis rōnis, & hoc lumē cū pti- K neat ad spēm aiæ rōnalis, nunq priuat ab aia: impedit, tñ qnq; à ,pprio actu p impedimenta uiriū inferiorum, quib. indiget intellectus humanus ad intelligendū, sicut patet in amētibus, & furiosis, ut in primo * dictum est. Aliud āt principiū intellectualis uisionis, est aliquod lumē habituale naturali lumini rōnis superadditum. Et hoc qdē lumē interdū priuat ab aia: & talis priuatio est cœcitas, quæ est pęna sm quod priuatio luminis grē, qdā pęna ponit. Vñ dr de qbusdā Sapi. 2. Excęcauit illos malitia eorū. Tertiū principium visionis intellectualis, est aliqd intelligibile prici-

* 1. 2. quę. 84. art. 7. & 8.

piū, p qd hō intelligit alia, cui qdē pricipio intelligibili mēs hoīs pōt intēdere, uel nō intēdere. Et q ei nō intēdat, cōtingit dupl: qnq; quidē ex hoc, q hēt uoluntatē spontaneē se auertētē à cōsideratione talis principij, sm illud Psal. 35. Noluit intelligere, ut bñ ageret. Alio mō p occupationē mentis circa alia, q magis diligit, quib. ab inspectione huius principij mēs auertit, sm illud Psa. 57. Super cecidit ignis. f. cōcupiscentiæ, & non uiderūt Solē. m Et utroq; modo cęcitas mentis est peccatū. n Conclu. m

AD PRIMVM ergo dicēdū, q cęcitas, q excusat à pctō, ē q cōtigit ex nāli defectu nō potētis uidere.

AD SECVNDVM dicēdū, quōd ratio illa procedit de secunda cœcitate, quæ est pœna.

AD TERTIVM dicēdū, q intelligere ueritatem, cuilibet est secundum se amabile, potest tñ per accidens esse alicui odibile, inquantum. f. per hoc hō impeditur ab alijs, quæ magis amat.

ARTICVLVS II.

Vtrum hebetudo sensus sit aliud peccatum à cæcitate mentis.

Perrella per totum. 78

Bannes eodem articulo.

AD SECVNDVM sic procedit. Vr q hebetudo sensus nō sit aliud à cæcitate mentis. Vnū. n. h vni est contrariū: sed dono intellectus opponit hebetudo, ut patet p * Gre. in 2. Moral. cui ēt opponit cęcitas mētis, eo q itellect', pricipiū qdda visiuū designat. ergo hebetudo sēs' ē idē q cęcitas mētis.

* Li. 2. Moral. c. 36.

¶2 Prę. * Gre. in 31. Moral. de hebetudine loquēs, noiat eā hebetudinē sensus circa intelligētiā: sed hebetari sensu circa intelligentiā, nihil aliud esse vr, q h itelligēdo deficere, qd ptinet ad mētis cęcitatē. ergo hebetudo sens' idē ē q cęcitas mentis:

* Lib. 31. Mora. ca. 31. a medio.

¶3 Prę. Si in aliquo differunt, maximē vñr in hoc h differre, q cęcitas mētis est uolūtaria, ut ŝ. * dictū est, hebetudo aūt sensus est naturalis defectus: sed defectus naturalis nō est pctm. ergo sm hoc hebetudo sensus nō esset pctm, quod est cōtra * Grego. qui cōnumerat eā inter uitia, quæ ex gula oriunt.

* Ar. præceden. * Libr. 31. Moral. c. 31.

SED CONTRA est, q diuersarū cāsarum sunt diuersi effectus, sed * Greg. 31. Moral. dicit, q hebetudo mētis orit ex gula, cęcitas āt mētis ex luxuria: sed hæc sūt diuersa uitia ergo & ipsa sūt diuersa vitia.

* Libr. 31. Moral. ca. 31. a medio.

RESP. Dicēdū, q hebes acuto opponit. Acutum aūt dr aliqd ex hoc, q est penetratiuū: vnde & hebes dr aliqd ex hoc, q est obtusū penetrare nō ualēs. Sēsus āt corporalis p qdā similitudinē penetrare dr mediū, inquātū ex aliqua distātia suū obiectū pcipit: uel inquātū pōt quasi penetrādo miīma, uel intima rei pcipere. Vñ in corporalib. dr aliquis esse acuti sensus, q pōt pcipere sensibile aliqd ex remotis uel uidēdo, uel audiēdo, uel olfaciēdo. Et ecōtrariō dr sensū hebetari, q nō pcipit nisi ex ,pinquo, & magna sensibilia. Ad sitnitudinē aūt corporalis sen. * dr ēt circa itelligētiā eē aliqs sens', q ē aliquorū primorū, & extremorū, ut dr in 6. * Eth. Sicut ēt sens' ē cognoscitiu' sensibiliū, quasi quorūdā pricipiorū cognitionis. Hic āt sens', q est circa itelligētiā, nō pcipit suū obiectū p medium distātiæ corporalis, sed p qdē alia media: sicut cū p proprietatē rei percipit eius assentiā, & p effe-

* Li. 6. c. 8. circa finē & c. 11.

ctū percipit cām. Ille ergo dr esse acuti sensus cir- A ca intelligētiā, qui statim ad apprehēsionē ,pprietatis rei, vel ēt effect', naturā rei cōprehēdit, & in qtū usq; ad minimas cōditiones rei cōsideradas, p tingit. Ille aūt dr hebes circa intelligētiā, q ad cognoscēdā ueritatē rei ptingere nō pōt, nisi p multa ei exposita, & tūc ēt nō pōt ptingere ad perfectē cōsiderādū oia, q ptinēt ad rei rōnē. Sic ergo m hebetudo sens' circa intelligētiā iportat qdā debilitatē mētis circa cōsiderationē spūaliū bonorū. Cœcitas aūt mētis iportat oīmodā priuationē cognitionis ipsorū. n Et utrūq; opponit dono itellect', p quē hō spūalia bona apprehēdēdo cognoscit, & ad eorū itima subtiliter penetrat. p Hēt. n. hebetudo rōnē pct i, sicut & cęcitas mētis, inqtū. f. est uoluntaria, ut patet in eo, qui affectus circa carnalia, de spūalibus subtiliter discutere fastidit, vel negligit. Et per hoc patet respōsio ad obiecta.

Concl. m

Conclu. p

ARTICVLVS III.

Vtrum cæcitas mentis, & hebetudo sensus, oriantur ex peccatis carnalibus.

Perrella per totum. 79

Bannes eodem articulo.

AD TERTIVM sic ,pcedit. Vr q cæcitas mētis, & hebetudo sensus, nō orianē ex uitijs carnalib. * Aug. n. in li. Retractationū, retractās illud quod C dixerat in Soliloquijs, Deus q nō nisi mundos scire verū uoluisti, dicit, q rñderi pōt, multos ēt immundos multa uera h scire: sed hoīes maximē efficiunt immūdi p uitia carnalia. ergo cęcitas mētis, & hebetudo sensus, nō cānt à vitijs carnalibus.

* Li. 1. Retracta. ca. 4. paulo a princ. id dixerat li. 1. Solil. c. 1. tom. 1.

¶2 Prę. Cęcitas mētis, & hebetudo sensus sunt defect' qdā circa partē aiæ intellectiuā. Vitia āt carnalia ptinēt ad corruptionē carnis: sed caro h non agit in aīam, sed poti' ecōtrariō. ergo uitia carnalia nō cānt cęcitatē mentis, & hebetudinē sensus.

¶3 Prę. Vnūquodq; magis h patit à ,ppinquiori, q à remotiori: sed ,ppinquiora sūt mēti uitia spūalia D q carnalia. ergo cęcitas mētis, & hebetudo sēsus, magis cānt ex uitijs spūalib. q ex uitijs carnalibus.

SED CONTRA est, quod * Greg. 31. Moral. dicit, q hebetudo sensus circa intelligentiam oritur ex gula, cœcitas autem mentis ex luxuria.

* Lib. 31. Mora. ca. 31. a medio.

RESPON. Dicendū, q pfectio intellectualis operationis in hoīe cōsistit in quadam abstractione à sensibiliū phātasmatib. Et iō quāto intellect' hoīs magis fuerit liber ab hmōi phantasmatibus, tāto potius considerare intelligibilia poterit & ordinare oia sensibilia: sicut & Anaxagoras dicit q oportet intellectū esse immistum ad hoc, q imperet, & agēs oportet q dominet sup materiā ad hoc, q possit eā mouere, vt narrat * phs. 8. Phy. Manifestum est āt q delectatio applicat intentionē ad ea in qbus aliqs delectatur. Vñ Philosoph. dicit in 10. † Ethi. q unusquisq; ea, in qbus delectat, optime operat: cōtraria uero nequāq; uel debiliter. Vitia āt carnalia. f. gula & luxuria cōsistunt circa delectationes tactus, ciborū. f. & uenereorū, q sunt uehemētissimæ inter oēs corporales delectationes. Et iō p hæc uitia itētio hoīs maxime applicat ad corporalia, & p cōsequēs debilitat operatio hoīs circa intelligibilia. Magis āt p luxuria, q p gulam

* Lib. 8. Phys. tex. 37. to. 7. † Li. 10. Ethi. c. 5. & 4. tom. 5.

quāto delectatiōes uenereorum sunt uehemētiores q ciborū. Et iō n ex luxuria orit cęcitas mētis q quasi totaliter spūaliū bonorū cognitionē excludit. Ex gula āt hētudo sensus, q reddit hoīem debilē ad hmōi intelligibilia. p Et ecōuerso, oppositæ uirtus. f. abstinētia, & castitas, maxime disponunt hoīem ad pfectionē itellectualis operationis. Vñ dr Dan. 1. q pueris his. f. abstinētibus & cōtinētib. dedit De' sciam, & disciplinā in oī libro & sapiā. Conclu. n

AD PRIMVM ergo dicendū, q quis aliq uitijs carnalibus subditi, possint qnq; subtiliter speculari aliqua circa intelligibilia pp bonitatē igenij na B turalis uel habit' sup additi: tñ necesse ē ut ab hac subtilitate cōtēplatiōis eorū itētio plerūq; retrahat pp delectatiōes corpales: et ita imūda pñt aliqua uera scire sed ex sua imūdatia circa hoc ipediūt.

AD II. dicendum, q caro non agit in partem intellectiuam alterando ipsam, sed impediendo operationem ipsius per modum prædictum.

AD III. dicēdū, q uitia carnalia quō magis sūt remota à mēte, eō magis ei' itētionē ad remotiora distrahūt: vñ magis ipediūt mētis cōtēplationē.

QVAESTIO XVI.

De præceptis fidei scientiæ & intellectus in duos articulos diuisa.

SVPER Q. XVII. *Ferr. 3. cont. cap. 118. Bannes eodem art.*

IN q. 16. titulo. f. de pceptis, aduerte q tā hic, quàm in sibsequētibus tractatibus de alijs virtutibus, cū ad qōnē de pceptis illius virtutis deuenit, non semper pceptū ut ē obligatiuū ad pctm mortale determinat, sed sumit pceptū, vt distinguit cōtra cōsiliū, put. f. hēt vī o'ligatiuā, cōiter siue ad mortale siue ad veniale, ut patet ex multis, q' dicunt pcepta, ad q cōstat nō obligari sub pctō mortali, vt patet de pcepto in calce hui' qōnis posito. f. de moderatione oīū actuū nostri sedm legē, & discurrendo patet i multis alijs. Et hoc bene nota, ne putes oīa mortalia, ex pręceptu nomine. ¶In tota q. 16. dubiū vnū tñ occurrit ex eo, q primi articuli ita in corpore dicit, q supposita fide vni' Dei nulla alia pcepta i ueteri lege fuire data de fide, & tñ in rīsione ad quintū nō hēt pincōuenienti, q respectu specialiū credibiliū fir dari in ueteri lege aliquod pceptū. Qūo stāt hæc simul? Ad hoc dr, doctrinam præsentis articuli tradere, quòd nulla sunt de secretis fidei, hoc est arti-

DEINDE considerādū est, de præceptis pertinentibus ad pdicta. Et circa hoc qrūt duo.

¶Primò, De pręceptis pertinentibus ad fidem.

¶Scdo, de pceptis ptinentibus ad dona sciæ, & intellectus.

ARTICVLVS I.

Vtrum in veteri lege debuerint dari præcepta credendi.

Perrella per totum. 80

AD PRIMVM sic pcedit. Vr q i ueteri lege dari debuerint pcepta credēdi: Pręceptū. n. ēde eo, q ē debitū & h necessariū: sed maximē necessariū ē hoī, q credat, sm illud Heb. 11. Sine fide impole ē placere Deo. ergo maxime oportuit pcepta dari de fid.

Inf. q. 22. ar. 1. cor. Et 3. cō. c. 118.

¶2 Prę. Nouū testm h cōtinet in ueteri, sicut figuratū i figura, vt ŝ. * dictū ē: sed i nouo testō ponūt expssa mādata de fide, vt patet E Io. 14. Creditis i deū, & i me credite. ergo vr q in ueteri lege ēt debuerit aliq pcepta dari d fid.

¶3 Prę. Eiusdē rōnis ē h pcipere actū uirtutis, & phibere uitia opposita: sed i ueteri lege ponunt multa pcepta prohibētia infidelitatē, sicut Exo. 20. Nō hēbis Deos alienos corā me. Et iterū Deu. 13. mādat, q ñ audiant uerba pphetę, aut sōniatoris, q eos d fid Dei uellet auertere. ergo in ueteri lege ēt dębuerūt pcepta dari de fidę

* 1. 2. q. 7. ar. 1. & ar. 3. ad 2.

Universidad de Deusto Biblioteca

eusis fidei in ueteri lege data pcepta. De alijs aũt pãlib. credibilibus nõ incõueniẽs aliquod pceptũ fuerit, qa fides ille nõ erat explicãdæ fidei, sed hoc nouæ legi seruabat.

*q.1.art. 1.

¶4 Prę. Cõfessio est act⁹ fidei, F vt s.* dictũ est: sed de cõfessione & ꝓmulgatione fidei dant pcepta in ueteri lege. Mandat .n. in Exo.12. ꝙ filijs suis iterrogãtibus rationem assignent paschalis obseruantiæ. Et Deut.13. mandat, ꝙ ille q disseminat doctrinam contra fidem, occidatur: ergo lex uetus præcepta fidei debuit habere.

¶5. Prę. Oẽs libri veteris testi sub lege veteri cõtinent. Vnde Dñs Io.15. dicit in lege esse scriptum, Odio habuerunt me gratis, quod tñ scribit in Psa. sed Eccle.2. dr, Qui timetis Dñm, credite illi. ergo G in veteri lege fuerunt præcepta danda de fide.

Sed contra est, ꝙ Apo. ad Ro.3. Legẽ veterẽ noiat legẽ factorũ, & diuidit eã contra legẽ fidei. ergo in lege ueteri nõ fuerũt pcepta dãda de fide.

Respon. Dicẽdũ, ꝙ lex nõ imponit ab aliquo dño, nisi suis subditis: & iõ pcepta legis psupponũt subiectionẽ cuiuslibet recipiẽtis legẽ ad eũ, q dat legẽ. Prima aũt subiectio hoïs ad Deũ est p fidẽ, ſm illud Hebr.11. Accedentẽ ad Deũ, oportet credere, qa est, & iõ fides psupponit ad legis pcepta.* Et pp hoc Exod.20. id quod est fidei, pmittit ante legis pcepta, cũ dr. Ego sum dñs Deus tuus, q H eduxi te de terra Aegypti. Et siĺr Deut.6. pmittit. Audi Israel, Dñs Deus tuus, unus est: & postea statim incipit agere de pceptis. Sed qa in fide multa cõtinent ordinata ad fidẽ, qua credim⁹ Deũ ẽe, quod est primũ & principale inter oĩa credibilia, vt* dictũ est: & iõ psupposita fide de Deo, per quã mẽs humana Deo subijciat, pñt dari pcepta de alijs credẽdis, sicut* Aug. dicit sup Io. ꝙ plurima sũt nobis de fide mãdata, exponẽs illud, Hoc est pceptũ meũ: sed in ueteri lege nõ erãt secreta fidei populo exponẽda, & iõ suppoſita fide vni⁹ Dei, nulla alia præcepta sunt in ueteri lege data de fide. I

Conclu. m — *q.1. articul.7. — *Tractat. 83. inter medium & fi. to.9. — Conclu. p

Ad primvm ergo dicẽdum, ꝙ fides est necessaria tanquàm principium spiritualis uitæ, & iõ præsupponitur ad legis susceptionem.

Ad II. dicẽdũ, ꝙ ibi ẽt Dñs psupponit aliqd de fide. s. fidẽ uni⁹ Dei, cũ dicit. Creditis i Deũ. Et aliquid præcipit. s. fidẽ incarnationis, p q̃ un⁹ est De⁹ & hõ, quæ quidem fidei explicatio pertinet ad fidem noui testi. Et ideo subdit. Et in me credite.

Ad tertivm dicẽdũ, ꝙ pcepta prohibitiua respiciunt pctã, quæ corrumpunt uirtutem. Virt⁹ ãt corrumpitur ex particularib. defectib. ut s.* dictũ est. Et ideo præsupposita fide unius Dei in lege ve K teri, fuerunt danda prohibitiua præcepta, quibus homines prohiberentur ab his particularibus defectibus, per quos fides corrumpi posset.

*1.2. q.6. 78. art.9. ad 3. & q.19. arti.6. ad 1. & ar.7. ad 3.

Ad qvartvm dicẽdũ, ꝙ ẽt cõfessio, uel doctrina fidei præsupponit subiectionem hominis ad Deũ per fidem. Et ideo magis potuerunt dari pręcepta in ueteri lege pertinentia ad confessionem, vel doctrinam fidei, quàm pertinentia ad ipsam fidem.

Ad qvintvm dicẽdũ, ꝙ in ipsa ẽt authoritate psupponit fides, p q̃ credim⁹ Deũ ẽe: vñ præmittit. Qui timetis Dñm: quod non posset esse sine fide. Quod aũt addit. Credite illi, ad qdã credibilia spãlia referẽdũ ẽ, & pcipuẽ ad illa, q̃ pmittit De⁹ sibi obediẽtib: uñ subdit. Et ñ euacuabit merces uestra

Articvlvs II.

Vtrum in ueteri lege conuenienter tradantur præcepta pertinentia ad scientiam, & intellectum.

Bannes eodem articulo.

Parcella per totum. 81 — Inf q.46. ar.2. ad 3. & q.49. ar.1. ad 3.

Ad secvndvm sic procedit. Vr ꝙ in ueteri lege incõueniẽter tradant pcepta ptinẽtia ad sciẽtiã, & intellectũ. Scia.n. & intellect⁹ ad cognitionẽ ptinet: cognitio aũt pcedit, & dirigit actionẽ. ergo pcepta ad sciam, & intellectũ ptinentia dñt pcedere præcepta pertinẽtia ad actionẽ. cũ ergo prima pcepta legis sint præcepta Decalogi, uĩ ꝙ inter præcepta Decalogi debuerunt tradi aliqua præcepta pertinentia ad sciẽtiam, & intellectum.

¶2 Prę. Disciplina pcedit doctrinã. prius.n. hõ ab alio discit, q̃ aliũ doceat: sed dant i ueteri lege aliqua pcepta de doctrina ẽt affirmatiua, ut præcipit Deut.4. Docebis ea filios, aut nepotes tuos. Et ẽt p hibitiua, sicut dr Deu.4. Nõ addetis ad uerbũ, quo bis loquor, neq; auferetis ab eo, ergo vĩ ꝙ ẽt aliq̃ pcepta dari debuerint iducẽtia hoiem ad discẽdũ.

¶3 Prę. Scia, & itellect⁹ magis uĩr necessaria sacerdoti, q̃ regi. Vñ dr Malac.2. Labia sacerdotis custodiũt sciam, & legẽ reqrẽt ex ore ei⁹. Et Osee.4. dr. Quia repulisti sciam, repellã & ego te, ne sacerdotio fungaris mihi: sed rei mandat, ꝙ addiscat sciam legis, ut patet Deut.17. ergo multo magis debuit præcipi in lege, ꝙ sacerdotes legem addiscerent.

¶4 Prę. Meditatio eorũ, q̃ ad sciam & itellectũ ptinẽt, ñ põt ẽe i dormiẽdo: ipedit ẽt p occupationes extraneas. ergo icõueniẽter pcipit Deu.6. Meditaberis ea sedẽs i domo tua, & ambulãs i itinere dormiẽs atq; cõsurgẽs. Incõueniẽter ergo tradũt i ueteri lege pcepta ad sciam, & itellectũ ptinẽtia.

Sed contra est, ꝙ dr Deu.4. Audiẽtes uniuersi p cepta hæc, dicant: En populus sapiens, & itelligẽs.

Respon. Dicẽdũ, ꝙ circa sciam, & itellectũ tria pñt cõsiderari. Primo qdẽ acceptio ipsi⁹: scdõ us⁹ ei⁹: tertio uero cõseruatio ipsi⁹. Acceptio qdem sciæ, uel itellect⁹ fit p doctrinã, & disciplinã: & utrũq; i lege pcipit. Dr n. Deu.6. Erũt uerba hæc, q̃ ego pcipio tibi, i corde tuo, ꝙ ptinet ad disciplinã. Pertinet.n. ad discipulũ, ut cor suũ applicet his, q̃ dicunt. Qd uero subdit. Et narrabis ea filijs tuis, ptinet ad doctrinã. Vs⁹ uerò sciæ, uel intellect⁹, est meditatio eorũ, q̃ qs scit, uĺ itelligit. Et q̃tũ ad hoc subdit. Et meditaberis sedẽs i domo tua &c. Cõseruatio ãt fit p memoriã: & q̃tũ ad hoc subdit. Et ligabis ea quasi signũ i manu tua, erũtq; & mouebunt iter oculos tuos, scribesq; ea i limine, & ostijs dom⁹ tuæ: p q̃ oia iugẽ memoriã mãdatorũ Dei significat. Ea.n. q̃ cõtinue sensib. nřis occurrũt, uĺ tactu, sicut ea q̃ i manu hẽm⁹: uĺ uisu, sicut ea q̃ ante oculos mẽtis sũt cõtinue: uĺ ad q̃ oportet nos sępe recurrere, sicut ad ostiũ dom⁹, a memoria nřa excidere ñ pñt. Et Deu.4. manifesti⁹ dr. Ne obliuiscaris uerborũ, q̃ uiderunt oculi tui: & ne excidãt de corde tuo cunctis diebus uitæ tuæ. Et hæc abundantius in nouo testamento tam in doctrina Euangelica, quàm Apostolica, mandata leguntur.

Conclu. m — Conclu. p — Conclu. q — Conclu. r

AD

Ad primvm ergo dicẽdum, quòd sicut dicitur A Deut.4. hæc.n. est vestra sapiẽtia, & intellectus coram populis. Ex quo datur itelligi, ꝙ scia & intellectus fidelium Dei consistit in præceptis legis. Et iõ primo sunt proponenda legis pcepta, & postmodum hoies sunt inducendi ad eorum scientiã vel intellectũ. Et iõ præmissa præcepta nõ debuerunt poni inter præcepta decalogi, q̃ sunt prima.

Ad II. dicendum, ꝙ ẽt in lege ponuntur præcepta pertinentia ad disciplinam, vt* dictum est. Expressius tñ præcipitur doctrina, q̃ disciplina: quia doctrina pertinet ad maiores, qui sunt sui iuris immediate sub lege existentes, quibus debent dari le B gis præcepta: disciplinam ãt pertinet ad minores, ad quos pcepta legis per maiores debẽt puenire.

*In corp. art.

Ad III. dicendum, ꝙ scia legis est adeo annexa officio sacerdotis, ut sit cum iniunctione officij iõ intelligit ẽt & sciæ legis iniunctio. Et iõ nõ oportuit specialia præcepta dari de instructione sacerdotũ: sed doctrina legis Dei nõ adeo est annexa regali officio, quia rex constituit super populũ in tẽporalibus; & iõ specialiter pcipitur, ut res instruatur de his, q̃ pertinent ad legẽ Dei per sacerdotes.

Ad IIII. dicendũ, ꝙ illud pceptum legis nõ est sic intelligẽdũ, ꝙ hõ dormiendo meditet de lege C Dei sed ꝙ dormiens. i. vadens dormitũ de lege Dei meditet: quia ex hoc ẽt hoies dormiendo adipiscũtur meliora phantasmata, ſm quod ptranseũt motus a uigilantibus ad dormientes, vt patet per* Philo. in 1. Ethico. Siĺr ẽt mandatur, ut in actu suo aliquis meditetur de lege, non ꝙ semper actu de lege cogitet, sed ꝙ oia, q̃ facit, ſm legẽ moderet.

*Lib.1. Ethica. vlt. post medium tomo 5.

QVAESTIO XVII.

De spe, in octo articulos diuisa.

Consequenter post fidem, cõsiderandum est de spe. Et primo, de ipsa spe scdo, de dono timoris: tertio de vitijs oppositis: quarto de pceptis ad hoc ptinentibus. Circa primũ occurrit primò cõsideratio de ipsa spe. Scdò, de subiecto eius. D

Circa primum quæruntur octo:

¶Primò, Vtrum spes sit uirtus.

¶Secundò, Vtrum obiectum eius sit beatitudo æterna.

¶Tertiò, Vtrũ vnus homo possit sperare beatitudinẽ alterius per virtutem spei. E

¶Quartò, Vtrum homo licitè possit sperare in homine.

¶Quintò, Vtrum spes sit virtus theologica.

¶Sextò, De distinctiõe eius ab alijs virtutibus theologicis.

¶Septimò, De ordine eius ad fidem.

¶Octauo, Deo eius ordine ad ueritatem.

Svper Q. XVII. Art. I.

Cap.3. d.26. q.1. arti.1. Palud.3. d.26. q. p. Bannes eodem art. D.B. in 3. se. di.26. q.1. art.2.

In artic.1. quæ.17. fidem excusando in 26. d. tertij Sententiarum, art.1. occurrit, volẽtis, ꝙ spes infusa est uirtus, large loquendo de uirtute, sicut etiã fides. Et remittit se ad 14. d. eiusdẽ q.4. ar.2. sed qa hęc soluta sunt superius iõ nõ replico quo ad fidẽ, sed dico similiter, sicut de fide dictũ ẽ, q; est simpliciter, & stricte uirtus spes infusa, de qua est sermo. Et est sermo de spe formata, ut in pcedenti li. q.65. art.4. patet, Ponit spes volũtatẽ i pfectione actus, q est sperare, tali, supernaturali qualem põt hãc, ut inferius patet. ¶In eodẽ ar. in solutione ad scdm, memento allegatæ doctrinæ ex Prima scdæ vt pspicuum tibi sit, qdo spes dupliciter dr ex meritis. s. quo ad rẽ expectatã. & hoc ẽt est spei formatæ, & informi, et quo ad actũ & hoc est ꝓpriũ spei formatæ. Spes.n. formata & inclinat ad sperandũ ex meritis q̃ hẽt, & ipse ẽt actus sperandi sub merito cadit, utpote medio ordinãs hoiem in uitã ęternã: quod de ipso habitu spei, cũ coincidat cum prima gra, dici non potest.

Articvlvs I.

Vtrum spes sit virtus.

Parcella per totum. 82 — 1. d.26. q.1. ar.1. Et vir. q.4. a.1. — *Lib.3. c.18. & 19. tom.1.

Ad primvm sic proceditur. Vr ꝙ spes non sit virtus. Virtute.n. nullus male vtit, vt dicit* Aug. in li. de libero arb. sed spe aliqs male vtit: qa circa passionẽ spei cõtingit esse mediũ & extrema, sicut & circa alias passiões. ergo spes ñ est virtus.

¶2 Præt. Nulla uirtus pcedit ex meritis, qa uirtutẽ Deus in nobis sine nobis operatur, vt* Au. dicit. sed spes ẽ ex gra & meritis puenıens, vt Magister dicit 26. d.3. li. Sẽt. ergo spes nõ est virt⁹.

¶3 Præt. Virtus est dispositio pfecti, vt dr in 7.* Phys. spes ãt est dispositio imperfecti. s. eius q nõ habet id quod sperat. ergo spes non est uirtus.

*Aug. de ... cione 26. in Ps.118. tom.8. — *Lib.7. Phys. tex. 17. & 18. tom.2.

Sed contra est, quod* Grego. in 1. Mora. dicit quòd per tres filias Iob significantur hæ tres uirtutes, fides, spes, charitas. ergo spes est uirtus.

*Li.1. Mora. ca.33. ante medium.

Respon. Dicendũ, ꝙ ſm Philo. in 2.* Ethi. Virtus uniuscuiusque rei est, q̃ bonũ facit hñtem, & opus eius bonũ reddit. Oportet ergo ubicũq; inuenit aliquis actus hois bonus ꝙ rñdeat alicui uirtuti humanæ. In oĩbus ãt regulatis & mensuratis bonũ cõsiderat p hoc, ꝙ aliquid propriã regulã attingit, sicut dicimus ueste esse bonã, q̃ nec excedit, nec deficit a debita mensura. Humanorũ autẽ actuũ, sicut s.* dictũ est, duplex est mẽsura. Vna q dẽ pxima, & homogenea. s. rõ. Alia ãt suprema, & excedẽs. s. Deus, & ob hoc oĩs actus humanus attingens ad rõnem ad ipsum Deũ, est bonus: actus ãt spei, de qua nũc loqmur, attigit ad Deũ. Vt.n. s.* dictũ est, cũ de passione spei ageret, obiectũ spei est bonũ futurum arduũ possibile hẽri. Possibile autẽ est aliquid nobis dupĺr. Vno mõ p nosmetipsos: alio mõ p alios, ut patet in* 3. Eth. Inquantũ ergo separamus aliquid ut possibile nobis p diuinũ auxiliũ, spes nřa attingit ad ipsum Deũ, cui⁹ auxilio innitit. Et iõ patet, ꝙ spes est uirtus* cum faciat actum hois bonum, & debitã regulã attingentẽ.

*Lib.2. Ethi. ca.6. circa princip. to.5. — *q.8. art.3. ad 3. — *1.2. qu.40. ar.1. — *Li.3. c.3. a medio, tom.5. — Conclu. m

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ in passionibus accipitur mediũ uirtutis per hoc, ꝙ attingit rõ recta & in hoc ẽt cõsistit rõ uirtutis. Vñ ẽt & in spe bonum uirtutis accipitur, ſm quod hõ attingit sperando regulam debitam. s. Deum. Et iõ spe attingẽte Deũ, nullus põt male uti sicut nec uirtute morali attingente rõne: qa hoc ipsum, qđ attingere est bonus vs⁹ uirtutis. Quis spes, de qua nũc loqmur, nõ sit passio, sed habitus mentis, ut* infra patebit.

*Ar.5. huius q. & q.18. arti.1.

Ad II. dicendum, ꝙ spes dr ex meritis prouenire, quantum ad ipsam rem expectatã, prout aliqs sperat beatitudinẽ se adepturum ex gratia, & meritis uel quantum ad actum spei formatæ. Ipse aũt habitus spei, per quam aliquis expectat beatitudinem, non causatur ex meritis, sed pure ex gratia.

Ad III. dicẽdũ, ꝙ ille q sperat, est qdẽ impfectus ſm cõsideratione ad id, qđ sperat obtinere, qđ nondũ hẽt: sed est pfectus quatũ ad hoc, ꝙ iã attingit propriam regulã. s. Deum cuius auxilio innititur.

SVPER-

SVPER QV. XVII. ART. II.

Bannes eodem art.

Porrecta per totum. 83

IN art. 1. eiusdē q̄stionis dubium occurrit, de qua beatitudine æterna sit hic sermo, s. de formali, an obiectiua. Qd n. sit sermo d formali, patet ex eo q effect⁹ diuinę virtutis in l'a dr̄, q uero de obiectiua, patet ex eo, q subditur. Non. n. minus aliquid a Deo sperādū ē q̄ ip̄e sit. Et huic dubio annectif alterum, qūo contextus l'æ in hac rōne cōsonat sibi ipsi, assumēs q effectum oportet causæ proportionari & subsumens Deum pro effectu ,pportionato, cum effectus rōnē hēri nō possit. ¶Ad hoc dr̄ q sermo præsens est de beatitudine obiecta & formali sed de beatitudine formali contingit loqui dupliciter. Primo secundū, id quod in se formaliter est. Scdo secūdū quod ē talis obiecti. Præsens sermo est de beatitudine formali, vt est talis obiecti .i. vt est assecutio Dei. Hoc. n. est principale consideratum in beatitudine hic, & sic a spe principaliter attingit. Spes. n. vt infra patebit, principaliter est de Deo, & sic beatitudine formali non est, nisi vt est ad Deū cōiunctio. Et iō principaliter est sermo hic de beatitudine obiectiua cōnotante formalē. Et ppterea litera effectus meminit, & Dei virtutis. n. hic inuenitur. Nā beatitudo formalis, effectus est quidā diuinæ uirtutis coniungens Deo. Vñ nō subiunxit Deus vt effectus, sed ut obiectū effectus ē ipsa literæ verba indicant. Et sic omnia consonant.

3. d. 26. q. 2. ar. 1. cor. & ad 1. Et virt. q. 4. ar. 1. & 4. cor. si.

ARTICVLVS II.

Vtrum beatitudo æterna sit obiectum proprium spei.

AD SECVNDVM sic ,pcedit. Vr̄ q beatitudo æterna non sit obiectū ,ppriū spei. Illud. n. hō nō sperat, q oēm animi sui motū [h] excedit, cū spei act⁹ sit qdā animi mot⁹: sed beatitudo ęterna excedit oēm humani animi motum dicit. n. Apost. 1. ad Corint. 2. Quod in cor hominis nō ascendit. ergo beatitudo nō est proprium obiectum spei.

¶2 Pręt. Petitio est spei īterpretatiua. dr̄. n. in Psal. 36. Reuela. Dño viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet: sed hō petit licitē à Deo non solū beatitudinem æternam, sed ēt [h] bona pūtis vitæ, tā spūalia, q̄ tpalia, & ēt liberationē à malis, q̄ in beatitudine æterna non erunt, ut patet in Oratione dominica, Matth. 6. ergo beatitudo æterna non H est proprium obiectum spei.

¶3 Præ. Spei obiectū est [h] arduū: sed i cōparatione ad hoiem multa alia sunt ardua, q̄ beatitudo æterna. ergo beatitudo æterna nō est ,pprium obiectum spei.

SED CONTRA est, q Apost. ad Heb. 6. dicit: Hēmus spē incedētē. i. incedere faciētē ad interiora uelaminis. i. ad beatitudinē cęlestē, vt * gl. ibid. exponit. ergo obiectū spei ē beatitudo ęterna. I

*Ad Heb. 6. glo. ordinaria ibid. *Ar. pce.

RESPON. Dicēdū, q sicut * dictū est, spes, de qua loqmur, attingit Deū innitēs eius auxilio ad cōsequēdū bonū speratum. Oportet aūt effectū esse cāæ ,pportionatū, & iō bonū quod ,pprie & principalr à Deo sperare debemus, est bonū infinitū, q proportionat virtuti Dei adiuuātis. Nā infinitæ uirtutis est ,ppriū ad infinitū bonū pducere. Hoc aūt bonū est uita ęterna, q̄ in fruitione ipsius Dei cōsistit. Nō. n. min⁹ aliqd ab eo sperādū est, q̄ sit ipse, cū nō sit minor ei⁹ bonitas, per q̄ bona creaturæ cōicat, q̄ ei⁹ essentia: & iō [m] propriū & pricipale obiectū spei ē beatitudo ęterna [n] K

Concl. m

AD PRIMVM ergo dicēdum, q beatitudo æterna pfectē qdē in cor hois nō ascēdit, ut. s. cognosci possit ab hoie uiatore, q, & qualis sit, sed ɔ̄m cōmunē rōnem. s. boni pfecti cadere pōt in apprehēsione hois: & hoc mō mot⁹ spei in ipsam cōsurgit. Vñ & signāter Ap̄s dicit: Spes incedit usque ad interiora velaminis: quia id quod speramus, est nobis quasi adhuc uelatum.

AD II. dicēdū, q q̄cunq; alia bona nō dēmus à Deo petere, nisi in ordine ad beatitudinē æternā. Vñ & spes qdē pricipalr respicit beatitudinē ęternā. Alia uero q̄ petunt à Deo, respicit scdariò ī ordine ad beatitudinē æternā: sicut & fides principaliter quidē respicit Deum secundariò respicit ea, quæ ad Deum ordinantur, ut supra * dictum est.

* q. 1. ar. 1. & c.

AD III. dicēdū, q hō q anhelat ad aliqd magnū paruū vr̄ oē aliud q est min⁹: & iō hoi sperāti beatitudinē æternā, habito respectu ad istā spē, nihil aliud est arduū, sed habito respectu ad facultatē G sperantis, pūt ēt quædā alia esse ardua, & ɔ̄m hoc eorū pōt esse spes in ordine ad pricipale obiectū.

ARTICVLVS III.

Vtrum aliquis possit sperare alteri beatitudinem æternam.

Bannes eodem articulo.

Porrecta per totum 84

3. q. 7. ar. 4. ad 3. Et 3. d. 26. in fin. expo. li. Et virt. q. 4. ar. 4. cor.

AD TERTIVM sic ,pcedit. Vr̄ q aliqs possit sperare alteri beatitudinē æternā. Dicit. n. Apostolus Philipens. 1. [h] Confidens hoc ipsum, qa q cępit in vobis op⁹ bonū, perficiet usq; in diē Christi Iesu: perfectio āt illi⁹ diei erit beatitudo æterna. ergo aliquis pōt alteri sperare beatitudinem æternam.

¶2 Pręt. Ea q̄ à Deo petim⁹, speram⁹ obtinere ab eo: sed à Deo petim⁹, q alios ad beatitudinē ęternā pducat ɔ̄m illud Iac. ul. Orate ,p īuicē, ut saluemini. ergo possum⁹ [h] alijs spar̄ beatitudinē ęternā.

¶3 Prę. Spes, & desperatio sunt de eodē: sed aliqs pōt desperare de beatitudine æterna alicui⁹, alioquin frustra diceret * Aug. in lib. de Verb. Domi. de nemine esse desperandum, dum uiuit. ergo etiam potest [h] sperare aliquis alteri vitam æternam.

* Sermo. 11. post medium.

SED CONTRA est, q Aug. dicit in * Enchi. q spes non est nisi rerum ad Deum pertinentium, qui curam eorum, qui spem habent, gerere perhibetur.

Enchiridij 8. ca. tom. 3.

RESPON. Dicēdū, q spes pōt esse alicui⁹ dupr. Vno mō absolutē, & [m] sic ē soli⁹ boni ardui ad se ptinētis. [n] Alio mō ex psuppōne alteri⁹, & sic [p] pōt ēe ēt eorū, q̄ ad aliū ptinēt. ¶Ad cui⁹ euidētiā sciēdū ē, q amor, & spes in hoc differūt, q amor īportat qdā unionē amātis ad amatū: spes āt importat quēdā motū, siuē ,ptēsionē appetit⁹ ī aliqd bonū arduū: unio āt ē aliquorū distīctorū, & iō amor directē pōt respicere aliū, quē sibi aliqs unit p amorē, hñs eū sicut seipsū. Mot⁹ āt sp ē ad ,ppriū terminū ,pportionaū mobili, & iō spes directē respicit ,ppriū bonū, ñ aūt q ad aliū ptinet: sꝫ psupposita unione amoris ad alterū, iā aliqs pt sperar̄, & desiderare aɫ̄ uitā æternā, inq̄tū ē ei unit⁹ p amorē. Et sicut ē eadē uirt⁹ charitatis, qua qs diligit deū, seipsū, & ,pximū: ita ēt est eadē uirt⁹ spei, quas qs spat sibiipsi, & alij. Et p hoc patet rñsio ad obiecta.

Conclu. m *Conclu. p*

ARTICVLVS IIII.

Vtrum aliquis possit licitē sperare in homine.

Bannes eodem articul.

Porrecta per totum 85

Inf. q. 25. ar. 1. ad 3. Et 4. contra Gē. * Lib. 1. Dial. c. 8. à me.

AD QVARTVM sic ,pcedit. Vr̄ q aliqs possit licitē sperare in hoie. Spei. n. obiectū est beatitudo æterna: sed ad beatitudinē æternā cōsequēdā [n] adiuuamur patrocinijs sctōrū. dicit. n. Greg. * in 1. Dialog. q prædestinatio iuuatur precibus Sanctorū. ergo aliquis potest in homine sperare.

SVPER QV. XVII. ARTIC. V.

S. Bona. 3. s. d. 26. q. 3. ar. 1. Scot. 3. s. d. 26. q. 1. Ricar. 3. s. d. 26. q. 2. Dur. 3. s. d. 26. q. 2. Ross. 3. s. d. 26. q. 1. Cap. 3. d. 26. q. 1. con. 2. Palud. 3. d. 25. q. 2. Ban eodem art. Thom. ab arg. d. 26. q. 1. a. 1. Ant. And. dist. 26. q. 1. Scotell. dist. 26. q. 1.

RESP. Dicẽdũ, q. sicut de rõne beatitudinis est, ut i ea qetẽt uoluntatis: ita d̃ rõne pœnæ ẽ, ut id qd̃ ꝓ pœna illigit, uoluntati repugnet. Nõ aũt pot uoluntatẽ qetare, uel ei repugnare, qd̃ ignorat: Et iõ* Aug.* dicit sup Gẽ. ad litera, q. angeli pfectẽ beati ẽ ñ poterãt i primo statu ãt cõfirmationẽ, uel lapsũ cũ ñ essent plẽij sui euẽt*. Requritur. n. ad pfectã & uerã beatitudinẽ, ut aliqs certũ* sit d̃ suę beatitudinis ꝑpetuitate, alioqn uoluntas non qetaret. Simil* ẽt cũ ꝑpetuitas dãnatiõis pteinat ad pœnã dãnatorũ, nõ uere hẽret rõnẽ pœnæ, nisi uoluntati repugnaret, qd̃ ẽ nõ posset, si ꝑpetuitatẽ suæ dãnationis ignoraret. Et iõ ad cõditionẽ miserię dãnatorũ ptinet, ut ipsi sciãt, q. nullo mõ possunt dãnationem euadere, & ad beatitudinem pernenire. Vnde dr̃ Iob 15. Non credit, q. reuerti possit de tenebris ad lucẽ. Vnde patet, q. non possunt apprehẽdere beatitudinẽ, ut bonũ possibile, sicut nec beati ut bonũ futurũ: & ideo* neq; in beatis, neq; in damnatis est spes: sed in uiatoribus siue sint in uita ista, siue i purgatorio, pot esse spes,* qa utrobique

Parcella per totum.
92
3.d.26.q. 2.ar.5.q. 3. & 4.
Tl. 11.c. 17. & 19. tom.3.
Concla. ꝙ Tl. 11.c. 22. ab me dium.

ubiq; appphēdūt beatitudinē ut futurū possibile.

Ad primum ergo dicēdū, q sicut Greg. dr 33. Mora. hoc dr d diabolo sm mēbra ei⁹, quorū spes annullabit. Vl si itelligat d ipo diabolo, pt referri ad spē, qua sperat d sctis victoriā obtinere, sm illud qd supra pmiserat. Hēt fiduciā, q Iordanis influat in os eius. Hæc aūt nō ē spes, d qua loqmur.

Enchiridij cap. 8. tom. 3. Ad II dcdm, q sicut Aug. dr i Enchiridio, Fides ē & malarū rerū, & bonarū, & pteritarū, & pñtiū, & futurarū, & suarū, & alienarū. Sed spes n ē nisi rerū bonarū futurarū ad se ptinētiū: & iō magis pt eē fides informis in dānatis, q spes, qa dona diuina n sūt eis futura possibilia, sed sunt eis absētia.

Ad III dicendū, q defectus spei i dānatis nō variat demeritū, sicut nec euacuatio spei i beatis auget meritū, sed utrūq; cōtigit pp mutationē stat⁹.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum spes viatorum habeat certitudinem.

Porrecta per totum. D. Bon. 3. s. d. 26. q. 5. ar. 2. Dur. 3. s. d. 26. q. 3. Nic. de Nyse. Trac. 5. par. 3. por. 3. de spe. q. 2.

83

Veri. q. 4. ar. 2. ad 4. AD QVARTVM sic pcedit. Vr q spes uiatorū nō hēat certitudinē. Spes. n. est in uolūtate sicut in subiecto: sed certitudo nō ptinet ad volūtatē, sed ad intellectū. ergo spes non hēt certitudinem.

¶ 2 Præt. Spes ex gra & meritis prouenit, ut supra dictū est: sed in hac uita scire p certitudinē n possumus, q gratiam habeamus, ut supra dictū est. ergo spes uiatorum non habet certitudinem. (q. 17. ar. 1. 1. 2. q. 112. ar. 5.)

¶ 3 Præt. Certitudo eē nō pt d eo, qd pt dficere: sed multi viatores hñtes spē, dficiūt a cōsecutiōe beatitudinis. ergo spes uiatorū n hēt certitudinē.

Li. 3. sen. distin. 26. Para. A. Sed contra est, q spes ē certa expectatio futuræ beatitudinis, sicut Magr dr 26. di. 3. sniarū, q pt accipi ex hoc qd dr 2. ad Timo. 1. Scio cui credidi, & certus sum, qa potēs est depositū meū seruare.

Resp. Dicēdū, q certitudo iuenit i aliquo dupliciter, s. essentialr, & participatiue. Essentialr qdē iuenit i vi cognoscitiua: pticipatiue āt i oī eo, qd a ui cognoscitiua mouet īfallibilr ad finē suū, sm quē modū dr, q nā certitudinalr operat tanq mota ab itellu diuino certitudinalr mouēte vnūqdq; ad suū finē. Et p hūc ēt modū uirtutes morales certi⁹ arte dnr opari, īquātū p modū naturæ mouent a rōe ad suos act⁹. Et sic ēt spes certitudinalr tēdit i suū finē, quasi pticipās certitudinē a fide, q ē in vi cognoscitiua. Vn patet rñsio ad primum. (Conclu.)

Ad II dicēdū, q spes n īnitit principalr gra iā habitæ, sed diuinæ oipotētiæ, & misericordiæ, & p quā et q grām nō hēt, eā cōseq pōt, ut sic ad vitā æternā perueniat. De omnipotentia aūt Dei & misericordia eius certus est qcunq; fidem habet.

Ad III dicēdū, q hoc, q aliq habentes spē, deficiāt a cōsecutione beatitudinis, cōtingit ex defectu liberi arbitrij ponentis obstaculū peccati, nō aūt ex dfectu diuinę potētię, vl misericordię, cui spes innitit. Vn hoc nō piudicat certitudini spei.

QVAESTIO XIX.

De dono timoris, in duodecim articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de dono timoris. Et circa hoc qrunt duodecim.

¶ Primo, Vtrū De⁹ dēat timeri.
¶ Secūdo, De diuisione timoris in timorē filialē, initialem, seruilem, & mundanum.
¶ Tertio, Vtrum timor mundanus semper sit malus.
¶ Quarto, Vtrum timor seruilis sit bonus.
¶ Quinto, Vtrum sit idē in substantia cum filiali.
¶ Sexto, Vtrū adueniente charitate excludat timor seruilis.
¶ Septimo, Vtrum timor sit initium sapientiæ.
¶ Octauo, Vtrum timor initialis sit idem in substātia cum timore filiali.
¶ Nono, Vtrum timor sit donū Spiritussancti.
¶ Decimo, Vtrum crescat crescente charitate.
¶ Vndecimo, Vtrum maneat in patria.
¶ Duodecimo, Quid respondeat ei in beatitudinibus & fructibus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Deus possit timeri.

Porrecta per totum.

94

AD PRIMVM sic pcedit. Vr q De⁹ timeri nō possit. Obiectū. n. timoris est malū futurū, ut supra habitū est: sed De⁹ est expers oīs mali, cum sit ipsa bonitas. ergo Deus timeri non potest. (13. q. 4. ar. 1. cōtr. Et 3. d. 34. q. 2. art. 3. q. 1. ad 3.)

¶ 2 Præt. Timor spei opponitur: sed spem habemus de Deo. ergo non possumus & simul eum timere.

¶ 3 Præt. Sicut Philos. dicit in 2. Reth. illa timemus, de quibus nobis mala proueniunt: sed mala non proueniūt nobis a Deo, sed ex nobisipsis, sm illud Oseæ 13. Perditio tua ex te Israel, ex me auxilium tuum. ergo Deus timeri non debet. (42. q. 6. ar. 1. & q. 42. art. 2. & 3. Li. 2. Rethor. ca. 5. tom. 6.)

Sed contra est, qd dr Ier. 10. Quis n timebit te rex gētiū? Et Mala. 1. Si ego Dñs, ubi timor meus?

Resp. Dicendū, q sicut spes habet duplex obiectū, quorū unū est ipsum bonū futurū, cuius adeptionē qs expectat: aliud aūt est auxiliū alicui⁹ p quē expectat se adipisci qd sperat: ita ēt & timor duplex obiectū habere pōt, quorū unū est ipsum malum, quod hō refugit: aliud aūt est illud, a quo malū pueniře pōt. Primo ergo mō Deus, qui est ipsa bonitas, obiectū timoris esse nō pōt: sed secūdo mō pōt esse obiectū timoris, inquantū. s. ab ipso, vel p cōparationē ad ipsum nobis pōt aliqd malū imminere. Ab ipso quidē pōt nobis imminere malū pęnæ, qd non est simplr malū, sed sm qd, bonū aūt simplr. Cū. n. bonū dicatur in ordine ad finem, malum aūt importet huius ordinis priuationē, illud est malum simplr, qd excludit ordinē a fine ultimo, quod est malū culpæ. Malum aūt pęnæ est quidem malum, inquantū priuat aliqd particulare bonū: est tñ bonū simpliciter inquantum depēdet ab ordine finis ultimi. Per cōparationē āt ad Deū pt nobis malū pęnæ puenīr, si ab eo separemur. Et p hūc modū Deus pōt, & dēt timeri. (Conclu.) (Conclu.)

Ad primum ergo dicendū, q rō illa procedit, secundum q malum quod hō refugit, est timoris obiectum.

Ad secundum dicendū, q in Deo est considerare, & ēt sm q peccantes punit, & miam sm quam nos liberat. Secundū ergo considerationem ipsius iustitiæ insurgit in nobis timor: secundum autem considerationē ipsius misericordiæ insurgit in nobis spes. Et ita secundum diuersas rationes, Deus est obiectum spei, & timoris.

Ad tertium dicēdū, q malum culpæ non est a Deo sicut ab actore, sed est a nobisipsis, inquantum a Deo recedim⁹: malum autem pœnæ est quidem a Deo actore, inquantum habet rōnem boni, prout. s. est iustum, sm q iuste nobis pœna infligit. Licet hoc primordialiter exmerito nostri peccati contingat, sm quem modum dicitur Sapi. 1. Quod Deus mortem non fecit, sed impij manibus, & uerbis accersierunt illam.

ARTICVLVS II.

Vtrum timor conuenienter diuidatur in filialem, initialem, seruilem, & mundanum.

Porrecta per totum.

95

AD SECVNDVM sic procedit. Vr q inconuenienter diuidat timor in filialem, initialem, seruilē, & mūdanū. Dam. n. 2. li. ponit sex spēs timoris. s. segnitię, erubescētiā & alij, de quib. 3. dictū est, q in hac diuisione nō tanguntur. ergo vr quod hæc diuisio timoris sit inconueniēs. (3. d. 34. q. 2. Et ver. q. 2. arti. 10. ad 13. Et Ro. 8. lect. 3. Damas. li. 2. orth. fidei. ca. 15. 1. 2. qu. 41. ar. 4.)

¶ 2 Præt. Quilibet horum timorum, uel est bonus, vel mal⁹: sed aliquis est timor, s. naturalis, q neque bonus est moraliter, cū sit in dæmonibus, secundùm illud Iacob. 2. Dæmones credunt, & contremiscunt, neque etiā malus, cum sit in Christo, secundum illud Marc. 14. Cœpit Iesus pauere & tædere. ergo timor insufficienter diuiditur secundum prædicta.

¶ 3 Præt. Alia est habitudo filij ad patrem, & uxoris ad uirum, & serui ad dñm: sed timor filialis, q est filij in cōparatione ad patrē, distinguit à timore serui li, q est serui p cōparationē ad dñm. ergo etiam timor castus, qui vr esse uxoris per comparationē ad uirum, debet distingui ab omnibus istis timoribus.

¶ 4 Præt. Sicut timor seruilis timet pœnā, ita timor initialis, & mūdan⁹. nō ergo debuerunt ab inuicē distingui isti timores.

¶ 5 Pręt. Sicut cōcupiscētia est boni, ita ēt timor est mali: sed alia est concupiscētia oculorū, qua qs cōcupiscit bona mūdi, alia est cōcupiscētia carnis, qua quis concupiscit delectationē propriā. ergo ēt ali⁹ est timor mundanus, quo quis timet amittere bona exteriora, & alius est timor humanus, quo quis timet propriæ personæ detrimētum.

Sed contra est authoritas Magistri 34. di. 3. li. sententiarū. (Li. 3. sē. di. 34. paragrap. D.)

Respon. Dicendū, q de timore nūc agim⁹, sm q p ipsum aliquo mō ad Deū couertimur, vl ab eo auertimur. Cū. n. obiectū timoris sit malū, qñque hō pp mala, q timet, à Deo recedit: & iste dr timor humanus, uel mūdanus. Qñq; autem homo pp mala, quæ timet ad Deum conuertit, & inhæret: quod quidem malū est duplex. s. malū pœnæ, & malū culpæ. Si ergo aliquis cōuertat ad Deū, & ei inhęreat pp timorem pœnæ, erit timor seruilis. Si autem pp timorem culpæ, erit timor filialis. Nā filiorū est timere offensā patris. Si aūt pp utrūq;, est timor initialis, q est medi⁹ inter utrūq; timorē. Verū aūt malum culpę possit timeri, s. dictum est, cum de passione timoris ageretur. (Concl.) (Concl.) (Concl.) (1. 2. q. 42. art. 3.)

Ad primum ergo dicēdū, q Dam. diuidit timorē, sm qd est passio aiæ. Hęc autem diuisio

SVPER QV. XIX. ARTIC. I.

Ban. eodem art.

IN ar. 1. q. 19. aduertit, q ut in primæ partis cōmētarijs dictū est, malū culpæ simpliciter tātū distat a malo pęnæ, q malū culpæ opponit bono diuino secundum seipsū, obiectiue tñ, sicut charitas tēdit in bonū diuinū in seipso: malū vero pœnæ opponit bono creato. Et ppea ī lia dr, q malū culpę priuat ordinē ad finē ultimū. Et qa solus ultim⁹ finis est finis, simpliciter, idest, & totaliter, & absque determinatione: reliq nāq; fines sūt finis ī hoc, vel in illo ordine respectu hui⁹, uel illius: iō in litera dr, q cū bonū & malū dicant secundū ordinē finalē, solū malū culpæ est malum simpliciter: malum aūt pœnæ, est malum istius.

SVPER QVÆST. XIX. ART. II.

Bannes eodem articulo.

IN art. 2. qōnis dubiū occurrit ex Durando in 34. dist. 3. sniarū, qōne quarta: Pro quāto hic dr, q si aliqs cōuertat ad Deū pp timorē culpæ, erit timor filialis. Nā filiorū est timere offensam patris. arguitq dē Durandus, q hæc opinio in hoc deficere vr, q ponit immediatum obiectū timoris malū culpæ. Hoc. n. pposito falsū est: quia timor diuiditur hic, prout p ipsum cōuertimur ad Deū, vel auertimur ab eo, fugiēdo, uel cōmittēdo pctm: ac p hoc cōmittere uel fugere pctm, nō est act⁹ elicitus a timoris, sed imperatus ab eo. Et cōñter pctm n est immediatū obiectū actus eliciti a timore. ¶ Ad hoc br dr, q rō hæc nō ualet: qa ppetratione, uel fuga pcti in actu executionis, arguit ad peccare, vel nō peccare, vt sūt in esse obiectiuo. Ordo siqd est iste, q timoni occurrit obiectiuè peccare in patrē & tunc respectu act⁹ eliciti ab habitu timoris qui actus est timere p pctū obiectū, est peccare in patrē; q est malū culpæ. Et ex hoc timēs fili⁹, imperat fugam offensæ, idest nō peccare, & idē nō peccare est act⁹ imperatus, non elicitus a timore. Et sic arguens ex hoc, q ad timorē spectat, ille actus imperat⁹, cōcludit, & male respectu actus eliciti, q nō sit obiectū immediatū malū culpæ. Ad argm autē suum formaliter distinguēdū est in prima illatione, q fugere pctm, dupliciter contingit. In executione, & in appetitu. Primo mō tm cōcedit prima illatio: sed secunda illatio simpliciter est falsa, vt patet ex dictis.

¶ In eodē 2. art. eiusdē qōnis in rñsione ad quintū dubiū occurrit. An pctm cōmissū ex timore amittendi bona mūdana, differat spē a pctō cōmisso ex timore amittēdi bonū corporis. V. g. aut negans fidem ne confiscentur bona sua, differat specie à negāte Christū, ne tormenta patiatur. Et similis est de muliere, q permittit se opprimi pp hūc, uel illum timorem. Et est rō dubij, qa author hoc dicit mundanus timor, qa ex parte auersionis distinguitur contra alios tres timores, pro vnico computetur: pctā n distinguuntur spē, scdm diuersitatem bonum obiectorum, ad q conuertuntur. Superius a. s. in præcedenti libro, dictum est, q pctā huiōi ex istis timoribus, & amoribus alleuiantur potius q grauentur, nec trahuntur ad aliquam mali mortalis spēm. Dictum siquidē est, q mulier necessitate victus adulterio consentiens, nō incurrit duas deformitates auaritiæ, & luxurię sed talis luxuriæ tñ q alleniat ex illa cā. ¶ Ad hoc, dr, q tendere inordinate in hęc obiecta. s. bonum carnis & bonum mūdi, cōtingit vno modo scdm se, vt contingit in his, qui sunt auari vel ambitiosi, qui ad bona mundi, & luxuriosi, vel ebrij quo ad bona carnis: alio mō solam comparationē ad aliud bonū maius quod debet eis anteponi, ut contingit in his qui consentiunt quidē sunt suis rebus & honoribus, naturali sanitate, & licitis delectationibus: sed superuenit occursu quo oportet vel aliquid horum amittere, uel amicitiam Iesu Christi manum hæc conseruare q Christi amicitiam, & sic adulterio, uel infidelitate consentiunt. Inter hos siquidem modos tāta est dña, q in primo inuenitur pctm diuersificari ex horum obiectorum diuersitate: in secūdo autem non. Et iō est: quia in primo obiectū illud materia dissonās rōni respectu actus tendētis in illud absolute, in scdo āt non. Et propterea si quis negat fidē, uel adulterat pp talē timorē q ex auaritia consurgat, viciū vitio accumulat, & pctm cōmittit duas deformitates hñs. Si qs āt negat fidē, adulterat pp talē timorē qui nō ex auaritia sed amore rōni, ... alius non mal ... nō accumulat vitiū vitio, sed ex ipso adulterio, uel infidelitate sit malus tam timor q amor rerū nō alia malitia, q illius infidelitatis vel adulterij: ac p hoc nō sentit pctm duarum deformitatum: sed aliqualiter excusat eius negatio, uel fornicatio ex iusto amore pueniens. Sicut vniuersaliter ordinās mediū malū ad finē bonū vel non malum, puta, virtutem, sanitatem, & huiusmodi, vnicam deformitatem incurrit: & aliqualiter excusatur, quāmuis totius appetitus & actus sit malus moraliter. Et sic intelligendo dicta hæc, & in consequenti articulo, & alibi omnia consonant.

*In corp. artic.

timoris attēdit in ordine ad Deū, vt * dictum est.

Ad secundum dicēdū, ꝙ bonū morale pcipuè cōsistit in cōuersione ad Deū: malū aūt morale in auersione à Deo: & iō oēs prædicti timores morales vel important malum morale, vel bonū: sed timor naturalis præsupponitur bono & malo morali, & ideò non connumeratur inter istos timores.

Ad tertium dicēdū, ꝙ habitudo serui ad dñm est p ptāte dñi seruū sibi subijciētis: sed habitudo filij ad patrē, vel uxoris ad uirū, est ecōuerso p affectū filij se subdētis patri, vel uxoris se coniūgentis viro unione amoris. Vñ timor filialis, & cast⁹ ad idē ptinēt: qa p charitatis amorē Deus pr̄ nr̄ efficit, fm illud Ro. 8. Accepistis spm̄ adoptionis filiorū, in quo clamam⁹ Abba, pr̄. Et fm eandē charitatem dr̄ ēt sponsus noster, fm illud 2. ad Cor. 11. Despondi uos vni uiro virginem castam exhibere Christo. Timor autem seruilis ad aliud pertinet, quia charitatem in sui ratione non includit.

Ad IIII. dicēdū, ꝙ pdicti tres timores respiciūt pœnā, sed diuersimodè. Nā timor mundanus, siue human⁹ respicit pœnā à Deo auertētē, q̄ qñq; inimici Dei infligunt, vel cōminantur: sed timor seruilis, & initialis respiciunt pœnā, per quā hoīes attrahuntur ad Deum diuinitus inflictam, vel cōminatam, quam quidem pœnam principaliter timor seruilis respicit: timor autem initialis secundariò.

Ad V. dicēdū, ꝙ eadē rōne hō à Deo auertit pp timorē amittēdi bona mūdana, & pp timorē amittēdi incolumitatē pprij corporis, qa bona exteriora ad corp⁹ ptinēt. Et iō uterq; timor hic pro eodē cōputat: q̄uis mala, q̄ timent, sint diuersa, sicut & bona, q̄ cōcupiscunt. Ex qua quidē diuersitate prouenit diuersitas pctōrum secundum spēm, quibus tamen omnibus cōmune est à Deo abducere.

Articulus III.

Vtrum timor mundanus sit semper malus.

Bannes eodem articulo.

Perrella per totum.

96

3 d. 34. q. 2. ar. 1. q. 3. cor. Et Rom. 8. lectu. 3.

AD TERTIVM sic pcedit. Vr̄ ꝙ timor mūdan⁹ nō sp sit mal⁹. Ad timorē.n. humanū ptinere vr̄, ꝙ hoies reueremur: sed qdā uituperant de hoc ꝙ hoies nō reuerent, ut patet Lu. 18. de illo iudice iniquo, q nec Deū timebat, nec hoīes reuerebat. ergo vr̄ ꝙ timor mundanus non semper sit malus.

¶ 2 Prę. Ad timorē mundanū vr̄ ptinere pęnę, q̄ p ptātes sęculares infligunt: sed p hmōi pœnas pro uocamur ad bñ agendū, fm illud Rom. 13. Vis non timere ptātem? bonum fac, & habebis laudem ex illa. ergo timor mundanus non semper est malus.

K ¶ 3 Prę. Illud ꝙ inest nobis naturaliter, non vr̄ esse malū, eo ꝙ naturalia sunt nobis à Deo: sed naturale est hoi, ut timeat pprij corporis detrimentū, & amissionē bonorū tpaliū, qb. pñs uita sustētat. ergo vr̄, ꝙ timor mundanus non sit semper malus.

Sed contra est, quod Dñs dicit Matt. 10. Nolite timere eos, qui corpus occidūt, ubi timor mūdanus prohibetur: nihil autem diuinitus prohibet nisi malum. ergo timor mundanus est malus.

*1. 2. q. 1. ar. 3. & supra q. 18. art. 2.

Respon. Dicendū, ꝙ sicut ex s.* dictis patet, actus morales, & habitus, ex obiectis nomē, & speciem hñt. Propriū aūt obiectū appetitiui mot⁹ est

E bonū finale, & iō à pprio fine ois mot⁹ appetitiu⁹ & specificat, & noiat. Si quis.n. cupiditatē noiaret amorē laboris, qa pp cupiditatē hoies laborant, nō rectè noiaret. Nō.n. cupidi laborē q̄runt sicut finē, sed sicut id, quod est ad finē: sicut finē aūt q̄rūt diuitias. Vñ cupiditas rectè noiat desideriū, vel amor diuitiarū, quod ē malū. Et per hunc modum amor mūdan⁹ pprie dr̄, quo aliqs mūdo innitit tāquàm fini, & sic amor mūdanus sp est mal⁹. Timor aūt ex amore nascit: illud.n. timet hō amittere, ꝙ amat, ut patet per * Aug. in li. 83. q. Et iō timor mūdan⁹ ē, q pcedit ab amore mūdano, tāq̄ à mala radice. Et pp hoc ipse timor mūdan⁹ sp est malus.

*Li. 83. q. q. 33. to. 4.

Conclu.

G Ad primum ergo dicēdū, ꝙ aliqs pōt reuereri hoīes dupr̄. Vno mō, inq̄tū est in eis aliqd̄ diuinū, puta, bonū grǣ, vel virtutis, uel saltē nālis Dei imaginis: & hoc mō uituperant, q hoies nō reuerētur. Alio mō, pōt aliqs hoīes reuereri inq̄tū Deo contrariant: & sic laudant, q hoīes nō reuerent, fm illud Ecclesi. 48. de Elia, uel de Elisæo. In diebus suis non pertimuit principem.

Ad II. dicēdū, ꝙ ptātes sæculares, qñ inferunt pœnas ad retrahēdum à peccato, in hoc sunt Dei ministri, fm illud Rom. 13. Minister.n. Dei est, vin- H dex in iram ei, qui malū agit. Et fm hoc timere potestatem sæcularem non pertinet ad timorē mundanum, sed ad timorem seruilem, vel initialem.

Ad tertium Dicendū, ꝙ hoc est naturale, ꝙ hō refugiat pprij corporis detrimētū, & dāna tpaliū rerū: sed ꝙ hō pp ista recedat à iustitia, est contra rōnē naturalē. Vñ Philus dicit 3. *Ethi. Quod quædā sunt, s. pctōrum opera, ad quæ nullo timore aliqs dēt cogi: quia peius est hmōi peccata cōmittere, quàm pœnas quascunque pati.

*Li. 3. Ethic. c. 1. in te medio tom. 1.

Articulus IIII.

Vtrum timor seruilis sit bonus.

I D. Bon. 3. s. d. 34. q. 2. ar. 1. P. Lad. 3. d. 34. q. 3. Bannes eod. art.

Perrella per totum.

97

3. d. 34. q. 2. artic. 2. qō. 1. cor. & q. 2. Et Roma. 8. le. 3.

AD QVARTVM sic pcedit. Vr̄ q timor seruilis nō sit bon⁹: Quia, cui⁹ us⁹ ē mal⁹, ipsū quoq; malū ē: sed vs⁹ timoris seruilis ē mal⁹, qa sicut* gl. dicit Ro. 8. Qui timore aliqd facit, etsi bonū sit ꝙ facit, nō tñ bñ facit. ergo timor seruilis nō est bon⁹.

*Est Aug. Enchiridij. cap. 121. to. 3.

¶ 2 Prę. Illud ꝙ ex radice pctī orit, non est bonū: sed timor seruilis orit ex radice pctī: quia super illud Iob 3. Quare nō in uulua mortuus sum? dicit † Greg. Cū ex pctō pñs pœna metuitur, & amissa Dei facies non amat, timor ex timore est, non ex humilitate. ergo timor seruilis est malus.

†Li. 4. Moral. c. 28. circa pri.

¶ 3 Prę. Sicut amori charitatis opponit amor mercenarius, ita timori casto videtur opponi timor seruilis: sed amor mercenarius semper est malus. ergo & timor seruilis.

Sed contra. Nullū malū est à Spiritu sancto: sed timor seruilis est à Spū sctō, quia sup illud Ro. 8. Non accepistis spūm seruitutis &c. dicit * gloss. Vnus spiritus est, qui facit duos timores, s. seruilē, & castum. ergo timor seruilis non est malus.

*Gl. ordinar. ibidem.

Respon. Dicendū, ꝙ timor seruilis ex parte seruilitatis hēt, ꝙ sit malus: seruitus.n. libertati opponitur. Vnde cū liber sit, qui causa sui est, ut dr̄ in 1. * Meta. seruus est, qui non causa sui operatur, sed

*Li. 1. Metaph. c. 2. tom. 4.

quasi

quasi ab extrinseco motus. Quicūq; āt ex amore aliquid quasi ex seipso operat quia ex propria inclinatione mouet ad operandū. Et iō contra rōnē seruilitatis est, ꝙ aliquis ex amore operetur. sic ergo timor seruilis, in quantū seruilis est, charitati contrariat. Si ergo seruilis esset de rōne timoris seruilis, oporteret ꝙ timor seruilis simpliciter esset malus. Sicut adulterium simpliciter est malum quia id, ex quo est, contrariat charitati, & ptinet ad adulterij spēm: sed prædicta seruilitas non pertinet ad speciem timoris seruilis, sicut nec informitas ad spem fidei informis. Spēs.n. moralis habitus, uel actus ex obiecto accipit. Obiectū āt timoris seruilis est pœna, cui accidit ꝙ bonū, cui cōtrariat pœna amet tanq̄ finis ultimus, & per consequens pœna timeat tanq̄ principale malū, quod B nō cōtingit in nō hñte charitatem. Vel ꝙ ordinet in Deum sicut in finem: & per consequens pœna non timeatur tanq̄ principale malum, quod contingit in hñte charitatem. Non.n. tollit spēs habitus per hoc, ꝙ eius obiectum, vel finis ordinat ad vlteriorem finem. Et ideo timor seruilis fm suam substātiam bonus est, sed seruilitas eius est mala.

Concl.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ verbum illud Aug. intelligendum est de eo, qui facit aliquid timore serui, inquantum est seruilis vt scilicet non amet iustitiam, sed solum pœnam timeat.

Ad II. dicendum, ꝙ timor seruilis fm suum subiectum non oritur ex timore: sed eius seruilitas ex timore nascitur, inquantum. s. homo affectum suū non vult subijcere iugo iustitiæ per amorem.

Ad III. Dicendū, ꝙ amor mercenarius dr̄, qui Deū diligit pp bona tēporalia, quod fm se charitati cōtrariat: & iō amor mercenarius semper est malus. Sed timor seruilis fm suam substantiam nō importat, nisi timorē pœnæ, siue timeat, vt principale malū, siue non timeat, vt principale malū.

Articulus V.

Vtrum timor seruilis sit idem in substantia cum timore filiali.

Bannes eodem art.

Perrella per totum.

98

3. d. 34. q. 2. artic. 3. qu. 1. Et Rom. 8. lect. 3.

AD QVINTVM sic procedit. Vr̄, ꝙ timor seruilis sit idē in substantia cū timore filiali. Ita.n. vr̄ se habet timor filialis ad seruilē, sicut fides formata ad informē, quorū unum est cū pctō mortali, aliud verò non: sed eadem fm substantiam est fides formata, & informis. ergo & idem est secundum substantiam timor seruilis, & filialis.

¶ 2 Prǣt. Habitus diuersificantur fm obiecta: sed idē est obiectū timoris seruilis & filialis, qa vtroque timore timetur Deus. ergo idem est secūdum suam substantiam timor seruilis, & timor filialis.

¶ 3 Prǣt. Sicut hō sperat frui Deo, & et ab eo bñficia obtinere, ita et timet separari à Deo, pęnas ab eo pati: sed eadē est spes, qua speram⁹ frui deo, & qua speram⁹ bñficia obtinere ab eo, ut dictū * est. ergo et idē est timor filialis, quo timem⁹ separationem a Deo, & timor seruilis, quo timemus ab eo puniri.

*q. 17. ar. 2.

Sed contra est, quòd August. super primam Can. Ioan. * dicit, duos esse timores, unum serui-

*Tract. 9 in Can. Ioa. circa medium tomo 9.

A lem, & alium filialem, uel castum.

Respon. Dicendū, ꝙ pprium obiectū timoris est malū: & qa act⁹ & habit⁹ distinguunt fm obiecta, vt ex s. dictis * patet, necesse est, ꝙ fm diuersitatē malorū, & timores spē differāt. Differt aūt spē malū pœnæ, quod refugit timor seruilis, & malū culpę, quod refugit timor filialis, ut ex s. dictis * patet. Vñ manifestū est, ꝙ timor seruilis, & filialis non sunt idem fm substantiam, sed differūt specie.

* 1. 2. qu. 54. art. 2.

*Ar. 2. huius quæst.

Concl.

Ad primum ergo dicēdū, ꝙ fides formata, & informis non differunt fm obiectū. Vtraq;.n. fides & credit Deo, & credit Deum: sed differunt solum p aliquod extrinsecum, s. fm præsentiam, & absentiam charitatis: & ideò non differunt secundùm substantiam. & ideò non est similis ratio.

Ad secundum dicendum, ꝙ timor seruilis, & timor filialis nō hñt eadē habitudinē ad Deum. Nam timor seruilis respicit Deū, sicut principium inflictiuū pœnarū: timor aūt filialis respicit Deū, nō sicut principiū actiuū culpæ, sed poti⁹ sicut terminū, a quo refugit separari p culpa. Et iō ex hoc obiecto, ꝙ est De⁹, nō cōsequit idētitatē spēi: qa ēt mot⁹ naturales fm habitudinē ad aliquē terminū, spē diuersificant. Non.n. idem est motus spē, q est ab albedine, & qui est ad albedinem.

Ad tertium dicēdū, ꝙ spes respicit Deū, sicut principium tam respectu fruitionis diuinæ, quàm C respectu cuiuscunque alterius beneficij. Non aūt est sic de timore: & ideò non est similis ratio.

Articulus VI.

Vtrum timor seruilis remaneat cum charitate.

AD SEXTVM sic pcedit. Vr̄ ꝙ timor seruilis nō remaneat cū charitate. Dicit.n. Aug. * sup 1. Can. 1. Io. ꝙ cum cęperit charitas habitare, pellitur timor, qui ei præparauit locum.

D ¶ 2 Prǣt. Charitas Dei diffundit in cordib. nr̄is per Spūm sctm, q datus est nobis, vt dr̄ Rom. 5. Sed vbi Spūs Dñi, ibi libertas, vt dr̄ 2. ad Cor. 3. Cū ergo libertas excludat seruitutem, videt quod timor seruilis expellatur charitate adueniente.

¶ 3 Prǣt. Timor seruilis ex amore sui cāt, inq̄tū pęna diminuit pprium bonū: sed amor Dei expellit amorē sui, facit.n. cōtēnere seipsū, vt patet p authoritatē Au. 14. * de ciu. Dei. ꝙ amor E Dei, usq; ad cōtēptū sui facit ciuitatē Dei. ergo vr̄ ꝙ ueniente charitate timor seruilis tollat.

Sed contra est, ꝙ timor seruilis est donum Spūsctī, vt s. dictū * est: sed dona Spūsctī non tollunt adueniente charitate, p q̄ Spūsctūs in nobis habitat. ergo adueniente charitate non tollit timor seruilis.

*Li. 14. c. ult. in principio to. 5.

*Ar. 4. huius quæst.

SVPER QV. XIX. ART. VI.

D. Bon. 3. s. d. 34. q. 3. art. 1.

Bannes eodem art.

Perrella per totum.

99

3. d. 34. q. 2. ar. 4. q. 1. cor. Et [illegible]

*Tract. 9 in Can. [illegible]

[illegible marginal commentary]

RESPON.

Universidad de Deusto Biblioteca

RESPON. Dicēdū, ꝗ timor seruilis ex amore sui F cãtur: quia est timor pœnæ, qui est determinatū, proprij boni. Vn̄. hoc mō timor pęnę pōt stare cū charitate, sicut & amor sui. Eiusdem.n. rōnis est, ꝗ hō cupiat bonum suum, & ꝗ timeat eo priuari. Amor āt sui tripliciter se pōt hēre ad charitatem. Vno.n. modo contrariatur charitatē ſm ꝗ aliquis in amore ꝓprij boni finē cōstituit. Alio uero mō in charitate includit̄, ſm ꝗ hō se pp Deum, & in Deo diligit. Tertio modo a charitate quidē distinguitur, sed charitati non contrariat̄ puta, cū aliqs diligit seipsum ſm rōnem proprij boni, ita tn̄ ꝗ in hoc proprio bono constituat finem. Sicut ēt & ad G proximū potest esse aliqua alia specialis dilectio præter dilectionē charitatis, q̄ fundat̄ in Deo, dū proximus diligitur rōne commoditatis, consanguinitatis, uel alicuius alterius cōdōnis humanæ, q̄ tn̄ referibilis sit ad charitatem. Sic ergo & [m] timor pœnæ includit̄ uno mō in charitate.[n] Nā separari à Deo est q̄dā pœna, quam charitas maximè refugit: unde hoc ꝑtinet ad timorē castū.[o] Alio aūt mō cōtrariat̄ charitati [p], ſm quod aliquis refugit pœnam contraria bono suo naturali, sicut principale malū cōtrariū bono, quod diligit̄ ut finis: & sic timor pęnæ nō est cū charitate. Alio mō timor H pœnæ distinguitur quidē ſm substantiā à timore casto: qa.s. hō timet malū pœnale rōne separationis à Deo, sed inquantum est nociuū proprij boni: nec tn̄ in illo bono cōstituit̄ eius finis. vn̄ nec illud malū formidat̄ tanq̄ principale malū. Et talis timor pęnæ pōt esse cum charitate: sed iste timor pœnæ nō dr̄ esse seruilis, nisi qn̄ pęna formidatur sicut principale malū, ut ex dictis* patet. Et ideo [q] timor, inquantum seruilis, nō manet cū charitate: sed substantia timoris seruilis cū charitate manere pōt, [r] sicut amor serui manere pōt cū charitate.

Concl. m — Concl. p — *Ar.2.huius q.ad 4.arg.& ar.4. — Conclu. r

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd August. ibi lo I quitur de timore, inquantum seruilis est. Et sic procedunt aliæ duæ rationes.

ARTICVLVS VII.

Vtrum timor sit initium sapientiæ.

Bannes eodem articulo.

Porrecta per totum. 100 q.45.ar.6.ad 3.

AD SEPTIMVM sic ꝓcedit̄. Vr̄ ꝗ timor nō sit initium sapiæ.[h] Initiū.n. est aliquid rei: sed timor nō est aliquid sapientiæ, quia timor est in ui appetitiua, sapientia autem est in ui intellectiua. ergo videtur quòd timor non sit initium sapientiæ.

¶2 Præ.[h] Nihil est principium suiipsius: sed timor Dei ipse est sapientia, ut dicitur Iob.28. ergo vide K tur quòd timor Dei non sit initium sapientiæ.

¶3 Præt. Principio non est aliquid [h] prius: sed fides præcedit timorem. ergo uidetur quòd timor non sit initium sapientiæ.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psal.110. Initium sapientiæ, timor Domini.

RESPON. Dicendū, ꝗ initium sapiæ pōt aliquid dici dupr̄. Vno mō, quia est initium ipsius sapię, q̄tum ad eius essentiam: alio modo, quantū ad eius effectū. Sicut initiū artis ſm eius essentiā, sunt principia, ex quib. procedit ars: initiū aūt artis ſm eius effectū est, unde incipit ars operari. Sicut si dicamus, ꝗ principium artis ædificatiuæ est fundamētum, quia ibi incipit ædificator operari. Cū autē sapia sit cognitio diuinorum, ut infra* dicetur, aliter considerat̄ à nobis, & aliter à Phi̅lis. Quia.n. vita nr̄a ad diuinam fruitionem ordinat̄, & dirigitur ſm quandam participationem diuinæ naturæ, q̄ ē per gratiam, sapientia ſm nos, non solū consideratur, ut est cognoscitiua Dei, sicut apud Philos: sed ēt ut est directiua humanæ uitæ, q̄ non solū dirigitur ſm rōnes humanas, sed ēt ſm rōnes diuinas, ut patet per Aug.12.* de Trin. Sic ergo [m] initiū sapiētię ſm eius essentiā, sunt prima principia sapiētiæ, q̄ sunt articuli fidei:[n] & ſm hoc fides dr̄ sapientiæ initiū. Sed quātū ad effectū, initiū sapiētiæ est, vnde sapia incipit operari: & [p] hoc modo timor ē initiū sapientiæ. Aliter tn̄ timor seruilis, & aliter timor filialis. [q] Timor.n. seruilis est sicut principiū extra disponēs ad sapiam, iquātū aliqs timore pœnæ discedit à pc̄tō, & habilitat̄ ꝑ hoc ad sapiæ effectū ſm illud Eccl.1. Timor Dn̄i expellit pc̄tm̄. Timor aūt cast⁹, uel filialis, est initiū sapiæ sicut prim⁹ sapiæ effect⁹. Cū.n. ad sapiam pertineat, ꝗ humana uita reguletur ſm rōnes diuinas, hinc oportet sumere principium, ut homo Deum reuereat̄, & se ei subijciat. Sic enim consequenter in omnibus secundum Deum regulabitur.

*q.45.ar.1. — *Li.12.c.14.to.3. Concl. m — Conclu. p

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝗ ratio illa ostendit, quòd timor non est principium sapientiæ, quātum ad essentiam sapientiæ.

AD SECVNDVM dicēdū, ꝗ timor Dei comparat̄ ad totam uitam humanam per sapientiam Dei regulatam, sicut radix ad arborem. Vnde dicitur Eccle.1. Radix sapientiæ est timere Dominum. Rami enim illius longæui. Et ideò sicut radix uirtute dr̄ esse tota arbor, ita timor dicitur esse sapientia.

AD TERTIVM Dicendū, ꝗ sicut dictum * est, alio modo fides est principiū sapiæ, & alio mō timor. Vnde dr̄ Eccl.25. Timor Dei initiū dilectionis est: initium autem fidei agglutinandum est ei.

*In corp. ar.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum timor initialis differat secundum substantiam a timore filiali.

AD OCTAVVM sic ꝓcedit̄. Vr̄ ꝗ timor initialis differat ſm substātiā à timore filiali. Timor.n. filialis ex dilectione cātur: sed timor [h] initialis ē principiū dilectionis, ſm illud Eccle.25. Timor Domini initium dilectionis est. ergo timor initialis est alius à filiali.

¶2 Prę.[h] Timor initialis timet pęnā, q̄ ē obiectū seruilis timoris, & sic uī ꝗ timor initialis sit idē cū seruili: sꝫ timor seruilis ē ali⁹ à filiali. ergo ēt timor initialis ē alius ſm substātiam à filiali.

¶3 Præ.[h] Medium differt eadem rōne ab utroq; extremorū: sed timor initialis est mediū īter timorem seruilem, & timorem fi A lialem. ergo differt & à filiali, & à seruili.

D. Bon.3.s.dist.34.q.1.art.2.

Bannes eodem art.

SVPER Q. XIX. ART. VIII.

IN ar. 8. omisso 7. dubiū ex dictis in 34.d. tertij sententiarum quæst.5. occurrit de identitate timoris initialis, & casti. Nā & conclusionem & intentionem, ad sc̄dm, & processum authoris non hic sed in 34.d.3. sententiarum ad eundē conclusionem reprehendit. Conclusionē quidē, qa obiectū timoris initialis distinguitur ab obiecto tam seruilis, q̄ casti timoris: qa cum obiectum est vtrumq; malū.s. gehennæ & culpæ, seu separationis à Deo. Contra rēponsionem ad secūdum pro

Porrecta per totum. 101 2.d.34.q.1.ar.1.q.7. Et Rō.8.lect.3.

pro quanto ibi dr̄, ꝗ timor initialis timet pęnā pro quanto hēt aliqd de timore seruili adiunctū, arguit quia impossibile est duos actus cognoscēdi simul esse in eadē potētia cognoscitiua, vt alibi ꝓbatū ē: & similiter duo act⁹ appetendi nō pnt simul esse in eadē potentia appetitiua. cōtra processum uero illū, quia vt repugnātia, dicere.s. ꝗ timor initialis imperet actum pp fugā culpæ & pœnæ, & ꝗ timor initialis non timeat eliciendo pœnā. Et ꝓbat repugnantiam qa potentia nullū actū imperat, nisi mediante actu elicito. Si ergo imperat pp utrūque hēt ergo actū elicitum circa vtrūq;. ¶Ad hæc dr̄ ordinate. Et ad primū, ꝗ falsum est, ꝗ obiectū timoris initialis sit vtrunq; malū.s. culpę & pœnæ, sed culpæ tm̄. Et si qn̄ inuenit̄ apud doctores hoc, vt ēt inuenit̄ apud authorem in art.2. huius qōnis in corpore articuli, interpretandum est iuxta rñsionem ad sc̄dm hoc in loco.s. ꝗ nō rōne sui sed rōne adiuncti sibi timoris seruilis, actus suus respicit alterū malū.s. pœnæ: alterum autem.s. culpæ, ratione sui. ¶Ad sc̄dm dr̄, ꝗ sicut contingit in intellectu esse simul plures actus intelligendi in ordine ad unum ita ēt in appetitu cōtingit simul esse plures actus appetēdi. Et sic est in proposito: quia timor pęnę, & timor culpæ in ordine ad Dei conuersionem concurrunt. ¶Ad tertiū dr̄, quod nō sit cōtra pñtis operis doctrinā, quia tñ illa hic exposita est, videtur, ꝗ timorem initialem imperare pp vtrumq; malū actum aliquē, pōt dupliciter intelligi. Primo rōne sui solius, & iuxta hunc sensum ꝓcedit argumētū, sed non militat contra authorem. Alio mō rōne sui, & adiuncti timoris seruilis: & in hoc sensu intendit hoc author, vt tam hic q̄ ibi in rñsione ad primum explicite declarauit. Et iuxta hunc sensum nihil ualet argumentū: qm̄ timor initialis imperans est non solus unus timor sed complectitur vtrūq;.s. initialē ut principalē, & seruilē ut ministrū seu adiuuātē. ¶In eodē art.8. in rñsione ad sc̄dm aduertē, ꝗ timor seruilis sc̄dm suam substantiā hēt multos actus, & quantum ad propositum spectat duo.s. timere pœnā oppositum proprio bono timentis absolute, & timere pœnā eandē ut rōnem operandi. Facit, uerbi gr̄a, ꝗ hi timor nos timere pęnam gehennæ absolute q̄ hic āt facit nos sic timere pęnā gehēnæ, ut ex illo timore mouemur ad bene agendum, ut illam.s. gehennā euadamus. Iste sc̄dus actus est q̄ adiungit̄ timori initiali, & charitati imperfectę: ita ꝗ timor initialis imperat talē actum, & vtitur illo in ordine ad finem suū sc̄dm qui est subijci Deo. sed adueniēte charitate perfecta cessat iste actus, qm̄ perfecti in charitate nō mouent̄ ad operādum ex timore ꝓprij mali, cum proprium bonū pro nihilo habeant. sed ex amore Dei, & timore ex parte Dei. Primus uero actus cū pfecta charitate, vix tn̄ stare pōt, quinimo minimus, eo q̄ crescente charitate minuitur, ut in artic. 10. huius quæstionis dicitur.

*Tract.9. in Canō. Io. paulo ante medium, & deinceps. tom.9. — Conclu. m — *Tract.9. in Canō. Ioā. inter principiū & mediū tom.9.

SED CONTRA est, ꝗ perfectum & imperfectum nō diuersificant substātiā rei: sed timor initialis, & filialis differunt ſm perfectionē & imperfectionē charitatis, ut patet per Aug.* 1.Can. Ioan. ergo timor initialis non differt secundum substātiam à filiali.

RESPON. Dicendū, ꝗ timor B initialis dr̄ ex eo, ꝗ est initium sed cum & timor seruilis, & timor filialis sint aliquo mō initiū sapientię, uterq; pōt aliquo mō initialis dici. Sed sic non accipitur initialis, ſm quod distinguitur à timore seruili, & filiali sed accipitur ſm quod cōpetit statui incipientium, in quibus inchoat̄ quidā timor ꝑ inchoationem charitatis. Nō tn̄ inest eis timor filialis pfectè quia nō C dum puenerunt à pfectionem charitatis iō timor initialis hoc modo se hēt ad filialē sicut charitas imperfecta ad perfectam. Charitas āt perfecta, & imperfecta non differunt ſm essentiā sed solum ſm statum. Et ideo dicēdum est ꝗ ēt [m] timor initialis prout hic sumitur, non differt ſm essentiam à timore filiali.[n]

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝗ timor, qui est initiū dilectio- D ni, est timor seruilis, qui introducit charitatem, sicut seta introducit linū, vt Aug.* dicit. Vel si hoc referatur ad timorē initialem dr̄ esse dilectionis initiū non absolute, sed quantum ad statum charitatis perfectæ.

AD SECVNDVM dicēdum, ꝗ timor initialis non timet pœnā sicut proprium obiectū sed inquantū hēt aliqd de timore seruili adiunctum, qui ſm substan E tiam manet quidem cum charitate, seruilitate remota: sed actus eius manet quidē cū charitate imperfecta in eo qui nō solum mouet̄ ad bene agendū ex amore iustitiæ, sed ēt ex timore pęnæ. Sed iste actus cessat in eo qui hēt charitatem perfectam, q̄ foras mittit timorem habētē pœnam, ut dicitur 1.Ioan.4.

AD TERTIVM dicendum, ꝗ timor initialis est medium inter timorē seruilē, & filialē, non sicut iter ea, q̄ sunt uni⁹ gn̄is, sed sicut imperfectū est mediū inter ens perfectū, & non ens, vt dicitur in 2.* Metaph. Quod tamen est idem secundùm substātiam cum ente perfecto: differt autem totaliter à non ente.

*Li.2.Meta. text.7. tom.3.

ARTICVLVS IX.

Vtrū timor sit donum Spiritussancti.

Porrecta per totum. 102 3.d.34.q.2.ar.1.q.4.& ar.2.q.1.Et Rō.8.lect.3.

AD NONVM sic proceditur. Videtur, ꝗ timor nō sit donum Spiritussancti. Nullū.n. donum Spiritussancti opponitur uirtuti, quæ etiam est à Spiritu sancto, alioquin Spiritussanctus esset sibi contrarius: sed [h] timor opponitur spei, quæ est virtus. ergo timor non est donum Spiritussancti.

¶2 Præt. Virtutis theologicę ꝓprium est, ꝗ Deum habeat [h] ꝓ obiecto: sed timor habet Deum pro obiecto, inquantum Deus timetur. ergo timor non est donum, sed uirtus theologica.

¶3 Prę. Timor ex amore consequitur: sed amor ponitur quædam uirtus theologica. [h] ergo etiam timor est uirtus theologica, quasi ad idem pertinens.

¶4 Prę. Greg.* dicit 2. Moraliū, ꝗ timor datur contra [h] superbiam: sed superbiæ opponitur uirt⁹ humilitatis. ergo ēt timor sub uirtute comprehenditur.

¶5 Præ. Dona sunt pfectiora [h] virtutibus. dantur.n. in adiutoriū virtutū, ut Gre.* dicit 2. Moraliū: sed spes est pfectior timore, qa spes respicit bonū, timor malū. cū ergo spes sit uirt⁹, non dēt dici, ꝗ timor sit donum.

*Li.2.Mora. ca.36. parū ante med. — Li.2.Mor. cap.36.

SED CONTRA est, ꝗ Isa.11. Timor Dn̄i enumeratur inter septem dona Spiritussancti.

RESPON. Dicendū, ꝗ multiplex est timor, ut supra * dictū est. Timor aūt humanus, ut dicit Aug. in li.† de Gratia & lib. arb. non est donum Dei, hoc.n. timore Petrus negauit Christū sed ille timor, de quo dictū † est. Illum timete, qui potest animā & corpus mittere in gehennā. Similiter etiam timor seruilis nō est numerandus inter septē dona Spūssancti: licèt sit à Spiritusancto: quia ut Aug. dicit in lib.* de Natura & gratia, pt habere annexā uolūtatē peccādi.

SVPER QV. XIX. ART. IX.

Bannes eodem art.

IN art. 9. eiusdē q̄st. duo notāda occurrūt. Primum ad hūc locū requirens, cū qō occurrit, An timor sit uirtus: qm̄ ut in art. parte, author de dono loquit̄, ut distinguit cōtra virtutem, & sic discutit. Scdo, ꝗ in rñsione ad secūdum dr̄, ꝗ per uirtutem spei non solū innitimur diuino auxilio ad consequenda quæcumque alia bona, sed ad adipiscendum ipsum, tamquàm principale bonum. Hic enim uidere

*Ar.2.huius quæst. — *c.18. declinando ad finem tom.7. — † Matth.10. — *Cap.57. ante me. tom.7.

dere potest, q̃ bñ dictũ sit, quod Deus ipse est principale bonũ nostrũ, & nõ solũ effect⁹ ei⁹, q inter q̃cũq; alia bona computantur.

† 1. 2. q. 68. art. 5.
Conclu. m
† 1. 2. q. 68. artic. 4. & 5.

Dona aũt Spũſſcti nõ põt ẽe cũ volũtate pcti: qa non sunt sine charitate, ut dictũ † est. Vñ relinquit, q m timor Dei, q numerat inter septẽ dona Spũſſcti, est timor filialis, siue cast⁹. n Dictũ † est. n. s. q dona Spũs scti sunt q̃da habituales pfectiones potẽtiarũ aiæ, q b. reddunt bñ mobiles à Spũ scto, sicut uirtutib. moralib. potẽtiæ appetitiuæ reddunt bñ mobiles à rõne. Ad hoc ãt, q aliqd sit bñ mobile ab aliquo mouẽte, primò reqrit, ut sit ei subiectũ, nõ repugnãs, qa ex repugnantia mobilis ad mouẽs ipedit mot⁹. Hoc aũt facit timor filialis, uel cast⁹, iq tũ p ipsũ Deũ reueremur, & refugim⁹ nos ipsi subducere.

Conclu. p

Et iõ p timor filialis, quasi primũ locũ tenet ascẽdẽdo iter dona Spũſſcti, ultimũ aũt descẽdẽdo, q sicut Aug.* dicit in li. de sermone Domini in mõte.

* Li. 1. c. 9. ante medium, tomo 4.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q timor filialis nõ cõtrariat uirtuti spei. Nõ. n. p timorẽ filialẽ timemus ne nobis deficiat, quod speram⁹ obtinere p auxilium diuinũ, sed timemus ab hoc auxilio nos subtrahere. Et ideò timor filialis, & spes sibiinuicem cohærent, & seinuicem perficiunt.

AD SECVNDVM Dicẽdũ, q pprĩũ & principale obiectũ timoris ẽ malũ, q qs refugit. Et p hũc modũ De⁹ nõ põt ẽe obiectũ timoris, sicut s. dictum* est. Est ãt p hũc modũ obiectũ spei, & aliarũ uirtutũ theologicarũ: qa p uirtutẽ spei nõ solũ innitit diuino auxilio ad adipiscẽdũ q̃cũq; alia bona, sed principalr ad adipiscẽdũ ipsũ Deũ, tãq̃ principale bonũ. Et idẽ patet in alijs uirtutibus theologicis.

* Ar. 1. huius quæst.

AD TERTIVM dicẽdũ, q ex hoc, q amor ẽ pricipiũ timoris, nõ sequit q timor Dei nõ sit habitus distinctus à charitate, q̃ est amor Dei: qa amor est principiũ oĩum affectionũ, & tñ in diuersis habitibus perficimur circa diuersas affectiones in Deo. Et iõ amor magis hẽt rõnẽ virtutis, q̃ timor: quia amor respicit bonũ, ad quod principaliter uirtus ordinat sm pprĩã rõnẽ, ut ex sudradictis* patet. Et pp hoc ẽt spes ponitur uirtus. Timor autem principaliter respicit malum, cuius fugam importat: vnde est aliquid minus uirtute theologica.

* 1. 2. q. 55. art. 3.

AD QVARTVM dicẽdũ, q sicut dr Eccl. 10. Initiũ supbiæ hois apostatare à Deo, hoc est, nolle subdi Deo, q opponit timori filiali, q Deũ reueret. Et sic timor excludit principiũ supbiæ, pp quod dat, s. cõtra supbiam. Nec tñ sequit, q sit idẽ cũ uirtute humilitatis, sed q sit principiũ eius. Dona. n. Spiritussancti sunt principia uirtutum intellectualium, & moralium, ut supra dictum* est: sed virtutes theologicæ sunt principia donorum, ut supra † habitum est. Vnde patet responsio ad quintum.

* 1. 2. q. 68. art. 3. & 8.
† 1. 2. q. 68. ar. 4. ad 3.

ARTICVLVS X.

Vtrum crescente charitate, diminuatur timor.

AD DECIMVM sic pcedit. Vr q crescẽte charitate diminuatur timor. Dicit enim Augustin. super 1. Cano.* Ioan. Quantum charitas crescit, tantum h timor decrescit.

* Tract. 9.

¶2 Præt. Crescente spe diminuitur h timor: sed crescẽte charitate crescit spes, ut supra † habitum est. ergo crescente charitate diminuitur timor.

¶3 Præt. Amor importat vnionẽ, timor aũt h separationẽ: sed crescente unione diminuit separatio. ergo crescente amore charitatis diminuitur timor.

SED CONTRA est, quod dicit Aug.* in lib. 83. quæst. quòd Dei timor non solum inchoat, sed etiam perficit sapientiam, idest, quæ summè diligit Deum, & pximum tanquam seipsum.

RESPON. Dicendũ, quòd duplex est timor Dei, sicut dictũ * est, unus quidem filialis, quo qs timet offensam patris, uel separationem ab ipso: alius autem seruilis, quo quis timet pœnam. m Timor autem filialis necesse est, quod crescat crescente charitate, sicut effectus crescit crescente causa. n Quanto enim aliquis magis diligit aliquem, tanto magis timet eum offendere, & ab eo separari: sed o timor seruilis quantum ad seruilitatẽ, totaliter tollitur charitate adueniente, remanet tamen secundum substantiam timor pœnæ, q vt dictũ* est. Et * iste timor diminuit charitate crescente, maximè quantũ ad actũ. r qa quantò aliquis magis diligit Deũ, tãtò min⁹ timet pœna. Primò quidẽ, quia minus attẽdit ad pprĩũ bonum, cui contrarietur pœna. Secundò, qa firminus inhærẽs magis confidit de præmio, & per cõsequẽs minus timet de pœna.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q Aug. loquitur de timore pœnæ.

AD SECVNDVM dicẽdum, q timor pœnæ ẽst, qui diminuitur crescente spe, sed ea crescente crescit timor filialis: quia quàtò aliquis certius expectat alicuius boni consecutionem per auxilium alterius, tantò magis ueretur eum offendere, uel ab eo separari.

AD TERTIVM dicendum, quòd timor filialis nõ importat separationem, sed magis subiectionem ad ipsum. Separationem autem refugit à subiectione ipsius: sed quodammodo separationem importat per hoc, quòd non præsumit se ei adæquare, sed ei se subijcit, quæ etiam separatio inuenitur in charitate, inquãt tum diligit Deum supra se, & supra omnia. Vnde amor charitatis augmentatus, reuerentiam timoris non minuit, sed auget.

Inter principium & medium tom. 9.
† q. 17. artic. 9.
* q. 36. in fine illi⁹. tom. 4.
* Ar. 4. huius quæst.
Conclu. m
Conclu. o
* Ar. 6. huius quæst.
Conclu. q

SVPER QV. XIX. ART. X.

D. Bon. 3. s. d. 34. q. 2. articul. 2.
Bannes eodem art.

Porrecta totum. 103
3. d. 34. q. 2. art. 3. q. 3. Et Psal. 18.

RESPON. Dicēdū, q. sicut Isido.* dicit in lib. Etymo. Nomen schismatis à scissura aīorū uocatū est: scissio aūt unitati opponit. Vñ peccatū schismatis dr, qđ directè, & p se opponit unitati. Sicut. n. i reb. naturalib*, id qđ ē p accidēs nō cōstituit speciē: ita ēt nec in reb* moralib* i qb. id, qđ est intētū, est p se: qđ aūt seqī pter itētionē, est quasi p accidēs. Et iō m peccatum ex eo, n q. itēdit se ab unitate separare, quā charitas facit, q̃ nō solū alterā psonā alteri unit spirituali dilectionis uinculo, sed ēt totā Ecclesiā in unitate spūs. Et iō p propriè schismatici dīr, q propria sponte, & intentione se ab unitate Ecclesiæ separāt, q̃ ē unitas principalis. q Nā unitas particularis aliquorū ad inuicē ordinaī ad unitatē Ecclesiæ, sicut cōpositio singulorū mēbrorū i corpore naturali ordinaī ad toti* corporis unitatē. Ecclīæ aūt unitas i duob. attendit. s. cōnexione mēbrorū Ecclesiæ adinuicē, seu cōicatione: & iterū i ordie oīum mēbrorū Ecclīæ ad unū caput, fm illud ad Col. 2. Inflat* sēsu carnis suę, & ñ tenēs caput, ex quo totū corpus p nexus, & cōiūctiones subministratū & cōstructū crescit i augmētū Dei. Hoc aūt caput est ipse Chrs, cuius vicē i Ecclesia gerit summ* Pōtifex. Et iō r schismatici dīr, q subesse renuūt summo Pontifici, & qui membris Ecclesiæ ei subiectis communicare recusant. s

*Li. 8. c. 3. à medio.

AD PRIMVM ergo dicēdū, q. diuisio hois à Deo p pctm nō ē itēta à peccāte, sed pter itētionē ei* accidit ex iordinata cōuersione ipsius ad commutabile bonum. & ideo non est schisma, per se loquendo.

AD II dicēdū, q. ñ obedir pceptis cū rebellione quadā, cōstituit schismatis rōnē. Dico āt cū rebellione, cū & ptinaciter pcepta Ecclīæ cōtemnit, & iudiciū ei* subire recusat. Hoc āt ñ facit qlibet peccator. vnde nō omne peccatum est schisma.

AD III dicēdū, q. hēsis, & schisma distinguunī fm ea, qb. utrūque p se & directè opponitur. Nā hæresis p se opponit fidei, schisma āt p se, opponit unitati ecclīasticę charitatis. Et iō sicut fides, & charitas sūt diuersæ uirtutes, q̄uis qcūq; caret fide, careat charitate: ita ēt schisma, & hēsis sūt diuersa uitia, q̄uis qcūq; est hēticus, sit ēt schismaticus, sed nō cōuertiī. Et hoc est, qđ Hier. dicit in epistola * ad Gala. inter schisma, & hēsim hoc interesse arbitror, q. hæresis peruersum dogma hēt, schisma ab Ecclīa separat. Et tñ sicut amissio charitatis est uia ad amittēdā fidē, fm illud 1. ad Timot. 1. A qbus quidā aberrātes. s. a charitate, & alijs hmōi, cōuersi sunt in uaniloquiū: ita etiā schisma est via ad hæresim. Vñ Hier.* ibidē subdit, q. schisma a principio aliqua i pte pōt intelligi diuersū ab hæresi. Cæterū nullū schisma est, qđ nō sibi aliquā hæresim cōfingat, vt rectè ab Ecclesia recessisse videatur.

*Super illud ad ti. 3. Hæreticum hominē, t. 9.

*Ad Titū 3. cap. 3. sup illud. Hæreticū hominē tom. 9.

SVP. Q. XXXIX. ARTIC. I.

In corpore primi articuli q. 39. tria simul dubia occurrunt. Primū est, in quo cōsistat unitas Ecclesię, cui opponitur schisma. Secundū vero, quō unitas ē a charitate, vt litera dicit. Tertiū aūt, quō schisma opponitur illi unitati. Et primi quidem dubij in quo s. consistat vnitas Ecclesiæ, cui opponitur schisma, rō est: quia cum vnū sequatur ens, oīs vnitas oportet q. sit secundū aliquod esse. & oē tollens vnitatē tollat aliqd esse. Constat aūt, q. secluso esse relatiuo mēbrorum Ecclesiæ ad unū caput, nullū esse appareret cōmembris Ecclesię inter se, fundās unitatē Ecclesiæ, quę tolli dē per schisma. Nā esse fidei, spei, sacramentorū, & cultus stat cū schismate. Esse aūt charitatis in directē quidē pōni ne peccatū mortale, directē aūt p explicitū ipsius contemptū perditur. Sed hoc nō est schismatis uitiū. Nam qui vult charitatē nec in se, nec in alio esse, nō ppterea schismaticus est. ¶ Secūdi verò dubij, quō s. unitas hæc Ecclesiæ sit a charitate, rō est, tum quia schisma tollit illud esse, quod sine charitate possidetur, ut patet cū aliqui in peccato mortali præexistētes fiunt de nouo schismatici: tū quia schismaticus est, q renuit subesse Romano Pōtifici. Hoc autem nō directē charitati, sed obedientiæ opponit. ¶ Tertij aūt dubij rō est, quia cum vnū oppositorum tollat reliquū, & unitas Ecclesiæ non sit ab Ecclesia auferibilis, sicut nec esse ipsius quantūcunq; fiant infinita schismata, alioqn aut possent esse plures Ecclesiæ, q̃ una, aut posset desinere esse ante consummationem sæculi, cōsequēs est, q. schisma non tollat unitatem Ecclesiæ, & consequēter malè ex hoc eius natura monstratur. ¶ Ad euidentiā horū

Conclu. m

sciendū est, q. cū Ecclesia militās de qua sola est sermo, sit cōgregatio oīum fideliū, & una numero, oportet q. eā entitas, q̃ unitas eius numeralis cōsummat ex aliquo esse, nō quo aliquis est i se, sed quo ad aliud ordinatur. Inter entia aūt genera, solū relatio, actio, & passio separata iūgūt. Esse nāq; substātiæ, qualitatis, & quātitatis sic in uno supposito consistit, q ad aliud nō se extendit. Actione aūt, & passione iungūtur et celū & terra, & esse relatiuū totū uniuersi. Vñ Ecclesiæ eē, & unitas, sedm hæc cōsideranda est. Tria aūt scd inuenimus in ipsis fidelibus: Primo unitatē uirtutū theologicarū, & sacramentorū. Singuli namq; fideles credunt vnū, sperāt unū, amāt unū. s. Deū trinū, & unum &c. & tenēt eadē sacramēta. Et si fideles nō haberent aliā unitatē, Ecclesia nō esset propriè loquēdo, una, sed fideles essent similes i pdictis. Inuenim* ergo scdo unitatē capitis nō solū i celo, Christi, sed in terra, sui vicarij, ex qua unitate apponit i ipsis fidelib. esse relatiuū ordinis. s. ad caput unū: & actionis, & passionis scdm pcipere, & obedire. Mouētur si qdē singuli fideles a Spūsancto nō solū ad credēdū, sperādū &c. sed ēt ad obediēdū vni, & eidē capiti Chri Vicario. Et si apud fideles nulla alia esset unitas, & Ecclesia non diceret una, sed sub unico essent. n. fideles, sicut multa regna sub vno rege. ¶ Inuenimus igitur tertio unitatem collectionis uniuersorū fidelium, ex qua unitate

Concl. p

Conclu. r

ARTICVLVS II.

Vtrum schisma sit grauius peccatum infidelitate.

Ean. eodem art.

Porrecta per totum.
222 4. d. 13. q. 2. ar. 2. ad 4. Et mal. q. 2. a. 10. ad 4.

AD SECVNDVM sic procedit. Vr q. schisma grauī* pctm sit, q̃ infidelitas. Maius h. n. pctm grauiori pęna h punit, fm illud Deu. 25. Pro mēsura pcti erit & plagarū modus: sed pctm schismatis grauius inuenit punitū, q̃ ēt pctm infidelitatis, siuè idololatriæ. Legit. n. Exo. 32. q. pp idolatriā sunt aliq humana manu gladio interfecti: de pctō autē schismatis legit, Nu. 16. Si nouā rē fecerit Dñs, vt aperiēs terra os suū deglutiat eos, & oīa quę ad illos ptinēt, descenderintq; viuētes in infernum, scientis q. blasphemauerūt dñm Deū Decē ēt Tribus, q̃ vitio schismatis à regno Dauid recesserūt, sunt grauissime punitæ, vt habet 4. Reg. 17. ergo pctm schismatis est grauius pctō infidelitatis.

¶2 Præt. Bonū multitudinis est mai* & diuinius, q̃ bonū h vni*, ut patet p Philosophū* i 1. Eth. sed schisma est cōtra bonū multitudinis. i. cōtra ecclesiasticam vnitatē: infidelitas aūt est cōtra bonū particulare vnius, qđ est fides vnius hominis singularis. ergo videtur q. schisma sit grauius peccatum, q̃ infidelitas.

*Li. 1. c. 2. ad finem tom. 5.

¶3 Præt. Maiori malo h mai* bonū opponit, vt patet p Phi.* in 8. Eth. sed schisma opponiī charitati, q̃ est maior virt*, q̃ fides, cui opponit infidelitas, vt ex pmissis j patet. ergo schisma est grauius peccatū, q̃ infidelitas.

*Lib. 8. c. 10 circa principiū tom. 5.

*q. 10. ar. 2. & q. 23. art. 6.

SED CONTRA. Qđ se hēt ex additione ad alterū, potius est vel in bono, vel in malo: sed hæresis se hēt p additionē ad schisma: addit. n. puersum dogma, vt patet ex authoritate Hier.* supra inducta. ergo schisma est minus peccatum, q̃ infidelitas.

*Ar. prec. ad 3. arg. In epist. ad Titum cap. 3.

RESPON. Dicēdū, q. grauitas pcti dupl r pōt cōsiderari. Vno mō fm sua speciē: alio mō fm circūstātias. Et qa circūstantiæ particulares sunt infinitę, ita & infinitis modis variari possunt, cū qrit in cōi de duobus peccatis qđ sit grauī*, intelligēda est qstio de grauitate, q̃ attēdit fm genus pcti. Genus aūt, seu spēs pcti attēditur ex obiecto, sicut ex supradictis patet *. Et iō illud pctm, qđ maiori bono cōtrariat, ex suo gñe ē grauī*, sicut pctm i Deū, q̃ pctm in pximū. Manifestū est aūt q. infidelitas est pctm cōtra ipsum Deū, fm q. i se est ueritas prima, cui fides innitiī. Schisma aūt est cōtra ecclesiasticā vnitatē, q̃ est quoddā bonū participatum, & minus q̃ sit ipse Deus. Vñ manifestū est, q. m pctm infidelitatis ex suo gñe est grauius, q̃ pctm schismatis: licēt possit cōtingere, q. aliqs schismaticus grauī* peccet, q̃ qdā infidelis, vel pp maiorem contemptum, vel pp majus periculū qđ inducit, vel propter aliquid huiusmodi n.

*1. 2. q. 72 ar. 1. & q. 73. art. 1. 2. & 4.

AD PRIMVM ergo dicendū, q. populo illi manifestū erat iā p legē susceptā, q. erat vn* De*, & q. nō erat alij Dij colēdi: &

vnitate apponit singulis fideliū esse relatiuū. s. esse partē vnius numero populi, ciuitatis, domus, ac p hoc dependētiā apponit vnicuiq; à toto. Partes. n. sibi à suo toto pēdēt. Hinc secundum actionē & passionē modos & regula habet. Mouent s. quidem fideles à Spiritusancto ad opera vitæ spūalis. s. credere, sperare, diligere, sanctificare, & sanctificari, obedire, pcipere, illuminare &c. non solū scdm substātiā, sed ēt quo ad modū operandi, vt s. hæc operētur vt partes vnius tot*. Et huius rei nō est qrenda alia cā, nisi qa sic is fecit Spiritussanctus, q̃ iter articulos fidei posuit vnā sanctā Ecclesiā, vltra sanctorum cōionē. Ipse nāq; Spirit* diuidēs singulis put vult, voluit Ecclesiā catholicā. s. vniuersalē, esse vnā, & non plures. Et ppea mouet singulos ad iterius & exterius operādum, vt partes vni*, & pp illud unū, & scdū illud vnū. Quilibet enim fidelis credit se mēbrum Ecclesiæ, & vt mēbrū Ecclesiæ credit, sperat, ministrat sacramēta, suscipit, docet, discit &c. Et pp Ecclesiā hæc facit, vt pars pp totū, cuius est qequid est, & secūdum Ecclesiæ fidem, & traditionē hæc operaī. Et hinc fit vt inter ecclesias, q̃ vīr omnino separatæ, puta, Scotiæ, & Hispaniæ, nō solū sit conuenētia in fide, spe, charitate, sacramentis, & obediētia ad vnū caput, sed ēt colligatio partis ad partem in vna numero congregatione, q̃ primo & principaliter regitur à Spiritusancto, cui* vnitas est summū bonum nō simpliciter, sed in genere bonorū ad proximum spectantiū, vtpote bonū totius mūdi nō qualecumque, sed spiritualē nō p accidens, sed per se: nec secundarium, sed principaliorum est ipsum esse Ecclesiæ, ut unius tot* rōnē hēt. Signū aūt huius vnius, totius, & partiū, est unitas synodi uniuersalis. Hæc est Ecclesiæ vnitas, cui opponitur schisma. Nā ex eo aliqs est schismaticus, q. renuit vt pars Ecclesiæ operari. Nec refert ex quacunq; causa hoc uitatur. Dummodo enim ad hoc deueniatur, q. renuit se habere ut pars unius Ecclesiæ catholicæ, schisma incurritur. Ex quacumque siquidem diuersitate uel sententiarum, uel affectionum, intantum aliquis exorbitet, ut uelit sanctificare, vel sanctificari, docere, uel doceri, prouidere, uel prouideri, non ut pars Ecclesiæ catholicæ, sed tamquam ipsi inter sint uelut quoddam totum seorsum, schismatici sunt. Et per hoc patet solutio primi dubij. Sed responsio ad obiectionem de charitate, in solutione secundi dubij patebit.

¶ Dicitur ergo ad secundum dubiū, quod quia amoris est vnire, & vnitas Ecclesiæ est vnitas spūalis. iō attribuī amori spirituali, q est charitas, nō q. ista vnio sit charitas, sed qa est eff. charitatis. Mouet. n. Spiritussanctus p charitatē singulos fideles ad volēdū se esse partes vnius collectionis catholicæ, quā ipse viuificat, ac p hoc ad cōstituēdū vnā Ecclesiā catholicā. Verum effect* charitatis sūt duplices, qdā sp formati, vt contritio: qdā q. possunt esse informes, vt misereri, dare eleemosynā pp Christū. Vnitas āt ecclesiastica licēt simpliciter sit formata, sicut Ecclesia sp est i gratia, vt tñ est i hoc, vel illo, pōt esse informis. Et ppea stat vnitatē hanc esse effectū charitatis, & tñ posse eē cū peccato mortali. Et stat aliquē nolle charitatē esse i se, vel in alio, & nō esse schismaticū, nisi ad hoc deueniret, q. nollet hūc effectū charitatis esse, q est unitas Ecclesiæ. Et tūc ēt esset distinguendū: qa aliud est nolle unitatem Ecclesiæ esse, & aliud est subtrahere se aīo ab unitate Ecclesiæ: sicut aliud est, nolle fidē Christi esse, & aliud est, nō credere ea, q̃ sunt fidei. Vtrobiq; n. primum spectat ad odiū rerū spūalium: secūdum aūt ad propria uitia schismatis, & hæresis. Ad id uerò, qđ de obediētia obijcit, dr q. nolle pertinaciter obedire summo Pontifici ñ ē schisma, sed nolle subesse sibi ut capiti tot* Ecclesiæ, est schisma: sicut nō credere, est hæresis. ¶ Ad tertiū aūt dubiū dr, q. cōtra unitatem Ecclesię dupliciter cōtingit peccare. Primo secundum intellectū, scilicet nō credēdo Ecclesiam esse unam capite, uel collectione, & hoc esset peccatū infidelitatis: secūdo, secūdū uolūtatem, & hoc dupliciter. Primò secūdū intentionē, cū. s. aliquis licēt credat Ecclesiā esse unam, intendit tamen eius unitatem destruere odio, uel ira concitatus in illam, uel Papam &c. Secūdo, secundum operis uoluntatem, cum scilicet aliquis vult potius aliter se gerere, ac si non esset pars Ecclesiæ, quàm à proposito desistere. Et hoc uidetur contingere his, qui præsumūt synodos uniuersales congregare, uel congregatas, sed dissolutas tenere. Et utroq; modo schisma incurritur: sicut homicidium incurrit non solum qui directè intendit occidere, sed ēt qui potius vult opus agere, unde mors hominis sequatur, q̃ opus tale relinquere. Duplici aūt distinctione opus est, ut perspiciatur, quomodo schisma tollit unitaī Ecclesiæ. Altera est de auferre secundū affectū, uel effectum: altera est de eo, à quo aufertur, scilicet ab Ecclesia, uel à seipso. Schismaticus. n. secundū affectū tollit unitatē ab ipsa Ecclesia: sicut odio habēs Deū,

Conclu. m

tollit bonitatem ab ipso, quantum in se est: secundum autem effectum tollit unitatem Ecclesiæ à seipso. Ad hoc enim efficaciter operatur, ut in ipso non sit unitas Ecclesiæ, ut ipse non sit pars collectionis catholicæ.

¶ In eodē articulo aduerte, q̄ qa bonum cōsurgit ex cā integra apud Diu. 4. c. de diuinis nominib*, malū aūt ex singulis defectibus: ideo ad habendum hoc bonū, qd est esse mēbrū Ecclesiæ catholicæ, exiguntur duo. Primo q̄ se hēat vt pars illius in credēdo, sperādo, amādo, sanctificādo &c. Secūdō, q̄ subsit Romano pōtifici, ut capiti Ecclesiæ catholicæ. Propter qd in litera dr̄, q̄ unitas Ecclesiæ consistit cōnexione mēbrorū, & hoc quātū ad primū. Fit n. hoc p hoc, q̄ oēs sunt cōpartes vnius, & in ordine omniū ad vnū caput, & hoc quantū ad secūdum. Sed ad incurrendū hoc malum, qd est esse schismaticū, sufficit alterū illorum.s. vel defectus subiectione capitis, uel cōione cum uniuersis. Et ppea in litera subdūtur hæc duo gña schismaticorum, ut ibi patet.

¶ In eodem articulo dubium occurrit. An persona ueri, certi, & indubitati Papę, possit esse schismatica. Et uidetur quòd nō, quoniam ab unitate capitis deficere non potest, qa ipse est caput: ab unitate quoque Ecclesiæ deficere non pōt, qm Ecclesia est in ipso, iuxta illud Cypriani 7. q. 1. Scire debes, ubi dicitur, Scire debes episcopū in Ecclesia esse, & Ecclesiā in Episcopo, & si quis cum episcopo non sit, in Ecclesia non esse.

D. 707.

¶ In oppositum autē est, quoniā Papa potest incurrere in hæresim, & consequenter in schisma: quia omnis hæreticus est schismatic*, licet nō econtrario.

hoc erat apud eos p multiplicia signa confirmatū. Et iō non oportebat, q̄ peccātes contra hāc fidē p idolatriā, punirētur inusitata aliqua sola pęnæ, sed solū cōi: sed nō erat sic notum apud eos, q̄ Moyses dēret esset sp eorū princeps. Et iō rebellātes eius principatui, oportebat G miraculosa, & incōsueta pęna puniri. Vel potest dici, q̄ pc̄m schismatis qnq; grauius, est punitū in populo illo, qa erat ad seditiones, & schismata promptus. Dr̄. n. Esdr. 1. c. 4. Ciuitas illa à diebus antiqs aduersum reges rebellat, & seditiones, & p̄lia cōcitant in ea. Pęna aūt maior qnq; infligit p pc̄ō magis cōsueto, vt supra * habitū ē. Nā pęnæ sunt medicinæ q̄dā ad ar- H cēdū homines à pc̄ō, vñ vbi ē maior pnitas ad peccandū, dēt seuerior pœna adhiberi. Decē aūt trib* nō solū fuerūt punitæ pro pc̄ō schismatis, sed ēt pro pc̄ō idolatriæ, ut ibidem dicit.

* 1. 2. q. 105. ar. 2.

Ad II dicēdū, d q̄ sicut bonū multitudinis est maius, q̄ bonū vnius, q est de multitudine: ita ēt bonū multitudinis, ad quod unus ordinat, est minus q̄ bonū extrinsecū, ad qd̄ multitudo or- I dinat: sicut bonū ordinis exercitus ē min* q̄ bonū ducis: & similr bonum ecclesiasticæ vnitatis, cui opponitur schisma, est minus quàm bonum ueritatis diuinæ, cui opponit infidelitas.

Ad III dicēdum, q̄ charitas hēt duo obiecta, unū principale.s. bonitatē diuinā, & aliud secūdariū.s. bonū pximi. Schisma aūt & alia pc̄ā, q̄ fiūt in proximū, opponunt charitati, quātū K ad secundariū bonū, qd̄ est minus, q̄ obiectū fidei, qd̄ est ipse Deus, & iō ista pc̄ā sunt minora quā infidelitas. Sed odiū Dei, qd opponit charitati, quātum ad principale obiectū, nō ē minus: tū inter pc̄ā, q̄ sunt in proximū, pc̄m schismatis uidetur esse maximum, quia est contra spirituale bonum multitudinis.

ARTICVLVS III.

Vtrum schismatici habeant aliquam potestatem.

Ban. eodem art.

AD TERTIVM sic pceditur. Vr̄ q̄ schismatici habeant aliquā potestatē. Dicit. n. Aug. in lib. contra Donatistas. * Sicut redeūtes ad Ecclesiā, qui priusquàm recederēt, baptizati sūt, nō rebaptizant, ita redeūtes, q priusquàm recederēt ordinati sunt, nō utiq; rursus ordinātur: sed ordo est potestas q̄dā. ergo schismatici habēt aliquam potestatem, quia retinēt h ordinē.

¶ 2 Præt. Aug. dicit i li. de vnico baptismo. Pōt h sacramētū tradere separat, sicut pōt hēre separat: sed potestas tradēdi sacramētū ē maxima potestas. ergo schismatici, q sunt ab Ecclesia separati, hnt potestatē spūalē.

¶ 3 Præ. Vrbanus Papa dr̄, q̄ ab Epis quōdā catholicè ordinatis, sed in schismate a Romana Ecclesia separatis, q consecrati sunt, eos cū ad Ecclesię unitatē redierint, seruatis pprijs ordinibus, misericorditer suscipi iubemus, si eos uita, & cōscientia cōmēdat: sed hoc n esset, nisi spūalis h potestas apud schismaticos remaneret. ergo schismatici habent spiritualem potestatem.

¶ Ad primū aūt in oppositū dr̄, q̄ persona Papæ potest renuere subesse officio Papæ, q̄ per accidēs est pro tūc in ipso. Et si hoc in animo pertinaciter gereret, esset schismaticus p separationem sui ab unitate capitis. Ligatur siquidē persona sua legibus officij sui quoad Deum, ut in præcedenti libro declaratum est.

¶ Ad secundum dr̄, q̄ Ecclesia est in Papa, qn ipse se hēt ut Papa, ut caput Ecclesiæ: qn aūt ipse nollet se habere ut caput ei*, Ecclesia in ipso neq; ipse in Ecclesia esset.

¶ In r̄sione ad secundum, aduerte diligēter, q̄ recusare præceptum, uel iudiciū Papæ contingit tripliciter, primo ex parte rei iudicatæ, seu præcepti: secundo ex parte personæ iudicantis: tertio ex parte officij ipsius iudicis. Si quis enim etiam pertinaciter contemnat sententiam Papæ, quia scilicet non uult exequi quæ mandauit, puta, abstinere à tali bello, restituere talē statum &c. licēt grauissimè erret, non tamen est ex hoc schismaticus. Contingit namque & sępe, nolle exequi præcepta superioris, retenta tamen recognitione ipsius in superiorem. Si quis uerò personam Papæ suspectā rationabiliter habet, & propterea non solum præsentiam eius, sed etiā immediatum iudiciū recusat, paratus ad non suspectos iudices ab eodem sumēdos, nec schismatis, nec alterius uitij crimē incurrit. Naturale namq; est cauere nociua, & cauere à periculis. Potestque persona Papę tyrannicē gubernare, & tāto facilius, quantò potētior est, & nemine in terris timet ultorem. Cum quis autē Papæ præceptum, uel iudicium ex parte sui officij recusat, nō recognoscens eum ut superiorem, quāuis hoc credat, tunc propriè schismaticus est. Et

Porrecta per totum. 123

3. q. 64. a. 9. ad secūdū & 5. Et 4. d. 25 q. 1. ar. 2. Et quol. 12. ar. 16. Ex li. 2. c. 5. tom. 7.

li. 6. de bapt. contra Donat. c. 5. circa princ. to. 7. Et ad Bonifac. epist. 50.

Habet 9. q. 1. cap. Ordinationis, in princ. ea. tom. 7.

¶ Ad hoc dr̄, q̄ licēt diuersæ sint hic opiniones, absq; dubio tñ patet, q̄ Papæ persona crimen schismatis ēt sine hæresi incurrere potest. quod probatur ex eo, q̄ adunatio partium, sine quibus totum saluari potest, cum ipso toto non est indissolubilis: sed adunatio personæ Papæ cum toto, idest, Ecclesia, est talis.s. q̄ sine ipsa Ecclesia saluatur in sua unitate. ergo persona Papæ potest dissoluere se ab Ecclesiæ unitate: hoc autem est esse schismaticum. Minor patet, ex eo, q̄ sede uacāte Ecclesia est una sine ulla persona Papæ. Contingeret autem hoc in alio quidem Papæ, si nollet communicare cum Ecclesia, ut pars illius, ut caput illius in spiritualibus: sed haberet se tantum ut dominus tēporalis in opere uero, si facto hoc faceret, uel si excōmunicare p̄sumeret Ecclesiā. Constat namq; q̄ in huiusmodi mala posset p̄sona Papæ incidere, ac p hoc uere schismaticus esse.

iuxta hunc sensum intelligēda sunt uerba literæ huius, & similium. Inobedientia enim quantumcumque pertinax non constituit schisma, nisi sit rebellio ad officium Papæ, uel Ecclesiæ, ita q̄ renuat illi subesse, illum recognoscere ut superiorem &c.

IN reliquis eiusdem quæst. art. nihil scribēdum occurrit, nisi q̄ in 3. ar. notetur distinctio potestatis ordinis, & iurisdictionis quoad originem, & permanētiam, quòd illa per consecrationem, hæc per simplicem hominis iniunctionem fit. Et ideo illa indelebilis est, ista autem à uoluntate hominis pendet.

¶ In quarto autem aduertatur, q̄ sicut petens mutuum ab usurario propter suam necessitatem, non peccat, quia petit optabonum à potente illud benē exhibere, si uult: ita petens in necessitatis articulo baptismū a schismatico excusatur. Petit namque bona à potente illud bene exhibere, si uult.

SED

*Li. 1. Epi. 4. ad Antoni. *Li. 4. epi. 2. iter medium & finem. *Refert 7 q. 1. c. Nouatianus in fine.

SED CONTRA est, quod Cyprianus* dicit in quadam epistola, & habetur 7. quæst. 1. c. Nouatianus. A † Qui nec unitatem, inquit, spiritus, nec conuētionis pacem obseruat. & se ab Ecclesiæ uinculo, & sacerdotum collegio separat, nec Episcopi h potestatem habere potest, nec honorem.

RESPON. Dicendum, q̄ duplex est spiritualis potestas. Vna quidē sacramētalis: alia iurisdictionalis. Sacr̄alis q̄dē ptās est, q̄ p aliquā cōsecrationē cōfert. Oēs autem consecrationes Ecclesię sunt immobiles manente re, q̄ consecrat, sicut ēt patet in reb. inanimatis: nā altare semel cōsecratū, nō consecrat iterum, nisi fuerit dissipatū. Et iō m talis ptās B sm̄ suā essentiam remanet in hoīe, quia p cōsecrationē eā est adeptus, quandiu uiuit, siuē in schisma siuē in hæresim labat: q̄ patet ex hoc, q̄ rediēs ad Ecclesiā, nō iterū cōsecrat. Sed qa ptās inferior n dēt exire in actum, nisi sm̄ quod mouet à ptāte superiori, ut etiā in rebus naturalibus patet. inde est q̄ * tales usum ptātis amittunt, ita.s. q̄ nō liceat eis sua ptāte uti. Si tñ usi fuerint, eorū ptās effectū hēt in sacramentalibus, * quia in his hō nō operat, nisi sicut instr̄m Dei: unde effectus sacramētales nō excluduntur p p culpā quācumq; conferentis sacramentum. Ptās autem iurisdictionalis est, q̄ ex C simplici iniunctione hois confertur, & s talis ptās non immobiliter adhæret: unde in schismaticis, & hæreticis nō manet. Vnde non pñt nec absoluere, nec excōicare, nec indulgētias facere, aut aliquid hmōi. quod si fecerint, nihil est actū. t Cū ergo dr̄, tales non hre ptātem spūalem, intelligendū est vl de ptāte secunda: uel si referat ad primā ptātē, nō est referēdum ad ipsam essentiā ptātis, sed ad legitimū usum eius. Et per hoc patet r̄ñsio ad obiecta.

Concl. m

Conclu. p

Concl. s

ARTICVLVS IIII.

Vtrum sit conueniens pœna schismaticorum ut excommunicentur.

Bannes eodem artic.

Porrecta per totum. 223

*Li. 1. ca. 12. *Li. 6. ca. 4. tom. 7.

AD QVARTVM sic procedit. Vr̄ q̄ pœna schismaticorū nō sit cōueniēs, ut excōicent. Excōmunicatio. n. maximē separat hoiem à cōione sacramētorū: sed Aug. * dicit in li. cōtra Donatistas, q̄ baptisma pōt h recipi à schismatico. ergo uī, q̄ excōicatio non est conueniēs pœna schismaticis.

¶ 2 Præt. Ad fideles Chri pertinet, ut eos qui sunt despersi, reducat: unde contra quosdam dr̄ Ezech. 34. Quod abiectum est, non reduxistis, quod perierat, non quæsistis: sed schismatici conuenientius reducuntur per aliquos, qui eis communicent ergo uidetur quòd non sint u excommunicandi.

¶ 3 Præt. Pro eodem pc̄ō non infligit h duplex pęna, sm̄ illud Naum 1. Non iudicabit Deus bis in idipsum: sed p pc̄ō schismatis, aliq pœna tpali puniunt, ut hr̄ 23. * q. 5. ubi dr̄. Diuinę, & mundanæ leges statuerūt, ut ab Ecclesiæ unitate diuisi, & ei* pacē pturbantes, a sæcularibus ptātibus cōprimātur. non ergo sunt puniendi per excōicationem.

*23. q. 5. ca. quali nos, circa finem.

SED CONTRA est, quod Num. 16. dr̄. Recedite à tabernaculis hominum impiorum, qui.s. schisma fecerunt: & nolite tangere ea, quæ ad eos pertinēt ne inuoluamini in peccatis eorum.

RESPON. Dicendum, q̄ per quæ peccat quis, p ea debet puniri, ut dr̄ Sap. 11. Schismaticus autem, vt ex dictis patet * in duob* peccat. In uno quidē, quia separat se à communione membrorū Ecclesiæ: & m quantum ad hoc conueniens pœna schismaticorum est, ut excommunicentur. * In alio uerò, quia subdi recusant capiti Ecclesiæ, & ideò qa coerceri nolunt p spiritualem potestatem Ecclesiæ, p iustum est ut ptāte temporali coerceantur.

*Ar. 1. huius quęst.

Concl. m

Concl. p

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ baptismum à schismaticis recipere non licet, nisi in articulo necessitatis, qa meli* est de hac uita cū signo Christi exire, quocunq; det, ēt si sit Iudæus, vel Pagan*, q̄ sine hoc signo, quod per baptismum confertur.

AD SECVNDVM dicendū, q̄ per excommunicationem non interdicitur illa communicatio, per q̄ aliquis salubribus monitis diuisos reducit ad Ecclesiæ unitatem: cum etiam ipsa separatio quodāmodo eos reducat, dum de sua separatione cōfusi, quandoque ad pœnitentiam reducuntur.

AD TERTIVM dicendū, q̄ pœnę pñtis uitę sūt medicinales: & iō qñ una pœna non sufficit ad coercendum hoiem, superaddit altera, Sicut & medici diuersas medicinas corporales opponūt, qñ una non est efficax. Et ita Ecclesia quando aliqui p excommunicationem sufficienter non reprimūtur, adhibet coertionem brachij sæcularis: sed si una pœna sit sufficiens, non debet alia adhiberi.

QVAESTIO XL.

De Bello, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de bello.

ET circa hoc querunt quatuor.

¶ Primò, Vtrum aliquod bellū sit licitum.

D ¶ Secundò, Vtrum clericis sit licitum bellare.

¶ Tertiò, Vtrum liceat bellantibus uti insidijs.

¶ Quartò, Vtrum liceat in dieb. festiuis bellare.

ARTICVLVS I.

Vtrum bellare sit semper peccatum.

AD PRIMVM sic procedit. Vr̄ q̄ bellare semper sit peccatum. Pœna enim non infligitur nisi pro peccato: sed bellantib. E à Domino indicitur pœna, secundùm illud Matth. 26. Omnis qui acceperit gladium, gladio peribit. ergo omne bellum est illicitum.

¶ 2 Præt. h Quicquid contrariat diuino pręcepto, est peccatū: sed bellare cōtrariat diuino pcepto. dr̄. n. Matth. 5. Ego autem dico uobis, non resistere malo, & Ro. 12. dr̄. Non uos defendentes charissimi, sed date locū iræ. ergo bellare semper est pc̄tū.

SVPER Q. XL ART. I.

Ban. eodem art.

IN articulo 1. quæst. 40. circa primam conditionem belli iusti, dubium occurrit An appellatione principis in hoc loco intelligantur soli illi principes q non habent superiorem. Et uidetur quòd sic quia habentes superiorem possunt recurrere ad superiorē & prosequi ius suum coram eo sicut de priuatis personis in litera dicitur propter hanc rationem. Et cōfirmatur, quia aliter contemneretur authoritas superioris. Si enim cuilibet principi liceret mouere bellum contra alterum, iam licitum esse vnicuiq; principi ut sibi ipsi diceret contra alterū principē, & sic ius superioris authoritas cō. tpa post poneret. ¶ In oppositum autē est quia principes in sta funtur ut distinguitur cōtra priuatā personā, vt patet in litera. Constat autem q̄ non oēs tales principes carent superiore.

Porrecta per totum. 224

Inf. q. 41. ar. 1. ad 3. & q. 42. ar. 2. ad 1 & q. 64. 8. ad 1.

Præterea,

Præterea, in litera dicitur, quòd ad eos spectat gladium moue re bellicum contra extraneos, ad quos spectat gladio materiali vti contra intraneos: sed contra intraneos non requiritur prin ceps carens superiori. ergo nec ad mouendum bellum.

¶Ad euidentiam authoritatis requisitæ ad bellum, sciendū est q non est sermo de bello defensiuo qñ .s. aliqs bellum facit defendē do se ab indicto sibi bello hoc .n. à naturæ iure quilibet populus hēt: sed qō est de in dictione belli, q .s. authoritas ad hoc exigatur. Et licet varia in hoc videat̃ opinio. si tñ rectè discernamus, vna est sententia. Cum.n. bellū sit reipu. inuasio, & hoc actiue quia legitima, quantum est ex parte authoritatis, bella à republica sunt, tanta dria est inter authoritatem mouēdi gladium bellicū, & gladium priuati, quāta dria est inter repub. & priuatā, in defensionis & vindictæ iure. Ad priuatam nāq; psonam non spectat nisi vim vi repellere cū moderamine inculpatæ tutelæ extra moderamen aũt inculpatæ tutelæ est, vt q̄s priuatus se, uel alios vlciscat̃, pp quod nō licet priuato occidere occisorē sui patris Respub. aũt & suorū mēbrorū, & sui sic curā hēt, vt non solum possit moderate vim repellere, sed etiam vīdicare iniurias sui vel suorum non solum contra sibi subditos, sed extraneos. Et de subditis quidē patet quoniam puniua iustitia ad rempublicam spectat. De extraneis uero probatur ex eo, q respublica debet esse sibi sufficiens, vt patet in 3. Politicorum. Constat, autem, q nisi posset licite de extraneis populis, & principibus se vindicare valde esset imperfecta, & deficeret. Nam tyranni, & iniusti, rapientes, occidentes, capientes, & quomodolibet iniuriam facientes alienæ reipublicæ ciuibus, remanerent naturaliter inulti, & naturalis ratio deficeret in necessarijs. In naturæ namq; legibus sistendo, non oportet res publicas diuersas cōmunicare in vno principe. Et si vna alteram opprimeret in suis membris, capiendo dilaniando: si altera innocens nō posset vindicare se, & suos cō tra opprimentem pugnādo: & inulti mali naturaliter manerēt & naturalis rō, quæ vniuersalioris est prouidentiæ, q naturalis instinctus animalium, defecisset non prouidendo reipublicæ de armis vltionis. Attestantur hoc gesta Ionathæ, & Simonis cō tra filios Iambri in vindictam sanguinis Ioannis fratris sui 1. Mach. 9. Approbare hoc communis omnium gentium vsus vt tanquam à natura inditum. Verba quoq; authoris in litera hac manifestè hoc significant cum authoritate Aug. Probatur quoq; hoc idem aliter: quia si respublica non posset indicere bellū, sed ad hoc esset opus authoritate alterius superioris, aut esset opus superiori respectu sui tñ, aut respectu illius tantũ contra quem est mouendum bellum, aut respectu vtriusque. Non respectu superioris tantum, quia quæcumque respublica est sic disposita, q nō pōt sibi ipsi de omnibus prouidere, sed ab aliquo, puta, Rege dependet, hoc ideo est, quia Rex ille est pars illius reipublicæ, est n. caput illius. Vnde hoc non arguit rempub. non posse, sed rempub. imperfectam absq; suo capite nō posse. Et propterea oportet te lectorem sane intelligere q ñ dicimus, quia de republica perfecta loquimur: nec à superiori illius, contra quem mouendum est bellum, tum quia ut plurimum contingit illum carere superiori, uel si hēt, esse complicem saltem negligendo uindictam ... quia licet antequā bellū indicat̃ si spes est iustitiæ, petenda est iustitia à superiori illius, quia actor sequitur forum rei, ut fecit populus Israel petens iustitiā à Tribu Beniamin de uiris Gabaa, Iudicū 20. Etsi secus fiat, ... nō est mouendū bellū, & si neglexerit, pōt moueri bellū. Hoc tñ nō ppea est, ut dicatur authoritas indicendi bellum q̄n necesse hostium superior hāc dat, nec hec per se, sed ut actus actiuorū sunt in patiente disposito. Passum.n. dispositū ad hoc, ut contra ipsum bellum fiat, est nolēs satisfacere. Si.n. satisfacere uellet, iustum bellū nō moueretur. Nec à superiori utriusque, tum quia hoc est per accidens: tum qa ex neutra parte ostēsum est opus esse authoritate. Cū igit dr̃, q ad indicendū iustū bellū requiritur authoritas principis intelligendū est uel de republica perfecta uel perfecte gerente uices reipublicæ, ut sunt Reges, uel alij similes principatus: unde & rationes utriusque partis soluendę sunt.

¶Ad primam igit̃ de principibus carentibus superiore dicitur q inter priuatam, & publicam personam hæc est differentia, quòd priuatus habet proprium superiorem, cum sit pars alicuius reipublicæ. Homo.n. est animal politicum, q ad superiorem potest recurrere pro ultione iniuriarū suorū siue intus, siue extra, & propterea ex sua natura non habet authoritatem uindicatiuam. Ipsa autem respub. seu principes ex suæ naturæ perfectione, ut ostensum est, hēt authoritatem uindicatiuam: & non oportet quòd recurrat ad superiorem pro tali authoritate. Et sō literæ optime habet locum in priuata persona, & non publica, quia illa est pars, hæc totum, ut dictum est.

¶Ad confirmationem dicitur, quòd principes sunt in duplici differentia. Quidam enim sunt simpliciter capita, & domini perfecte gerentes uices reipub. quidam uero sunt secundum quid capita, & domini, imperfecte reipublicæ uices gerentes. Primi hīt authoritatem uindicatiuam intus & extra: secundi autem habent tantum, quantum eis tributū est. In hoc secundo ordine sunt comites, marchiones, duces qui sunt partes unius regni. Rex siquidē est caput & dominus nō solū regni, sed cuiuslibet reipublicæ ipsius. Dicti autem domini sunt capita, & domini sedm quid. In cuius signum oēs respublicæ unius regni cōmunicāt in uno tribunali regio, & oēs stipēdia regia soluūt. Sunt ēt in hoc eodem ordine cōmunitates oēs, quæ subsunt alteri unq Regi, quales uidentur esse oēs quæ subsunt Romanæ Ecclesiæ. In primo autem ordine sunt communiter Reges oēs & communitates simpliciter liberæ. Et de ijs quidem cōmunitatibus planum est, quia quælibet est perfecta respublica. De regibus quoq; eadem rōne patet, quia.s. regnū perfectam rēpublicam significat, & Rex uices illius perfectē gerit, licet alicubi statuta

*Habet̃ e epistola 5. ad Marcellinum aliquantulum a me. to. 2.

Concil. m

¶3 Præt. Nihil contrariat̃ actui virtutis, nisi peccatum: sed bellare contrariatur paci. ergo bellum semper est peccatum.

¶4 Præt. Omne exercitiū ad rē licitā, licitum est, sicut patet in exercitijs scientiarū: sed exercitia bellorū, q sunt in torneamētis, phibent̃ ab Ecclesia, qa morientes in hmōi tyrocinijs, ecclesiastica sepultura priuant̃. ergo bellum vr̃ esse simpl̃r pctū.

SED CONTRA est, quod Au. dicit sermone* de puero Centuriōis. Si christiana disciplina oīno bella culparet hoc potius cōsiliū salutis parētibus in Euāgelio daret, vt abijcerēt arma, seq; militiæ oīno subtraherēt. Dictū est aũt eis. Neminē concutiatis, estote cōtēti stipēdijs uestris: qbus ppriū stipendū sufficere pcepit militare ñ phibuit.

RESPON. dicendū, q ad hoc q aliqđ bellū sit iustum, tria requirunt̃. Primo quidē authoritas principis, cuius mādato bellū est gerendū. Nō.n. ptinet ad psonā priuatā bellum mouere, quia pōt ius suū in iudicio superioris prosequi. Sit̃r ēt cōuocare multitudinem quod in bellis oportet fieri, nō ptinet ad priuatā psonā. Cū āt cura reipub. cōmissa sit principibus, ad eos ptinet rempub. ciuitatis, vel regni, seu prouinciæ sibi subditæ tueri. Et sicut licite defendūt eā materiali gladio cōtra interiores qdē pturbatores dū malefactores puniunt, sm illud Apost. ad Ro. 13. Nō sine cā gladiū portat: minister.n. Dei est, vindex i iram ei, qui male agit: ita ēt gladio bellico ad eos ptinet rēpublicā tueri ab exteriorib' hostibus. Vñ & principibus dr̃ i Psal. 81. Eripite pauperem, & egenū de manu pctōris liberate. Vnde Aug. dicit* cōtra Faustū. Ordo naturalis mortalium paci accōmodatus hoc poscit, vt suscipiē di belli authoritas atq; consiliū penes principes sit. Scđo reqritur cā iusta, vt.s. illi, qui impugnantur, pp aliquā culpā impugnationē mereant̃. Vñ Aug. dicit* in lib. 83, quæst. Iusta bella solent diffiniri, q vlciscuntur iniurias, si gens, vel ciuitas plectenda est q vindicare neglexerit, quod à suis improbe factū est, vel reddere quod p iniuriā ablatū est. Tertio requirit̃ vt sit intentio bellantiū recta, qua.s. intēdit̃ vel vt bonū pmoueat̃, vel vt malū vitetur. Vñ Aug. in li.* de uerbis Domini. Apud veros Dei cultores etiā illa bella pctā non sunt, q nō cupiditate aut crudelitate, sed pacis studio gerunt̃, ut mali coerceātur

*li. 22. ca. 74. in princip. to. 6.

Concil. p

*li. 83. q. sup Iosue q. 10. i medio. to. 4.

Pars conclusionis.

*Hi 23. q. qu. 1. cap. Apud

statuta sint talia, ut Reges ferè solo noīe sint Reges. Sed nos de Rege, qui est simpliciter dñs, loquimur. Ex hac aũt assignata differentia inter principes patet, q illi dñi, qui ob imperfectionem dñij habent superiorem, non possunt indicere bellum absq; sui superioris authoritate. Facerent siquidē ei iniuriā, usurpantes sibi superiorū authoritatē, præferentes capita simpliciter, & dños simpliciter reipublicæ, cū non sint. Illi aũt dñi, qui perfectē capita, & dñi sunt licèt habeant superiorem, puta, Imperatorē, nullā faciūt ei iniuriā, bellū ppria authoritate indicendo, quia utuntur iure suo. Sunt.n. sub eo, sicut vna perfecta cā vniuersalis sub alia uniuersaliori: & nō sicut imperfecta sub perfecta, sicut illi de secundo ordine: vel potius sunt sub eo sedm q, & non simpliciter. Et hoc videt̃ uerius ex pscripta cōsuetudine. Vnitas.n. Imperatoris, & illius dñium de iure positiuo esse sit, quia nec naturalis ratio, nec authoritas sacræ scripturæ cogit oēs quartas terrę, nec oēs nationes vnius quartæ ad electionē vnius principis tēporalis, ut patet: & constat ex electione pendere naturaliter principatum tpalē alicuius, nisi sit tyrannic'. Cū, inq̄, de iure positiuo sit, potest per consuetudinem abrogari, & tolli. Propter q principes, & cōmunitates, quæ cōsueuerūt consuetudine antiquissima vti authoritate indicēdi bella, pūcliente illa uti sit cū bonafide in pacifica possessione sunt, & sūt. Q.d dico pp usurpātes sibi hoc ex magnitudine potētiæ, & rebelles suis dñis, non potuerūt, nec pñt coercere.

¶Ad rōnes aũt p oībus principibus dr̃, & ad primum, q verū est, q litera accipit principem ut psonā publicam. Sic.n. distinguitur contra priuatam: sed non accipit personam publicam imperfecte, sed perfecte. & ideo non extenditur litera nisi ad principes perfectā.

¶Ad secundam uerò dr̃. q contra interiores, & exteriores spectat ad eosdem ex natura officij. Ad multiores spectas ex cōmissione ... gladio contra interiores, qb. nō cōcedit indicere bellū cōtra externos, ut patet in rectorib. ciuitatum, & multis dñis, qui in dominio suo indicant in eos sanguinis. Facilius.n. conceditur hoc à perfectè principibus, q authoritas contra externos. Litera ergo loquitur de his, qui ex propria hoc possunt authoritate, quales non sunt oēs domini, sed tantum perfectē domini.

¶In eodem ar. circa iustitiam cāæ belli, aduerte q quia amici, ac socij unū censent, iō iusta cā indicendi bellum est pro ultione sociorum: nec minus potest socios, & extraneos ad bellum gerendum princeps inuitare, quàm ad exercendam iustitiam intus ministros extraneos conducere.

¶In eodem articulo circa rectitudinem intentionis sciēd. q quē admodū carnifices iudices, si ex odio, uel feritate occidunt dānatos iustè, peccāt q̄dē mortaliter, sed nō tenent̃ ad restitutionē læsis ex morte, nec uestiū occisorum: ita milites bellū iustum exercētes, & cōcessa auferentes, quāmuis pessimo animo faciāt peccant, sed nō tenēt̃ restituere.

¶In rōsione ad primū sciēd. q ... est dubium, qd apud multos vr̃ esse, quo respublica non accipit gladiū, qñ bellū indicit. Iā.n. monstratū est, q concessa est ei à iure naturali rōnis authoritas vindicatiua suorū, tā cōtra intraneos, quā extraneos perturbatores.

¶In rōsione ad quartū sciēd, q exercitia bellica periculosa in hoc differunt à nō periculosis, q in illis vt in plurib. læsiones notabiles eueniūt in illis aūt vel rarò, vel nunq̃. Moralia.n. iudicant̃ sedm id, quod in pluribus inuenit̃. ppea oportet prudenter arbitrari circumspecta natura exercitij, q sint illicita exercitia in particulari. Gladiatoria.n. exercitia artis pculdubio illicita sunt, cū enses ipsi absq; acumine sint. Et similiter hastiludia illa, quæ cum lanceis proportionaliter dispositis, ut de ensibus diximus, fiunt eadem ratione.

SVPER Q. XXXX. ART. II.

Eiu. eodem art.

IN art. 2. circa calcē corporis articuli, dubium occurrit, An liceat clericis in articulo necessitatis pugnare manu propria in bello.

¶Ad hoc dr̃, q articulus necessitatis dupliciter contingere pōt in bello. Primo.s. defensiuē, ut.s. nisi clerici aliqui pugnent, ciuitas, uel exercitus euertetur ab hoste: secundo rōne uictoriæ, quia.s. nisi clerici aliqui pugnent, non haberetur uictoria tunc parata. In primo casu clerici non peccant pugnando manu ppria, quia lex positiua, qua clerici arcent̃ ne pugnēt manu propria, venit ad casum, in quo si legislator adesset, dispēsaret. Cū .n. finis legis sit cōe bonum, & legis spiritualis bonum spirituale, & bonum cōe tēporale, & spirituale, quod iusto bello defensiuo seruatur, præstet bono particulari alicuius, quo habilis est ad altaris ministerium, consequens est, ut licitè clericus* sciēs bñ dirigere bombardas, alijs ad hoc non existentibus, vel alio simili casu manu propria saluet patriam, uel exercitū sine tali auxilio

Concl. 1 *li. 22. c. 74. parũ à principio tom. 6.

*Habetur li. 22. contra Faustū c. 70. non procul à fine, to. 6.

*li. 1. c. 34. 35. & 36. & 4. & epi. 5. ad Marcellinum in medio, tomo 2.

† Epi. 5. a medio, illius, to. 2.

... fœlicitate, seu fęlicitate.

*Post medium illius & est epi. 1. ser 22. quæ sunt in fine, tomo 2.

Perrecta per totum. 225

*Ar. præced.

* Ho. 14. in Euāg. inter medium & principiū

*23. q. 8 ca. Igitur cū sępe in epistol. ad Ludo. August.

& boni subleuent̃. Pōt aũt contingere, ut si sit legitima authoritas indicētis bellū, & cā iusta, nihilominus pp prauā intētionē bellū reddat̃ illicitū. Dicit.n. Aug. in li.* cōtra Faustū. Nocēdi cupiditas, ulciscēdi crudelitas, implacat', & implacabilis aīus, feritas rebellandi, libido dñandi, & si qua sunt similia, hęc sūt quæ in bellis iure culpantur.

AD PRIMVM ergo dicendū, q sicut Aug.* dicit. Ille accipit gladiū, q nulla superiori, aut legitima ptāte, aut iubēte, uel cōcedēte, i sanguinē alicui' armatur. Qui uerò ex authoritate principis, uel iudicis, si sit psona priuata: uel ex zelo iustitię quasi ex authoritate Dei, si sit psona publica, gladio utit̃, nō ipse accipit gladiū, sđ ab alio sibi cōmisso utit̃, uñ ei pęna nō debet̃. Nec tñ illi ēt, q cū pctō gladio utunt̃, sp gladio occiduntur, sed ipsi suo gladio sp pereunt: qa pro pctō gladij æternaliter puniuntur, nisi pœniteant.

AD SECVNDVM dicēdū, q hmōi pcepta, sicut Aug.* dicit in li. de sermone Dñi in mōte, sp sunt seruāda in pparatione animi, ut .s. sp hō sit paratus nō resistere, uel se nō defendere, si op' non fuerit: sed qñq; est aliter agēdū pp cōe bonū, uel ēt illorū, cū qbus pugnat̃. Vñ Augu. † dicit in Epła ad Marcellinū. Agēda sunt multa ēt cū inuitis, benigna quadā asperitate plectēdis. Na cui licētia iniqtatis eripit̃, utiliter uincit̃: qm̃ nihil est infelici' *in felicitate peccātiū, qua pęnalis nutrit impunitas, & mala uolūtas, uelut hostis iterior, roborat̃.

AD TERTIVM dicēdū, q ēt illi, q iusta bella gerūt, pace intēdūt. & ita paci nō cōtrariant̃, nisi malę, q Dñs ñ uenit mittere i terrā, ut dr̃ Mat. 10. uñ Aug.* dicit ad Bonifaciū. Nō qrit̃ pax, ut bellū exerceat̃: sđ bellū gerit̃ ut pax acqrat̃. Esto ergo bellando pacificus, ut eos quos expugnas, ad pacis utilitatem, uincendo perducas.

AD IIII. dicēdū, q exercitia hoīum ad res bellicas spectātia, nō sūt uñr phibita: sed iordināta exercitia & piculosa, ex qbus occisiones, & deprędatiōes pueniūt. Apud antiquos āt exercitationes ad bella sine hmōi piculis erāt: & iō uocabant̃ meditationes armorum, uel bella sine sanguine, ut per Hierony. patet in quadam epistola.

ARTICVLVS II.

Vtrum clericis, & episcopis sit licitum pugnare.

AD SECVNDVM sic pcedit, Vr̃ q clericis, & epis liceat pugnare. Bella.n. intm̃ sunt licita & iusta, ut dictū* est, inqtū tuētur pauperes, & totā rēpublicā ab hostiū iniurijs: sđ hoc maximè uř ad* prælatos ptinere. dicit.n. Gre.* in quadā homil. Lup' sup oues uenit, cū qlibet iniust' & raptor fideles quousq; atq; humiles opprimit: sed is q pastor uidebat̃ esse, & nō erat, reliqt oues, & fugit, qadū sibi ab eo piculū metuit, resistere ei' iniustitiæ nō psumit. ergo prælatis, & clericis licitum est pugnare.

¶2 Prę. 23.* qu. 8. Leo Papa scribit. Cū sępe aduersa à Saracenorū partib puenïāt nūtia, quidā in Romanū portū Saracenos, clā furtiueq; uēturos ēe dicebāt, p quo nřum cōgregari pcepim' populū, maritimūque ad littus descēdere decreuimus.

Universidad de Deusto Biblioteca

ssilio pereuntium Nec solū uideret, q hoc, possit clericus, sed et q ad hoc teneatur in tali articulo pp eandē rōnem præsertim si cum infidelibus agit. Nec obstat, q fiant & remaneant irregulares quia irregularitas sine pctō, & cum merito æternæ vitæ incurri pōt. Propter qd sicut laicus ad hoc tenetur, sic & clericus in casu in quo lex quo ad pctū locum non habet hoc semp hēat locum quo ad irregularitatem, qa irregularitas sequit factū. Nec obstat dictis iō lex. Cnulli deputato ad aliquod officium licet id, per quod suo officio incongruus redditur: qm hoc est uerū regulariter, ferus autē est in singulari casu.

*23.q.8. ca. Hortatu.

*23.q.8. ca. omni timo.

¶In scdo tercasu non vī cōiter licitum. Et rō diuersitatis est: qa victoria est necessaria pp recuperationē rerū, uel punitionē aut expulsionem hostiū: quę non sunt necessaria, sicut salus, q in primo casu defenditur. Dixi āt cōiter quia si parta tunc uictoria, esset pax vniuersalis Ecclesiæ, aut fidei chriane magna ꝓfectio, crederem clericum licite manu ꝓpria pugnando, illā facere. Et hæc intelligo salua alijs conditionib.* iusti belli, s. q clerici publica authoritate hoc faciant, & constet de iustitia belli qm in eis nō hēt locum obedientia excusans.

*Li.2.c.1. parum a me.

Conclu. m

Concl. p ¶In eodem articulo, in rīsione ad tertiū aduertere, q quia alia conditio belli iusti est iusta causa, & alia authoritas, quia indicitur, attendere oportet in bellis nō solum authoritatē indicentis, sed, et cām & hinc sumere, q nulla authoritas sufficit ad iustitiam belli, si iustitia desit [illegible]. Vn licet ad Papam spectet inducere ad bellū, et in hac littera dr, si tñ Papa diceret bellū nō ꝓpterea iustū oportet illud esse, cum [illegible] Papam authoritate [illegible] possit esse iniusta, & sine cōmandi, vel vindictæ affecta, sic...

D.98.

¶3 Præ. Eiusdem rōnis esse vr, q hō aliquid[h] faciat, & q facienti cōsentiat, ſm illud Ro.1. Nō solū digni sunt morte q faciūt, sed & qui cōsentiunt facientib. maximè aūt consentit, q ad aliqd faciendū alios inducit. Licitū aūt est epis & clericis īducere alios ad bellandum. dr.n. 23.* q.8. qd hortatu, & precib. Adriani Romanæ urbis Epi, Carolus bellum contra Lōgobardos suscepit. ergo ēt eis licet pugnare.

¶4 Præ. Illud quod est ſm se honestum, & meritoriū, nō est illicitum prælatis[h] & clericis: sed bellare est qñque & honestū, & meritoriū. dr.n.*23.q.8. q si aliquis pro ueritate fidei, & saluatione patriæ, ac defensiōe christianorū mortu* fuerit, à deo cœleste pmiū cōsequet. ergo licitū est episcopis & clericis bellare.

Sed contra est, q Petro in persona episcoporum & clericorum dicitur Matt.26. Cōuerte gladium tuum in uaginam. non ergo licet eis pugnare.

Respon. Dicēdū, q ad bonū societatis humanæ plura sunt necessaria. Diuersa aūt à diuersis melius, & expeditius agunt, q ab uno, ut patet* per Philo. in sua Politi. Et quædam negotia sunt adeo sibi repugnātia, ut cōuenienter simul exerceri non possint: & iō[m] illis, q maioribus deputant, prohibent minora.* Sicut ſm leges humanas militib*, q deputant ad exercitia bellica, negotiationes interdicūt. Bellica āt exercitia maximè repugnāt illis officijs, q b. epi & clerici deputant pp duo.* Primò qdē gñali rōne, quia bellica exercitia maximas inquietudines habent: unde multum impediūt animum à contemplatione diuinorum, & laude Dei & oratione pro populo quæ ad officiū ptinent clericorū. Et iō sicut negotiationes pp hoc, q nimis īplicant animum, interdicuntur clericis, ita & bellica exercitia, ſm illud 2. ad Tim.2. Nemo militans Deo, implicat se sæcularibus negotijs. Secundò pp spālē rationem. Nam omnes *clericorum ordines ordināt ad altaris ministerium, in quo sub sacramento repræsentatur passio Christi, ſm illud 1. ad Corint.11. Quotiescūq; manducabitis panem hunc calicem biberis, mortem Dñi annūtiabitis donec veniat: & iō[i] nō cōpetit eis occidere, uel effundere sanguinem, sed magis esse paratos ad propriam sanguinis effusionem ꝓ Christo, vt imitent opere, qd gerunt ministerio. Et pp hoc est institutum, ut effundentes sanguinē ēt sine pctō, sint irregulares. Nulli aūt, q est deputatus ad aliquod offm, licet id, per quod suo offō incongruus reddit. Vnde *clericis non licet oino bella gerere, q ordinant ad sanguinis effusionem.*

& alia enormia crimina hēre. Nec excusantur dantes ei auxiliū in bello sine iustā cā, sicut nec ministrantes eidem ad rapinam, homicidia, ueneficia, adulteria, luxuriam & hmōi.

Conclu.

Concl. x

Ad primum ergo dicendū, q prælati debēt resistere nō solū lupis, q spūaliter interficiūt gregem, sed ēt raptorib. & tyrannis, qui corporaliter vexāt, non aūt materialib. armis in ꝓpria psona utēdo, sed spūalib. ſm illud Apli 2. ad Cor.10. Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potētia Deo: q qdē sunt salubres admonitiones, deuotæ orationes, contra pertinaces excōicationis sententia.

AD III dicendum, q omnis applicatio rationis rectæ ad aliquid factibile pertinet ad artē: sed ad prudentiam non ptinet nisi applicatio rationis rectæ, & ad ea, de quibus est consiliū, & huiusmodi sunt, in quib. non sunt uiæ determinatæ perueniendi ad finē, ut dicitur in 3.* Ethi. Quia ergo rō speculatiua quædam facit, puta, syllogismum, propositionē, & alia huiusmodi, in quibus proceditur secundū certas, & determinatas vias, inde est, quòd respectu horum potest saluari ratio artis, non autem rō prudentiæ: & iō inuenitur aliqua speculatiua ars, nō autem aliqua prudentia.

ARTICVLVS III.

Vtrum prudentia sit cognoscitiua singularium.

AD TERTIVM sic proceditur. Vr q prudentia nō sit cognoscitiua singularium. Prudētia enim est in ratione, * ut dictum est: sed rō h est uniuersalium, ut dicitur in 1. † Physic. ergo prudentia non est cognoscitiua, nisi uniuersalium.

¶2 Præt. Singularia sunt infinita: sed h infinita non possunt cōprehendi a ratione. ergo prudētia quæ est ratio recta, non est singularium.

¶3 Præt. Particularia p sensum cognoscuntur: sed prudētia nō est in h sensu, multi.n. habentes sensus exteriores perspicaces, non sunt prudentes. ergo prudentia non est singularium.

SED CONTRA est, qd Philosophus dicit in 6. Ethi. q prudētia non est vñium solùm, sed oportet etiā singularia cognoscere.

RESPON. Dicēdū, q sicut supra* dictū ē, ad prudetiā ptinet

[Commentary, left margin column:] ... affectū, uel e... & prudentia, sed requisitus est secundū logicā, & ... habet secūdum lumen intellect maius, uel min. Pōt quoq; referri speculationis actus ad hominē, q speculari debet, & sic est uoluntarius & cadit sub cōsilio uel prudētia, an. s. sit speculandū in tali materia, puta, geometria, uel physica, an tali hora &c. Et si rectè inspiciam ad suprādicta, non est ipse speculationis act, q ē materia pxima cōsilij: sed actus uoluntatis, q uocacuti, quo uolūtas exercet actū ad speculandū, ita q cōsiliū fit, an intellectu utēdū sit ad speculationē talis rei, in tali hora, tanto tpe &c. Et sic consiliū est de usu, q est actus appetitus, tāquā materia pxima, & de speculationis actu, tanq; materia remota, quia. s. est materia usus, qui est materia consilij.

¶ In rōsiōe ad tertiū aduerte primo, q sicut facere dupliciter sumitur. s. ut distinguit contra agere, & ut extēdit se ad actionē transeuntē, & immanentē: ita factibile sumi pōt, ut distinguitur contra agibile, & sic ē materia artis: & ut extēdit se ad factibile finē pactionem immanentem, sine transeuntem, & sic sumit in litera, & est communis materia artis, & speculatiuarum scientiarum, quæ uocantur artes.

¶ Aduerte secūdò, q quia de facto ita est, q aliquæ scientiæ speculatiuæ uocantur artes, & manifestē differunt in materia ab arte, quę in 6. Eth. ponitur quinta uirtus intellectualis, & nulla ponitur prudentia speculatiua, cum tamen materia prudentiæ sit magis propinqua materiæ illarū speculatiuarum artiū, uoluit author subdere per intellectū i non considerata differentia materiæ. s. agibilia & factibilia, intus. s. & extra, reddere rōnem, qua re artis ratio, & non prudētię, ad specula-

[Margin references:] * Li. 1. c. 25. circa fi. tom. 1. — * Li. 6. c. 1. ad fin. & 11. — * Li. 6. c. 5. tom. 5. — * Li. 6. c. 5. in princi. tom. 5. — Conclu. m — * q. 45. artic. 2. & 3. — * Li. 6. c. 5. & 9. 10 5. — * Ambro. loco citato in arg. Tullius 1 li. 2. de inuentione 1 fo. 4 ante finem libri.

[Commentary, inner column:] tiuos extendat habitus, ex hoc. s. tamen, q prudentia est, quia q nō sunt determinatæ uiæ: artiū uerò in pluribus p determinatas procedit uias. Ex hoc. n. fit, ut speculatiui habitus, quasi aliquid factibile p determinatas vias, artis ratione induunt, non aūt prudentiæ: non sic continentur sub arte: q a hæc propriè est rō recta factibiliū propter ē. q. s. sunt extra, quia in intellectu practicus est factiuus.

¶ In eadē rōsione dubium occurrit, quia hic dr. Omnis applicatio rōnis rectæ ad aliqd factibile, pertinet ad artem. In præcedenti uero ar dictum est, quod applicatio rationis rectæ ad opus factibile, nō ē artis, sed uoluntatis.

¶ Ad hoc facile dr, q applicatio huiusmodi pertinet ad uolūtatem ut applicantē: & pertinet ad artem, ut applicatam. Vnde nulla est repugnantia, sed secundum diuersa proposita modo hinc, mō illinc attribuit. Quāmuis possit dici, q hoc in loco applicatio pro regulatione sumitur. Hoc.n. erat ad ppositum literę, quod omnis regulatio factibilis secūdum rectam rōnē, spectet ad artē.

SVPER QV. XLVII. ART. III.

IN art. 3. in rōsione secūdū aduerte, q certitudo prudētiæ, est duplex, qdā i sola cognitione cōsistēs: & hæc in vniuersali quidē est eadē cum certitudine scientiæ moralis, eo q est uniuersale est ut in... uerum in pluribus. In particulari aūt non excedit certitudinē opinionis, cū de futuris conclud., aut absentib. & hæc non est propria prudentiæ. Quædam aūt est certitudo practicæ, [illegible] conformiter se habere appetitui recto: & hæc est propria prudentiæ, quæ non in sola ratione cōsistit. Et talis certitudo, semper adest prudētiæ etiam respectu singularium absentium, & futurorum: quoniā prudēs præcipiens

[Margin references:] * Li. 3. c. 3. tom. 5. — Perrella per totum. 259 — Inf. a. 15 cor. & q. 49. art. 2. ad 1. & art. 5. ad 1. & artic. 7 cor. — * Art. 1. & 2. hui q. — † Li. 1. Phy fin. tex. 49 tom. 1. — * Li. 6. c. 7. circa fin. tom. 5. — * Ar. 1. ad 3. argum.

non solū cōsideratio rōnis, sed ēt applicatio ad opus, qd' est finis practicæ rōnis. Nullus autē pōt cōueniēter alteri aliqd applicare, nisi vtrūq; cognoscat. s. & id, qd' applicādū est, & id, cui applicādū est. Operationes aūt sunt i singularib: & iō necesse est q prudēs & cognoscat vlia principia rōnis, & cognoscat singularia, circa q̄ sūt operationes.

AD PRIMVM ergo dicendū, q rō primo qdē & principaliter est vñium, pōt tū vles rōnes ad particularia applicare. Vñ syllogismorū cōclusiones non solū sunt vniuersales, sed ēt particulares: q a intellectus p quandā reflexionem se ad materiam extendit, ut dr in 3. de* Anima.

AD II dicēdū, q qa infinitas singulariū nō pōt rōne humana comprehēdi, inde est q sunt incertæ puidētiæ nostræ, ut dr Sapien. 9. tū p experientia singularia infinita reducuntur ad aliqua finita, quæ ut in pluribus accidūt, quorum cognitio sufficit ad prudētiam humanā.

AD III dicēdū, q sicut* Philoso. dicit in 6. Eth. prudētia nō cōsistit in sensu exteriori, quo cognoscimus sensibilia ppria: sed in sensu interiori, q pficit p memoriā, & p experimentū ad prōpte iudicandū de particularibus expertis: nō tū ita, q prudētia sit in sensu interiori sicut in subiecto principali, sed principaliter quidem est in ratione, p quandam autem applicationem pertingit ad hmōi sensum

ARTICVLVS IIII

Vtrum prudentia sit virtus.

AD QVARTVM sic pcedit. Vr q prudētia nō sit virt. Dicit.n.* Aug. in 1. de li. arb. q prudētia ē appetēdarū, & uitādarū rerum h sciētia: sed sciētia cōtra virtutē diuidit, ut patet i pdica mētis. ergo prudētia ñ ē virt.

¶2 Præt. Virtutis nō ē uirt, sed artis est uirtus, ut † Phil. dicit in 6. Eth. ergo ars nō est virt: sed i arte ē h prudētia. dr.n. 2. Parap. 2. de Hira. q sciebat cælare omnē sculpturā, & adinuenire prudēter qdcūq; in ope necessariū est. ergo prudētia nō est virtus.

¶3 Præt. Nulla uirt pōt esse immoderata: sed prudentia est immoderata, alioquin frustra diceretur in Prouer. 23. c. Prudentiæ tuæ pone modum. ergo prudentia non est uirtus.

SED CONTRA est, q Grego.* in 2. Moral. prudentiam, temperantiam, fortitudinem, & iustitiā dicit esse quatuor uirtutes.

RESPON. Dicēdū, q sicut supra* dictū est, cū de uirtutibus in cōi ageretur, uirtus est q̄ bonū facit habētem, & opus eius bonum reddit. Bonum aūt pōt dici dupliciter. Vno modo materialiter pro eo qd' est bonū: alio mō formaliter sm rationē boni. Bonum aūt, inquantū huiusmodi, est obiectū appetitiuę virtutis: & iō si q habitus sunt, q faciant rectā considerationē rōnis nō habito respectu ad rectitudinē appetitus, minus habēt de rōne virtutis, tāquā ordinātes ad bonū materialiter. i. ad id qd' est bonū non sub ratione boni. Plus aūt habent de rōne virtutis habitus illi, q respiciūt rectitudinē appetitus: qa respiciūt bonū nō solum materialiter, sed ēt formaliter. i. id quod est bonū sub rōne boni. Ad prudentiā aūt pertinet, sicut* dictū est, applicatio rectę rationis ad opus, qd' nō fit sine appetitu recto. Et iō prudētia nō solū hēt rōnē virtutis, quā habent aliæ virtutes intellectuales: sed etiā habet rationem uirtutis, quam habent aliæ uirtutes morales, quibus etiam connumeratur.

AD PRIMVM ergo dicendum, q Aug. ibi largè accepit scientiā pro qualibet recta ratione.

AD II dicēdū, q Philos. dicit artis esse virtutē, qa nō importat rectitudinē appetitus. Et iō ad hoc, q hō rectè utat arte, requirit q habeat uirtutem, q̄ faciat rectitudinē appetitus. Prudētia aūt nō habet locū in his, q̄ sunt artis, tū quia ars ordinat ad aliquem particularem finem: tum quia ars habet determinata media p quæ peruenitur ad finem: dr tñ aliquis prudenter operari in his, quæ sunt artis per similitudinem quandā. In quibusdam aūt artibus propter incertitudinem eorum, quibus peruenitur ad finē, necessarium est cōsiliū, sicut in medicinali, & in nauigatoria, ut dicitur in 3.* Ethic.

AD III dicendum, quod illud dictum Sapientis non est sic intelligendum, quòd ipsa prudentia sit moderāda, sed quia secundum prudentiam est aliquis modus imponendus.

[Commentary, inner column:] sapiens sic agendū p republica, quia non euentat intētus finis, aut impediat actio, hēt tū actum præcepti verissimum, optimum, & certū, vtpote conformem rōni, & appetitui recto. Dicūtur aūt prouidentiæ nostræ incertæ & propter incertitudinem euentus, & propter occulta nobis.

¶ In rōsione ad tertiū habes, q prudētia est principaliter i rōne, secundariò aūt in cogitatiua: sed hoc hēt qōnem, quia in illa potentia ponenda est principaliter prudentia, cuius est præcipuus prudētiæ actus: sed præcipuus act prudentiæ est præcipere singulare sequēs minorem singularem. Hęc autē singularia spectat ad cogitatiuam directè. Et confirmatur, Quia uirtus ponitur in potentia cōsumatiua operis: vñ temperantia ponitur in concupiscibili: & continentia, q nō est in illa, nō est uirtus, quæ rectè disponat partē superiorē, sed cogitatiua est, q̄ consumat discursum de singularibus. ergo in ipsa ponenda est.

¶ Ad hoc dr, q pp rationes dictas oportet tam in intellectu, q̄ cogitatiua ponere habitū, quo bene disponatur ad prudentiæ actus. Et licet secundū q apparet 6. Ethi. c. 1. & cap. penult. intellectus ex scientia in proposito morali, cogitatiua aūt ex habitu circa singularia intellectiuo & rōcinatiuo perficiat, pro quā rō rectè iudicat de singulari, & rectè præcipit de singulari opere, & p hoc prudentia principaliter videatur esse cogitatiua, secundū tū authoris doctrinam, in intellectu principaliter ponitur. Et probat q ita sit tali rōne. Eiusdem est habitus, cuius est actus: sed actus prudentiæ est intellectus. ergo. Probatur minor. Actus prudentiæ est cognoscere uniuersale & singulare, & applicare illud huic, ut patet. ergo est intellectus, aut cogitatiuæ. Nō n. iō est eiusdem

[Margin references:] Conclu. m — D. 753. — * Libr. 3. tex. 10. tomo 2. — * Li. 6. c. 8. ad fi. to. 5. — Perrella per totum. 260 — Inf. q. 55. art. 1 ad 1. & 12 q. 57 ar. 5 ad 3. & q. 61. ar. 1. cor. — * Li. 1. c. 13 in fi. to. 1. — † Li. 6. c. 5. non pcul a fine, t. 5.

[Commentary, outer column:] dispositionū, ut patet in 2. de An. i processu inuestigatiuo sensus cōmunis. ergo vel est cogitatiuæ solius uirtus intellectus & hoc nō: q a cogitatiua nō se extēdit ad uniuersale: uel est intellectus solius, uel utentis cogitatiua, & habetur intentū, q. s. est principaliter in intellectu, in quo habitus ipse est subiectiue, & secūdariò in cogitatiua, in qua est experimentalis habitus, sed dēs cogitatiuā habilē ad cooperandū intellectui in consiliando, iudicando, & præcipiendo de singularibus. ita q hi act principaliter sunt intellectus, ministerialiter aūt cogitatiuæ: propter quod ministerium, vt magis naturalis, & citius, q ui prudētia, q scientia, ut dicitur in 6. Ethic.

SVPER QV. XLVII. ART. IIII.

IN art. 4. aduerte, q prudētia pro quāto in sola cognitione cōsistit, habet cōmunē rōnē uirtutis intellectualis, quia. s. est verorum tñ, quia. s. est uniuersalis, q ut in pluribus uera: sed quia hoc nō conuenit prudentiæ secūdū propriam rōnem, quia ab alijs intellectualibus uirtutibus differt, quia. s. perspicua est operis singularis, iō hēt specialem rōnem uirtutis, qua est uirtus simpliciter, sicut uirtus moralis, & ex eadē radice, scilicet rectitudine appetitus.

¶ In rōsione ad tertiū cōclude Nouitie, ergo ly prudentiæ, est casus genitiui. Argumētū aūt procedebat ex casu datiuo.

SVPER

[Margin references:] * Li. 2. Mora. c. 46. — * Art. 1. huius q. ad 3. & 1. 2. q. 55 ar. 2 & 3. & q. 56. & 57. — * Art. 3. huius q. & a. 1. ad 3. — Conclu. m — * Li. 3. c. 3. tom. 5.

Porrecta per totum. 261

SVPER QV. XLVII. ARTIC. V.

IN art. 5. in responsione ad tertiū, dubiū occurrit, quia hic ponit differētia inter prudentiā, & moralē virtutē ex parte rōnis formalis, q.s. sapiētiæ est obiectū prudētiæ sub rōne ueri, moralis aūt virtutis sub ratione boni. In præcedēti aūt ar. dictū est, quod prudētia respicit bonum sub ratione boni. Quomodo modo stant hæc simul?

¶Ad hoc dr, quod prudētia hēt utrūq;, & quod respicit verū ut uerū, & ppea ponit' inter intellectuales virtutes, & respicit verū ut bonū: & ppea cōnumerat' virtutibus moralibus, & ponit' prima virtus cardinalis. Et ne duas rōnes formales uni habitui tribuas, quas vni potentiæ nō licet tribuere, memēto, quod nō sedm idē hæc verificatur, sed prudētia secundū cognitionem respicit verū, sedm pceptum, seu applicationē respicit bonū. Et simul est prudētia sedm id, quod hēt ex intellectu, respicit uerū: sedm id, qd hēt ex appetitu, respicit bonū. Est.n. perfectio intellectus, ut subest appetitui recto. cñ est autē subordinatus possit habere plures rōnes. Opinio ergo posita est differētia inter prudentiā, & moralē uirtutē: quod illa ueri, illa boni. Neq; enim obstat quod illa boni & ueri. ista aūt boni tātum.

(1.8.q.9.a. art.1.q.2. cor. Et di. 33. q.1.a. 1. q.2.& q.3.ad 3. q.1.ad 2. Lib. 2.c.6. — †Li. 6.c.5. a medio, & ca. vlti. circa medium. — †Lib. 6.c. 12. circa med. & circa finē lib. to.5. — *Li. 6.c.5. tom. 5. — *1.2.q.1. art.2.& q. 18. art. 2. & q. 54. ar.2.)

SVPER QV. XLVII. ART. VI.

IN art. 6. eiusdē q. 47. nota in titulo, quod præstituere finem virtuti morali potest dupliciter intelligi. primò præstituere, ut virtus moralis tendat in talē finem: & hoc spectat ad datorē naturæ. Genitor siquidē dat naturā determinatam ad talē finem: & sic nō quæritur hic. Alio ergo modo sumitur prædictare, quis est ille statiuus finis: & sic quæritur in pposito, an prudētia primo dictet cuilibet finē moralium uirtutū, & est sensus de fine proprio earundē.

¶In eodē art. 6. eiusdē quæst. dubium est

(*1.2.q.54 ar.1.& in hac q.a.1. — D. 205. *1.2.q.54 art.1. — Conclu. m — *Ar.1.huius quæst.)

ARTICVLVS V.

Vtrum prudentia sit uirtus specialis.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod prudentia nō sit specialis virtus. Nulla.n. specialis virtus ponitur in communi diffinitione virtutis: sed prudentia ponitur in cōi h diffinitione virtutis, quia in 2. Eth. diffinitur virtus habitus electiuus in mediocritate existens, determinata ratione quo ad nos, prout sapiens determinabit: recta autē G ratio intelligitur ſm prudētiā, vt dicitur in 6.† Ethi. ergo prudentia non est specialis virtus.

¶2 Præt. † Phil. dicit in 6. Ethi. quod virtus moralis rectē facit operari finem, prudentia autem ea, quæ sunt ad finē: sed i qualibet virtute sunt aliqua operāda pp finē. ergo prudētia est i qualibet uirtute. nō h ē ergo virt' specialis.

¶3 Præt. Specialis virtus hēt speciale obiectū: sed prudentia nō H hēt speciale obiectū, est enim recta ratio h agibilium, vt dicit in 6. Ethi.* agibilia aūt sunt omnia opera virtutum. ergo prudentia non est speciale virtus.

SED CONTRA est, quod cōdiuidit, & connumerat alijs virtutibus. dr.n. Sapiē. 7. Sobrietatē & prudentiā docet, iustitiā & virtutē.

RESP. Dicēdū, quod cum actus, & habitus recipiant speciē ex obiectis, vt ex supra* dictis patet, necesse est quod habit', cui rñdet spāle obiectū ab alijs distinctum, spālis sit habitus, & si est bonus, est spālis uirtus. Speciale aūt obiectum dr non solū ſm materialem considerationē ipsius, sed magis ſm rōnē formalē, vt ex supra* dictis patet. Nā vna & eadem res cadit sub actu diuersorū habituū, & ēt diuersarum potentiarum ſm rōnes diuersas. Maior autē diuersitas K obiecti requiritur ad diuersitatē potētiæ, q̄ ad diuersitatē habitus, cū plures d habitus inueniantur in vna potētia, ut supra* dictū est. Diuersitas ergo rōnis obiecti, q̄ diuersificat potentiā, multō magis diuersificat habitū. Sic ergo dicēdū est, quod m cum prudentia sit in rōne, vt* dictū est, diuersificatur quidem ab alijs virtutibus intellectualibus ſm materialē diuersitatē obiecto- I rū*. Nā sapiētia, sciētia, & intellectus sunt circa necessaria: ars āt & prudētia circa cōtingētia. Sed est ars a circa factibilia, q.s. in exteriori materia cōstituuntur, sicut domus, cultell', & huiusmodi. Prudētia aūt est circa agibilia, q.s. in ipso operāte cōsistūt, ut supra* habitū est: sed a virtutibus moralibus distinguit prudētia ſm formalē rōnē potētiarū distinctiuā q. s. intellectiui, in quo est prudētia: & appetitiui, in quo est virtus moralis. Vñ * manifestū est prudētiā esse specialē virtutē ab omnibus alijs virtutibus distinctam t.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod illa diffinitio non datur de virtute in cōi, sed de virtute morali, in cuius diffinitione cōuenienter ponit virtus intellectualis cōicans in materia cum ipsa. s. prudentia. Quia sicut virtutis moralis subiectū ē aliqd participās rōnem: ita virtus moralis hēt rōnē virtutis, inquātū participat virtutē intellectualem.

AD II dicēdū quod ex illa rōne habetur, quod prudentia adiuuet omnes virtutes, & in omnibus operetur, sed hoc nō sufficit ad ostendendum, quod non sit virtus specialis: quia nihil prohibet in aliquo genere esse aliquam speciem, quæ aliqualiter operetur I in omnibus speciebus eiusdem generis, sicut Sol aliqualiter influit in omnia corpora.

AD III dicēdum, quod agibilia sunt quidem materia prudentiæ, ſm quod sunt obiectum rationis, scilicet sub ratione ueri. Sūt autem materia moralium virtutum, secundum quòd sunt obiectum virtutis appetitiuæ, scilicet sub ratione boni.

simpliciter, & ad hominē. Simpliciter quidē pp rōnes allatas à Scoto in 36. d. tertij sentent. art. 2. quibus infert, quod prudētia dictat de fine pprio virtutis moralis. & primō sic. Virtus moralis, puta, castitas, semper sequitur naturæ ordine prudentiā aliquā: ergo sequitur dictamen proprij finis, qui eligitur quia uirtus moralis generatur ex electione proprij finis. Secundò, qa aliter non saluaretur vna prudētia tendens vni virtuti propriè & per se morali. Probatur, qa virtus moralis est vna unitate finis, ad cuius electionē principaliter inclinat. Et si ad dictandum de illo fine nulla esset prudentia, quot essent dictamina mediorū, tot essent prudentiæ: quia nullum esset obiectum, à quo sumeretur unitas, nō dictaminum, sublato à singulis dictaminibus de fine.

¶Ad hominem autē scilicet diuum Thomam, dubiū est, quia in Prima secundæ q. 66. art. 3. ad tertium expresse dicit, quod prudentia dirigit uirtutes morales etiam in præstituendo finē. Et probat, quia finis virtutis moralis est attingere medium, quod prudentia determinat.

¶Ad euidentiā huius rei simpliciter aduerte, quod dupliciter uerti potest in dubiū propositio dicens, quod prudētia est de his, q̄ sunt ad finē. Primo absolutē, & sic dicendū est de prudētia respectu eorum, q̄ sunt ad

(D. 257. — *1.2.q.57 art. 4. Conclu. p — Conclu. 2)

ARTICVLVS VI.

Vtrum prudentia præstituat finem uirtutibus moralibus.

Porrecta per totum. 262

AD SEXTVM sic procedit. Vr quod prudētia pstituat finē virtutibus moralibus. Cum.n. prudentia sit in ratione, virtus autem moralis in vi appetitiua, vr quod hoc h modo se habeat prudentia ad virtutem moralem, sicut ratio ad vim appetitiuam: sed ratio præstituit finem potentiæ appetitiuæ. ergo prudentia præstituit finem virtutibus moralibus.

¶2 Præt. Hō excedit res irrationales ſm rōnē: sed secundum alia cum eis communicat. sic ergo se habent aliæ partes hominis ad rationem, sicut se hēt, homo ad creaturas irrationales: sed homo est finis creaturarum irrationaliū, vt dr in 2.* Politic.

(1.q.21. artic.1.ad 2. & 1. 2. q. 66. art. 3. ad 3. Et 3. d. 33. q. 2. art. 2. & 3. cor. — * Libr. 2. Phys. text. 24. to.2.& lib.1. Poli. ca.5. to.5)

ad finē, sicut de scientia respectu conclusionū. Sciētia nāq; est conclusionum, sed tñ scientia secundæ conclusionis est materialiter scientia principij tertiæ cōclusionis: qa illa met ppositio, q̄ fuit conclusio secundæ, est principiū tertiæ demōstrationis, & sic de alijs. Et similiter prudētia ip est respectu eorum, q̄ sunt ad finē: sed est hoc stat, quod prudētia respectu huius ad talē finē, sit materialiter de fine respectu alterius subordinati illi medio, & sic deinceps, prout contingit plura subordinari media ad unū finē principalē. Quod enim fuit ad finē in primo discursu, fit finis i secūdo discursu, & sic deinceps in tertio, & reliquis. Est ēt unū aliud hic aduertēdū, quod sicut sciētia dr conclusionum tm̄ ut sciatur, & sic hoc stat quod est pmissarum ut cognitarum (Virtus enim eis ut cognitis, applicando ad cōclusionem) ita prudentia est tantum eorum, quæ sunt ad finem ut rerum præceptarum, & electarum: & cum hoc stat immò exigitur, quod sit finis, ut aspecti, & intenti. Virtus siquidē prudentia fine, applicando ipsum ad id, quod est ad finē. Secundo, potest uerti in dubium respectu finium propriorum uirtutum moraliū, & iuxta hūc sensum tractatur in litera, & impugnatur a Scoto. Author.n. sentit, quod uirtuti morali finis præstituitur à synderesi quia naturalis ratio dictat, quod in amoribus bonum rationis, & similiter in concupiscentiis, & similiter in ira, & operationibus sectandum est.

¶Ad primam ergo rationem Scoti dicitur, quod licet uirtutē moralem præcedat naturaliter prudentia, non tamen prudentia dictatiua de fine: sed sufficit naturalis rō dictatiua de fine, & prudentia dictatiua de medijs ad finem. Probatio aūt dicens, quia uirtus moralis generatur ex electione finis, implicat in adiecto: quia electio non est finis, sed eorum, quæ sunt ad finē.

¶Ad secundum aūt dr, quod ad unitatem prudentiæ respectu omnium mediorum ad finem, sufficit unitas finis aspecti à prudētia, & non requiritur unitas finis dictati ab illa. Accedit.n. unitas finis respectu eorum quæ sunt ad finē, & dirigitur eorum in illum, quod sit dictatorum ab hoc, uel altero: sufficit.n. quod sit aspectum à directiuo mediorum in illum. Argumentum autē procedit ac si directiuū mediorum nō cognosceret finē, ad quem dictat media. & hæc sat sunt argumentis Scoti. Si quis tñ quæret, quare in parte intellectiua ponantur duæ uirtutes respū vnius materiæ moralis. s. synderesis, & prudentia, altera respū finis, altera respectu eorum q̄ sunt ad finem: in parte aūt appetitiua una tñ ponitur uirtus respectu finis, & eorū, q̄ sunt ad finē puta, castitas, Rñdēdū est, quod ex hoc quod cognitio prior secundū q̄d res sunt in aīa, sequitur q. alia sit uirtus, quæ aīa iudicat aliqua sedm seipsa, & alia qua iudicat aliqua p resolutionē i alia. Aliter siquidē oportet eē dispositum intellectum circa principia, & circa illa, ut patet ex diuersitate luminis. Et ppea iā in intellectu practico, q̄ speculatiuo alia est uirtus respectu principiorum, & alia respectu conclusionum. Ex hoc autem quod appetitio perficitur, secundū q̄d anima tendit ad res, sequitur q. sicut in rebus naturalē naturā aliquid mouetur ad medium & terminū, ut patet in grauibus

(†Ar.1.huius quæst. — *Li. 9. ca. 12. circa medium. tom.5. — Conclu. m)

ergo oēs aliæ partes hoīs ordinant ad rōnē, sicut ad finē: sed prudentia est recta rō agibiliū, ut dictum est. ergo oia agibilia ordinant ad prudentiā, h sicut ad finē ipsa ergo pstituit finem omnibus uirtutibus moralibus.

¶3 Præt. Propriū est uirtutis, vel artis, seu potētiæ, ad h quā pertinet finis, ut pcipiat alijs uirtutibus, seu artib ad quas ptinēt ea, q̄ sunt ad finē: sed prudētia disponit & de alijs uirtutibus moralibus, & præcipit eis. ergo præstituit eis finem.

SED CONTRA est, quod * Philo. dicit in 6. Eth. quod uirt' moralis itētionē finis facit rectā: prudētia aūt, q̄ ad hāc. ergo ad prudētiā nō ptinet pstituere finē uirtutibus moralibus, sed solū disponere de his, quæ sunt ad finem.

RESP. Dicedū, quod finis uirtutū moralium est bonum humanum. Bonū aūt humanæ aīæ est ſm rōnē esse, ut patet p Dionysiū 4. ca. de diuin. nominib. Vñ m necesse est quod fines moraliū uirtutū pexistāt i rōne. n Sicut aūt in rōne speculatiua sunt q̄dā, ut naturalr nota, quorū est intellectus, & q̄dā, quæ per illa innotescūt. s. cōclusiones, quarū est scientia: ita in ratione practica B pexistūt quædam, ut principia naturaliter nota. Et hmōi sunt fines uirtutū moraliū: quia finis se hēt in operabilib. sicut principiū i speculatiuis, ut supra* habitū est. Et quædā sunt in ratione practica, ut cōclōnes: & hmōi sunt ea, q̄ sunt ad finem, in q̄ peruenimus ex ipsis finib. & horū est prudentia applicās uniuersalia principia ad particulares conclōnes operabiliū. Et iō o ad prudētiā nō pertinet pstituere finem uirtutibus moralibus, sed solùm disponere de his, quæ sunt ad finem. q

AD PRIMVM ergo dicēdū, quod virtutib* moralibus prestituit finē rō naturalis, quæ dr synderesis, ut in 1.* habitū est, nō aūt C prudentia rōne iā * dicta. Et p hoc patet rñsio ad secundum.

AD III dicendū, quod finis non ptinet ad uirtutes morales, tanquam ipsæ pstituant finem: sed qa tendunt in finem à rōne naturali pstitutū, ad quod iuuātur per prudentiam, quæ eis uiam parat, disponendo ea q̄ sunt ad finem. Vnde relinquitur, quod prudentia sit nobilior uirtutibus moralib. & moueat eas: sed synderesis D mouet prudētiā, sicut intellectus principiorū sciētiam:

A & sicut omnis appetitus per eandem uirtutem tēdat in finem, ut terminum, & id quod est ad finem, ut medium.

¶Ad dubium autem ad hominem, dicta in prima secundæ approbo admittens dicendis in hoc, & sequenti articulo.

¶In rñsione ad tertiū, aduerte tria. Primō, quod formalis rñsio ad argūm cōsistit in hoc, quod prudentia nō pcipit uirtuti morali simpliciter, sed disponēdo ea, q̄ sunt ad finē. Secūdō, quod ex eodem medio poteras argui cōtra subsumendo. Sed uirtus moralis ē de fine ergo præcipit prudētiæ, ea quo ipsa non est de fine. Et ex hoc sequit, quod virtus moralis est nobilior prudētia: nec euadit, ut in Prima secundæ dicebat, quia prudētia dirigit i pstituendo fine, ideo author hæc tractat i responsione hac. Tertio, quod hæc difficultas de superioritate, & nobilitate inter uirtutē moralē, & prudētiā, obscura ppea quia uirtus moralis est de fine, prudētia autē de his, q̄ sunt ad finē, in pcedēti libro loco allegato soluta est dupliciter. Primō, quia prudētia est ēt d fine applicatiuē. Secūdò, qa uirtus moralis nō est de fine absolutē, sed medicatione à prudentia. Et quis utrūq; horū sit uerū in se, & nonnihil cadeat difficultati: solutio tñ difficultatis similiter hic sumēda est, quod uirtutē aliquā ēē finis, cōtingit dupliciter. s. executiuē, & authoritatiuē. Virt' illa, q̄ ē de fine executiuè, p modū exequentis tēdit in illā, ut patet in actibus exteriorum actibus & uirtus aūt illa, q̄ est de fine authoritatiuē, intēdit primò illā, & circa illā uersatur ab omnem electionē. Dicta aūt inter istas ad propositum est, quod cum dicitur, quod uirtuti de fine proprium est præcipere ei, quæ est de his, q̄ sunt ad finem, intelligitur de ea, quæ est de fine authoritatiuē. Hæc n. est, quæ finem præstituit alijs, & præcipit, ut patet in artibus architectonicis, & charitate respectu aliarum uirtutū. Virtus igitur moralis non est de fine authoritatiuē, sed executiuē: quod patet ex eo, quòd uirtus ex principali actu suo iudicanda est. Constat aūt, quod præcipuus actus uirtutis moralis est electio, ut patet ex ipsa eius diffinitione. 2. Ethi. Virtus est habitus electiuus &c. electio aūt ad executionē E spectat, sequitur.n. præceptum, & est ipsa executio appetitus in appetibilem, nihil restat, nisi exterior executio post electionē. Et propterea uirtus moralis non præcipit prudentiæ, nec est ea prior naturaliter, & tamen oporteret eam pcedere naturaliter prudentiam, si esset de fine authoritatiuē. Esset autem hoc, si uirtus moralis esset primò habitus intentiuus finis, hoc est, si primò perficeret intentionē finis: quia intentio non dependet ab his, q̄ sunt ad finem. Dicitur autem primò, quod uirtus moralis perficiendo primò electionem, perficit secundariò intentionem. Propter quod in 6. Ethi. dicitur, quod facit intentionem rectam, & quòd principium prudentiæ firmat in anima. Et hoc est quod in littera a posteriori, declaratur, dicendo, quòd finis non pertinet ad uirtutes morales, tanquam ipsæ præstituant finem. Et exclusa superioritate uirtutis moralis respectu prudentiæ, declaratur superioritas prudentiæ: quia prudentia mouet eam, disponendo ea quæ sunt ad finem, quæ eligantur à uirtute morali, ut in sequenti patebit articulo.

(*q.5.ar.7 & q.13.artic.7.ad 1. & 96. 26. art.1.& 2. 3.q.13.artic.3. — Conclu. — *3.5.96. 79.ar.12. *In corp. art.)

Universidad de Deusto Biblioteca

SVPER QV. XLVII. ART. VII.

Porrecta per totum. 263 Inf. q. 123 arti. 12. & q. 141. ar. 1. Et 1. 2. q. 64. ar. 2. & 66. arti. 2. Et 3. d. 33. q. 1. art. 1. * Ar. præc.

IN arte 7. eiusdẽ 47. q. aduerte quatuor. Primò diffinitionẽ & medium uirtutum moralium, q̃ hoc est consimiliter in unã & aliam. Sic est uirtutis medium, in sua operatione ad extrema dicit. Et in ꝓposito, medium nõ secundum quantitatẽ, sed rõnẽ, seu proportionẽ dicit, ut in 2. patet Ethi. & opponitur utrique extremo, s. improportionato p excessum, & improportionato p defectũ, similiter aũt hoc nõ respicit. Et propterea non uirtutis, si posset quæstione de præstituto ne finis, quæritur de inuentione medij moralium uirtutum.

¶ Secundo, q̃ mediũ moralis uirtutis dupliciter interpretari possumus. Primo formaliter, pro ipsa medij rõne: secundo materialiter, p re denominata media. Si sumatur primo mõ, sic ẽ bonitas rõnis. Si secundo mõ, sic est res bona bonitate rõnis. Et primo mõ est finis moralis uirtutis: secundo aũt est id q̃ est ad finẽ. Vñ moralis uirtus eligit operationẽ, seu passionẽ talẽ, tantã &c. ut bonam secundum rõnem. Materia n. est propter formam, & id quod est ad finẽ, ut materiale, est finis, ipse autem finis, formale est.

¶ Tertio, q̃ quemadmodũ naturalis rõ dictat finẽ uirtutum moralium, ita dictat mediũ earũdem, inquãtũ opponit̃ extremo, s. excessui. Dictat siquidẽ naturalis rõ cuilibet, q̃ nõ sit irascendu, delectãdu, &c. plusquã oportet: sed an sit irascendũ, tristãdũ, delectãdũ, nihil vel vsq; ad tãtũ terminũ, non dictat naturalis rõ sufficiẽt̃ sine dẽtia absq; rõnis discursu. Propter qd & hoc naturæ dñt opiniones, & ad morale philosophiã, spectat hoc in cõi determinare, ut eiuidẽ nobis sit. Ad prudentiã aũt spectat in principiis. Nõ est pl9, uel minus delectandum &c. sed moderatẽ, & applicare eas ad particulares passiones. s.

*Ar. 5. huius quæst.

*Lib. 1. de inuentio ne in fol. 4. ante fi.

* Ar. 5. huius q. ar. 1.

Conclu. m

Conclu. p

ARTICVLVS VII.

Vtrũ ad prudentiã pertineat inuenire medium in uirtutibus moralibus.

AD SEPTIMVM sic ꝓcedit. Vr̃ q̃ ad prudentiã non pertineat inuenire mediũ in uirtutibus moralibus. Cõsequi n. mediũ est finis moraliũ uirtutum: sed prudẽtia nõ præstituit finẽ moralib. uirtutib. ut* ostensum est. ergo nõ inuenit in eis mediũ.

¶2 Præt. Illud qđ est p se, nõ vr̃ causam habere: sed ipsum esse est G subiiptius eã, quia unumquodque dr̃ esse per cãm suam: sed existere in medio conuenit virtuti morali per se, quasi positũ in eius diffinitione, ut ex* dictis patet. non ergo prudentia causat mediũ in uirtutib. moralib.

¶3 Præt. Prudentia operat̃ sm modũ rõnis: sed uirtus moralis tẽdit ad mediũ per modum naturæ, q̃a ut Tull. dicit in 2.* Rhethoricæ. Virtus est habitus per H modũ naturæ rõni cõsentaneus. ergo prudentia non præstituit medium uirtutibus moralibus.

SED CONTRA est, q̃ in suprapositã* diffinitione uirtutis moralis dr̃, quod est in medietate existens determinata ratione, prout sapiens determinabit.

RESPON. Dicẽdũ, q̃ hoc ipsum, qđ est cõformari rõni rectæ, est finis ꝓprius cuiuslibet uirtutis moralis. Tẽperantia n. I hoc intẽdit, ne ꝑ cõcupiscentias hõ diuertat a rõne: & sĩr fortitudo ne a recto iudicio rõnis diuertat, ꝑ timorem, uel audaciã: & hic finis ꝓstitut9 est homini sm naturalẽ rõnem. Naturalis n. rõ dictat unicuique, ut sm rõnẽ operet̃: sed quãr, & p q̃ hõ in operãdo attingat mediũ rõnis, ptinet ad rõnem prudentiæ. Licet n. attingere mediũ sit finis uirtutis moralis, tñ per K rectã dispositionẽ eorũ, q̃ sunt ad finẽ, medium inuenit. Et per hoc patet rñsio ad Primum.

AD II dicẽdũ, q̃ sicut agens naturale facit ut forma sit in mã, nõ tñ facit ut formæ cõueniãt ea, q̃ p se ei insunt: ita et prudẽtia mediũ cõstituit in passionibus, & operationib. nõ tñ facit q̃ mediũ q̃rere cõueniat uirtuti.

AD III dicẽdũ, q̃ virtus moralis p modum naturæ intendit F puenire ad mediũ: sed q̃a mediũ, sm quod medium, non eodẽ mõ inuenit̃ in oĩbus, iõ inclinatio naturæ, q̃ sp eodẽ modo operat̃, ad hoc non sufficit, sed requiritur ratio prudentiæ.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum præcipere sit principalis actus prudentiæ.

Nic. de Nyse tract. 5. par 3 po. 3. de Prud. q. 1.

AD OCTAVVM sic ꝓcedit. Vr̃ q̃ pcipere nõ sit principalis act9 prudẽtiæ. Præcipere n. ptinet ad bona, q̃ sunt fienda: sed Aug. 14. de Tri. ponit actũ prudentiæ præcauere insidias ergo præcipere non est principalis actus prudentiæ.

¶2 Præt.* Philo. dicit in 6. Eth. q̃ prudentis est bñ consiliari: sed alius actus, vr̃ esse consiliari & præcipere, ut ex supra † dictis patet. ergo prudentię principalis actus non est præcipere.

¶3 Præt. Præcipere, uel imperare vr̃ ptinere ad uolũtatẽ, cuius obiectũ est finis, & q̃ mouet alias potẽtias aĩæ: sed prudẽtia n̄ est in uolũtate, sed in rõe. ergo prudẽtiæ actus nõ est pcipere.

SED CONTRA est, quod* Phil. dicit in 6. Ethi. quod prudentia est præcipere.

RESP. Dicẽdũ, q̃ prudentia est recta rõ agibiliũ, ut supra* dictum est. Vñ oportet q̃ ille sit pcipuus actus prudentiæ, q̃ est pcipuus actus rõnis agibiliũ, cuius quidẽ sunt tres actus, quorũ primus est cõsiliari, qđ ptinet ad inuẽtionẽ. Nã cõsiliari est q̃rere, ut supra habitũ ẽ. Secũdus est iudicare de inuẽtis & hoc facit speculatiua ratio: sed practica rõ, q̃ ordinat̃ ad opus, ꝓcedit ulteri9. Et est terti9 act9 ei9 pcipere, q̃ quidẽ act9 cõsistit in applicatiõe cõsiliatorũ, & iudicatorũ ad operãdũ. Et q̃a iste act9 ẽ ꝓpinquior fini rõnis practicæ, inde ẽ, q̃ iste ẽ principalis act9 rõnis practicæ, & p cõsequẽs prudẽtiæ. Et hui9 signũ ẽ, q̃ pfectio artis cõsistit in iudicãdo, n̄ aũt in pcipiẽdo. Iõ reputat̃ melior artifex, q̃ uolẽs peccat in arte, quasi hñs rectũ iudiciũ, q̃ q̃ peccat nolẽs, quod vr̃ esse ex defectu iudicii: sed in prudẽtia est econuerso, ut dr̃ in 6.* Ethi. Imprudentior n. est qui uolens peccat, quasi deficiẽs in principali actu prudẽtiæ, q̃ est præcipere, q̃ q̃ peccat nolẽs.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ actus præcipiendi se extẽdit & ad bona ꝓsequẽda, & mala cauẽda:

hanc, ut iustitia &c. Et sic deinceps nam q̃ sit iustitia maior, nec minor q̃ oporteat nũc, sic, uel sic, in tali casu &c. Et hæc ẽ rõ, quare prudẽtiæ tribuit̃ inuenire mediũ, synderesi aũt præstituere finem.

¶ Quarto, q̃ mod9 inueniẽdi mediũ in moralib. a prudẽtia, ẽ ex parte materiæ, ita q̃ sicut in naturalib. agẽs disponẽdo materiã inducit formã in materiã, ita in moralib9 rõ determinãdo operationẽ, seu passionẽ, in qua saluatur rõ medij, & pcipiẽdo q̃ illa operatio eligat̃, facit q̃ appetit9 eligens [illegible] propter actionẽ in medio cõsistentẽ. qđ est eligere materiã [illegible] & id qđ est ad finẽ, puta, tñ, talem, q̃ sit mere [illegible] bonũ rationis, quod est medium.

¶ Ex his aũt patet & quo prudentia disponit ea, q̃ sunt ad finẽ, & quomodo per hoc [illegible] moralis eligẽ dicta, quum ad finẽ. Et propterea in Prima Secundæ dictum est, q̃ inueniendo dirigit in præstituendo finẽ, & non simpliciter [illegible] mouet uirtutem moralẽ [illegible] de potentia ad actũ, determinando, eligendo, & præcipiendo electionẽ illorũ & quæ magis in diffinitione moralis uirtutis posita est mediũ, q̃ finis, seu bonũ rationis, quia s. doctrina ex ꝓprijs, non ex cõibus esse debet [illegible] autem specificationem, & bonum rationis, ad finẽ sola cerit medium. Et sim liter specificat qualia

Porrecta per totum. 264 Inf. q. 53. ar. 2. Et 3. d. 33. q. 2. artic. 3. Et Ro. 8. lec. 1. Et Eph. 2. lec. 8. lib. 14. c. 9. circa fi. to. 5. * Li. 6. c. 5. in princi. to. 5. * Ar. 6 & 7. huius q. & 1. 2. q. 14. & 17.

* Li. 6. ca. 10. & in fi. li. tom. 5.

* Ar. 2. huius quęst.

* 1. 2. q. 3. ar. 2.

Conclu. m

* Li. 6. c. 5. non lõge a fine, t. 5.

sis est operatio eligẽda, ut media, felicitas, nõ extrema, & non dicit tantum in communi, quòd sit bona.

¶ In rñsione ad tertium, habes unde videre poteris aliam rõnẽ, quare virtus moralis nõ cõ esse à natura, q̃a s. mediũ nõ põt esse determinatũ à natura, q̃a natura determinata est ad vnũ. Mediũ aũt non vno, sed multis modis oportet esse propter ad rõne determinet in vnoquoq; secundum contingentia. Ex hoc namq; q̃ mediũ non est à natura determinatum, sequit̃ q̃ virtus, quæ natura est tendere ad mediũ, nõ est à natura, cũ natura gentia virtus ad vnũ determinata est, ut patet I habitu principiorũ.

SVPER QV. XLVII. ARTIC. IX.

IN arti. 9. in rñsione ad primũ aduerte, ut penetres ꝓprium significatũ solicitudinis, q̃ solicitus, sicut & solicito, solicitas, à cito derivat secundũ [illegible] & citus & solicitus dicitur simodẽ inueniuntur compositum, ut excito, suscito &c. inuenimus solicitus à solo & cito, mutato, o, in i, quasi ex solo, i. quieto loco motus. Sed q̃a non solum in actiua, sed passiua significatione inuenitur composita huiusmodi, ut patet de accitus, & propter loquendo, solicitus passiua hic significationem, quandoque ad idẽ, motum, ad similitudinẽ cõmotionis ex suo loco, inquietum [illegible]. Vnde quia ad in inquietudinem [illegible] agenda, cauenda, excitatur, impositũ est nomen solicitudinis, iõ propter significare videtur inquietis attentum. Quandoq; solicito nos, inquiete attendimus: & econuerso, quando inquiete attendimus, solliciti sumus. Et iuxta hunc significationẽ, ex vtroq; conuenienti [illegible] sacra scriptura visus communiter [illegible]. Et iuxta hanc significationem oportet [illegible] ad prudẽtiam [illegible] ad præcipuam

*Ar. 2. huius & 1. 2. q. 7.

Porrecta per totum. 265 Infr. q. 48 ar. vnico, ad 5. Et q. 14. a. 2. *Libr. 10. Etym. ca. 19. & incipit, Sapiens, inter princi. & medium. † ar. 1. huius quęst.

*Li. 4. c. 3. a medio, tom. 5.

In post prin. de mor. eccle. & ei opposito, tom. 1.

* Li. 10. c. 18. & incipit, Sapiens, inter pri. & medium.

& tñ pcauere insidias non attribuit Aug. prudẽtię quasi ad principalẽ actũ ipsius, sed q̃a iste actus prudẽtię nõ manet in patria.

AD II dicẽdũ, q̃ bonitas cõsilii requiritur vt ea, quæ sunt bene inuenta, applicentur ad opus. Et iõ pcipere pertinet ad prudẽtiã, q̃ ẽ bene cõsiliatiua.

AD III dicẽdum, q̃ mouere absolutẽ ptinet ad uolũtatem, sed pcipere importat motionẽ cũ quadã ordinatione: & iõ est actus rõnis, ut supra * dictũ est.

ARTICVLVS IX.

Vtrum solicitudo pertineat ad prudentiam.

AD NONVM sic ꝓcedit. Vr̃ q̃ solicitudo non ptineat ad prudẽtiã. Solicitudo n. inquietudinẽ quandã importat. Dicit enim* Isidor. in lib. Etym. q̃ solicitus dr̃, qui est inquietus: sed motio maximẽ ptinet ad uim appetitiuã. ergo & solicitudo: sed prudentia nõ est, in vi appetitiua, sed in rõne, ut supra † habitum est. ergo solicitudo non pertinet ad prudentiam.

¶2 Præt. Solicitudini vr̃ opponi certitudo veritatis. vnde dr̃ 1. Reg. 9. q̃ Samuel dixit ad Saul. De asinis, quas nudiustertius pdidisti, ne solicitus sis, quia inuentæ sunt: sed certitudo ueritatis ptinet ad prudentiã, cũ sit virtus intellectualis. ergo solicitudo opponitur prudentiæ magis, quam ad eam pertineat.

¶3 Præt.* Philos. dicit in 4. Ethi. q̃ ad magnanimũ ptinet pigrũ esse, & otiosum: pigritię aũt opponit̃ solicitudo. cũ ergo prudentia non opponat̃ magnanimitati, q̃a bonum nõ est bono contrariũ, ut dicitur in Predicamentis. ergo uidetur q̃ solicitudo non pertineat ad prudentiã.

SED CONTRA est, quod dr̃ 1. E Petr. 4. Estote prudẽtes, & uigilate in orationibus: sed vigilantia est idẽ solicitudini. ergo solicitudo pertinet ad prudentiã.

RESP. Dicẽdũ, q̃ sicut dicit* Isid. in li. Ety. Solicitus dr̃ quasi solers citus, inquãtum s. aliquis ex quadã solertia animi uelox est ad ꝓsequẽdũ ea, q̃ sunt agẽda. Hoc aũt ptinet ad prudentiã, cuius pcipuus actus est circa agẽda pcipere de pconsilia- A tis, & iudicatis. Vñ * Philo. dicit in 7. Ethi. q̃ oportet operari quidẽ uelociter cõsiliata, cõsiliari aũt tardẽ. Et inde est, q̃ solicitudo propriẽ ad prudentiã ptinet. Et ꝑ hoc* Aug. dicit lib. de moribus Ecclesiæ, q̃ prudentiæ sũt excubię, atq; diligẽtissima uigilantia, ne subrepẽte paulatim mala suasione fallamur.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ motus quidem pertinet ad uim B appetitiuã, sicut ad principium mouens tamen secundum præceptũ, & directionem rõnis, in quo consistit rõ solicitudinis.

AD II dicẽdũ, q̃ sm* Phil. in 1. Ethi. Certitudo nõ est similiter q̃renda in oĩbus, sed in unaquaq; materia sm propriũ modũ. Quia verò materiæ prudentiæ sunt singularia contingentia, circa quæ sunt operationes humanæ, non potest certitudo C prudentiæ tanta esse, quòd omnino solicitudo tollatur.

AD III dicẽdũ, q̃ magnanimus dr̃ esse piger, & otiosus, nõ q̃a de nullo sit solicitus, sed q̃a nõ est supfluẽ solicitus de multis: sed cõfidit in his, de q̃bus cõfidẽdũ est, & circa illa nõ supfluẽ solicitatur. Superfluitas n. timoris, & diffidẽtiæ facit supfluitatẽ solicitudinis: q̃a timor facit cõsiliari nos, ut s.* dictũ ẽ, D cũ de passione timoris ageret.

ARTICVLVS X.

Vtrum prudentia se extendat ad regimen multitudinis.

AD DECIMVM sic ꝓcedit. Vr̃ q̃ prudẽtia nõ se extendat ad regimen multitudinis, sed solũ ad regimẽ suijpsius. Dicit n.* Phil. in 5. virt9 relata ad bonũ cõe ẽ iustitia: sed prudẽtia differt a iustitia. ergo prudẽtia nõ refertur ad bonum commune.

¶2 Præt. Ille vr̃ esse prudens, q̃ sibiipsi bonum quærit, & operatur: sed frequenter illi, qui q̃runt bona cõmunia, negligunt sua. ergo non sunt prudentes.

¶3 Præt. Prudentia diuidit contra tẽperantiã, & fortitudinẽ: sed tẽperãtia, & fortitudo uidẽtur dici solũ p cõparationẽ ad bonũ ꝓpriũ. ergo et prudẽtia.

SED CONTRA est, qđ Domin.* dicit Mat. 24. Quis puta ẽ fidelis seruus, & prudẽs, quẽ costi-

dũ, ad cauẽdum, circumspiciendũ, discẽdum &c. maximẽ ad prudẽtiã spectat. Vñ Apost. solicitudinem oĩum se hẽre ecclesiarũ cõfessus q̃ inquietẽ attẽdebat, quo ꝓficiebant, in quo deficerẽt, quo egerẽt &c. Nec id dicimus, ut Isidorũ reprehendamus, q̃a ille nõ derivationẽ, sed etymologiam uocabuli dixit iuxta rei significatum, uel literarũ similitudinẽ: quẽ in plurib9 locis afferi author ueritati & his minimis locis sanctorũ patrũ ad clarificãdam rem his specialiter, quos sacrorũ doctorũ lectio caret. Explanatur nihilominus ea illa etymologia, q̃ solicitus est actiuẽ citus i. festinus. Qui n. ingẽtẽ audit aliquid, festinẽ exequitur, cũ semper est, & potest, alioquin non inquietẽ attendebat: quærit n. hic quiescere.

¶ In rñsione ad primũ aduerte, q̃ solicitudo, seu inquieta attẽtio, nisi sit ratione regulata, non spectat ad prudẽtiã. Et ꝓpterea author solicitudinis vocabulũ ad bonum determinans, quia multi ad effundẽdũ sanguinẽ soliciti sunt, dixit, q̃ cõsistit in pcepto, & directione rõnis. Porro autẽ hoc ipsũ dixisse, q̃a licet solicitudo absolutẽ ad bonum, & malũ sit, in morali tamen scientia ad bonũ tantum usurpata est.

SVPER QV. XLVII. ARTIC. X.

IN ar. 10. in rñsione ad secũdum, dubiũ occurrit circa illud, Bonũ ꝓpriũ non põt esse sine cõi, & circa ꝓbationẽ. Nã põt q̃s habere bonum honestũ, puta, uirtutẽ temperantiæ, & utile, puta, diuitias & delectabile in loco, uel hulo absq; cõi bono. Nec ex hoc q̃ Romani amabãt magis cõmunes, q̃ proprias diuitias, probatur, q̃ propriæ nõ possunt esse absq; communibus.

¶ Ad hoc dicit, q̃ author loquit̃ ad literã de bono utili, & delectabili, & intentio, q̃ nõ ꝓt haberi solum [illegible] ratione bonũ [illegible] relatione

*Li. 6. c. 9. parum à prin. to. 5.

Conclu. m

*C. 24. in medio illius, to. 1.

*Li. 1. c. 3. circa pri. & c. 7. circa fi. to. 5.

* 1. 2. q. 44 art. 2.

Porrecta per totum. 266 Inf. q. 49. ar. 5. ad 3. Et 2. q. 22 ar. 1. cor. *Li. 5. c. 1. circa finẽ pricipuũ, tom. 5.

Universidad de Deusto Biblioteca

*Li.5.c.1. circa finẽ videt' in- finito. 5.

relatione ad bonum cõe, hoc est, nisi proprium pro eõ bono sit paratum, non recta rõne habetur. Et hoc probatur per Romanos nõ abdicatione suorum bonorũ, sed ex recta ratione propria bona pro cõmunibus sic ponebãt, ut mallent propria nõ habere, communitate ea habẽte, quàm communitatẽ non habere, & se habere. Optimum autẽ fuisset & ipsos, & cõmunitatem habere.

SVPER QV. XLVII. ARTIC. XI.

IN art. 11. eiusdẽ q. dubium occurrit multiplex. Primum est, Quo pacto 1 virtute boni viri includit virtus principis, cum distinguant specie, vt in corpore ar. dr prudentia monastica, q̃ est virtus boni uiri, & prudẽtia politica, quæ est uirtus principis. Scdm est, Quo pacto valet 16 litera, qa ad bonum uirũ pertinet posse bene principari, & bene subijci. Ex hoc n. si sequitur, q includat virtutem principis, sequitur ẽt q includat virtutem subditi, pari rõne. Et cum uirtus principis distinguatur specie à virtute subditi, ut in litera dr ex Aristotele, sequitur, q virtus boni viri includat oppositas virtutes. Tertium dubium est, qa falsum est, q ad bonũ uirũ spectet posse bene præesse, & subesse. Multi enim sũt viri boni, q non possent bene præesse, ut experientia testatur. Quartũ est dubium politicũ in pcedenti lib. de q. 9. Quare s. virt' boni viri magis identificetur uirtuti principis, q̃ ciuis, ut dicamus, q eadem est virtus boni uiri, & boni principis, & q nõ est eadem uirtus boni uiri, & boni ciuis, cum sẽd bonũ ciuem spectet posse bene pesse, & subesse, ut in eodem 3. Politicorum dicitur. (Conclu. m)

*Li.4.c.4. in titulo de Aula familia sine.

¶Ad horum euidentiam scito, q sunt hic quatuor genera uirtutum. s. virtus uiri, virtus ciuis, uirtus subditi, & uirtus principis, & ut in primo Politicorũ capite pe-

*Li.5.c.8. inter mediũ & fi. tom. 1.

*Li.5.c.1. à medio, tom.5.

tuit dominus sup familiã suã? F

RESPON. Dicendum, q* sicut Phil. dicit in 6. Ethi. Quidã posuerũt q prudẽtia non se extẽdit ad bonum cõe, sed solũ ad bonũ propriũ: & hoc ideò, qa existimabat q non oportet hominẽ q̃rere nisi bonũ propriũ: sed hæc æstimatio repugnat charitati, q̃ nõ q̃rit q̃ sua sunt, vt dr 1. Ad Cor. 13. Vñ & Apo. de seipso dicit 1. ad Cor. 10. Nõ quærens quod mihi vtile sit, sed G quod multis, ut salui fiant. Repugnat ẽt rõni rectæ, quæ hoc iudicat, q bonũ cõe sit melius, q̃ bonum unius. Quia ergo ad prudentiã pertinet rectè consiliari, iudicare, & præcipere de his, per q̃ peruenitur ad debitũ finẽ, manifestũ est, q m prudentia nõ solũ se habet ad bonum priuatũ unius hominis, sed etiã ad bonũ commune multitudinis*.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q H Philos. ibi loquit de uirtute morali. Sicut aũt omnis virtus moralis relata ad bonum cõe, dicitur legalis iustitia: ita prudentia relata ad bonum cõe, vocatur prudentia politica. Nam sic se habet politica ad iustitiam legalẽ, sicut se hẽt prudẽtia simpliciter dicta ad uirtutem moralẽ.

AD II dicẽdũ q ille, qui q̃rit bonum cõe multitudinis, ex cõsequenti ẽt quærit bonum suũ I pp duo. Primò quidẽ, quia bonum proprium non potest esse sine bono cõi vel familiæ, uel ciuitatis, aut regni. Vñ Maximus Valeriu* dicit de antiquis Romanis, q mallebant esse pauperes in diuite imperio, q̃ diuites in paupere imperio. Secundò, qa cũ hõ sit pars domus, uel ciuitatis, oportet q hõ cõsideret quid sit sibi bonũ ex hoc, q est prudens circa bonũ multitudinis. K Bona n. dispositio partiũ accipit ẽm habitudinẽ ad totum, qa vt* Aug. dicit in lib. confess. Turpis est oĩs pars suo toti nõ cõueniens, uel non congruens.

AD III dicẽdum, q ẽt temperantia, & fortitudo possunt referri ad bonũ cõe. Vñ de actib' earũ danẽ pcepta legis, ut dr in 5.* Ethi. Magis tñ prudentia, & iustitia, quæ pertinent ad partẽ rõnalem, ad quam directè pertinent communia, sicut ad partẽ sensitiuam pertinẽt singularia.

ARTICVLVS XI.

Vtrum prudentia, quæ est respectu boni proprij, sit eadem specie cum ea, quæ se extendit ad bonũ commune.

AD VNDECIMVM sic pcedit. Vr q prudẽtia, q̃ est respectu boni pprij, sit eadẽ specie cum ea, q̃ se extẽdit ad bonum cõe. Dicit. n.* Philo. in 6. Ethi. q politica, & h prudentia idẽ habitus est: esse aũt, nõ idem ipsis.

¶2 Præt.† Phil. dicit in 3. Politicæ, q eadẽ ẽ virt' uiri boni, & boni principis: sed politica maximè ẽ i principe, i quo ẽ sicut architectonica. cũ ergo prudentia sit uirtus boni uiri, vr q sit idẽ habit' prudẽtia, & politica.

¶3 Præt. Ea, quorũ unũ ordinatũ ad aliud, non l diuersificãt speciẽ, aut subiectũ habit': sed bonũ propriũ, qđ pertinet ad prudentiã simpliciter dictã ordinatur ad bonũ cõe, quod pertinet ad politicam. ergo politica, & prudẽtia non differunt specie, neq; ẽm habitus substantiam.

SED CONTRA est, q diuersæ sciẽtiæ sunt politica, q̃ ordinatũ ad bonũ cõe ciuitatis: & œconomica, q̃ de his ẽ, q̃ ptinẽt ad bonũ cõe dom', uel familiæ: & monastica, q̃ est de his q̃ ptinẽt ad bonũ vni' psonæ. ergo pari rõne & prudẽtiæ sunt spẽs diuersæ, ẽm hãc diuersitatẽ materiæ.

¶2 Præt. Circumstantiæ magis uidentur pertinere ad uirtutes morales, q̃ ad prudentiam: sed circũspectio nihil aliud esse uidetur, q̃ respectus circumstantiarum. ergo circumspectio magis uidetur ad morales ptinere uirtutes quàm ad prudentiam.

¶3 Præt. Qui põt uidere q̃ pcul sunt, multo magis põt uidere quæ circumstant: sed p prouidentiam homo est potens pspicere q̃ pcul sunt. ergo ipsa sufficit ad considerandũ ea, q̃ circũstant. non ergo oportuit præter puidentiam ponere circunspectionem partem prudẽtiæ.

Sed contra est authoritas Macrobij, ut dictum † est.

Respon. dicẽdũ, q ad prudẽtiam, sicut dictum * est pcipuẽ ptinet rectè ordinare aliquid I finem. Quod quidem rectè nõ fit, nisi & finis bon* sit, & id, qđ ordinaf in finẽ, sit ẽt bonum, & conueniẽs fini: sed qa prudentia, ut dictũ* est, est circa singularia operabilia, in quib. multa concurrunt, contingit aliquid fm se consideratũ esse bonũ, & conueniens fini, qđ tñ ex aliquibus concurrentibus reddif uel malũ, uel non opportunum ad finem. Sicut ostendere signa amoris alicui fm se cõsideratũ, uidef esse cõueniens ad alliciẽdum eius animum ad amorem. Sed si contingat in aio illius superbia, uel suspicio adulatiõis, non erit hoc conueniens ad finem: & ideò necessaria est circunspectio ad prudentiã, ut s. homo id, quod ordinatur in finem, comparet etiam cum his, quæ circumstant.

Ad primum ergo dicendũ, q licẽt ea, quæ pñt circumstare, sint infinita: tñ ea, quæ circunstant in actu, non sunt infinita, sed pauca q̃dam sunt, quæ immutãt iudiciũ rõnis in agendis.

Ad II dicẽdũ, q circũstãtiæ ptinent ad prudẽtiam quidem sicut ad determinãdum eas: ad uirtutes autem morales, inquãtum per circunstantiarum determinationem perficiuntur.

Ad III dicẽdũ, q sicut ad puidentiam ptinet pspicere id, quod est p se cõueniens fini, ita ad circunspectionẽ ptinet considerare, an sit cõueniẽs fini secundũ ea, q̃ circũstãt. Vtrunque aũt horũ habet specialem difficultatem: & iõ utrũque eorum seorsum ponif pars prudentię.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum cautio debeat poni pars prudentiæ.

Ad octauum sic pcedif. Vr q cautio non debeat poni pars prudentiæ. In eis enim, in quibus malum nõ potest esse, non est necessaria cautio: sed uirtutib. nemo male utif, ut dicit Aug. in lib.* de lib. arb. ergo cautio non ptinet ad prudentiã, quę est directiua uirtutum.

¶2 Pręt. Eiusdẽ est puidere bona, & cauere mala, sicut eiusdẽ artis est facere sanitatem, & curare ægritudinem: sed puidere bona ptinet ad prudentiam. ergo ẽt cauere mala. non ergo cautio debet poni pars alia prudentię à prouidentia.

¶3 Pręt. Nullus puidens conaf ad impossibile: sed null* potest pcauere omnia mala, quę possunt contingere. ergo cautio non pertinet ad prudentiam.

Sed contra est, q Apostolus dicit ad Eph. 5. Videte quomodo cautè ambuletis.

Respon. Dicẽdũ, q ea, circa quæ est prudentia, sunt contingẽtia operabilia, in qb. sicut uerum põt admisceri falso, ita & malum bono pp multiformitatẽ huiusmodi operabiliũ, in quib. bona plerumque impediunf à malis, & mala habent spẽm boni. Et iõ necessaria est cautio ad prudẽtiã, ut sic accipianf bona, quòd uitenf mala.

Ad primum ergo dicendũ, q cautio non est necessaria in moralibus actibus, ut aliqs sibi caueat ab actibus uirtutũ, sed ut sibi caueat ab eis, per quę actus uirtutũ impediri possunt.

Ad II dicendũ, q opposita mala cauere eiusdem rõnis est, & psequi bona: sed uitare aliqua impedimenta extrinseca, hoc ptinet ad aliam rõnem. Et iõ cautio distinguif à puidentia, q̃uis utrumque pertineat ad unam uirtutem prudentiæ.

Ad III dicendũ, q malorũ, q̃ homini uitãda occurrunt, q̃da

SVPER Q. XLIX. ART. VI.

Nic. de Nyss Trac. 3. p. 3 pa. 3. de pu. q 3.

In arti. 6. in rñsione ad primũ, dubium occurrit: quia non apparet quin sumendo prudentiam propriè, vt s. è pceptiua eorũ, quæ sunt ad finẽ virtutis idẽ ponaf pars suiipsius, dum prouidentia ponif pars prudentiæ. Prouidentia n. humana ut ad prudentiã spectat nihil aliud est, q̃ iõ pceptiua eorum, quæ sunt ad finem uirtutis.

¶Ad hoc dr, q diligẽter notanti rñsionem lræ, apparet solutio consistens in hoc, q prudentia põt dupliciter sumi. Vno mõ, ut significat formalẽ & principalem prudentiæ partem, quæ est recta ratio præceptiua, ut s. distinguitur à cæteris ad ipsam requisitis: & sic prudentia est prouidentia, ut in corpore ar. probatur. Alio modo, ut significat eandem partem, & oẽs alias in ordine ad ipsam & sic est uelut nomen cumulatiuum, formaliter ut principalem partem importans, quasi sicut aiam figuricans aiam in concreto. Et sic prouidentia, ponitur principalis, & formalis pars eius ac si diceretur, q esse præceptiuum eius quod est ad finem uitæ humanæ, est pars prudentię cõnumerata septẽ alijs. Aduerte tñ, q prudẽtia [illegible] modo coincidat cum prouidentia, non tñ ita coincidere accipias, ut synonima: quia formaliter distinguunt, sicut cõe, & propriũ. Nam prouidentia actum, qui est recte ordinare prudentia uero actum, qui est recte præcipere, respicit formaliter. Cõstat aũt q præcipere se hẽt ad ordinare ut inferius ad superius. Vñ ista prouidentia penes ordinationem semper declaratur & includere dr recte ordinare ad finem rectitudinem consilij iudicij & præcepti in rñsione ad secũ. Posset tñ aliter prouidẽtia poni pars prudentiæ ut in præceptiua est, ponendo q prouidentia non ponitur pars prudentiæ, nisi sedm q dicit cognitionem futurorum. Et sic prouidentia non pertineret ad applicationem, sed ad cognitionem prudentiæ, ut s. duæ ad acquisitionem, s. docilitas & solertia ad ipsam cognitionẽ scilicet memoria præteritorum intellectus, præsentium, prouidẽtia futurorum & vna ad usum cognitionis s. rõ & duæ ad applicationẽ, s. circũspectio & cautio ipsa applicatio medij accommodi non pars sed substantia prudentię poneretur, quæ in recto præcepto cõsistit. Exigit namq; prudẽtia considerationem futurorum euentuũ, & non solum exercẽdorum per nos, licet ab homine male cognosci possint: propter quod incertę dicuntur prouidentiæ nostræ, sapien. 14.

SVPER Q. XLIX. ARTIC. VII. ET VIII.

In art. 7. & 8. simul dubiũ occurrit, quia, ea quo ad prudentiã spectat actũ, secundũ se cõgruunt fini, & ad circũspectionẽ actus sedm circũstãtias cõgruus sint, & eiusdẽ rõnis ẽ facere bonũ, & uitare malũ oppositũ, cõsequens est, q uitatio mali oppositi bonitati actus secũdum se, q sedm suas circũstãtias, non spectat ad cautionẽ, sed primũ ad prudẽtiã, secũdũ ad circũspectionẽ. Quod ẽ ergo illud malũ, p quo uitãdo opus est cautione? Si dicas, ut litera dicit I rñsione ad secũdũ & I. ar. q est malũ extrinsecorũ impedimẽtorũ, optimẽ dr in ordine ad substãtiã actus, sed nõ in ordine ad circũstãtias qa circũstãtiæ & extrinseca mala excludunt, ut patet discurrẽti p circumstantias. Et cõfirmatur: qa in litera 7. art. extrinseca mala euentuũ uitare, ad circũspectionẽ spectare dr in exẽplo de ostẽsione signi amoris ad alliciendũ &c. ut patet ibi. Et augef dubiũ, qa in corpore octaui art. dr, q ad cautionẽ spectat uitare mala, q habent speciem boni. Cõstat n. q mala ex gñe ad prudentiã, mala ex circũstãtiis ad circũspectionem, uitare spectat. Quæ ergo sunt illa alia mala habentia boni speciẽ uitanda à prudentia, præter ẽ extrinseca impedimenta, quæ condiuidunt istis malis?

¶Ad hoc dr, q licet facile dici ab aliquo posset, q hæc tria in hoc distinguũtur, q prudẽtia respicit actũ ut bonum ex gñe ad finẽ: circũspectio ut bonũ ex circũstãtiis: cautio ut remotũ à malis utriq; bonitati oppositis, ita q illa duo respiciant actũ sedm terminum ad quẽ, s. bonitatem: hoc aũt tertiũ respiciat eundẽ sedm terminũ a quo. Quia tñ author actus istos distinguit sedm proprias difficultates, nec est alia difficultas recessus à malo, & accessus ad bonũ oppositũ, sed eadẽ: ò aiẽdẽdũ est, q in litera tria mala numerãtur ad cautelam spectãtia, scilicet extrinsecorũ impedimentorũ, & habentia boni spẽm, & ex eisdẽ, q dr in rñsione ad ultimum addi vr. Ita q intẽtio authoris est, q actus sint cõsonus sedm se tanq̃ bonus ex gñe, & bonus ẽ ex circũstãtiis, eget cautela ad euitãdũ mala extrinsecorũ impedimẽtorũ. uerbi gratia, Actus ieiunandi pp castitatem, qñ oportet &c. eget cautione, vt nõ euitet ire ad socios tales, q sdu cẽt fortè ad frangendũ ieiunium. Et qm huiuś impedimenta cõtingũt dupliciter, scilicet sedm manifestã oppositionem, & secundũ occultã sub specie boni, & subtili acumine opus est ad cõprehẽdẽdũ latẽtes sub specie boni insidias, author cõtra impedimenta distinxit mala sub specie boni, quasi occulta contra aperta.

¶Patet aũt ambo spectare ad cautionẽ ex eo, q cautos dicimus, q incidũt in quoslibet horum. Euentus aũt mali sunt in duplici ordine, quidã pertinẽtes ad circũstãtias, & hi ptinẽt ad circunspectionẽ: & talis est euẽtus in exẽplo literæ, spectat n. ad circũstãtiã circa quid. Amãs enim aliquem dẽt pspicere, qualis ẽ quẽ amat, & ex consideratione conditionũ psonæ amatæ, q est materia, & obiectum amoris, circũstantias actui adhibere. Quidam aũt ex extrinsecis ab actu, & circũstantiis proueniunt, ut illi qui consequũtur impedimenta tã aperta, quãm sub specie boni, & tales spectant ad cautionem. Breuiter autem dicitur, & sine tot difficultatibus resoluẽ, quòd circunspectio ad actum utionis internos spectat, & habet pro obiecto circumadiacentia, & obuenire possibilia bona, & mala, ut ipsum nomen circunspectionis sonat. Cautio verò ad actum applicandũ spectat, & ad mala tantum uitanda refertur. Oportet namque rationẽ practicam vtrunque actum habere, scilicet uidere circum-

Universidad de Deusto Biblioteca

circumquaq;. & uitali misione applicando ad uitandũ mala. Vnde incircumspectos dicimus, qui nõ uident circumquaque: incautos uerò, qui licet circũspiciãt omnia, nõ tamẽ student, ut uitent mala, quæ præuidẽt. Et per hoc solutio omnium pateret, nisi obstaret, q author circũspectionem ad applicationem pertinere posuit, & ideò sola prior solutio cõsona authori uidetur.

SVPER QV. L. ARTC. I.

IN q.50.arti.1. dubium occurrit circa illud dictum, scilicet q leges ponere ñ conuenit alijs principantibus, & populo, nisi secundùm quòd participant aliquid de regimine regio. Videtur enim oppositum, quia rex participat populum, & non econtra: quoniã rex fit naturaliter à populo, & rex quasi gerens uicem totius populi, leges ponit. ¶Ad hoc dicitur, q licèt prima facie uideatur distinguẽdũ, & dicendum, q regimen regium, & populare comparat dupliciter, s. ordine formali: & sic eum perfectiora in entibus sint exemplaria imperfectiorum, regimen regium, utpotè perfectissimum, est exemplar omnis regiminis, ac per hoc in litera dicit quòd alij principatus, uiã popularis, intantum leges ponunt, inquãtum participant regimen regium: uel ordine generationis, & sic regimen populare secundùm aliam electionis est prius regimine regis, ut obijciendo dicitur: Sed si diligenter consideretur, q electio regiminis non est pars regiminis, sed prærequi ad omnem speciem regiminis, ad electionem si quidem populi spectat secundũ naturale ius, an populare, an optimatum, an regale sit futurum regimen, manifestè patet, q hic etiam, secundùm generationis ordinẽ, regalis principat' dependet à populari, q

Porrecta per totum. 282
Sup.q.48. arti.unic. cor. Et 3. di.33.q.3 art.1.q.4.
*Li.5.c.6. a med. tomo 5.
*Li.3.Polit.c.5.t.5.
*Li.5.Etymol.c.10.
†Li.6.c.8. paulo a prin.to.5.
*Li.3.c.3. post mediũ to.5.

sunt, q ut in pluribus accidere solent, & talia cõprehẽdi rõne põt: & contra hæc ordinat cautio, ut totaliter uitentur, uel ut minus noceãt. Quædã verò sunt, q ut in paucioribus, & casualiter accidũt: & hæc cũ sint infinita, rõne cõprehendi non põt, nec homo sufficit ea præcauere: quis per officium prudentiæ hõ contra oẽs fortunæ insultus disponere possit, ut minus lædat.

QVAESTIO L.

De partibus subiectiuis prudentiæ, in quatuor articulos diuisa.

POstea considerandũ est de partibus subiectiuis prudẽtiæ. Et qa de prudentia, p quã aliquis regit seipsum, iam dictũ est, restat nunc dicẽdum de speciebus prudentiæ, quibus multitudo gubernatur.

CIRCA quas quæruntur quatuor.

¶Primò, Vtrũ lex positiua debeat poni species prudẽtiæ.
¶Secundò, Vtrum politica.
¶Tertiò, Vtrum œconomica.
¶Quartò, Vtrum militaris.

ARTICVLVS I.

Vtrum regnatiua debeat poni species prudentiæ.

AD PRIMVM sic proceditur. Vr q regnatiua non dẽat poni species prudentiæ. Regnatiua.n. ordinatur ad iustitiã conseruandam. dicitur.n. in 5.*Eth. q princeps ẽ custos iustitiæ. ergo regnatiua magis ptinet ad iustitiam, q ad prudentiam.

¶2 Præt. Secundũ Phil.* in 3.Polit. regnũ est una sex specierum politiarũ: sed nulla spẽs prudẽtiæ sumitur ẽm alias quinque politias, q sunt aristocratia, timocratia, tyrãnis, olicratia, democratia. ergo nec secũdũ regnum debet sumi regnatiua.

¶3 Præt. Leges ponere nõ solũ ptinet ad reges, sed ẽt ad quosdã alios principat*, & ẽt ad populum, ut patet p Isido.* in lib. etymol. sed Philos. in 6.†Eth. ponit legis positiuam partem prudentiæ: inconuenienter ergo loco eius ponitur regnatiua.

SED CONTRA est, q Phil. dicit* in 3. Poli. q prudẽtia est ppria uirt* principis. ergo spalis prudẽtia debet esse regnatiua.

RESPON. Dicẽdũ, q sicut ex supra dictis* patet, ad prudẽtiã pertinet regere, & præcipere: & iõ ubi inuenitur specialis rõ regiminis, & præcepti in humanis actibus, ibi ẽt inuenitur specialis rõ prudentiæ. Manifestũ est aũt, q in eo, q nõ solũ seipsum hẽt regere, sed ẽt cõitatẽ pfectã ciuitatis, uel regni, inuenit spalis & perfecta rõ regiminis. Tantò.n. regimen pfectius est, quantò uniuersalius est ad plura se extẽdens, & ulteriorẽ finem attingens: & iõ regi, ad quẽ pertinet regere ciuitatem, uel regnũ, prudentia competit ẽm specialẽ & perfectissimam sui rõnem. Et propter hoc regnatiua ponitur species prudentiæ.

*q.47.artic.8.
Conclu.

AD PRIMVM ergo dicendum, q omnia, quæ sunt uirtutum moralium, pertinent ad prudentiã, sicut ad dirigentem: vnde & rõ recta prudentiæ ponit in diffinitione uirtutis moralis, ut supra* dictũ est. Et iõ ẽt executio iustitiæ, prout ordinatur ad bonum cõe, quod pertinet ad officiũ regis, indiget directione prudẽtiæ. Vnde istæ duæ uirtutes sunt maximè propriæ regi. s. prudentia, & iustitia, ẽm illud Hiere. 23. Regnabit rex, & sapiẽs erit, & faciet iudiciũ, & iustitiam in terra. Quia tñ dirigere magis ptinet ad regem, exequi aũt ad subditos: ideo regnatiua magis ponitur species prudentiæ, quæ est directiua, quàm iustitiæ, quæ est executiua.

*q.47.ar.5.ad 1.ar. pcipue & 1.2.q.58. ar.1.&2. ad 4.&arti.4.

AD II dicẽdũ, q regnum inter alias politias est optimũ regimen, ut dr in 8.* Ethic. Et ideò species prudentiæ magis debuit denominari a regno, ita tamen q sub regnatiua comprehendantur omnia alia regimina recta, non autem peruersa, q uirtuti opponuntur: undẽ non pertinent ad prudentiam.

*Li.8.ca.10. circa prin. to.5

AD III dicẽdũ, q Philos. denominat regnatiuã à principali actu regis, q est leges ponere: qd etsi conueniat alijs, non conuenit eis, nisi secundùm quòd participant aliquid de regimine regis.

ARTICVLVS II.

Vtrum politica conuenienter ponatur pars prudentiæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr q politica incõuenienter ponat pars prudẽtiæ. Regnatiua.n. est pars politicæ prudẽtiæ, ut dictũ* est: sed pars nõ dẽt diuidi cõtra totũ. ergo politica nõ dẽt poni alia spẽs prudẽtiæ.

*Ar. præc.

¶2 Præt. Spẽs habituum distinguunt ẽm diuersa obiecta: sed eadem sunt, q oportet regnãtẽ pcipere, & subditũ exeq. ergo politica secundum q pertinet ad subditos, non dẽt poni spẽs prudẽtiæ distincta à regnatiua.

¶3 Præt. Vnusquisque subditorũ est singularis psona: sed qlibet singularis psona seipsam sufficienter dirigere potest per prudentiam communiter dictam. ergo non oportet poni aliam speciem prudentiæ, quæ dicatur politica.

in litera populus uocatur: magis autẽ distinguendum est de populi significatiõe. Quandoq;.n. sumitur populus pro regimine populari. quandoque autẽ pro ipso populo. Regimen autem regium à populi quidem electione dependet, qui uota sua, & potestatem in eum transtulerunt: & ppterea vices populi gerere dicitur. Non dependet autẽ à regimine populari, sed econtra, ut in litera dicitur, nec uices illius gerit.

SVPER QV. L. ART. II.

IN ar.2. in rñsione ad secundum aduerte, quòd politica, quæ quasi manualis est, non unius, sed multarum est specierum iuxta multitudinem formaliũ partium ciuitatis: sicut nautica distinguitur in eam quæ regit temonem, & eam quæ regit remos &c. Propter huiusmodi.n. diuersitatẽ diximus superius ex Aristot. esse tot genera uirtutum. Simile enim est in omnibus huiusmodi: propter quod etiam œconomica in multas species diuiditur eadẽ ratione, pp diuersas scilicet partes formales.

Porrecta per totum. 283
Locus sup. art.1. notat.

cienter

SED CONTRA est, qd Phil. dicit* in 6. Eth. Eius autem quæ circa ciuitatem, hæc quidem architectonica prudentia legis positiua: hæc autem commune nomen habet politica, circa singularia existẽs.

*Li.6.c.8. ad princ. tom.5.

RESPON. Dicendũ, q seruus per imperium mouet à dño, & subditus à principãte, aliter tñ q irrationabilia, & inanimata moueant à suis motorib. Nã inanimata, & irrõnabilia agunt solũ ab alio, nõ aũt ipsa agũt seipsa, qa nõ habẽt dominiũ sui act' p liberũ arbitriũ: & iõ rectitudo regiminis ipsorũ nõ est in ipsis, sed solũ in motoribus. Sed homines serui, vel qcũq; subditi, ita agunt ab alijs p pceptũ, q tñ agũt seipsos p liberũ arbitriũ: & iõ reqrit i eis qdã rectitudo regiminis, p quã seipsos dirigant in obediendo principantibus. Et ad hoc pertinet species prudẽtiæ, quæ politica vocatur.

Conclu.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q sicut dictum* est, regnatiua est perfectissima species prudẽtiæ: & iõ prudentia subditorum, q deficit à prudẽtia regnatiua, retinet sibi nomen cõmune, ut prudẽtia dicatur: sicut in logicis conuertibile, qd non significat essentiam, retinet sibi commune nomen proprij.

*In corp ar. & in solut. argu art. præce.

AD II dicẽdũ, q diuersa rõ obiecti diuersificat habitũ ẽm speciẽ, ut ex supra dictis* patet. Eadem aũt agẽda cõsiderant qdẽ à rege ẽm vniuersaliorẽ rõnẽ, q cõsiderent a subdito, q obedit. Vni.n. regi in diuersis officijs multi obediunt: & iõ regnatiua comparatur ad hanc politicã, de qua loquimur, sicut ars architectonica ad eam, quæ manu operat.

*q.47.ar.5.& 1.2. q.54.a.2.

AD III dicẽdũ, q p prudẽtiã cõiter dictam regit hõ seipsum i ordine ad pprium bonũ: p politicã autem, de qua loquimur, in ordine ad bonum cõe.

ARTICVLVS III.

Vtrum œconomica debeat poni species prudentiæ.

AD TERTIVM sic pcedit. Vr q œconomica nõ debeat poni spẽs prudentiæ. Quia ut Phil. dicit* in 6. Eth. prudẽtia ordinat ad benè viuere totum: sed œconomica ordinat ad aliquẽ particularẽ finẽ, s. ad diuitias, vt dr in 1.* Eth. ergo. œconomica non est species prudentiæ.

¶2 Præt. Sicut supra habitũ est, prudẽtia nõ est nisi bonorũ: sed œconomica põt ẽt esse malorum. multi enim peccatores puidi sunt in gubernatione familiæ. ergo œconomica nõ debet poni species prudentiæ.

¶3 Præt. Sicut in regno inuenit principãs, & subditus, ita ẽt in domo: si ergo œconomica est spẽs prudentiæ, sicut & politica, deberet ẽt paterna prudentia poni, sicut & regnatiua: non aũt ponit. ergo nec œconomica debet poni spẽs prudentiæ.

SED CONTRA est, qd Phil. dicit in* 6. Eth. q illarũ, s. prudentiarũ, quæ se habẽt ad regimen multitudinis, hæc qdẽ œconomica, hæc autem legis positiua, hæc autẽ politica.

*Lib.6.c.8. paulo a prin. to.5.

RESPON. Dicendum, q ratio obiecti diuersificata ẽm vniuersale, & particulare: vel ẽm totum, & partem, diuersificat artes, & virtutes, secundũ quã diuersitatem vna est principalis respectu alterius. Manifestum est autem, q domus medio modo se habet inter vnam singularem personam, & ciuitatem, vel regnum. Nam sicut vna singularis persona est pars domus, ita vna dom' est pars ciuitatis, vel regni: & ideo sicut prudẽtia cõiter dicta, quæ est regnatiua vni*, distinguit a politica prudẽtia, ita oportet, q œconomica distinguat ab vtraq;.

Conclu.

AD PRIMVM ergo dicendum, q diuitiæ cõparantur ad œconomicam nõ sicut finis vltimus, sed sicut instrumenta qdã, ut dr in* 1. Polit. Finis autem vltimus œconomicæ est totum bene viuere, secũdum domesticam conuersationem. Philo. autem* in 1. Ethico. ponit, exemplificando, diuitias finem œconomicæ, secundum studium plurimorum.

*Li.1.c.5. &7. to.5.
*Li.1.Eth. c.1. to.5.

AD II dicẽdũ, q ad aliqua particularia, q sunt i domo disponẽda, possunt aliq peccatores puidẽ se hẽre: sed ñ ad ipsũ totũ benè viuere domesticæ cõuersationis, ad qd pcipuẽ reqrit uita uirtuosã.

AD III dicendum, q pater in domo hẽt quãdã similitudinem regij principatus, ut dr* in 8. Ethic. non tamen habet perfectam potestatem regiminis, sicut rex: & ideò non ponitur separatim potestas paterna, species prudentiæ, sicut regnatiua.

*Li.8.c.10 parum à medio, tomo 5.

SVPER QV. L. ARTIC. III.

IN rñsione ad secũdum, dubiũ occurrit circa illud, s. Peccatores nõ põt prouidi se habere ad totũ benè viuere domesticæ cõuersationis, tũ qa non magis exigitur virtuosa uita ad totũ benè viuere secũdum eiusdem cõuersationem, q secũdũ diuitias: tũ quia ad bene se habere secũdum domesticam conuersationẽ, sufficit filijs suis, vxori &c. quãtum ad se attinet, benè se habere. Sic aũt benè se habere distinguit cõtra bene se habere simpliciter, vt patet 1. Polit. c. penult. ¶Ad hoc dicitur, q dictum authoris intelligẽdũ est de patrefamilias, cuius est prouidere pp quod dixit, prudẽ se habere. Oportet enim patrẽfamilias esse bonum virũ, sicut & principem ciuitatis, eadem ratione. ¶In articulo quarto nihil aliud scribẽdum occurrit.

Porrecta per totum. 284
Supra q.47.ar.11. Et q.48. art. vnic. cor. si & ad 2. Et 3. d.33.q.3. art.1.q.4. Et 6. Eth. lect.7.
*Li.6.c.5. tom.5.
*Li.1.c.4. tom.5.
†q.47.artic.13.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum militaris debeat poni species prudentiæ.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q militaris non debeat poni species prudentiæ. Prudẽtia enim contra artem diuiditur, ut dr in* 6. Ethi. sed militaris videtur esse quædam ars in rebus bellicis, sicut patet per Philos. in* 3. Ethic. ergo militaris non debet poni species prudentiæ.

Porrecta per totum. 285
Locus supra art.3. notat.
*Libr. 6. Eth. ca. 3. 4. & 5. t.5.
*Ca.8. in ... nuitur, & lib. 3. Eth. ca.1. & 2. tom.5.

¶2 Præt. Sicut militare negotiũ cõtinet sub politico, ita ẽt & plura alia negotia, sicut mercatorũ, artificũ, & aliorum hmõi: sed ẽm alia negotia, quæ sunt in ciuitate, nõ accipiũtur aliquæ species prudentiæ. ergo etiam neque ẽm militare negotium.

¶3 Præt. In rebus bellicis plurimum valet militũ fortitudo. ergo militaris magis pertinet ad fortitudinem, quàm ad prudentiam.

SED CONTRA est, quod dicitur Prouer. 24. Cum dispositione initur bellum, & erit salus, ubi sunt multa consilia: sed consiliari pertinet ad prudentiam. ergo in rebus bellicis maximè necessaria est aliqua species prudentiæ, quæ militaris dicitur.

RESPON. Dicendum, q ea quæ ẽm artem, & rationem aguntur, conformia esse oportet his, quæ ẽm naturam, quæ à ratione diuina sunt instituta. Natura aũt ad duo tendit. Primò quidem ad regẽdũ vnamquamq; rem in seipsa: secundò verò ad resistẽdũ extrinsecis ipugnãtibus, & corruptiuis. Et pp hoc non dedit solum animalibus vim cõcupiscibilem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

scibilē, per quam moueātur ad ea, quæ sunt saluti eorū accommoda, sed ēt vim irascibilem, per quā animal resistit impugnantibus. Vnde & in his, q̄ sunt sm rationem, non solum oportet esse prudētiam politicam, per quam disponantur conueniēter ea, quæ pertinent ad bonum cōmune, sed etiā militarē, per quā hostium insultus repellantur.

AD PRIMVM ergo dicendū, q militaris pōt esse ars, sm q hēt quasdā regulas vtēdi qbusdā exterioribus rebus, puta, armis, & eqs: sed sm q ordinat ad bonū cōe, habet magis rationē prudentiæ.

AD II dicēdū, q oīa negotia, q̄ sunt ī ciuitate, ordinant ad aliquas particulares vtilitates: sed militare negotiū ordinat ad tuitionē toti" boni cōis.

AD III dicēdum, q executio militiæ pertinet ad fortitudinem: sed directio ad prudentiam, & præcipuè secundum quod est in duce exercitus.

QVAESTIO LI.

De Virtutibus adiunctis prudentiæ, in quatuor articulos diuisa.

POSTEA cōsiderādū est de virtutibus adiūctis prudētię, q̄ sunt quasi ptes potētiales ipsi". ET CIRCA hoc qrunt quatuor.

¶ Primò, Vtrū eubulia sit virt".

¶ Secundò, Vtrū sit specialis virtus à prudentia distincta.

¶ Tertiò, Vtrum synesis sit specialis virtus.

Quartò, Vtrū gnome sit specialis virtus.

ARTICVLVS PRIMVS

Vtrum eubulia sit uirtus.

AD PRIMVM sic pcedit. Vř q eubulia nō sit virtus. Quia sm Aug. in lib. de* lib. arb. virtutibus nullus malè vtit: sed eubulia q̄ est bene cōsiliatiua, aliqui malè vtunt, vel qa astuta cōsilia excogitāt ad fines malos cōsequēdos, aut ēt ad bonos fines cōsequendos aliqua pctā ordināt, puta, q furat, vt eleemosynā det. ergo eubulia ñ ē virtus.

¶ 2 Præt. Virtus pfectio" qdam est, vt dř in* 7. Phys. sed eubulia circa cōsiliū consistit, qd importat dubitationem & inquisitionem, q̄ imperfectionis sunt. ergo eubulia non est virtus.

¶ 3 Præt. Virtutes sunt connexę adinuicē, vt supra habitū* est. sed eubulia nō est cōnexa alijs virtutibus, multi n. peccatores sunt benè consiliatiui, & multi iusti sunt in consilij tardi. ergo eubulia non est virtus.

SED CONTRA est, q eubulia est rectitudo consilij, vt Philos. dicit in 6.* Ethic. sed recta ratio perficit rationem virtutis. ergo eubulia est virtus.

RESPON. Dicendū, q sicut supra dictū* est, de rōne virtutis humanæ est, q faciat actum hominis bonū. Inter ceteros autē actus hominis, proprium est ei consiliari, quia hoc importat quandam rationis inquisitionē circa agenda, in quibus cōsistit vita humana. Nā vita speculatiua est supra hominem, ut dicitur in 10.* Ethi. Eubulia autem importat bonitatē consilij. Dicitur. n. ab eu, quod est bonū, & bole, qd est cōsilium, quasi bona cōsiliatio, vel poti" bene cōsiliatiua. Vñ manifestum est, q eubulia est uirtus humana.

AD PRIMVM ergo dicendū, q non est bonū consilium siue aliquis malū finem in consiliando præstituat, siuè ēt ad bonū finē malas vias adinueniat: sicut ēt in speculatiuis nō est bona rōcinatio: siuè aliqs falsum cōcludat, siuè ēt cōcludat verū ex falsis dictis, qa non vtit cōuenienti medio. Et ideò vtrumq; prædictorum est contra rōnem eubuliæ, vt Philos. dicit in* 6. Eth.

AD II dicēdum, q etsi virtus sit essentialiter perfectio qdā, non tñ oportet, q oē illud qd est materia virtutis, importet pfectionē. Oportet. n. circa oia humana pfici p uirtutes, & nō solū circa actus rationis, inter quos est consilium, sed ēt circa passiones appetitus sensitiui, q̄ adhuc sunt multò imperfectiores. Vel pōt dici, q uirtus humana est perfectior sm modū hominis, qui non potest per certitudinem comprehendere ueritatem rerum simplicium intuitu simplici, & præcipue in agibilibus, quæ sunt contingentia.

AD III dicendum q in nullo peccatore, inquātū hmōi, inuenit eubulia. Oē n. pctm est contra bonā cōsiliationē. Requiritur. n. ad benè cōsiliādū non solū adinuentio, vel excogitatio eorū, q̄ sunt opportuna ad finē, sed ēt aliæ circunstātiæ, s. tēpus congruum, ut nec nimis tardus, nec nimis uelox sit in cōsilijs: & modus consiliandi, ut scilicet sit firmus in suo cōsilio, & aliæ huiusmodi debitæ circunstātiæ, quæ peccatores peccādo nō obseruant. Quilibet autem uirtuosus est bene cōsiliatiuus in his,

Conclu. m

SVPER QV. LI. ARTIC. I.

IN ar. 1. q. 51. ad secundū nota, quòd si argumentum tendat cōtra materiam cōsilij, prima rñsio, si contra pfectionem formalem, quòd rectitudo inquisitiua est, secunda responsio amplectenda est.

¶ In responsione ad tertium eiusdem artic. primi dubiū occurrit, quia respōsio non videtur satisfacere argumento. Nā argumentum tendebat ad hoc, q eubulia nō esset virtus, eo q esset in peccatoribus: respōsio autem ostēdit, q non est in peccatoribus, inquātum peccant. Ex hac enim respōsione nō habetur, quòd nō sit in eis, qui sunt peccatores, quod erat intētum argumenti. Ex eo namq; quòd illi, qui sunt peccatores, habent eubuliā non in peccando, sed in alijs, sequitur q eubulia non est virtus. Nā in illis, qui sunt peccatores, nulla est virtus, cum omnes sint cōnexæ, vt argumentum assumit.

¶ Ad hoc dicit, quòd respōsio optimè euacuat argumentū. Nā responsio ostendendo q peccatores peccādo contrariatur rectitudini consilij, satis per hoc ostendit, q in illo, qui est peccator, non est eubulia. Oportet n. eubulianē rectè consiliari nō solum in huius, vel illius virtutis materia, sed in omnium virtutum materijs. Et ñ [illegible] una deficit, ipsa deficit. Et propterea cū hoc, q in peccatore deficit illa materia, in qua peccat, sequitur quòd absolutè in illo non sit.

¶ In eadem responsione dubium occurrit. Quomodo oē peccatum est contra bonā consiliationem, cum pluries cōtingat peccare in nullo offendendo cōsilium, sed præceptum, ut patet cum quis in eodem perseuerans consilio & iudicio, contrariū præcipit ex passione, uel illud ex negligentia nō præcipiendo, peccat. Si dicatur, ut litera innuere uidetur, quòd peccat contra consilium, quia nō est firmus in suo consilio. Contra, firmitas consilij cum distinguatur à firmitate præcepti, sicut & ipsum consilium à præcepto, quoniā modus est cuiusque suus; negligens in præcipiendo, & perseuerans in cōsilio, est firmus in consilio, & tamen peccat.

¶ Ad hoc dicit, quòd quia omne peccatū liberi arbitrij sit, cuius proprius actus est electio, qui appetitus est præcōsiliati: ideò omne peccatum contra consiliū aliquod formaliter, vel virtualiter cōmittitur. Nam & præcipiens ex passione, ex apparenti secundum illā passionem statim aliter iudicat, tāquàm aliud consilium sequens: & negligens ad præceptum post rectum consilium, & iudicium, nūquàm peccaret nisi indirectè saltē eligeret non præcipere, ac per hoc tamquàm ex alio cōsilio concludens se habet. Et sic non est firmus in ipso suo consilio secundum ueritatem, quo ad illum actum in particulari.

SVPER

Porrecta per totum. 286
1. 2. q. 7. ar. 6. Et 3. d. 33. q. 1. art. 1 q. 2. Et 6. Ethi. lec. 8 & 9.
*Lib. 3. de liber. arb. c. 18.
*Li. 7. tex. 17. to. 2.
*1. 2. q. 65 art. 1.
*Li 6. c. 9. cir. med. tom. 5.
*q. 47. art. 4. & 1. 2. q. 57. art. 2. & 3.
*Li. 10. ca. 7 a med. tom. 5.
Conclu. m
*Li. 6. c. 5. tom. 5.

quæ ordinantur ad finem uirtutis: licet fortè in aliquibus particularibus negotiis non sit benè consiliatiuus, puta, in mercationibus, uel in rebus bellicis, uel in aliquo huiusmodi.

ARTICVLVS II.

Vtrum eubulia sit uirtus distincta a prudentia.

AD SECVNDVM sic pcedit. Vř q eubulia nō sit uirtus distincta a prudentia. Quia, ut Philos. dicit* in 6. Eth. vř prudētis esse bene cōsiliarij: sed hoc pertinet ad eubuliam, ut dictum* est. ergo eubulia non distinguitur a prudentia.

¶ 2 Præt. Humani act", ad quos ordinant humanæ uirtutes, pcipuè specificant ex fine, ut s. dictū* est: sed ad eūdē finē ordinant eubulia, & prudētia, ut dř 6.* Ethi. non aūt ad quendā particularē finē, sed ad cōem finē totius uitæ. ergo eubulia nō est uirtus distincta a prudentia.

¶ 3 Præt. In sciētiis speculatiuis ad eandē sciētiā ptinet inquirere, & determinare. ergo pari ratiōe i operatiuis hoc ptinet ad eādē uirtutē: sed inqrere pertinet ad eubuliā, determinare autē ad prudentiam. ergo eubulia non est alia uirtus a prudentia.

SED CONTRA est, q prudētia est præceptiua, ut dicitur* in 6. Ethi. hoc autem non conuenit eubuliæ. ergo eubulia est alia uirtus a prudentia.

RESPON. Dicendū, q sicut dictū* est supra, uirtus pprie ordinatur ad actum, quē reddit bonū: & iō oportet sm differētiā actuum esse diuersas uirtutes, & maximè qñ non est eadē rō bonitatis in actibus. Si n. esset eadem rō bonitatis in eis, tunc ad eandē uirtutē pertinerēt diuersi actus: sicut ex eodē depēdet bonitas amoris, desiderij, & gaudij, & iō oia ista pertinent ad eadē uirtutē charitatis. Act" aūt rōnis ordinati ad op" sunt diuersi, nec habēt eandē rōnē bonitatis. Ex alio n. efficitur hō bñ cōsiliatiuus, & bene iudicatiuus, & bene præceptiuus: qd patet ex hoc, q ista aliquando abinuicem separantur. Et ideo oportet aliam esse uirtutē eubuliā, p quam hō est benè consiliatiuus: & aliā prudentiam, p quā hō est bene præceptiuus. Et sicut consiliari ordinat ad pcipere tanq ad principalius: ita ēt eubulia ordinat ad prudētiā tanq ad principaliorē uirtutē, sine qua nec uirtus esset, sicut nec morales uirtutes sine prudentia, nec cæteræ uirtutes sine charitate.

AD PRIMVM ergo dicendū, q ad prudentiam pertinet benè consiliari imperatiuè, ad eubuliam autem elicitiuè.

AD II dicēdū, q ad unū finē ultimū, qd est bñ uiuere totū, ordinant diuersa actus sm quēdā gradū. Nā præcedit cōsiliū, sequitur iudicium, & ultimū est pceptum, qd immediatè se habet ad finē ultimū. Alij aūt duo actus remotè se habēt, q. tñ habēt quosdā proximos fines, cōsiliū quidē intentionē eorū, q̄ sunt agenda: iudiciū aūt certitudinē. Vñ ex hoc non sequit, q eubulia, & prudentia nō sint diuersę uirtutes. sed q eubulia ordinet ad prudentiā, sicut uirtus secundaria ad principalem.

AD III dicendum, q etiā in speculatiuis alia rōnalis sciētia est dialectica, quæ ordinat ad inquisitionem inuentiuā: & alia sciētia demonstratiua, quæ est ueritatis determinatiua.

ARTICVLVS III.

Vtrum synesis sit uirtus.

AD TERTIVM sic pcedit. Vř q synesis nō sit uirtus. Virtutes. n. non insunt nobis a natura, ut dicitur in 2.* Ethic. sed synesis inest aliquibus a natura ut dicit Philos. in 6.† Ethi. ergo synesis non est uirtus.

¶ 2 Præt. Synesis, ut in eodē lib. *di, est solum indicatiua: sed iudicium solū sine pcepto pōt esse ēt in malis. cum ergo uirtus sit solùm in bonis, uidetur quòd synesis non sit uirtus.

SVPER QV. LI. ARTIC. II.

IN art. 2. eiusdē 51. q. dubiū occurrit, Quo esse bñ cōsiliatiuū, bñ iudicatiuū, & benè pceptiuū, abinuicē separātur, & tñ oēs virtutes sunt connexæ. Ad hoc bř dř, q author non loquitur in verbis de uirtutibus facientibus benè consiliari, iudicare, & præcipere: sed de naturalibus dispositionib", & exercitationib præuiis ad uirtutes, & ex diuersitate horum, quæ ex separabilitate probat, diuersitatē uirtutū cōcludit. Naturales autē dispositiones separari patet ex eo, q inquisitionis ex imaginatione, iudicij ex sensu cōi, præcepti autē ex naturali inclinatione ad aliqd, puta, castitatem, liberalitatem, bonitas consurgit. imaginatio n. bona plurimū est adinuentiua mediū. Sensus aūt cōis, iudicij circa singularia firmatiuus est, & hoc ut ministrat rōni. Inclinatio aūt ad aliqd propter nos reddit ad executionē & pcipere facere, trahēdo uoluntatē ad consona illi inclinationi. Exercitationes quoque uidemus separatas, dū inuētiuos ad proponendū libēter audimus", iudicatiuos ad decernendū, Prōptos ad aliqd animus ad exequēdū in illo gñe, puta, liberalibus nam ad dispēsandū cōia, & natis castis ad conseruādum cū mulieribus.

¶ In eod. art. in rñ. ad primum, dubium occurrit, Quo uerificat q prudentia sit consiliatiue imperatiua, cū eubulia sit prior, natura saltē, q prudētia. Prius est n. rectè consiliari, & deinde iudicare, & demum præcipere. Quomodo ergo prudentia præcipiat facto?

¶ Ad hoc di, q cum prudentia se habeat ad eubuliam & alias adiunctas uirtutes, quēadmodū militaris se habet ad equestrē, & gladiatoriam, ut patet ex ordine finium, subsequentiū ad finē principalē cōsequenter est, ut sicut militaris imperat subseruientibus sibi artibus, ita prudētia præcipiat ministrantibus sibi uirtutib. Reducit ad hoc in exte [illegible] in quib. præcipiens subiecto, distinguntur a consiliātibus. Princeps n. aūt

cuius est pcipere, īperat cōsiliariis & simile accidit intus in aīa.

¶ Ad obiectionē aūt in opposi dr, q quia finis principalis est ultimū in executione, & primū ī intentione: iō virtus, uel ars, cuius est respicere illū finē principalē ut propriū, imperat ministrantibus tali ordine, q primo est intētio illius finis: secundo executio ministrantium, & earū fines, & demum est executio principalis, ut patet ī militari. Prius n. est executio equestris, & gladiatoriæ, & frenefactiuæ, q̄ executio militaris. Imperat tñ militaris his omnib" ex priore intentione finis. Et simile patet ī principe, & consiliariis &c. Neq; n. princeps primò præcipit agenda, & deinde cōsiliū adhibet, sed intendēs pcipere adhibet cōsilium ad inuenienda, q̄ sunt pcipienda ad talem finē: oportet n. cōsilia cōgruere pcepto: aliōquin quāuis aliàs optima, tunc uana, & nulla reputantur, ut patet in dantib. cōsilia de illis mediis, q̄ sibi non subsunt pnunc imperio. Sic ēt contingit in aīa intēdente finē aliquem, puta, castitatē, & uolente præcipere sibi media congrua, cōsiliatur: & cum comu[illegible] ieiunia, disciplinæ, lectiones sacræ, orationes mentales expediunt, in hoc bonum consiliū est, si media, quæ suo subsunt imperio, cōcludet. Contingit n. infirmitatem esse corpore, sic ut peccaret ieiunando, & huiusmodi. Imperat ergo prudentia eubuliæ, ut architectonica, ministrantibus.

¶ In articulū 3. eiusdem quæst. in respōsione ad primū, nota duplex iudicium cōcurrere ante actū præcepti, scilicet, de fine particulari, & hoc fit in minori ppositione: & de eo quod est ad finē, q̄d præcipiendum est: & hoc fit in conclusione. Et licèt utrunque iudicium spectet ad synesim, primi tamē bonitas uirtuti morali tribuitur: secundi aūt synesi, quia illius est magis suum, illius autem est magis id quod est ad finē. Ministrat enim hęc prudentiæ, q̄ est eorum [illegible]

Porrecta per totum 287
Locis sup. art. 1. notat.
*Li. 6. c. 5.
*Ar. præced.
*1. 2. q. 18. art. 1.
*Li. 6. ca. 11. tom. 5.
*Li. 6. ca. 10. circa med. to. 5
*Ar. præc. & 1. 2. q. 66. 55. art. 1. & 3.
Conclu. m
Porrecta per totum. 288
1. 2. q. 57. ar. 6. Et 3. di. 33. q. 3 ar. 1. q. 6. Et 6. Ethi. lect. 5.
*Li. 2. c. 1. tom. 5.
†Li. 6. c. 11 a medio.
*Li. 6. c. 10 tom. 5.

SVPER QV. LI. ART. IIII.

IN arti. 4. dubium occurrit, quo pacto gnome est uirtus. Et est rō dubij, quia si est uirtus aut naturalis, aut acquisita: sed naturalis nō est, quia ꝓter synderesim, q̃ habitus principiorū est, nulla uirtus ponitur naturalis in intellectu practico, sicut nec in speculatiuo, nisi habitus principiorū. Nec acquisita, quia acquirunt̃ uirtutes intellectus experimentis, q̃ ex memoria cōsurgūt, ut patet i ꝓlogo Metaphy. Hec aūt ꝓter cōes regulas iudicāda sunt raro cōtingentia, ac per hoc ab uno, & eodē hoie parum, aut nihil experimento ꝓbabilia: & sic uirtus nec unquam habebitur.

¶Ad hoc dr, ꝙ uirtutes sunt i duplici differētia. Nā quā sunt quarū materia i cōmuni frequēter occurrit, ut uirtutes, quæ cardinales uocātur, ut patet discurrēti ꝑ earū materias, scom mutationes, distributiones, appetit*, ac delectationes ciborū, & venereorū, timoresque periculorū. Quędā uerò sunt, quarū materiæ non cōiter, aut frequenter accidunt, ut patet de magnificentia, & magnanimitate. Non. n. magnæ diuitiæ, aut magni honores crebrò occurrūt. Et quia exercitationes earū non sunt similes, iō ēt cōnexio ipsarum cum alijs non intelligitur simili mō, sicut d primis. Nā cū uirtutes oēs connexæ sint, primas sibi connexio ponit in actu simpliciter: secundas aūt in actu secūdum quid, idest, in potentia propinqua actui simpliciter. Pauper. n. uirtuosus nō est magnificus simpliciter, sed in potentia propinqua, præparatione. s. animi. Ex his aūt omnibus hoc hī ad propositum, ꝙ virtutes aliquæ inesse nobis dūt, qñ sunt in potētia propinqua præparati animi. Sic. n. cōtingere vr de gnome. Ipsa. n. tunc haberi dr, quando in suis principijs mens exercitata est, quāmuis ca-

Conclu. m

¶3 Præt. Nūquā est defect* in ꝓcipiēdo, nisi sit aliqs defectus in iudicādo, saltē in particulari operabili, in quo ois malus errat. si ergo synesis ponit uirtus ad bñ iudicandum, vr ꝙ nō sit necessaria alia uirtus ad benè præcipiendum: & iō prudentia erit supflua, quod est inconueniens. nō ergo synesis est virt*.

Sed contra. Iudiciū est pfectius, q̃ consilium: sed eubulia, quæ est bñ consiliatiua, est uirtus. ergo multo magis synesis, q̃ est bene iudicatiua, est uirt*.

Resp. Dicēdū, ꝙ synesis importat iudiciū rectū, non qdē circa speculabilia, sed circa particularia operabilia, circa q̃ ēt est prudentia. Vnde ſm synesim dūr aliqui ī græco synecti, i. sensati, uel eusyneci, i. homines boni sensus. Sicut econtrario, qui carent hac uirtute, dūr asyneci, i. insensati. Oportet aūt ꝙ ſm H differentiam actuū, q nō reducunt̃ in candē cām, sit ēt diuersitas uirtutum. Manifestū est aūt, ꝙ bonitas cōsilij, & bonitas iudicij, non reducuntur in eandē cām. Multi. n. sunt benè consiliatiui, qui tñ non sunt benè sensati, quasi rectè iudicantes. Sicut ēt in speculatiuis aliq sunt bñ inquirentes ꝓp hoc, ꝙ rō eorum prompta est ad discurrēdum ꝑ diuersa: quod vr prouenire ex I dispōne imaginatiuæ uirtutis, q̃ de facili pōt formare diuersa phātasmata: Et tñ hmōi qñq; non sunt boni iudicij, quod est ꝓp defectū intell. qui maximè cōtingit ex mala dispositione cōis sensus non bene iudicatis. Et iō ᵐ oportet præter eubuliā esse aliā uirtutē, q̃ est benè iudicatiua, & hęc dicitur synesis.ⁿ

Ad primvm ergo dicēdū, ꝙ rectū iudiciū in hoc consistit, K ꝙ uis cognoscitiua apprehēdit rē aliquā, ſm ꝙ in se est. Quod quidē prouenit ex rectā dispositione uirtutis apphēsiuæ: sicut ī speculo si fuerit bñ dispositū, imprimunt̃ formæ corporū secūdū ꝙ sunt. Si uerò fuerit speculū malè dispositū, apparent ibi imagines distortæ, & prauè se hūtes. Quòd autē uirtus cognoscitiua sit bñ disposita ad recipiēdū res, ſm ꝙ sunt, cōtingit qdē radicalr ex natura, cōsumatiuè aūt ex exercitio, uel ex munere grãæ, & hoc dupl. Vno mō directè ex parte ipsius cognoscitiuæ uirtutis, puta, quia nō est imbuta prauis cōceptionibus, sed veris, & rectis: & hoc ptinet ad synesim, ſm ꝙ est specialis uirtus. Alio mō indirectè ex bona dispositione appetitiuæ uirtutis, ex qua seqt̃, ꝙ hō bñ iudicet de appetibilib. & sic bonū uirtutis iudiciū cōsequit habitus uirtutum moraliū, sed circa fines: synesis aūt est magis circa ea, quæ sunt ad finem.

Ad ii dicēdū, ꝙ in malis quādē pōt iudicium rectum esse in vlī, sed in particulari agibili, ſp eorum iudicium corrumpitur, ut supra habitum ✱ est.

Ad iii dicendū, ꝙ cōtingit qñq; id, quod bene iudicatū est differri, uel negligēter agi, aut iordinatè. Et iō post uirtutē, q̃ est bñ iudicatiua, necessaria est finalis uirtus principalis, quę ē bene pręceptiua. s. prudentia.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum gnome sit specialis uirtus.

AD qvartvm sic procedit. Vr ꝙ gnome non sit spālis uirtus à synesi distincta. Quia ſm synesim dr aliquis bene iudicatiuus: sed nullus pōt dici benè iudicatiuus, nisi in ᵏ omnibus bene iudicet. ergo synesis se extendit ad oia diiudicanda. non est ergo aliqua alia uirtus benè iudicatiua, quæ gnome dicat̃.

¶2 Prę. Iudiciū mediū est inter cōsiliu, & ꝓceptū: sed una tātū uirtus est bñ consiliatiua, s. eubulia: & una tñ uirtus est bene præceptiua. s. prudētiaᵇ ergo ēt una tantum est uirtus bene iudicatiua. s. synesis.

¶3 Pręt. Ea q̃ raro accidūt, in qbus oportet aliqñ a cōibus legibus discedere, vnr pręcipue casualia esseᵇ quorum non est rō, ut dr in 2.* Phys. oēs autē virtutes intellectuales ptinent ad rōnem rectā. ergo circa pdicta nō est aliqua uirtus intellectualis.

Sed contra est, ꝙ Philoso. determinat in 6.✱ Ethic. gnomen esse specialem uirtutem.

Respon. Dicendum quod habitus cognoscitiui distinguuntur secūdum altiora, uel inferiora principia, sicut sapientia in speculatiuis altiora principia considerat, quam scientia, & ideò ab ea distinguuntur: & ita etiam oportet esse in actiuis. Manifestum est autem, ꝙ illa, quæ sunt pręter ordinē inferioris principij, siue causę reducuntur qñque in ordinem altioris principij: sicut monstruosi

sus non occurrant.

¶Ad cuius euidentiā recolendū est, quod quemadmodū prudēcia fit ex eustochia per inuentionem, & docilitate per disciplinā, & consumatur exercitatione: ita gnome fit & inuentione, ex naturali perspicacitate plurimū ad tale iudiciū conferēte, cuius signum est, ꝙ uiri quantumcūque doctissimi desiciētes in naturali sagacitate, nesciūt vltra legū uerba decernere, sit & disciplina ex lectione exceptionum, & gestorum sapientū, ac proborū, & eorum rōnibus. Legentes. n. ꝙ ꝓter cōes regulas, depositū nō est reddēdum impugnationi patrię, & pernetrantes rōnem, quia scilicet oē depositū redditur sub ratione boni ut his (in tali au ré casu daretur malū incommoni bono cōi, ꝙ ꝓtitat particulari) perspiciunt*, quod nec direptori, & esu sori bonorum Ecclesiæ, quis officium ē tuendis habeat, restituenda sunt Ecclesię bona.

Attendentes quoq; ꝙ præter cōes regulas modestiæ, Dauid, ut habetur 1. Regū. 21. actus furētis, vel epileptici assumpsit, ut uitā saluaret, docemur, ꝙ stultitiam simulare loco, prudētia summa est: & ita dato ꝙ materia gnomes rarò occurrat, ac per hoc nō habeatur frequēter gnome cōsummatè: haberi tamē potest sicut aliæ uirtutes similes in principijs

* q. 47. ar. 1. & 15.

Porrecta per totum. 289

Locis sup. artic. 3. citat.

*Li. 2. to. 48. & 57. tomi. 2.

*Li. 6. ca. 11. tomi. 5

principijs suis, & ꝓxima dispositione, quamuis exercitium gnomes nō ita rarū sit: quia & in materia iustitiæ ē priuatis ꝑsonis pluries accidit in recompensatione bonorum, q̃ nō possunt: aliter recuperare. facientes sibij psis iustitiam, vt fecerūt filij Israel, petentes mutuō ab Aegyptijs oppressoribus suis, quis hoc diuina etiā fecerint authoritate. Et in materia tēporātiæ præter cōmunes regulas corporis incolume sub jectiones, ti, pluries occurrit ꝓp occurrentē finem et cum corporis dispendio abstinere, ut in actibus lectionis, sermonis veloces, equitationis necessariæ, seruitij itinerorum, & huiusmodi. Et per hæc patet responsio ad obiecta, quia scilicet est uirtus acquisita, & quomodo acquiritur.

Conclu. m

partus aialium sunt pręter ordi A nē virtutis actiuæ in semine, tñ cadunt sub ordine altioris principij, s. cælestis corporis, vel vlterius, prouidentiæ diuinæ. Vñ ille, qui consideraret virtutē acti uā in semine, nō posset certum iudiciū ferre de hmōi mōstris, de quibus tñ pōt iudicari ſm cōsiderationē diuinæ prouidētię. Cōtingit aūt qñq; aliquid esse faciendū ꝑter cōes regulas agē B dorū, puta, cum impugnatori patriæ nō est depositū reddendū, vel aliquid aliud hmōi: & iō ᵐ oportet de hmōi iudicare ſm aliqua altiora principia, quàm sint regulæ communes, secundum quas iudicat synesis. Et secundū illa altiora principia exigit altior uirtus iudicatiua, quę vocatur gnome, quæ importat quādā pspicacitatem iudicijⁿ.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ synesis ē verè iudicatiua de oi- C bus, quæ ſm cōmunes regulas fiunt: sed præter communes regulas sunt quædā alia dijudicanda, ut in dictū* est.

*Ar. prec.

Ad ii dicēdū, ꝙ iudicium debet sumi ex principijs proprijs rei, inquisitio aūt fit etiam per cōmunia. Vnde etiam in speculatiuis dialectica, quæ est inquisitiua, procedit ex communibus: demonstratiua autem, quę est iudicatiua, procedit ex ꝓprijs. Et ideò eubulia, ad quam pertinet inquisitio consilij, est vna de oibus, non aūt synesis, q̃ est iudicatiua. Præceptum aūt respicit in omnibus vnā rōnem boni: & ideo etiā prudentia non est nisi vna. D

Ad iii dicendū, ꝙ omnia illa, quæ præter communē cursum contingere possunt, cōsiderare ptinet ad solam prouidentiā diuinam: sed inter homines ille, qui est magis pspicax, pōt plura horū sua ratione dijudicare. Et ad hoc pertinet gnome, quæ importat quandam perspicacitatem iudicij.

QVAESTIO LII.

De dono consilij, in quatuor articulos diuisa.

POSTEA considerandum est de dono consilij, quod respondet prudentiæ.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum consilium debeat poni inter septem dona Spiritussancti.

¶ Secundò, Vtrū donū consilij respōdeat virtuti prudentię.

¶ Tertiò, Vtrum donum consilij maneat in patria.

¶ Quartò, Vtrū quinta beatitudo, quæ est, Beati misericordes &c. rńdeat dono consilij.

SVPER QV. LII. ARTIC. I.

IN arti. 1. q. 52. aduertē, ꝙ donū cōsilij ab eubulia dr armari sua, q̃ infusa non solum differt secundū cōem differentiā doni à virtute, quia pficit altiori mō, s. ad superhumanē operādum, sed secundū propriā rōnē, quia eubulia est rectè cōsiliatiua aditudonū aūt cōsilij est rectè cōsiliatiuum passiuè, quo ad ipsā acquisitionē cōsilij, vt in infusione ad primū dr, quā oia acceptum iam cōsiliū adhuc et rigat, vt in sequenti artic. in responsione ad vltimum dicitur.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum consilium debeat poni inter dona Spiritussancti.

AD primvm sic ꝓcedit. Vr ꝙ cōsiliū nō debeat poni inter dona Spiritussancti. Dona enim Spiritussancti in adiutorium virtutum dantur, vt patet per Greg.* in 2. Moral. sed adʰ consilium hō sufficienter perficitur per virtutem prudentię, vel etiam eubuliæ, ut ex † dictis patet ergo consilium non debet poni inter dona Spiritussancti.

¶2 Præt. Hæc vr esse differētia inter septem dona Spiritussancti, & gratias gratis datas, ꝙ gratię gratis datæ nō dant̃ oibus, sed distribuunt̃ diuersis: dona aūt Spiritussancti dant̃ oibus habētibus Spiritūsanctū: sed cōsiliūʰ vr esse de his, q̃ specialiter aliquibus à Spiritusancto dant̃, ſm illud 1. Machab. 2. Ecce Simon frater uester, ipse vir consilij est. ergo consilium magis debet poni inter gratias gratis datas, quàm inter septem dona Spiritussancti.

¶3 Præt. Rom. 8. dr. Qui spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt: sed his, q ab alio aguntur, nō cōpetit cōsiliū. cū ergo dona Spūssancti maximè cōpetāt filijs Dei, q acceperunt spiritū adoptionis filiorū, vr ꝙ cōsiliū inter dona Spiritussancti poni non debeat.

Sed contra est, quod Isa. 11. dicitur. Requiescet C super eum spiritus consilij, & fortitudinis.

Resp. Dicendū, ꝙ dona Spiritussancti, vt supra dictū ✱ est, sunt qdā dispositiones, qbus aia reddit bene mobilis à Spiritusancto. Deus autem mouet vnūquodq; ſm modū eius, qd mouet, sicut creaturā corporalē mouet ꝑ tēpus, & locum: creaturā aūt spiritualē ꝑ tempus, & non ꝑ locum, vt Aug. dicit in 8. sup* Gen. ad literā. Est aūt proprium rationali creaturæ, ꝙ per inquisitionē rōnis moueatur ad aliquid agendum, q̃ quidem inquisitio consilium dr. Et ideò Spiritussanctus dr per modū cōsilij creaturam rationalē mouere: & propter hoc ᵐ consilium ponitur inter dona Spiritussanctiⁿ.

Conclu. m

¶ 2 Præt. Illud dr esse positiuū,^h quod ex uoluntate humana pcedit: sed non iō aliquid est iustum, quia à uolūtate humana pcedit, alioquin uoluntas hois iniusta esse non posset. ergo cū iustū sit idem quod ius, uidetur quòd nullum sit ius positiuum.

¶ 3 Præt. Ius diuinū non est ius naturale, cū excedat naturā humanam: sīr ēt non est ius positiuum, quia nō innititur authoritati humanæ, sed authoritati diuinę. ergo^h incōuenięter diuidit ius p naturale, & positiuū.

SED CONTRA est, q * Philos. dicit in 5. Eth. quod politici iusti hoc quidē naturale est, hoc autem legale, i. lege positum.

RESPON. Dicendum, q sicut *dictum est, ius, siuè iustum est aliqd opus adæquatū alteri secundū aliquem æqualitatis modum.^m Dupliciter autem potest alicui homini esse aliquid adęquatū.^n Vno quidem mō, ex ipsa natura rei, puta, cū aliqs tm̄ dat, ut tantundē recipiat: & hoc uocatur ius naturale. Alio mō, aliquid est adæquatum, uel commensuratum alteri ex condicto, siue ex cōi placito, quādo s. aliquis reputat se contentum, si tm̄ accipiat: quod quidem potest fieri dupliciter. Vno modo, per aliquod priuatū cōdictū, sicut quod firmatur aliquo pacto inter priuatas personas. Alio mō ex condicto publico, puta, cum totus populus consentit, q aliquid habeatur quasi adæquatum, & commensuratum alteri, uel cum hoc ordinat princeps, qui curam populi hēt, & eius personā gerit: & hoc dr ius positiuum.

AD PRIMVM ergo dicendū, q illud^d quod est naturale habēs naturā immutabilē, oportet q sit sp, & ubiq; tale. Natura aūt hois est mutabilis, & iō id quod naturale est homini, pōt aliqñ deficere: sicut naturalē æqualitatē habet, ut deponenti depositum reddaī. Et si ita esset, q natura humana sp esset recta, hoc esset sp seruandum: sed qa qñq; contingit, q uoluntas hois deprauatur, est aliquis casus, in quo depositum nō est reddendum, ne hō puersam uoluntatē habēs, malè eo utaī, ut puta, si furiosus, uel hostis reip. arma d̄posita reposcat.

AD II dicendū, q uoluntas humana ex cōi cōdicto potest aliquid facere iustum in his, quæ sm se non habent aliquam repugnantiam ad naturalem iustitiam, & in his habet locum ius positiuū. Vnde * Philos. dicit in 5. Eth. quod legale iustū est, quod ex principio quidem nihil differt sic, uel aliter: quando aūt ponitur, differt. Sed si aliquid de se repugnantiam habeat ad ius naturale, non pōt uoluntate humana fieri iustum, puta, si statuatur, quod liceat furari, uel adulterium committere. vñ dicitur Isai. 10. Væ qui condunt leges iniquas.

AD III dicendum, q ius diuinum dicitur quod diuinitus promulgatur. Et hoc quidem partim est de his, q sunt naturaliter iusta, sed tamen eorū iustitia homines latet: partim autem de his, quæ fiūt iusta institutione diuina. Vnde etiam ius diuinum per hęc duo distingui potest, sicut & ius humanū. Sunt enim in lege diuina quædam præcepta, quia bona: & prohibita, quia mala: quædam verò bona, quia præcepta: & mala, quia prohibita.

ARTICVLVS III.

Vtrum ius gentium sit idem cum iure naturali.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q ius gentium sit idem cū iure naturali. Non.n.

tibus difficultatibus iustitiæ decidēdis, discernas qn iustum ipsum mutatur, & qn exhibitio iusti impeditur. Illud.n. ex uariato ordine ad alterū sumendū est, hoc aūt ex parte agentis accipitur, ut in pdictis exēplis apparet.

* Li. 5. Ethi. c. 7. in prin. to. 5

* Ar. pce.

Conclu. m

D. 918.

* Li. 5. c. 7. in prin. tom. 5.

SVPER QV. LVII. ART. III. ET IIII.

In articu. 3. & 4. simul dubiū occurrit. Quo in parentū dicitur iustum p defectum a iusto simpliciter,

Porrecta per totum. 315 1. 2. q. 95. ar. 4 ad 1. Et 5. Eth. lect. 12. &.

oēs^k homines cōueniunt nisi in eo qd est eis naturale: sed in iure gentiū omnes homines conueniunt. dicit enim * Iurisconsultus, quòd ius gentium est, quo gentes humanæ vtuntur. ergo ius gentium est ius naturale.

¶ 2 Præt. Seruitus inter homines est^h naturalis: q da.n. sunt naturaliter serui, vt * Phil. probat in 1. Polit. sed seruitutes pertinēt ad ius gētiū, vt † Isidor. dicit. ergo ius gētium est ius naturale.

¶ 3 Præt. Ius, vt * dictū est, diuiditur per ius naturale, & ^h positiuum: sed ius gētiū nō est ius positiuū. nō.n. omnes gentes vnquàm cōuenerunt, vt ex cōmuni cōdicto aliquid statuerēt. ergo ius gētium est ius naturale.

SED CONTRA est, quod * Isid. dicit, q ius aut naturale est, aut ciuile, aut gentiū: & ita ius gentium distinguiī a iure naturali.

RESP. Dicēdū, q sicut * dictū est, ius siuè iustū naturale est, qd ex sui natura est adæquatū, vel cōmēsuratū alteri: hoc autē pōt cōtingere dupl̄r. Vno mō sm absolutā sui cōsiderationē: sicut masculus ex sui rōne hēt cōmensurationē ad fęminā, vt ex ea gñet, & parens ad filiū, ut eū nutriat. Alio modo, aliqd est naturaliter alteri cōmensuratū nō sm absolutā sui rōnem, sed sm aliqd, qd ex ipso sequitur, puta, ppriętas possessionum. Si enim cōsideretur iste ager absolute, nō hēt vñ magis sit huius, q illius: sed si cōsidereī p respectū ad opportunitatē colēdi, & ad pacificū vsum agri, sm hoc hēt quandam commensurationē ad hoc, q sit vnius, & nō alterius, vt patet p * Phil. in 2. Politic. absolutè aūt apprehēdere aliqd non solū conuenit homini, sed ēt alijs animalibus: & iō ^m ius, quod dr naturale, sm primum modum, cōe est nobis, & alijs animalibus. A iure aūt naturali sic dicto recedit ius gentium, ut Iurisconsultus dicit ^n, qa illud omnibus aialibus, hoc solū hominib^9 inter se cōe est. Cōsiderare aūt aliquid cōparādo ad id, qd ex ipso sequiī, est propriū rōnis: & iō ^p hoc idem est naturale homini sm rōnem naturalem, quæ hoc dictat ^q: & iō dicit * Caius Iurisconsultus:

* In digesto ueteri lib. 1. tit. 1. lege 9.

* Li. 1. Polit. c. 3. & 4. to. 5. † Lib. 5. Etymol. cap. 6. * ar. prçc.

* Li. 5. Etymol. c. 4. in princ.

* ar. prçc.

* Li. 2. c. 3. tom. 5.

Conclu. m

Conclu. p

* In digesto ueteri li. 1. tit. 1. lege 9.

pliciter. vt in ar. 4 in responsione ad vltimum dicitur: & tamē inter patrem & filium est ius naturale, vt in ar. 3 dicitur. Ius n. naturale exigit, q pater nutriat filium. Qõ stant hæc simul? ¶ Ad hoc dr, q quemadmodum ius distinguitur in ius simpliciter, & secundum quid, ita ius naturale distinguendū est in naturale i^o simpliciter, & secundum quid. Comedere.n. & bibere, & conseruare seipsum naturalis iuris est nō simpliciter, sed secundū quid: quia eiusdem ad seipsum non est proprie ius, qm ad alterū ppriè est. Et simile est in pposito de patre, & filio. Et scito, q cū dr ius naturale secūdū quid seu deficiēs, seu similitudinarium, nihil horū cadit supra ly naturale, sed supra ly iustum q ius, seu iustū est secundū quid, qa rō iuris saluatur secundū aliqd. & nō perfectè. Rō autē naturalitatis perfectissime saluatur in omnibus istis. Ex proptere a pelatiuæ sensus debet dici ius simpliciter, vel secundum quid. & postea addere naturale. Non obstāt ergo articuli tertij verba art. 4.

¶ In eodem ar. 4. dubium occurrit circa hoc, q iustū paternū dicatur p defectū à iure simpliciter, cum qa inter patrē & filiū est iniustum simpliciter. ergo & iustum qm vt in 5. Eth. dicitur, quot modis dicitur unū, tot dicitur & reliquum. Assumptum patet quoniam si filius percutiat, vel occidat patrē iniustissimum est magis, q occidens quemcumq; alium, quia rō allata ex Aristot. in litera, claudicat, qm licet filius sit aliquid patris, & seruus aliquid domini, non est tamē econuerso. Pater n nihil est filij, & dominus nihil est serui.

¶ Ad hoc dr, q cum eiusdem ad seipsum nō sit proprie ius, sed iuris ratio exigat, q sic inter duos non qualitercūq; distinctos, sed ita, ut vnus non sit aliquid alterius, ea ratione, quia si unū est aliquid alterius, non duobus, sed vni, vel quasi uni dat quicquid datur. Si enim aliqua duo se habent ut totū & pars, quicqd boni uel mali euenit parti, parti q euenit toti, cuius est illa pars, & ecōuerso. Quicqd euenit toti, euenit parti, q est in illo toto. Ita q licet malum, aut bonum primo partē, uel totum afficiat, redundat tñ ex parte in totum, uel ex toto in partem: neutrū enim alienū est ab altero. Oportet ergo aliena ab inuicem esse, inter quæ est ius simpliciter, quale est in commutatiōibus. De tali enim esse sermonem materia ipsa ostendit.

¶ Ad primam autem obiectionem dicitur, quòd inter patrē & filiū, nec iustum, nec iniustum simpliciter est: sed quemadmodum inter eos est plusquam ius, quia est unitas: ita est ēt plusquàm iniustū, quia est uiolatio vnitatis, q peior est violatione iuris. Vnde sicut occidere seipsum est summe cōtrariū naturę, & peius extero homicidij, qa uiolatur idēntitas, quæ plus est, q æqualitas, in qua consistit iustitia cum filius occidit patrem, aut econuerso, qa quasi contra seipsum consurgit, peius quàm iniustum committit, quod in æqualitate constituitur.

¶ Ad secundum autem dicitur, quòd licèt pater non sit aliquid filij, ex hoc ipso tamē, q filius est aliquid patris, habetur quòd ex neutra parte est iustum simpliciter: qm ex hoc ipso habetur q nō se habent vt duo totaliter distincta. Et simile est de domino ac seruo, secundū aliud tamen esse, quia pater & filius accipiuntur secundū esse naturæ: dominus autē & seruus secundum esse operatiuū, uel possessiuū. Seruus enim est uelut pars possessionis, & operis domini. Filius autem est pars, separata tamen patris secundum esse naturale.

¶ In eodē 4. art. in rñsione ad secūdum specialiter est dubium simpliciter, & ad hominē. An inter patrē & filiū, vt sunt quidā homines, sit iustū simpliciter. Et ad hominem quidem, authorem, s. dubiū occurrit quia in litera dr, q inquantum vterq; est homo, aliquo modo ē ad eos iustitia. Aut enim author intendit, q inter hos inquantū hoīes, est iustitia secundū quid, & sic coincidit secundū membrū cū primo membro: qa ēt inter eos, inquantum sunt pater & filius, est iustitia secundum qd, alioquin nō esset formalis sermo de iusto paterno. Aut intēdit, q inter eos inquantum hoīes, est iustitia simpliciter, & sic malè dicitur in litera, q aliquo modo ad eos est iustitia. Si enim est iustitia simpliciter, nō est aliquo modo, sed simpliciter: & si aliquo modo non est simpliciter. Occurrit autem dubiū simpliciter, quia inter patrem & filium, ut sunt quidam hoīes, saluatur perfectè ratio iusti, qa saluatur perfectè ratio alietatis ab inuicem. Neuter.n. vt sic, est aliqd alterius, sed quilibet sui pprij esse, & operari est. Et cōfirmat, quia filius habet aliquid quod nō est patris, secundum leges ciuiles, ut peculium castrense: & similiter posset agere contra patrē ratione enormis iniuriæ. Est igitur inter eos ut sunt quidam homines, iustum simpliciter.

¶ Ad hoc dicitur, quòd cum ab Arist & authore, inter patrem & filium negatur iustum absolutè, & ponitur iustum tale, scilicet paternum, non est sensus, quòd inter patrem & filiū ut sic, ponatur tale iustum, scilicet, quòd inter illum hominē qui est pater, & illū qui est filius, non est iustum simpliciter, sed tale. Ita quod non intendimus distinguere duplex iustū inter eos, alterū, ut est pater & filius, & alterū ut sunt quidam homines: sed intendimus per hanc distinctionem radicem, rationemq; explicare, unde prouenit quòd inter eos sit ius tale. Ex eo namque quòd sunt homines quidam, est inter eos ius: ex eo autem q sunt pater & filius, deficit illud ius ab absoluta iuris ratione, & determinatur ad tale, scilicet paternum: & hic est planus sensus literæ. Nec est sermo nō formalis, sed pater & filius rōnem sustinent diminutiuā iuris in illis personis, & non arcētur ad patrē & filiū exclusis eorū psonis. Vnde patet q nullum restat dubiū ad hominem, quod ex malo intellectu literæ oriebatur.

¶ Ad dubium autem simpliciter dicitur, quòd cum inter illos, qui sunt pater & filius non sit iustitia, nisi secundum aliquid, verbi gratia, secundum peculium castrense, uel in aliquo casu, puta, enormis iniuriæ, ex hoc ipso patet, quod inter eos nō est iustitia simpliciter, sed secundum quid.

¶ Sed hæc responsio non consonat principijs conclusionis, neque oportet quòd inter quoscumque est iustitia, sit iustitia simpliciter secundū omnia. Dicendum ergo ex principio conclusionis est, q qa illi hoīes, q sunt pater & filius, non ita sunt diuersi, qn simpliciter, & absolute sint totū & pars: nā una pars patris, semen scilicet, qd ex substantia patris decisum est, est filius, ac p hoc bonū, uel malū unius nō est alienū a reliquo. Et peculiū siquidē castrense ex hoc ipso quod est filij, est patris, quia est suæ partis, & accusatio alterius contra reliquum redun-

Sup. ... Vnde si d̄a-narentur filius, nō esset ad dominationem extranei: patet. Et hoc experientia testatur. Propter hoc.n. Seleucus Locrensiū princeps, cum filio uterq; esset eruēdus oculus inter se & filium eruēdos diuisit oculos. Propter hoc quoque Dauid occiso Amon ab Absalom, parcendo Absalom, sibi ꝑ pepercit. Non est igitur, absolutè loquendo, inter patrem & filium iustum simpliciter, quemadmodum quę sumantur.

*Lib. 1.c. 3.in fi. ꝑcipue, t.5.

Qđ naturalis rō īter oēs hoīes cōstituit id, qđ apud oēs gētes custodit, vocaturq; ius gētium. Et ꝑ hoc patet rńsio ad Primū.

Ad II dicēdū, ꝙ hūc hominē esse seruum, absolutè cōsiderando, magis q̄ aliū, non habet rōnem naturalem, sed solū ſm aliquā vtilitatē cōsequentē, inquantum utile est huic, ꝙ regatur à sapientiori, & illi quòd ad hoc iuuetur, ut dicitur in 1.*Polit. Et ideo seruitus pertinēs ad ius gentium est naturalis secundo modo, sed nō primo modo.

Ad III dicendū, ꝙ quia ea q̄ sunt iuris gentium naturalis ratio dictat, puta, ex propinquo habentia æquitatem: inde est, ꝙ nō indigēt aliqua speciali institutione, sed ipsa naturalis rō eā instituit, vt dictū est in authoritate inducta.

*Arg.1.& 1 s. corp. art.

Articvlvs IIII.

Vtrum debeat specialiter distingui ius paternum & dominatiuum.

Porrecta per totum. 316

Inf. q.58. ar.7. ad 4 Et 2. d.44 q.2.art.1. cor. Et 5. Eth.lec.11 *lib.1 de officijs c.24. circa finē to. 1. †ar. 1 hu ius quest. † artic. 1. ad 1.

Ad qvartvm sic ꝓcedit. Vr̄ ꝙ nō dēat specialiter distingui ius paternū & dominatiuū. Ad iustitiam.n. pertinet reddere vnicuiq; quod suum est, ut dicit * Ambro. in 1. de Officijs: sed ius est obiectum iustitiæ, sicut † dictum est. ergo ius ad vnumquemque æqualiter pertinet: & sic non debet distingui specialiter ius patris & domini.

¶2 Præt. Rō iusti est lex, vt † dictū est: sed lex respicit cōe bonū ciuitatis, & regni, ut supra * habitum est, nō aūt respicit bonū priuatū vni' ꝑsonæ, aut ēt vni' familiæ. nō ergo dēt esse aliqđ speciale i', vel iustū dominatiuū, uel paternū, cum dñs & pater pertineant ad domum, vt dicitur in 1.† Politic.

* 1. 2. q. 90. ar. 2. † c. 3. t. 5.

¶3 Præt. Multæ aliæ funt differentiæ graduum in hominibus, vtputa, quòd quidā sunt milites, quidam sacerdotes, quidam principes. ergo ad eos debet aliquod speciale iustum determinari.

*li. 5. c.6. circa finē tom. 5.

Sed contra est, qđ *Phi. i 5. Eth. spāliter a iusto politico distinguit dñatiuū & p̄rnū, & alia hmōi.

Respon. Dicēdū, ꝙ ius, siue iustū dr̄ ꝑ cōmensuratione ad alterū. Alterum autē pōt dici dupl̄r. Vno mō, ꝙ simpl̄r est alterū, sicut qđ est omnino distinctū: sicut apparet ī duobus hominibus, quorū vnus non est sub altero, sed ambo sunt sub vno principe ciuitatis: & inter tales ſm * Phil. in 5. Eth. est simpl̄r iustū. Alio modo dr̄ aliquid alterum nō simpl̄r, sed quasi aliquid eius existens. Et hoc mō in rebus humanis filius est aliqd patris, quia quodāmodo est pars eius, ut dr̄ in 8.* Eth. & seruus est aliqd Dñi, qa est instrumētū eius, ut dr̄ in 1.† Poli. Et ĩō patris ad filium nō est cōparatio, sicut ad simpl̄r alterū. Et ꝑꝑ hoc nō est ibi simpl̄r iustum, sed quoddā iustū. s. paternū: & eadē rōne nec inter dñm & seruū, sed est inter eos dominatiuū iustū. Vxor aūt, quis sit aliqd viri, qa cōparat ad eā sicut ad ꝓpriū corpus, ut patet ꝑ Apo. ad Eph. 5. tñ magis distinguit à viro, q̄ filius à patre, uel seruus a dño. Assumitur.n. in quādā socialem vitā matrimonij: & iō, vt * Philo. dicit, inter virum & vxorē plus est de rōne iusti, q̄ inter patrem & filium, uel dñm & seruū, quia cum uir & vxor habeāt immediatā relationem ad domesticam cōmunitatē, ut patet in 1.* Polit. ideò inter eos nō est simpliciter politicum iustū, sed magis iustum œconomicū.

*li. 5. c.6. circa finē tom. 5. *Lib. 8 ca. 12. to. 5. †li. 1. Polit. ca. 3. & 4. to. 5. 12. to. 5. *Conclu. m.* * Lib. 5. Eth. ca. 6. in fi. to. 5. *Conclu. p* * Lib. 1. ex c. 3. elicitur, & ex vlt. to. 5. *Conclu. s*

Ad primvm ergo dicēdum, ꝙ ad iustitiam pertinet reddere ius suum unicuique, supposita tamē diuersitate unius ad alterum. Si quis enim sibi det quod sibi debetur, non propriè uocatur hoc iustum. Et quia quod est filij est patris, & quod est serui est domini: ideò non est propriè iustitia patris ad filium, uel domini ad seruum.

Ad II dicēdū, ꝙ filius inquantum filius, est aliquid patris, & similiter seruus inquantū seruus, est aliquid dñi. Vterq; tñ prout consideratur ut quidā hō, est aliquid ſm se subsistēs ab alijs distinctū: & iō inquātum vterq; est homo, aliquo modo ad eos est iustitia. Et ꝑꝑ hoc etiam aliquæ leges dant de his quæ sunt patris ad filium, vel domini ad seruum: sed inquantum vterque est aliquid alterius, ſm hoc deficit ibi perfecta ratio iusti, uel iuris.

Ad III dicendum, ꝙ omnes aliæ diuersitates personarum, q̄ sunt in ciuitate, habent immediatam relationem ad cōitatem ciuitatis, & ad principem ipsius: & ideò ad eos est iustum secundum perfectam rationem iusti. Distinguitur tamē istud iustum secūdum diuersa officia. Vnde & dicitur ius militare, uel magistratuum, aut sacerdotum non propter defectum à simpliciter iusto, sicut dicitur paternum & dominatiuum, sed ꝓpter hoc quòd unicuique conditioni personę secundum propriū officium aliquid proprium debetur.

Qvaestio LVIII.

De iustitia, in duodecim articulos diuisa.

Deinde considerandum est, de iustitia. Circa quam quæruntur duodecim.

¶Primò, Quid sit iustitia.
¶Secundo, Vtrum iustitia semper sit ad alterum.
¶Tertiò, Vtrum sit uirtus.
¶Quartò, Vtrū sit in voluntate, sicut in subiecto.
¶Quintò, Vtrum sit virtus generalis.
¶Sextò, Vtrum secundum quòd est generalis, sit idem in essentia cum omni virtute.
¶Septimò, Vtrum sit aliqua iustitia particularis.
¶Octauo, Vtrum iustitia particularis habeat ꝓpriam materiam.
¶Nonò, Vtrum sit circa passiones, vel circa operationes tantum.
¶Decimò, Vtrum medium iustitiæ sit mediū rei.
¶Vndecimò, Vtrum actus iustitiæ sit reddere unicuique quod suum est.
¶Duodecimò, Vtrum iustitia sit præcipua inter omnes virtutes morales.

Porrecta per totum. 317

4. d. 33. q. 3. ar. 1. ad 5. Et veri. q. 1. ar. 5. ad 12. *In digesto veteri lib. 1. titu. 1. lege 10. in prin. †li. 5. c. 1. nō lōge a prin. t. 5.

Articvlvs primvs.

Vtrum conuenienter diffiniatur iustitia, quòd est perpetua & constans voluntas, ius suum unicuique tribuens.

Ad primvm sic proceditur. Videtur quòd incōuenienter diffiniatur à * Iurisperitis, quòd iustitia est perpetua & constans voluntas, ius suum vnicuiq; tribuens. Iustitia enim secundum † Philo. in 5. Ethi. est habitus, à quo sunt aliq operatiui iustorum, & à quo operantur, & volunt iusta: sed voluntas nominat potentiam, vel etiam actum. ergo inconuenienter iustitia dicitur esse voluntas.

¶2 Præt. Rectitudo voluntatis non est uoluntas, alioquin si volūtas esset sua rectitudo, sequeretur, quòd nulla voluntas esset peruersa: sed secūdum † Anselmum in librode Veritate, Iustitia est rectitudo. ergo iustitia non est voluntas.

†In dialogo de veritate ca. 13.

¶3 Præt. Sola Dei voluntas est perpetua. si ergo iustitia est ꝑpetua voluntas, in solo Deo erit iustitia.

¶4 Præt. Omne perpetuum est constans, quia est immutabile superflue. ergo vtrumque ponitur in diffinitione iustitiæ, & perpetuum, & constans.

¶5 Præ. Reddere ius vnicuiq; ꝑtinet ad principē. ergo si iustitia si vnicuiq; ius suū tribuens, sequit ꝙ iustitia nō sit nisi in principe, qđ est incōueniēs.

*Cap. 15. circa medium to. 1.

¶6 Præt. * Aug. dicit in libro de moribus Ecclesiæ; quòd iustitia est amor Deo tantum seruiens. non ergo reddit vnicuique quod suum est.

Concl. m

Respon. Dicendū, ꝙ p̄dicta iustitiæ diffinitio conueniens est, si recte intelligat. Cū.n. oīs virtus sit habitus, qui est principiū boni actus necesse est ꝙ virtus diffiniat ꝑ actum bonū, qui est circa eā, q̄ ad alterū sunt, sicut circa ꝓpria materiā virtutis. Est āt iustitia ꝑcipue circa ea q̄ ad alterum sunt, sicut circa ꝓpriā materiā vt infra * patebit. Et ideò actus iustitiæ ꝑ cōparationem ad ꝓpria materiā virtutis, & obiectum tangit cū dr̄. Ius suū vnicuiq: tribuens. Quia, vt * Isidorus dicit in libro Ethymolo. Iustus dr̄ quia ius custodit. Ad hoc āt ꝙ aliquis actus circa quācunq; materiā sit virtuosus, requirit, ꝙ sit voluntarius, & ꝙ sit stabilis & firmus: qa † Phil. dicit in 2. Ethi. ꝙ virtutis actū requirit, primò quidem ꝙ operet sciens: scđo āt, ꝙ eligens, & ꝑꝑ debitū finē: tertio, ꝙ immobiliter operet. Primus āt horū includit in scđo, qa quod ꝑ ignorantiā agit, est inuoluntarium, vt dr̄ in 3. Ethi. Et iō in diffinitione iustitiæ primo ponit voluntas ad ostendendū, ꝙ actus iustitiæ dēt esse voluntarius. Addit āt de constantia, & perpetuitate, ad designandam actus firmitatē. Et iō p̄dicta diffinitio est cōpleta diffinitio iustitię, nisi ꝙ actus ponit pro habitu, q̄ ꝑ actum specificat: habitus.n. ad actum dr̄. Et si qs vellet eam in debitam formam diffinitionis reducere, posset sic dicere, ꝙ Iustitia est habitus, ſm quē aliquis constanti & ꝑpetua voluntate ius suū unicuiq; tribuit. Et quasi est eadē diffinitio cū ea, quā * Phil ponit in 5. Ethi dicēs, ꝙ iustitia est habitus, ſm quē aliqs dr̄ operatiuus ſm electionē iusti.

*Arti. sequenti. *Li. 10. c. 9. incipit, Ingeniosus: parū a princ. †Lib. 2. Ethi. c. 4. to. 5. *Li. 3. c. 1. tom. 5. *Li. 5. c. 1. & simul tom. 5.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ voluntas hic nominat actū, nō potentiā. Est āt consuetū, ꝙ apud authores habitus ꝑ actus diffiniāt, sicut * Aug. dicit sup Ioan. ꝙ fides est credere quod non vides.

*Trac. 79 in Ioan. paulo a princ. to. 9.

Ad II. dicendū, ꝙ neq; ēt iustitia est essentialiter rectitudo, sed causaliter tantum. Est.n. habitus secundum quem aliquis rectè operatur, & vult.

Ad III. dicendum, ꝙ voluntas pōt dici perpetua dupliciter. Vno mō, ex parte ipsius actus, q̄ perpetuo durat. Et sic solius Dei voluntas est ꝑpetua. Alio mō ex parte obiecti, quia. s. aliquis vult perpetuo facere aliquid: & hoc requiritur rōnem iustitiæ. Non.n. sufficit ad rōnem iustitiæ, ꝙ aliqs velit ad horam in aliquo negotio seruare iustitiā, quia vix inuenitur aliquis, qui velit in oibus iniuste agere: sed requiritur ꝙ hō habeat voluntatem perpetuę, & in omnibus iustitiam conseruandi.

Ad IIII. dicendum, ꝙ quia perpetuū non accipitur ſm durationem perpetuam actus uolūtatis, non superflue addit, cōstās, ut sicut per hoc ꝙ dr̄, perpetua uoluntas, designatur ꝙ aliquis gerat in proposito perpetuo iustitiam conseruandi: ita ēt per hoc quòd dicitur, constans, designatur quòd in hoc proposito firmiter perseueret.

Ad qvintvm dicendum, ꝙ iudex reddit quod suum est per modum imperantis, & dirigentis, qa iudex est iustum animatum, & princeps est custos iusti, ut dr̄ in 5.* Ethicor. sed subditi reddunt quod suum est unicuique per modum executionis.

*Li. 5. c. 6. a medio. tom. 5.

Ad sextvm dicendū, ꝙ sicut in dilectione dei includitur dilectio proximi, ut supra * dictum est: ita etiam in hoc, quòd homo seruit Deo, includit quòd unicuique reddat quod debet.

*q. 24. ar. 1.

Articvlvs II.

Vtrum iustitia semper sit ad alterum.

Porrecta per totum. 318

Sup. q. 57. a. 4. & infr. ar. 8. cor. & ad 3. Et virt. q. 1. art. 7. ad ad 12.

Ad secvndvm sic procedit. Vr̄ ꝙ iustitia nō semper sit ad alterum. Dicit.n. Apo'. sunt ad Ro. 3. ꝙ iustitia Dei est per fidem Iesu Chri, sed fides nō dr̄ per comparationem unius hoīs ad alterum. ergo neque iustitia.

¶2 Præt. Secūdum * Aug. in li. de moribus Ecclesiæ. Ad iustitiam ꝑtinet ob hoc, ꝙ serui Deo bñ imperare cæteris, quæ hoi sunt subiecta: sed appetitiua sensitiuus est hoi subiectus, vt patet Gene. 4. vbi dr̄. Subter te erit appetitus eius. s. pcti, & tu dña beris illi*. ergo ad iustitiā pertinet dominari ꝓprio appetitui: & sic erit iustitia ad seipsum.

*Cap. 15. circa medium to. 1.

¶3 Pr. Iustitia Dei est æterna: sed nihil aliud est Deo coæternū. ergo de ratione iustitiæ nō est, quòd sit ad alterum.

¶4 Præt. Sicut operationes, q̄ sunt ad alterū, indigent rectificari, ita ēt operationes, q̄ sunt ad seipsum: sed ꝑ iustitiā rectificant operationes, ſm illud Prouerb. 11. Iustitia simplicis diriget uiā eius. ergo iustitia nō est solū circa ea q̄ sunt ad alterū, sed ēt circa ea quæ sūt ad seipsum.

Sed contra est, qđ * Tull. dicit i 1. de Offi. ꝙ iustitiæ ea rō est qua societas hoium īter ipsos, & uitæ cōitas cōtinet: sed hoc īportat respectū ad aīum. ergo iustitia ē circa ea q̄ sūt ad alterū.

*Lib. 1. in cap. de iustitia in princ. *q. præc. art. 1. & 3.

Resp. Dicēdū, ꝙ sicut s.* dictū ē, cū nomē iustitię

Svper Q. LVIII ART. II

In ar. 2. omissio. 1. q. 58. in r̄sione ad vltimū aduerte, ꝙ actiones q̄ ad alterū, dupliciter egent speciali rectificatione in cōparatione ad agentem. Primo, rōne passionū q̄ immiscetur hmōi actionibus: sicut restitutionis pecuniæ ablatæ immiscetur tristitia abdicandi à se ꝓprium commodum, & adulterio concupiscentia carnis. Et sic hæ actiones rectificātur alijs virtutibus moralibus, puta, liberalitate, castitate, vel aliqua alia hmōi. Secundò rōne ipsius voluntatis, quā oportet ex electione ꝓmptē, & immobiliter æqualitatē alterū facere, & seruare. Et sic hæ actiones rectificantur habitu iustitiæ. Eius .n. est non solū rectificare actiones in ordine ad alterum sed ēt ad agētē quātū ad id, ꝙ se tenet ex parte voluntatis solum, & non quantum ad id, quod se tenet ex parte voluntatis vel ... passionibus, ut patet [illegible] ... in ...

Universidad de Deusto Biblioteca

æqualitatem importet, ex sua rõne iustitia hẽt, φ sit ad alterũ nihil.n. est sibi æquale, sed alteri. Et qa ad iustitiã ptinet actus humanos rectificare, vt * dictũ est, necesse est φ æqualitas ista, quã requirit iustitia, sit diuersorum agere potentium. Actiones aũt sunt suppositorum, & totorum: non ãt proprie loquendo, partium, & formarum, seu potentiarum. Non.n. propriè dr̃ φ manus percutiat, sed hõ per manũ: neq; ppriè dr̃ φ calor calefaciat, sed ignis per calorem, s̃m tñ similitudinem quandam hæc dicuntur. Iustitia ergo propriè dicta requirit diuersitatem suppositorum, & ideo non est nisi vnius hois ad alium: sed s̃m similitudinem accipiuntur in uno & eodem hoie diuersa principia actionum quasi diuersa agentia sicut rõ & irascibilis; & concupiscibilis: & ideò metaphoricè in vno & eodẽ hoie dr̃ esse iustitia, s̃m φ ratio imperat irascibili, & concupiscibili, & s̃m quod hæc obediunt rõni, & vniuersaliter s̃m φ vnicuiq; parti hoĩs attribuitur quod ei conuenit. Vnde & * Philo. in 5. Ethico. hanc iustitiam appellat s̃m metaphoram dictã.

Ad primum ergo dicendũ, φ iustitia q̃ fit per fidem in nobis, est per quam iustificatur impius, q̃ quidem in ipsa debita ordinatione partium aiæ consistit, sicut s̃. * dictum est, cum de iustificatione impij ageretur. Hoc ãt ptinet ad iustitiã metaphoricè dictã, q̃ põt inueniri ẽt in aliquo solitariam vitam agente. Et hoc patet responsio ad II.

Ad III. dicẽdũ, φ iustitia Dei est ab æterno s̃m voluntatem, & propositum æternum, & in hoc p̃cipuè iustitia consistit, q̃uis secundum effectum non sit ab æterno, quia nihil est Deo coæternum.

Ad IIII. dicẽdũ, φ actiones, quæ sunt hoĩs ad seipsum, sufficienter rectificantur rectificatis passionibus per alias virtutes morales: sed actiones q̃ sunt ad alterum, indigẽt speciali rectificatione nõ solum per cõparationem ad agentem, sed ẽt per comparationem ad eum, ad quem sunt. Et ideo circa eas est specialis virtus, quæ est iustitia.

Articvlvs III.

Vtrum iustitia sit virtus.

Ad tertium sic p̃cedit. Vr̃ φ iustitia ñ sit virtus. Dr̃.n. Luc. 17. Cum feceritis oia quæ p̃cepta sunt vobis, dicite. Serui inutiles sumus, quod debuim' facere, fecim': sed nõ est inutile facere opus virtutis. dicit.n. * Amb. in 2. de officijs, Vtilitatem ñ pecuniarij lucri æstimationẽ dicim', sed acq̃sitionẽ pietatis ergo facere quod quis dẽt facere, non est opus virtutis: est aũt opus iustitiæ quod quis facere tenet̃. ergo iustitia nõ est virtus. ¶2 Præ. Quod fit ex necessitate nõ est meritoriũ sed reddere alicui qđ suũ est ptinet ad iustitiã, est necessitatis. ergo ñ est meritorũ: actibus ãt virtutũ meremur. ergo iustitia nõ est virtus. ¶2 Præt. Oĩs virtus moralis est circa agibilia. Ea aũt q̃ exterius cõstituunt, nõ sunt agibilia, sed factibilia, vt patet p * Phil. in 9. Meta. Cũ ergo ad iustitiã pertineat exterius facere aliqđ op' s̃m se iustum, vr̃ φ iustitia non sit virtus moralis.

Sed contra est, qđ * Greg. dicit in 2. Mora. φ in quatuor virtutibus. s. tẽperãtia, prudẽtia fortitudine, & iustitia, tota boni operis structura cõsurgit.

Respon. Dicendũ, φ virtus humana est q̃ bonũ reddit actum humanũ, & ipsum hoĩem bonũ facit quod quidem cõuenit iustitiæ. Actus.n. hoĩs bonus redditur ex hoc, φ attingit regulã rõnis s̃m quam humani actus rectificant. Vñ cũ iustitia operationes humanas rectificet, manifestũ est φ opus hoĩs bonum reddit. Et ut * Tullius dicit in 1. de officijs, ex iustitia præcipue uiri boni nominant. Vñ sicut ibidẽ dicit, in ea virtutis splendor est maximus.

Ad primum ergo dicendũ, φ cũ aliquis facit qđ dẽt nõ affert vtilitatem lucri ei, cui facit quod debet, sed solum abstinet à damno eius: sibi tñ facit vtilitatem, inquantum spontanea & prõpta volũtate facit illud quod dẽt, quod est virtuosè agere. Vñ dr̃ Sapien. 8. φ sapientia Dei sobrietatem, & iustitiam docet, prudentiam & virtutem, quibus in vita nihil est vtilius hominis, scilicet virtuosis.

Ad II. dicẽdũ, φ duplex est necessitas, vna coactionis, & hæc qa repugnat voluntati, tollit rõnẽ meriti. Alia ãt est necessitas ex obligatione p̃cepti siue ex necessitate finis, qñ. s. aliquis nõ põt cõsequi finẽ virtutis nisi hoc faciat; & talis necessitas non excludit rõnẽ meriti, inquãtũ aliqs hoc, qđ sic est necessariũ, voluntariè agit, excludit tñ gloriã supererogationis, s̃m illud 1 ad Cori. 9. Si euãgelizauero, nõ est mihi gloria: necessitas.n. mihi incũbit.

Ad III. dicẽdũ, φ iustitia nõ cõsistit circa exteriores res, quãtũ ad hoc, quod est facere quod ptinet ad artẽ, sed quantũ ad hoc, φ utit̃ eis ad alterũ.

Articvlvs IIII.

Vtrum iustitia sit in uoluntate sicut in subiecto.

Ad quartum sic procedit. Vr̃ φ iustitia non sit in voluntate sicut in subiecto. Iustitia.n. q̃nq; veritas dicitur: sed veritas non est uoluntatis, sed intellectus. ergo iustitia nõ est in voluntate sicut in subiecto. ¶2 Præ. Iustitia est circa ea, quę sunt ad alterũ: sed ordinare aliqđ ad alterũ est rõnis iustitia ergo non est in voluntate sicut in subiecto, sed magis in ratione. ¶3 Præt. Iustitia ñ est virtus itellectualis cũ ñ ordinet̃ ad cognitionẽ, vñ relinquit̃ φ sit virt' moralis: sed subiectũ virtutis moralis est rõnale p participationem, qđ est irascibilis, & concupiscibilis, ut patet p * Philoso. in 1. Ethic. ergo iustitia non est in uoluntate sicut in subiecto: sed magis in irascibili, & concupiscibili.

Sed contra est, quod * Ansel. dicit, φ iustitia est rectitudo uolũtatis propter se seruata.

Respon. Dicendũ, φ illa potẽtia est subiectum uirtutis, ad cuius potentiæ actum rectificãdũ uirtus ordinatur. Iustitia aũt nõ ordinatur ad dirigendum aliquem actum cognoscitiuũ. Nõ .n. dicimur iusti ex hoc, φ rectè aliquid cognoscimus: & iõ subiectũ iustitię nõ est intellectus, uel rõ, q̃ est potẽtia cognoscitiua. Sed qa iusti i hoc dicimur, φ aliqd rectè agim', proximũ aũt principium actus est uis appetitiua, necesse est φ iustitia sit in aliqua ui appetitiua sicut in subiecto. Est aũt duplex appetitus. s. uolũtas, q̃ est in rõne, & appetitus sensitiuus cõñs apprehensionem sensus, qui diuidit per irascibile, & concupiscibile, ut in 1. * habitum est. Reddere aũt unicuiq; quod suũ est, non põt procedere ex appetitu sensitiuo: qa apprehẽsio sensitiua non se extedit ad hoc, φ cõsiderare possit pportionẽ vni' ad alterũ, sed hoc est pprium rõnis. Vñ iustitia non põt esse sicut i subiecto in irascibili & concupiscibili, sed solùm in uoluntate. Et ideò * Philoso. diffinit iustitiam per actum uoluntatis, ut ex supra † dictis patet.

Ad primum ergo dicẽdum, φ quia uoluntas est appetitus rationalis, ideò rectitudo rõnis, quæ ueritas dicitur, uoluntati impressa propter propinquitatem ad rationem, nomen retinet ueritatis. Et inde est, quòd quandoque iustitia ueritas uocatur.

Ad secundum dicendũ, φ uolũtas fert̃ in suum obiectum cõñter ad apprehensionem rõnis. Et iõ quia rõ ordinat in alterum, uoluntas põt uelle aliquid in ordine ad alterũ, quod ptinet ad iustitiam.

Ad tertium dicendũ, φ rationale per participationẽ non solùm est irascibile, & concupiscibile, sed omnino appetitiuum, ut dr̃ in 1. Ethico. qa omnis appetitus obedit rationi, sub appetitiuo autem comprehenditur uoluntas: & ideo uolũtas potest esse subiectum uirtutis moralis.

Articvlvs V.

Vtrum iustitia sit uirtus generalis.

Ad quintum sic p̃cedit. Vr̃, φ iustitia non sit virtus gñalis. Iustitia.n. condiuiditur alijs uirtutibus, ut patet Sap. 8. Sobrietatẽ & iustitiam docet, prudentiam & uirtutẽ: sed gñale non condiuiditur, seu connumeratur speciebus sub illo gñali contentis. ergo iustitia non est uirtus generalis. ¶2 Præt. Sicut iustitia ponitur uirtus cardinalis, ita ẽt temperantia, & fortitudo, sed tẽperãtia, uel fortitudo non ponit̃ uirtus generalis. ergo neque iustitia debet aliquo modo poni uirtus generalis. ¶3 Præt. Iustitia est sp ad alterũ, ut s̃. * dictũ est: sed pctm̃ qđ est in proximũ, nõ põt esse pctm̃ gñale, sed diuidit contra pctm̃, quo peccat hõ contra seipsum. ergo etiã neq; iustitia est uirtus generalis.

Sed contra est, quod * Philos. dicit in 5. Ethic. quòd iustitia est communis uirtus.

Respon. Dicẽdũ, φ iustitia, sicut dictũ est, ordinat hoiem in cõparatione ad aliũ: quod qdẽ põt esse dupl'r. Vno mõ, ad aliũ singl'r cõsideratũ: alio mõ ad alium in cõi, s̃m. s. φ ille, q seruit alicui cõitati, seruit oĩbus hoĩbus q sub cõitate illa cõtinẽtur. Ad utrũque ergo se põt habere iustitia s̃m ppriam rõnem. Manifestũ est aũt φ oẽs, q sub cõitate aliqua cõtinent, comparantur ad cõitatem sicut partes ad totũ. Pars aũt id quod est, totius est, unde & quodlibet bonum partis est ordinabile in bonũ toti'. Secundũ hoc ergo bonum cuiuslibet uirtutis siuè ordinantis aliquem hoiem ad seipsũ, siuè ordinantis ipsum ad aliquas alias personas singulares, est referibile ad bonum cõe, ad quod ordinat iustitia. Et s̃m hoc actus oĩum uirtutum põt ad iustitiã pertinere, s̃m φ ordinat hoiem ad bonum commune: & quantum ad hoc iustitia dr̃ uirtus generalis. Et quia ad legem pertinet ordinare in bonum commune, ut supra * habitum est, inde est φ talis iustitia prædicto modo gñalis, dr̃ iustitia legalis, quia. s. per eam homo concordat legi ordinanti actus oĩum uirtutum in bonum commune.

Ad primum ergo dicẽdum, φ iustitia cõdiuidit̃, seu cõnumerat̃ alijs uirtutib. non inq̃tũ est gñalis, sed inquantũ est specialis uirtus ut infra * dicetur.

Ad secundum dicendũ, φ tẽperãtia, & fortitudo sunt in appetitu sensitiuo. i. in cõcupiscibili, & irascibili. Hmõi aũt uires sunt appetitiuæ quorũdã bonorũ particulariũ, sicut & sensus est particulariũ cognoscitiu': sed iustitia est sicut in subiecto in appetitu intellectiuo, q põt esse uĩs boni, cui' itellectus est apprehensiuus. Et iõ iustitia magis põt esse uirt' gñalis, q̃ tẽperãtia, uel fortitudo.

Ad tertium dicẽdũ, φ illa q̃ sunt ad seipsum, sunt ordinabilia ad alterũ, p̃cipuè q̃tũ ad bonum cõe. Vnde & iustitia legalis, s̃m φ ordinat ad bonum commune, potest dici uirtus generalis: & eadem rõne iniustitia põt dici peccatum cõe. Vnde dicitur 1. Io. 3. φ omne peccatum est iniquitas.

Articvlvs VI.

Vtrum iustitia, secundùm quòd est generalis, sit idem per essentiam cum omni uirtute.

Ad sextum sic proceditur. Vr̃, φ iustitia, s̃m φ est gñalis, sit idem per essentiam cũ oĩ uirtute. Dicit .n. * Phil. in 5. Eth. φ uirtus, & iustitia legalis est eadem oĩ virtuti, esse aũt nõ est idẽ: sed illa q̃ differunt solũ s̃m esse, uel s̃m rõnem, nõ differunt s̃m essentiam. ergo iustitia est idem secundũ essentiam cum omni uirtute.

¶2 Præt.

Universidad de Deusto Biblioteca

¶2 Præt. Ois uirtus, q̃ nõ est idē per essentiā cũ oī uirtute, est pars uirtutis: sed iustitia pdicta, ut ibid. * Phil. dicit, nõ est pars uirtutis, sed a tota uirt*. ergo pdicta iustitia est idē essentialiter cũ oī uirtute.

*Idē lib. & tom. 5.

¶3 Præt. Per hoc, q aliqua uirt* ordinat actũ suũ ad altiorē finē, nõ diuersificat ſm essentiā habit*, sicut idē est essentialiter habit* tēperantiæ, etiā si act* eius ordinet ad bonũ diuinũ: sed ad iustitiā legalē ptinet, q actus oīum uirtutũ ordinent ad altiorem finē, i. ad bonũ cõe multitudinis, quod præeminet bono unius singularis personæ. ergo uī q iustitia legalis essentialiter sit omnis uirtus.

¶4 Præt. Oē bonũ partis ordinabile est ad bonũ toti*. vñ si nõ ordinet in illud, uī esse vanũ & frustra: sed illud quod est ſm uirtutē, nõ põt esse hmõi. ergo uī q nullus actus possit esse alicuius uirtutis, qui non pertineat ad iustitiam gñalem, quæ ordinatur in bonum cõe. & sic uī q iustitia generalis sit idem in essentia cum omni uirtute.

SED CONTRA est, quod dicit* Phil. in 5. Eth. q multi in proprijs quidem pñt uirtute uti, in his autem quæ ad alterum sunt, non pñt. Et in 3.† Pol. dicit, q non est simpliciter eadem uirtus boni uiri, & boni ciuis: sed virtus boni ciuis est iustitia generalis, per quam aliquis ordinatur ad bonum cõe. ergo non est eadem iustitia generalis cum uirtute communi, sed una potest sine alia haberi.

*Li. 5. c. 1. paulo ante fin. †Li. 3. Pol. c. 3. to. 5.

RESPON. Dicēdũ, q generale dī aliquid dupliciter. Vno modo per prædicationem, sicut animal est gñale ad hoiem, & equum, & ad alia hmõi. & hoc modo gñale oportet, q sit idem essentialiter cũ his, ad q̃ est gñale, quia gen* pertinet ad essentiā spēi, & cadit in diffinitione eius. Alio mõ dī aliquid gñale ſm uirtutem, sicut cā uñis est gñalis ad oēs suos effectus, ut Sol ad oīa corpora, q̃ illuminant, uel immutantur per uirtutem ipsius: & hoc modo gñale non oportet q sit idē in essentia cum his, ad quæ est gñale, quia non est eadem essentia causæ, & effectus. Hoc aũt modo ſm prædicta iustitia legalis dī esse uirtus gñalis, inquantũ. s. ordinat actus aliarũ uirtutũ ad suũ finē, quod est mouere p imperiũ oēs alias uirtutes.* Sicut. n. charitas põt dici uirtus gñalis, inquantũ ordinat act* omnium uirtutum ad bonum diuinum: ita ēt iustitia legalis, inquantũ ordinat actus oīum uirtutũ ad bonũ cõe. Sicut ergo charitas, quæ respicit bonũ diuinum, ut proprium obiectum, est quædā spālis uirtus ſm suā essentiā: ita ēt iustitia legalis est spālis uirtus ſm suā essentiā, ſm q respicit cõe bonum ut proprium obiectum. Et sic est in principe principaliter, & quasi architectonicē. in subditis autē secundariē, & quasi administratiuē. Põt tamen quælibet uirtus, ſm q a prædicta uirtute, spāli quidem in essentia, generali aũt ſm uirtutem, ordinatur ad bonum cõe, dici iustitia legalis: & hoc mõ loquendi, iustitia legalis est idem in essentia cũ oī uirtute, differt aũt rõne: & hoc mõ loquit Philosoph*. Vnde patet responsio ad Primum, & Secundum.

Concl. in — Concl. p — Conclu. 2 *Ar. 5. huius quæst. — D. 305. — Conclu. n

AD TERTIVM dicēdũ, q ēt illa rõ ſm hũc modum procedit de iustitia legali, ſm q uirtus imperata a iustitia legali, iustitia legalis dicitur.

AD QVARTVM dicendum, q quælibet uirtus ſm propriam rationem ordinat actum suum ad proprium finem illius uirtutis. Q̃ d aũt ordinet ad ulteriorem finem siuē sp, siuē aliqñ, hoc non hēt ex ppria ratione, sed oportet esse aliam superiorē uirtutem, a qua in illum finem ordinetur. Et sic oportet esse unam uirtutem superiorem, quæ ordinet omnes uirtutes in bonum commune, quæ est iustitia legalis, & est alia per essentiā ab omni uirtute.

ARTICVLVS VII.

Vtrum sit aliqua iustitia particularis præter iustitiam generalem.

AD SEPTIMVM sic procedit. Videtur, q non sit aliqua iustitia particularis præter iustitiam gñalem. In uirtutib. n. nihil est superfluum, sicut nec in natura: sed iustitia gñalis sufficienter ordinat hoiem circa oīa, q̃ ad alterũ sunt. ergo nõ est necessaria aliqua iustitia pticularis.

¶2 Præt. Vnum, & multa nõ diuersificāt spēm uirtutis: sed iustitia legalis ordinat hoiem ad alium ſm ea, quæ ad multitudinē pertinent, ut ex * prædictis patet. ergo non est alia species iustitiæ, quæ ordinet hoiem ad alterum in his, quæ pertinent ad unā singularem personam.

*Art. 5. & 6.

¶3 Præt. Inter unam singularē psonam, & multitudinem ciuitatis, media est multitudo domestica. Si ergo est iustitia alia particularis p comparationem ad unam personam præter iustitiā gñalem, pari rõne dēt esse alia iustitia œconomica, q̃ ordinet hoiem ad bonum cõe unius familiæ: quod quidem non dī. ergo nec aliqua particularis iustitia est præter iustitiam legalem.

SED CONTRA est, quod* Chrysost. super illud Matt. 5. Beati q esuriunt, & sitiunt iustitiam, dicit. Iustitiā aũt dicit ad usem uirtutem, uel particularem, auaritiæ contrariam.

*Hom. 15. in Matth. inter pri. & medid tom 2.

RESPON. Dicendũ, quòd sicut * dictum est, iustitia legalis non est essentialiter omnis uirtus, sed oportet præter iustitiam legalem, quæ ordinat hominem immediatè ad bonum commune, esse alias uirtutes, quæ immediatē ordinant hominem circa particularia bona, quæ quidem possunt esse vel ad seipsum, uel ad alteram singularem personam. Si cut ergo præter iustitiam legalem oportet esse aliquas uirtutes particulares, quæ ordinent hominē in seipso, puta, temperatiam, & fortitudinem: ita etiam præter iustitiam legalem oportet esse particularem quandā iustitiam, quę ordinet hominem circa ea, q̃ sunt ad alteram singularem personā. *

*Ar. prec. — Concl. m

SVPER Q. LVIII. ART. V. VI. ET VII. *Porrecta per totum.* 323

IN ar. 5. 6. & 7. aduertē Nouitie, q cũ dī iustitia legalis, virtus spālis quidē in essentia, gñalis autē in esse, non intelligit de esse, q uocat actualis existentia: sed intelligit de esse relatiuo, quo obsequentibus virtutibus unit. Hēt n. iustitia legalis suā essentiā cum sua existentia in uolūtate sola: sed qa imperat alijs uirtutibus, puta, tēperantię, & fortitudini, dũ ordinat actus illarum ad cõe bonum, in qua libet uirtute fit relatio ad cõe bonum: & secundum talem relationē iustitia imperās dī esse in virtute imperata. Et qa relatio cõstituit esse relatiuū sicut albedo esse albũ, iõ iustitia legalis dī esse gñalis scdm esse relatiuum, & secūdũ tale esse identificari oībus uirtutibus. Et q̃libet uirtus dī identificari iustitię legali eo mõ loquendi, quo imperatum & imperans unum quodam modo esse, dicuntur, vt in lib. di. Et simile est de charitate, & alijs uirtutibus, iuxta illud Apostoli. Charitas patiēs est, benigna est &c. Tribuuntur. n. charitati, quę mediātibus alijs uirtutibus operatur, ut patet.

Sup. ar. 5. & 6. Et ifr. q. 59. ar. 1. Et 1. 2. q. 60. art. 3. Et 5. Ethic. lect. 1. 2. & 3.

AD PRIMVM ergo dicēdũ, q iustitia legalis sufficienter quidem ordinat hominem in his, q̃ sunt ad alterum, quantum ad commune quidem bonũ, immediate: quantum autem ad bonũ vnius singularis personæ, mediatē. Et ideò oportet esse aliq̃ particularem iustitiā, quæ immediate ordinet hominem ad bonum alterius singularis personæ.

AD SECVNDVM dicendũ, q bonum cõe ciuitatis, & bonum singulare unius personæ nõ differũt solũ ſm multum, & paucum, sed ſm formalē differentiam. Alia. n. est rõ boni cõis, & boni singularis, sicut & alia est rõ totius, & partis. Ideò Philos. in 1. Politic. dicit, q non bene dicunt, qui dicunt ciuitatem, & domum, & alia huiusmodi differre solũ multitudine, & paucitate, & non specie.

Lib. 1. c. 5. circa pri. tom. 5.

AD TERTIVM dicēdũ, q domestica multitudo ſm Philos. in 1. * Polit. distinguitur ſm tres cõiugationes, s. uxoris & uiri, patris & filij, domini & serui, quarum personarum una est quasi aliquid alterius. Et ideò ad huiusmodi personas non est simpliciter iustitia, sed quædam iustitiæ species, scilicet, œconomica, ut dicitur in 5. †Ethico.

*Li. 1. ca. 3. & c. vlt. tom. 5. D. 304. †Li. 5. Eth. c. 6. in fin. & ca. ult. tom. 5.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum iustitia particularis habeat materiam specialem.

AD OCTAVVM sic pcedit. Vī, q iustitia particularis ñ habeat materiā spālē. Quia sup il lud Gene. Fluui* quart* ipse est Euphrates, dicit Gl. Euphrates, frugifer, interpretaī, nec dī cõtra quos uadat, quia iustitia ad oēs aīæ partes ptinet: hoc autē nõ esset, si haberet materiā spālem: qa quælibet materia spālis ad aliquam spālem potentiā ptinet. ergo iustitia particularis non hēt materiam specialem.

¶2 Præt. Aug. dicit in li. 83. q. q quatuor sunt aīæ uirtutes, q b* in hac uita spūaliter uiuit. s. tēperātia, prudētia, fortitudo, & iustitia. Et dicit, q quarta est iustitia, q̃ p oēs diffundit. ergo iustitia particularis, q̃ est una de quatuor uirtutib* cardinalibus, non hēt specialem materiam.

*Li. 83. q. 61. 10. 4.

¶3 Præt. Iustitia dirigit hoiem sufficienter in his, q̃ sunt ad alterũ: sed per oīa quæ sunt huius uitæ homo potest ordinari ad alterũ. ergo materia iustitiæ est generalis, & non specialis.

SED CONTRA est, quod* Philos. in 5. Ethi. ponit iustitiam particularē circa ea spāliter q̃ ptinet ad cõmunicationem uitę.

*Li. 5. c. 2. tom. 5.

RESPON. Dicendũ, q oīa quę cunque rectificari pñt p rõnē, sunt materia uirtutis moralis, q̃ diffinitur per rõnē rectam, ut patet per Philos. in 5. Eth. Pñt aũt p rõnem rectificari & interiores aīæ passiones, & exteriores actiones, & res exteriores, quæ in usum hoīs ueniunt: sed tñ per exteriores actiones, & per exteriores res, qb. sibi inuicē hoīes cõicare pñt, attēdit ordinatio unius hoīs ad alterũ: ſm aũt interiores passiones cõsideraī rectificatio hoīs in seipso. Et iõ cũ iustitia ordinet ad alterũ, nõ est circa totā materiā uirtutis moralis, sed solũ circa exteriores actiones, & res, ſm q̃dā rõnē obiecti spālem, prout. s. ſm eas unus homo alteri coordinatur. *

Concl. m

AD PRIMVM ergo dicendũ, q iustitia pertinet q̃dē essentialiter ad unam partem aīæ, in qua est sicut in subiecto. s. ad uolũtatē, q̃ quidem mouet p suũ imperium omnes alias animæ partes. Et sic iustitia non directē, sed quasi per quandam redundātiam ad omnes animæ partes pertinet.

AD SECVNDVM dicendum, q sicut supra * dictũ est, uirtutes cardinales dupliciter accipiunt. Vno mõ, ſm q sunt spāles uirtutes hñtes determinatas materias. Alio modo, ſm q significant quosdā generales modos uirtutis: & hoc modo loquitur ibi * Aug. Dicit enim q prudentia est cognitio rerum appetendarum, & fugiendarum. Temperantia est refrænatio cupiditatis ab his, quæ tēporaliter delectant. Fortitudo est firmitas animi aduersus ea, q̃ temporaliter molesta sunt. Iustitia est, quæ per cæteras diffunditur, dilectio Dei, & pximi, quæ. s. est communis radix totius ordinis ad alterum.

*1. 2. q. 61. ar. 3. & 4. — *Eodē li. & c. in articulo.

AD TERTIVM dicēdum, q passiones interiores, quæ sunt pars materiæ moralis, secundùm se non ordinantur ad alterum, quod pertinet ad specialē rõnem iustitiæ: sed earum effectus sunt ad alterum ordinabiles, scilicet operationes exteriores. Vnde non sequitur, quòd materia iustitiæ sit generalis.

SVPER Q. LVIII. AR. VIII. *Porrecta per totum.* 324

IN art. 8. memento, Nouitie, ut distinguatis materiā moralē, & act* morales. Materia. n. est, in qua ponit medium, & ut in fra dī, comprehendit passiones, & operationes, & res quas [illegible], q. s. sunt materia operationū humanarum ad alterū. Actus autē eliciti sunt pprie loquendo, electiones essentialiter, uel paracipatiuē. Oīs. n. moralis uirt* est habitus electiu*, ut iustitia, quia est in uoluntate, cui* electio est essentialiter, est principiũ electionis iustæ, q̃ est essentialiter electio. Tēperantia aũt, siuē fortitudo sappetitu sensitiuo existens est, principiũ electionis participatæ, dũ est principiũ timoris & audaciæ moderatæ, uel moderatæ delectationis. Et licèt oīs moralis virtus hēat pro actu elicito electionē saltē participatam: aliæ tñ uirtutes eligunt mediũ in passionib. s. cõcupiscentiæ, ira timore &c. quæ sunt actus ēt ipsius appetitus sensitiui, in qua sunt uirtutes subiectiuē. Iustitia aũt eligit mediũ in operationibus exterioribus, quibus ad alium ordinamur. Verũ operationes illę nõ sunt unius modi. Nā aliquæ sũt, quæ scdm seipsas iustum, vel iniustũ faciunt, ut percussiones, occisiones, tenerationes, & hmõi: aliquæ uerò sunt, q̃ scdm rerum materiam iustā, vel iniustā suscipiunt, ut emptio, uēditio, restitutio &c. Hæ. n. secundũ res, q̃ uenduntur, aut restituuntur, puta, domos, agros, pecunias iustę, uel iniustę dicunt. Et pp hanc diuersitatē in littera ponunt duæ materiæ iustitiæ, s. secundum actiones, & res exteriores.

1. 2. q. 60. art. 2. cor. Et 3. d. 33. q. 2. art. 1. q. 3. Et 2. Ethi. lect. 8. — Li. 1. ca. 2. & 6. to. 5.

ARTICVLVS IX.

Vtrum iustitia sit circa passiones.

AD NONVM sic procedit. Videtur quòd iustitia sit circa passiones. Dicit enim Philos. in *2. Ethico. quòd circa voluptates, & tristitias est moralis uirtus: uoluptas autem, id est delectatio, & tristitia sunt passiones quædam, ut supra † habitũ est, cum de passionibus ageretur. ergo iustitia, cum sit uirtus moralis, erit circa passiones.

*Lib. 2. ca. 3. tom. 5. †1. 2. q. 23. art. 4.

¶2 Præt. Per iustitiam rectificātur operationes, q̃ sunt ad alterũ: sed operationes hmõi rectificari non pñt, nisi passiones sint rectificatæ, qa ex inordinatione passionũ puenit inordinatio in prædictis operationibus.

SVPER Q. LVIII. ART. IX. *Porrecta per totum.* 325

IN ar. 9. eiusdē. in responsione ad primũ est legis, q delectatio est finis principalis &c. non intelligas, q est finis principalis ipsius uirtutis. Id. n. dictũ uidetur ibi, q est finis cõis, sed q est principalis quo ad nostrũ iudicium discernentium bonũ, & mali. Discernimus namq; malè habituatum uel benè habituatum ex delectatione in bono, uel malo. Temperatus enim gaudet abstinentia: iustus

4. d. 15. q. 1. artic. 1. q. 2. ad 2.

Universidad de Deusto Biblioteca

liberalis iustitia, liberalis liberalitate, & sic de alijs. Et gaudētes in oppositis, cōtrariè habituatos dicimus.

¶In responsione ad tertium eiusdem articuli aduerte, quòd quia leuia indicia non sunt nata causare malam opinionē de proximo, & inter præcipua bona hominum computatur bona de ipso opinio, quia humana gloria, cum diuinæ non comparātur, in hominum opinione consistit: ideo accipiens ex leuibus indicijs siuè malam opinionem, siuè ulterà opinionem iudicij apud se malum, iniuriam facit illi tribuens illi de malo, quod ille non meruit, aut plusquàm meruit. Hoc enim iniustum esse manifestè patet, & ex hoc proximū indebitè despici, & si non affectu, facto tamen constat dum malum iniustè æstimatur. Verum tamen est, quòd quia opinio imperfectum quid est in genere cognitionis, & determinationis propter hæsitationē admissam, & iudicium temerarium de peccatis leuibus ratione materiæ imperfectum est: ideo nullum horum est peccatum mortale, sed solummodo temerarium iudicium de mortali ex leuibus indicijs, vt in litera dicitur.
¶In responsione ad tertium eiusdem articu. 3. dubium occurrit, quo pacto uerificetur, quòd iudicium interius reducitur ad iudicium exterius, cum contingat sæpe exterius iudiciū fieri sine animo iudicandi exterius. Vt frequenter. n. priuatæ personæ iudicant talem malum, contra quem tamen non cogitāt proferre sententiam damnationis, & quandoq; si possent, non proferrent.
¶Ad hoc dicitur, quòd quemadmodum ad homicidij uitium, reducitur non solùm desiderium occidendi aliquem, sed etiā desiderium, quòd aliquis moriatur, quāmuis nullo pacto velit ipsum occidere: ita ad exterioris iudicij uitium reducitur, non solùm uelle dare damnationis sententiam, sed qualitercunque iniustè, iudicans ex leuibus causis. Eiusdem enim rationis est, iniuria temerarij iudicij intus, & extra, quamuis nō sit æquale nocumentum.

SVPER QV. LX. ARTIC. IIII.

IN art. 4. eiusdem q. quæst. circa responsionem ad primum & secundum simul, dubium occurrit & de conclusione scili-cet qd melius est, q aliqs frequēter fallatur, habēdo bonā opinionē de malo hoie, q q rarius fallatur habēs malā opinionem de aliquo bono: & de illius rōne, qa ex hoc fit iniuria alicui, nō aūt ex primo. De conclusione quidē, quia iudicium in materia morali ut in pluribus, uerū est habendum pro uero absolutè, & consequenter amplectendū ut meli⁹: sed iudiciū qðrarius falsum est uerū, ut i pluribus ergo. De ratione uero, quia falsum est q illa q frequēter fallitur in bona opinioē nulli nocet. Nā nocet sibi ipsi, implēdo animā suā falsis opinionib. peius est aūt nocere sibi, quàm alteri.
¶Et si cōtra hoc affertur q in litera dr, q falsum iudiciū de bono alterius nō ptinet ad malū intellectus iudicātis, sed ad bonū affectū ipsius: sicut nec ad pfectionē intellectus solū se ptinet cognitio singularium contingētiū, magnū augetur dubiū, tum qa licèt ad pfectionē intellectus secundùm se, nō ptineat cognoscere ueritatem contingentiū singularium ptinet tñ ad perfectionem intellectus, ut extenditur ad operationem, hoc est, q licet ueritas singularium contingentium non sit de pfectione intellectus speculatiui, est tamen de perfectione intellectus practici. Intellectus enim extēsione fit practicus, ut dicitur in tertio de Anima. Patet autē quod dicimus, Et simpliciter: quia ad prudentiam requiritur memoria præteritorum, & intelligentia præsentium, & prouidentia futurorum. Et ad hominem. Nam author inferius in tertia parte quæstio. 11. art. primo ad tertium hoc expressè dicit. Constat autē quòd iudicium, de quo est sermo, ad intellectum practicum spectat. ergo falli in huiusmodi, contra perfectionem est eius, & prudentiæ nocet. Et ulterius sequitur, quòd impertinenter litera attendit ad propositum, quòd cognoscere ueritatem contingentium singularium non pertinet ad perfectionem intellectus secundùm se, idest speculatiui. Nam sermo est de intellectu practico. Tum quia non ualet argumentum. Cognoscere ueritatem singularium contingentium non pertinet ad pfectionem intellectus. ergo errare circa hæc non est malum intellectus: quoniam error de ratione sua ponit malum in intellectu errante. Sicut non ualet, Videre columnas Herculis, non est de perfectione uisus. ergo male uidere ipsas nō spectat ad imperfectionem uisus: sed benè ualet, ergo carere taliū cognitione, non ponit malum in intellectu.
¶Ad euidentiam huius rei, sciendum est, quòd dubia in meliorem partem interpretanda esse, dupliciter intelligi potest, scilicet negatiuè, & positiuè. Et si intelligatur negatiuè, sensus est, quòd dubia non sunt in deteriorem partē interpretāda: & sic intellecta hæc propositio est uerissima, ac certissima. Et pp hunc sensum Dominus negatiuè præcepit Matt. 7. Nolite iudicare. & Apostolus ad Corinth. Qui non manducat, manducantem non iudicet. Et dum negatiuè seruatur hæc regula, fit ut si quando occurrat factum dubij iudicij, de proximo, in eadē persistamus opinione de illo proximo, in qua prius erām⁹ verbi gratia. Habebam Ioānem pro uiro sobrio, inuenio postmodum ipsum bene comedentem, & bibētem, nō moueor ex hoc facto ad iudicandum, quòd necessitate ductus sanctè facit, q esset in meliorem partem interpretari: nec ad dubitādum de sobrietate eius, quod esset in peiorem partē declinare, sed persisto in prima opinione immotus, hoc est. n. in meliorē partem

conuenit tali materiæ, puta, cū aliquid p idoneos testes ꝓbat.

AD II dicendum, q ex hoc ipso, q aliquis malā opinionē habet de alio sine causa sufficiēti, indebitè contemnit ipsum: & ideò iniuriatur ei.

AD IIII dicendū, q quia iustitia, & iniustitia est circa exteriores operationes, ut dictū* ē, tunc iudiciū suspiciosū directè ad iustitiā pertinet, quando ad actū exteriorē procedit: & tūc est peccatū mortale, ut dictum * est. Iudicium aūt interius pertinet ad iustitiam, secundum q comparat ad exterius iudiciū, ut actus interior ad exteriorē: sicut concupiscētia ad fornicationem, & ira ad homicidium.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum dubia sint in meliorem partem interpretanda.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur q dubia non sint in meliorem partem interpretanda. Iudicium enim magis debet esse de eo, quod in pluribus accidit: sed in pluribus accidit, quòd aliqui male agant, qa stultorum est numerus infinit⁹, ut dicitur Eccles. 1. Proni enim sunt sensus hominis ad malum ab adolescentia sua, ut dicitur Gen. 8. ergo dubia magis debemus interpretari in malum, q in bonum.

¶2 Præt. Augu.* dicit, q ille piè, & iustè uiuit, qui rerū integer est æstimator in neutrā partem declinando: sed ille, q interpretatur in melius quod dubiū est, declinat in alteram partem. ergo non est faciendum.

¶3 Præt. Homo debet diligere proximū, sicut seipsum: sed circa seipsum homo debet dubia interpretari in peiorem partē, secundùm illud Iob 9. Verebar omnia opera mea. ergo uidet quòd ea, quæ sunt dubia circa proximos, sint in peiorem partem interpretanda.

SED CONTRA est, q Roman. 14. super illud, Qui non manducat, manducātem non iudicet, dicit * glo. Dubia in meliorem partem sunt interpretanda.

* q. 59. ar. 2. ad 3.
* In corp. art.
Porrecta per totum. 336
* Lib. 3. de doc. Christia. c. 27. in princi. tom. 3.
* Est Aug. libr. 2. de sermo Domi. in monte c. 18. ante medū, tom. 4.

interpretari negamus. Et iuxta hunc sensum, nullũ imminet periculũ falsi iudicij, & oẽs difficultates motæ locũ nõ hñt: nam nullũ fit nouũ iudiciũ, dũ negatiuè interpretamur dubia in meliorẽ partẽ. Si aũt intelligat̃ positiuè, scilicet ꝙ dubijs occurrẽtibꝰ de proximo, fiat interpretatio in partẽ meliorẽ, idest sensus, ꝙ qñ factũ aliqd à proximo occurrit dubiũ, quo animo factũ sit, faciẽdũ est de nouo iudiciũ opinatiuũ, ꝙ bono aĩo fecerit. Sed regula hæc in hoc sensu dupliciter põt accipi. Primo ut sit regula docẽs, qđ absolutè facere debemus in tali occursu, ut si doceat, ꝙ bonũ ẽ qñ occurrũt nobis hæc dubia, propter factũ opinionis bonæ d' proximo, interptãdo ꝙ bono animo fecerit, excusando illũ, & huiusmodi. Et sic ego nõ intelligo regulã istã esse secũdũ rectã rationẽ: qñ recta rõ nõ tradit, ꝙ ex obiecto neutrali generetur, aut sumat̃ opinio declinans ad alterã partẽ, sed ꝙ neuter perueniat intellectus. Nulla etiã rõ suadet, ut occursus ambigui facti alterius obliget me ad bñ opinãdum de ipso, cũ nõ teneat̃ ad aliquid opinãdũ de ipso in particulari, sicut nec ad diligẽdũ, vt patet ex supra dictis in tractatu de charitate. Poni demum [illegible] absq; necessitate, aut [illegible] exponã intellectũ meum periculo falsitatis [illegible] incurrẽdæ. Non est igit̃ sensus iste positiuus sumendus absolutè, & simpliciter. Alio vero mõ sumi põt sensus iste ex suppositione, s. si iudicandum est, ita ꝙ regula ista doceat, ꝙ dubia in meliorẽ partẽ sunt interpretanda, si iudicandum est, si oportet iudicari. Et hic est uerus sensus huiꝰ regulæ, [illegible] & [illegible] in litera, & hẽt motas difficultates: & propterea declarare eas oportet. De præcipua autẽ difficultate, ꝙ homo interpretando in meliorẽ partem, incurrit, ut frequentius, falsitatẽ, recolendum est, ꝙ intellectus practicus in moralibus dupliciter concurrit, ut cognoscens, & ut dirigens, & ꝙ non eodem modo uerus est ut cognoscens, & dirigẽs, sed diuerso. Nam ut cognoscens, uerus est per conformitatem ad rẽ cognitam, sicut intellectus speculatiuus. Ab eo enim q res est, uel non est, oratio dicitur uera, uel falsa: sed ut dirigens, uerus est per conformitatem ad appetitum rectum, ut dicitur in 6. Eth. & in præcedenti libro 57. quæst. declarauimus. His etenim si iungamus quæ in litera dicuntur, ꝙ interpretari in meliorem partem spectat ad affectum, seu appetitum rectum, & hẽt plurie annexam falsitatem, facile est deducere, quòd huiusmodi interptatio in meliorẽ partem nocere põ: intellectui ut cognoscẽs est, ꝑ quãto falsam cognitionẽ qñq; ingerit: sed prodest intellectui, ut dirigens est, qa facit ipsum dirigere cõformiter ad appetitũ rectũ, atq; ꝑ hoc intellectũ, ut dirigẽtẽ esse verũ. Et si cũ hoc recordatus fueris, ꝙ intellectus practicus non differt à speculatiuo in ueritate cognitionis, sed directionis, & hoc esse illi propriũ, inferes ꝙ in hmõi interpretatione, licet qñque misceat̃ falsitas cognitionis, ꝑ inuenit̃ uerũ in intellectu practico, inquantũ practicus est, ꝑp ueritatẽ directiõis. Et cũ notitia moralis ad hoc ordinat̃, non ut cognoscamus, sed ut operemur, ut dr̃ in 2. Ethi. iõ maiori in pꝛtiendo uersatur ꝙ in- [illegible] id qđ cõtrariat̃ intellectui, ut diligẽter, [illegible] ꝙ cognitio [illegible] ut in litera S. Tho. defenditur.

¶ Ad obiecta igit̃ defendẽdo, & dubium de conclusione dr̃, ꝙ ex malo sensu literæ procedit. Nã aliud est dicere, i dubijs iudiciũ in meliorẽ partẽ esse falsum ut in pluribus, & aliud est dicere, in dubijs iudiciũ in meliorẽ partẽ esse falsum pluries, q̃ in deteriorẽ partẽ. Primũ siquidẽ dictũ significat, ꝙ absolutè est falsum vt in pluribus: secundũ aũt nõ significat hoc, sed significat ꝙ cõparãdo numerũ falsitatũ incidentiũ pro peiore parte, ille numerꝰ est maior, cum cuius cõparatione ueritas stat ꝙ absolutè loquẽdo, neutra declinatio in dubijs est uera ut in pluribus, quoniã dubia neutra sunt ex natura sua. Vñ cum argumentum procedat ex primo dicto, & litera nõ illud, sed secundum dicat, patet responsio, quòd falsa est minor.

¶ Ad dubiũ uerò de ratione dicitur, quãtum ad præsentem literam spectat, quòd author intendit, ꝙ nulli alteri nocet, quoniam iniustitia non est ad seipsum. Quãtum uerò ad difficultatem materiæ huius absolute, dicitur, quòd negari non põt, quin falsa opinio noceat sibi ipsi aliquantum, cum falsum cõtrarietur uero, quod est bonũ intellectus: & bonum ex necessitate contrarietur malum, ut dicitur in prædicamẽtis. Sed comparando duo mala occurrẽtia, s. pluries falli in huiusmodi singularibus cum bono affectu ad proximum, & minus falli cum iniuria proximi, dicimus quòd minus malum est primum, q̃ secundum. Et quia de duobus malis minus est eligendum, si oportet alterum eligere: ideo melius est frequentius falli cum bona opinione. Et si contra hoc infleetur, quia in litera non dicitur minus malum, sed melius est, quod aliquis frequenter fallitur: respondetur primo quod [illegible], melius, non potest sumi in hac comparatione, nisi abusiue, quoniam compa-

*Ar. præc. ad 2.

Consilu. m

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut dictũ est,* ex hoc ipso ꝙ aliqs habet malam opinionẽ de alio absq; sufficienti cã, iniuriat̃ ei, & contẽnit ipsum. Nullus autẽ dẽt aliũ cõtẽnere, uel nocumẽtũ quodcunq; inferre, absq; cã cogente. Et ideò m ubi non apparẽt manifesta indicia de malitia alicuius, debemus eum ut bonum habere, in meliorẽ partẽ interptando qđ dubium est.n

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ potest contingere ꝙ ille, qui in meliorẽ partem interpretatur frequentius fallitur: sed melius est, ꝙ aliqs frequẽter fallatur, habẽs bonã opinionem de aliquo malo hoie, q̃ ꝙ rarius fallatur, habens malã opinionẽ de aliquo bono: qa ex hoc fit iniuria alicui, non autem ex primo.

AD II dicẽdũ, ꝙ aliud est iudicare de rebus, & aliud de hominibus. In iudicio n. in quo de rebus iudicamus, nõ attẽdit̃ bonũ, uel malũ ex parte ipsius rei, de qua iudicamus, cui nihil nocet qualitercunq; iudicemus de ipsa: sed attendit̃ ibi solũ bonũ iudicãtis, si verè iudicet, uel malũ si falso: quia uerũ est bonum intellꝰ, falsum aũt est malũ ipsius, ut dr̃ in * 6. Ethi. & iõ unusquisq; dẽt niti ad hoc, ꝙ de rebus iudicet ẽm ꝙ sunt. sed in iudicio, quo iudicamus de hominibus, præcipue attendit̃ bonũ & malũ ex parte eius de quo iudicatur, q in hoc ipso honorabilis habetur, quòd bonus iudicatur: & contẽptibilis, si iudicetur malus. Et ideò ad hoc potius tendere debemus in tali iudicio, quòd hominem iudicemus bonum, nisi manifesta ratio in cõtrarium appareat. Ipsi aũt homini iudicanti falsum, iudiciũ, quo bene iudicat de alio, non pertinet ad malum intellectus ipsius: sicut nec ad eius pfectionem pertinet secundũ se cognoscere ueritatem singularium cõtingentium, sed magis pertinet ad bonum affectum.

*Lib. 6. Ethi. ex c. 2 colligitur tom. 5. Et lib. 6. Meta. text. 8. habet expresse tomo 3.

AD III dicendũ, ꝙ interpretari aliquid in deteriorem, vel meliorem partem cõtingit dupliciter. Vno modo, per quandã suppositionem: & sic cum debemus aliquibus malis adhibere remedium siue nostris, siue alienis, expedit ad hoc, ut securius remedium apponatur, ꝙ supponat̃ id quod est deterius: quia remediũ, quod est efficax cõtra maius malum, multo magis est efficax contra minus malum. Alio modo, interpretamur aliquid in bonum, uel malũ, diffiniendo, siue determinando: & sic in rerum iudicio debet aliqs niti ad hoc, ut interpretet̃ vnũquodque, secundum quod est. In iudicio autem personarum, ut interpretetur in melius, sicut dictum est.*

*In corp. ar. & ad 2

ARTICVLVS V.

Vtrum sit semper secundum leges scriptas iudicandum.

Perrecta per totum.

337 [illegible] art. 6. cor.

AD QVINTVM sic procedit. Vr̃ ꝙ non sit sp ẽm leges scriptas iudicãdũ. Semper n. vitandũ est iniustũ iudicium: sed quandoque leges scriptę continent iniustitiã, secundum illud Isa. 10. Væ qui cõdunt leges iniquas, & scribentes, iniustitiam scripserũt. ergo non semp est[h] ẽm leges scriptas iudicandum.

cõparatio fit ad aliud manifestè malum, similiter [illegible] Non ergo inconueniens est exponere hic, melius, in cõparatione ad aliud, idest, minus malũ. Rñdetur secundo, ꝙ licet cõparatio sit abusiua, sicut cum dr̃. Nix est albior coruo, & eligere falsam opinionem sit malum moraliter: exponere tñ se periculo incurrendi falsam opinionem qñ oportet, non est malũ moraliter: sic aũt docet regula ista. Nam qui vtit̃ regula ista, Non nisi oporteat iudicare, in meliorẽ partẽ declinat, nõ eligẽdo falsam opinionẽ, sed periculũ incurrendi falsam opinionem ꝓponit certæ iniuriæ proximi: qñ is q in deteriorẽ partem interpretat̃, quantũ est ex parte sua, facit absque dubio illi iniuriã, iudicans illũ malum ex dubio, etiam si diuinaret verum, quoniam hoc est per accidens. & hic sensus est amplectẽdus. Responsio autem ex litera sumpta, & confutata, si vera litera hac iacet, afferat̃ ad hoc deseruit, ꝙ falsitas hmõi non est malum intellectus secũdum se. Iniquitas autem huiusmodi est malũ affectus secundum se. Igitur hoc est vitandum, & de illo non curandũ, quando oportet, ut dictũ est. Vnde ad cætera obiecta, quæ procedunt, ac si author ex hac propositione, Cognoscere veritatẽ singularium contingentium, non ptinet ad pfectionẽ intellectus secundum se, intẽderet inferre, quòd falli in huiusmodi nullo modo est malũ intellectus, qđ author nõ intendit, ut ex iã praedictis iam patet. Ipse enim licet huiusmodi falsitatem permittat ad malum intellectus non secundum se, sed vt extenditur ad opus, idest, practici, sicut etiam male uidere columnas Herculis [illegible] non ex mala dispositione organi procedens non pertinet ad imperfectionem uisus secundũ se, quamuis aliquod malum uisus in actu sit. Nec intendit arguere, nec arguit ex illa propositione, in obiectio ultima accepit: sed intendebat solum monstrare, quòd sicut uerum in huiusmodi est extra latitudinem boni intellectus secundum se: ita etiam falsum in huiusmodi, est extra latitudinem mali intellectus secundum se: ac per hoc, ut dictum est, parui pendendum est quando oportet. Et ex hoc patet, quòd non impertinenter sed ad propositum sunt afferre, cum dicuntur nocumentum falsi iudicij, bonum & malum intellectus secundum se, quoniam malum intellectus secundum se est omnino uitandum: malum autem intellectus secundum quid, facile potest tolerari. Illud & illius periculum eligere, malum moraliter est: hoc eligere licet malum moraliter sit, illius tamen periculo se exponere pro uitanda iniuria proximi, ustitia est, ut hic docemur.

¶ In eodem articulo in responsione quoque ad secundum, nota. Nonnulli in distinctionis exercitium, scilicet, Aliud est iudicium de rebus, aliud de hominibus. Nam ad iudicium de rebus spectat rem de re dicere: ad iudicium de hominibus, seu personis spectat malum, uel bonum de persona dicere. Vnde si uideo personam agentem ante se onerarium iumentum, & maledicentem, ut à multis fieri solet, Vade in malam horam, & similia, & ego puto, quòd actus ille sit peccatum mortale non propter intentionem illius, sed absolutè puto, quasi actus ille ex genere suo sit peccatum mortale, propterea concipio indubie illius peccatum mortale iudicium illud falsum non spectat ad iudicium de personis, sed ad iudicium de rebus: quoniam in ueritate nõ iudicatur persona, sed actus ipse secundum se, ita quòd dicit rem de re, scilicet esse peccatum mortale de illo actu. Si uerò uidero aliquam personam ornatam, & indubiè iudico illam se ornasse impudicitiæ causa, ad iudiciũ de personis hoc spectat: dico enim de personali intentione esse impudicã. Et similiter si uideo furtũ commissum, aut demum combustam ignoto actore, & iudico Ioannem hoc patrasse, nam etiam tunc de persona enuntio esse actorem, scilicet directe, quòd absque personæ contemptu indebito non fit, ex quo non constat personam illam in hoc peccasse. Ex quibus colliges, quòd iudicium de personis est solũ iudicium de corde, seu intentione alterius, aut de applicatione personæ ad hãc actionem. Actus autem ipsos &c. etiam singulariter iudicare, spectat ad iudicium de rebus. Et propterea cũ iudicamus, quòd facere hoc, uel illud, uel factum tale est, uel non est peccatum mortale, etiam si erramus, non peccamus iudicio temerario, nec in iniuriam alicui facimus: quoniam de rebus ipsis dijudicamus, in quo iudicio, ut in litera dicitur, in neutram partem est declinandum, sed soli est uerum [illegible] intendum.

¶ In responsione ad tertium diligenter nota distinctionem literæ, de duplici modo interpretandi in primẽ peiorem, scilicet per modum diffinitionis, & per modum suppositionis, & scito, ꝙ quo ad actum cautelæ, & remedij, & huiusmodi, omnia supponenda sunt in peiorem partem. Si enim uidero pauperem, non diffinio eum furem, sed custodio res meas, ac si esset fur. Et similiter si uideo iuuenem deambulantem, non iudico eum adulterum, caueo tamen ac si esset adulter, & sic de alijs. Quo ad actum uerò punitionis, quoniam iudicium sequitur, in meliorem partem omnia interpretanda sunt. Et sic regula dicta simul & semel reddit nos iustos erga proximos iudicando, & prudentes ad cauendum, custodiendum, ac prouidendum. Quod enim caues, custodis, ac prouidet in maiori malo, consequens est, ut magis caueas in minori, ut in litera dicitur. Et ex ista regula, prælati debent subditos, subditaque ex dubijs factis non malitiæ arguere, aut punire, sed bonam de eis opinionem, ut prius habere, & tamen cautelas, custodias, remediaque adhibere ac si mali essent: prouiso tamen ne aliquid fiat, quod famæ proximi detrogeret: hoc enim esset iniuriari illi, quod in dubijs uitandum esse dictum est.

¶2 Præt. Iudicium oportet esse de singularibus euentibus: sed nulla lex scripta põt oẽs singulares euentus cõprehẽdere, vt patet per Philo.* in 5. Ethic. ergo videtur quòd nõ semper sit ẽm leges scriptas iudicandum.

*Li. 6. ca. 10. tom. 5.

¶3 Præt. Lex ad hoc scribit̃, vt sentẽtia legislatoris[b] manifestetur: sed qñq; contingit ꝙ si ipse legislator psens esset, aliter iudicaret. ergo non est semper ẽm leges scriptas iudicandum.

SED CONTRA est, ꝙ Augu. dicit in * lib. de vera rel. In istis tẽporalibus legibus, q̃q̃ de his homines iudicent, cũ eas instituerint: cũ tñ fuerint institutæ, & firmatæ, non licebit iudicibus de eis iudicare, sed ẽm seipsas.

*Ca. 31 a med. t. 1.

RESPON. Dicendũ, ꝙ sicut dictũ est*, iudiciũ nihil aliud est, q̃ qdã diffinitio, vel determinatio eius qđ iustũ est. Fit aũt aliqd iustũ dupr̃, vno mõ ex ipsa natura rei, qđ dr̃ ius naturale: alio mõ ex quodã cõdicto inter hoĩes, qđ dr̃ ius positiuum, vt supra habitũ est*. Leges aũt scribuntur ad vtriusq; iuris declarationem, aliter tamẽ, & aliter. Nã legis scriptura, ius quidẽ naturale cõtinet, sed nõ instituit: non[h] enim hẽt robur ex lege, sed ex natura. Ius aũt positiuũ scriptura legis & cõtinet, & instituit dans ei authoritatis robur. Et ideo[m] necesse est ꝙ iudiciũ fiat ẽm legis scripturã*, alioqn iudiciũ deficeret vel à iusto naturali, vel à iusto positiuo.

*Ar. 1. huius quæst.

*q. 57. artic. 2.

Consilu. m

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ lex scripta, sicut nõ dat robur iuri naturali, ita nec põt eiꝰ robur minuere, vel auferre: quia nec volũtas hoĩs põt immutare naturam. Et iõ si scriptura legis cõtineat aliqd cõtra ius naturale, iniusta est, nec hẽt vim obligãdi. Ibi n. ius positiuũ locum hẽt, vbi quãtũ ad ius naturale, nihil differt vtrũ sic, vel aliter fiat, sicut supra habitum* est. Et iõ nec tales scripturæ leges dicuntur, sed potius legis corruptiones, ut supra dictũ est *: & ideo ẽm eas non est iudicandũ.

*q. 57. artic. 2.

*1. 2. q. 95 art. 2.

AD II dicendũ, ꝙ sicut leges iniquæ ẽm se cõtrariant̃ iuri naturali vel sp, vel vt in pluribus: ita ẽt leges q sunt rectè positę, in aliqbus casibus deficiũt, in quibus si seruarent̃ essent cõtra ius naturale: & iõ in talibus nõ est ẽm literã legis iudicãdũ, sed recurrẽdũ ad æqtatẽ, quã intẽdit legislator. Vñ Iurisperit * dicit. Nulla rõ iuris, aut æqtatis benignitas patit̃, vt q̃ salubriter ꝓ vtilitate hominũ introducunt, ea nos duriore interpretatione cõtra ipsorũ cõmodũ ꝓducamus ad seueritatem: & in talibus etiam legislator aliter iudicaret, & si considerasset, lege determinasset. Et per hoc pa

*In digesto veteri. lib. 1. tit. 3. lege 24.

SVPER QV. LX. ART. VI.

Porrecta per totum. 338 Supra ar. 1. cor. & infra q.67. ar.1. Et 4. dist.17. q. 3. ar. 1. q. 4. Et d.48 q. 1. ar. 1. or.

OMisso articu. 5. de cui* materia quoad subditos in pcedenti lib. dictũ est, in sexto art. in respõsione ad tertiũ aduerte, q̃ author ex Decretali, Solitæ benignitatis, De maio. & ob. assumens id, q̃d potestas temporalis subditur spũali, sicut corpus aĩæ, duos modos assignat, quibus potestas spiritualis se intromittit se de temporalibus, quorum primus conuenit potestati spirituali ex natura sua: secundus autem cõuenit ei ex alio, scilicet ex ipsa sęculari potestate.

¶Ad euidentiam aũt assumpti, scito ex secundo de Aĩa, q̃ aĩa præest corpori in triplici gñe causæ, s. effectiuẽ, qa efficit corporeos aĩalis motus: formaliter, qa est illius forma: & finaliter, qa corpus est pp aĩam. Et simile est pportionaliter de potestate spũali respectu potestatis sæcularis: est siquidẽ ut forma illius, & mouẽs, & finis. Manifestum est.n. q̃ spirituale est formale respectu corporalis, ac p hoc potestas disponens de spiritualibus est formalis respectu potestatis disponentis de sęcularibus, q̃ corporalia sunt. Indubiũ quoq; liquet, q̃ corporalia, & tẽporalia sunt pp spũalia, & æterna, atq; ad illa ordinantur ad finẽ. Et qm ainor finis ahorũ agẽn, mouẽt, atq; dirigẽt illas, consequens est, ut potestas spiritualis, q̃ circa spiritualia ut primum obiectũ uersat, moueat, agat atq; dirigat potestatẽ sęcularẽ, & q̃ illius sunt, in spirituale finẽ. Et ex hoc patet, q̃ sit a prima natura potestas spiritualis pcipit potestati sæculari ad finem spiritualẽ: hæc enim sunt, in quibus potestas sæcularis subdit spirituali. Hac specificationẽ intendit litera p illa verba, Quantum ad ea, in quibus subditur ei sæcularis potestas. Denotauit enim p hoc author, q̃ potestas sæcularis

* Art.2. * ar. prec. D. 552. & 559. Conclu. m

tet responsio ad Tertium.

ARTICVLVS VI.

Vtrum iudicium per usurpationem reddatur peruersum.

AD SEXTVM sic pcedit. Vr̃ q̃ iudiciũ p vsurpationẽ nõ reddat̃ puersum. iustitia.n. est rectitudo q̃dã in agẽdis: sed nihil deperit veritati à quocũq; dicatur, sed à quocũq; est h accipienda. ergo et nihil deperit iustitię, à quocũq; iustũ determinetur, qd̃ ptinet ad rõnẽ iudicij. G

¶2 Præt. Pctã punire ad iudiciũ ptinet: sed aliq laudabiliter legunt pctã punisse, q tñ h authoritatẽ nõ hẽbãt sup illos quos puniebãt. sicut Moyses occidẽdo Aegyptiũ, vt habet Exod.2. & Phinees filius Eleazari, Zambri filiũ Salumi, ut legit Nu.25. & reputatum est ei ad iustitiã, vt dr̃ in Psalm. ergo vsurpatio iudicij non ptinet ad iniustitiã.

¶3 Præt. Potestas spiritualis h distinguit à tẽporali: sed qñq; plati habẽtes spiritualẽ potestatẽ, intromittũt se de his, q̃ ptinent ad sæcularem potestatẽ. ergo usurpatũ iudiciũ nõ est illicitũ. H

¶4 Præt. Sicut ad rectẽ iudicandũ reqrit authoritas, ita h ẽt & iustitia iudicãtis, & scientia, ut ex supradictis * patet: sed nõ dicitur iudicium esse iniustum, si aliqs iudicet non habens habitũ iustitiæ, uel non habens sciẽtiam iuris. ergo etiam neq; iudiciũ vsurpatũ, quod fit per defectũ authoritatis, sp erit iniustũ. I

SED CONTRA est, quod dicitur Ro. 14. Tu quis es, qui iudicas alienum seruum?

RESPON. Dicẽdũ, q̃ cum iudicium sit ferẽdũ s̃m leges scriptas, ut dictũ * est, ille, q iudiciũ fert, legis dictũ quodammodo interpretat, applicando ipsum ad particulare negotiũ. Cum K aũt eiusdẽ authoritatis sit legẽ interpretari, & legẽ cõdere, sicut lex cõdi nõ põt nisi publica authoritate: ita nec iudiciũ ferri põt nisi publica authoritate, q̃ qdẽ se extẽdit ad eos, q cõitati subduntur. Et iõ m sicut iniustũ esset, ut aliqs cõstringeret aliũ ad legẽ seruãdã, q non esset publica authoritate sancita: ẽt iniustũ est, si aliqs compellat aliquẽ ferre iudiciũ, qd̃ publica authoritate non ferẽ n.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q̃ pronunciatio veritatis nõ importat cõpulsionẽ ad hoc, q̃ suscipiat: sed liberũ est vnicuique eã recipere, vel non recipere, put ult, sed iudicium importat quãdã impulsionẽ. Et iõ iniustũ est, q̃ aliquis iudicetur ab eo q publica authoritatẽ nõ habet.

AD II dicẽdũ, q̃ Moyses vr̃ Aegyptium occidisse, quasi ex inspiratione diuina authoritatẽ adeptus, ut vr̃ per hoc, quod dr̃ Act.7. q̃ percusso Aegyptio æstimabat Moyses intelligere fratres suos, qm̃ Dominus per manum ipsius daret salutẽ Isr. Vel põt dici, q̃ Moyses occidit Aegyptiũ defendẽdo eum, qui iniuriã patiebat̃, cũ moderamine inculpatæ tutelæ. Vñ Ambr. * dicit in lib. de Offic. q̃ qui non repellit iniuriã à socio cũ põt, tã est in uitio, q̃ ille qui facit, & inducit exemplum Moysi. Vel potest dici sicut dicit Augu.* in quæstionibus Exod. q̃ sicut terra ante utilia semina herbarum inutiliũ fertilitate laudatur: sic illud Moysi factũ uitiosum q̃dẽ fuit, sed magnæ fertilitatis signũ gerebat, inquantũ s. erat signũ uirtutis eius, qua populũ liberaturus erat. De Phinees autẽ dicendũ est, q̃ ex inspiratione diuina zelo Dei commotus hoc fecit. Vel qa licẽt nõdũ esset summus Sacerdos, erat tamen filius summi Sacerdotis, & ad eum hoc iudicium pertinebat, sicut & ad alios iudices, quibus hoc erat præceptum.

AD III dicendũ, q̃ potestas sæcularis subditur spirituali, sicut corpus animæ. Et ideò non est usurpatum iudicium, si spiritualis prælatus se intromittat de temporalibus, quantum ad ea, in quibus subditur ei sæcularis potestas, uel quæ eia sæculari potestate relinquuntur.

AD IIII dicẽdũ, q̃ habit* sciẽtię, & iustitię sũt pfectiones singularis psonæ: & iõ p eorũ defectũ nõ dr̃ usurpatũ iudiciũ, sicut per defectũ publicæ authoritatis, ex qua iudiciũ uim coactiuã habet.

QVAESTIO LXI.

De partibus Iustitiæ, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE cõsiderandum est de partibus iustitiæ. Et primò, de partibus subiectiuis, q̃ sunt species iustitiæ, s. distributiua, & commutatiua. Se

non omnino subdit̃ potestati spũali. Propter quod magis obedĩdum est in ciuilibus rectori ciuitatis, & in militaribus duci exercitus, q̃ Episcopo. qui de his non se hẽt implicari, nisi in ordine ad spiritualia, sicut nec de cæteris tẽporalibus. Sed si contingeret aliqd in horũ detrimẽtum spiritualis salutis occurrere, platus disponens de his pħibendo, uel pcipiendo pp spiritualẽ salutẽ, non penit falcem in messem alienam, sed ppria utitur authoritate: cũ eo ad hæc, subdunt̃ oẽs potestates sæculares potestati spirituali. Et sic patet vltra assumptũ, etiam primus mod* quo potestas spiritualis iudicat de temporalibus. Secundus aũt, s. ex concessione potestatis sæcularis, satis clare patet in platis habẽtibus utrãque iurisdictionẽ in multis locis ex donationibus principum.

* Lib. 1. c. 36. in prin. tom. 1.

* Li. 2. c. 1. m. 4. & li. 22. cõtra Faustũ c. 70. to. 6.

SVPER QV. LXI. ARTIC. I.

Nic. de Nyss. Tra. 5. p. 5. par. 3. de iust. q. 2.

IN Ar. 1. q. 61. nota q̃ iuxta triplicem ordinem inuentum in aliquo loco, triples spẽs iustitię inuenitur. Inuenitur siqdem ordo partium inter se, & ordo toti* ad partes, & ordo partiũ ad totum. Et similiter iustitia triplex, legalis, distributiua, & cõmutatiua. Legalis.n. dirigit partes ad totum: distributiua verò totum ad partes: commutatiua demum partes inter se. sed hæ duæ uocãtur iustitiæ particulares illa gñalis. ¶In eodem ar. in r̃sionibus ad tertiũ & quintum, aduerte & diligenter, q̃ diuersimode

mode sortiant̃ hæc duo, s. suũ, & debitũ i iustitia distributiua & cõmutatiua. Nã in commutatiua datur cuique suum simpliciter, vt patet in restitutionibus, & solutionibus: in distributiua verò datur vni cuiq; suum quodãmodo. Non.n. id quod est toti*, est simpliciter partis, sed est aliquo modo partis. Et similiter in commutatiua, debitum est alicui. quia proprium: in distributiua vero. quia cõe. Et hæc differunt formaliter, quia propriũ debetur alicui loco accepti ab eo sponte vel inuite, alioquin in dãno remaneret: cõe vero est debitũ alicui ex hoc solũ q̃ pars est illius, & tãta portio dẽtur, quia tãtis pars. Et hæc p materia restitutionis, q̃ iustitia distributiua violatur, oportet pr̃ oculis habere.

cundo, de partibus quasi integralibus. Tertiò, de partibus quasi potentialibus, scilicet, de virtutibus adiunctis.

¶Circa primũ occurrit duplex cõsideratio. Prima de ipsis iustitiæ partibus. Scdã, de uitijs oppositis. Et quia restitutio vr̃ esse actus cõmutatiuæ iustitiæ primo cõsiderãdũ est de distinctione iustitię cõmutatiuę, & distributiuæ: scdõ, de restitutione.

CIRCA primum quæruntur quatuor.

¶Primò, Vtrũ sint duæ species iustitiæ, scilicet iustitia distributiua, & commutatiua.

¶Secundò, Vtrum eodẽ modo in eis medium accipiatur.

¶Tertiò, Vtrum sit earũ vniformis, vel multiplex materia.

¶Quartò, Vtrum s̃m aliquam earum specierum, iustum sit idem quod contra passum.

ARTICVLVS I.

Vtrum conuenienter ponãtur duæ species, iustitię, scilicet commutatiua, & distributiua.

Porrecta per totum. 339 * 1. q. 21. ar. 1. cor. Et d. 39. q. 3. ar. 4. q. 5. Et 4 d. 46. q. 1. a. 1. q. 1.

AD PRIMVM sic procedit. Vr̃ q̃ inconuenienter ponantur duæ species iustitiæ, iustitia distributiua, & commutatiua. Nõ enim põt esse iustitię species, quod multitudini nocet, cum iustitia ad bonũ cõmune ordinetur: sed * distribuere bona cõmmunia in multos, nocet bono cõi multitudinis, tum qua exhauriuntur opes communes: tum ẽt quia mores hominum corrumpũtur. dicit enim Tull. in lib. de Offi. Fit deterior qui accipit, & ad idem semper expectãdum paratior. ergo distributio non pertinet ad aliquam iustitiæ speciem.

* Li. 2. paulo a medio illius in ca. Duplex liberalitatis genus. & ca. Quatenus ad concilian dum &c. † q.58. ar. 11. * 1.2. q. 58 ar. 6. & artic. 1. & 5. * Li. 5. c. 2. circa finẽ & cap. 3.

¶2 Præt. Iustitiæ actus est reddere vnicuiq; quod * suum est, vt s̃. habitũ † est: sed in distributione non reddit̃ alicui qd̃ suũ erat, sed de nouo appropriat̃ sibi id, qd̃ erat cõe. ergo hoc ad iustitiã nõ ptinet.

¶3 Præt. Iustitia nõ solũ est ĩ principe, sed ẽt in subditis vt s̃. habitũ * est: sed h distribuere, sp ad pricipẽ ptinet. ergo distributiua non ptinet sp ad iustitiã.

¶4 Præt. Distributiuum iustum est h bonorũ cõium vt dicitur in 5.* Ethi. sed communia pertinent ad iustitiam legalem. ergo iustitia distributiua nõ est species iustitiæ particularis, sed iustitiæ legalis.

¶5 Præt. h Vnum, & multa nõ diuersificãt spẽm virtutis: sed iustitia cõmutatiua cõsistit in hoc, q̃ aliqd reddit, vni, iustitia verò distributiua in hoc, q̃ aliqd dat multis. ergo nõ sũt diuersæ spẽs iustitię.

SED CONTRA est, quòd Philos.* in 5. Ethi. ponit duas partes iustitiæ, & dicit quòd vna est directiua in distributionibus, alia in commutationibus.

* Li. 5. c. 2. circa finẽ tom. 5.

RESPON. Dicendum, q̃ sicut dictum* est, iustitia particularis ordinatur ad aliquam priuatã personam, quæ comparatur ad cõitatem, sicut pars ad totum. Põt ãt ad aliquã partẽ duplex ordo attẽdi. Vnus quidem partis ad partem, cui sĩlis est ordo

* q. 58. ar. 8.

A unius priuatę personę ad aliam: & hunc ordinem dirigit cõmutatiua iustitia, q̃ cõsistit in his, q̃ mutuò sunt inter duas personas adinuicẽ. Alius ordo attẽdit toti* ad partes: & huic ordini assimilat̃ ordo ei*, qd̃ est cõe ad singulas personas, quẽ qdem ordinẽ dirigit iustitia distributiua, q̃ est distributiua cõiũ s̃m proportionalitatẽ. Et ideò m duę sunt iustitiæ spẽs, s. distributiua, & commutatiua. u Concl. m

AD PRIMVM ergo dicẽdum, q̃ sicut in largitionibus priuatarum personarum commendat̃ moderatio, effusio verò culpatur: ita etiam in distributione cõium bonorum est moderatio seruãda, in quo dirigit iustitia distributiua. B

AD SECVNDVM dicendũ, q̃ sicut pars, & totũ quodammodo sunt idem: ita id quod est toti*, quodammodo est partis. Et ita cum ex bonis communibus aliquid in singulos distribuitur, quilibet aliquo modo recipit quod suum est.

AD TERTIVM dicẽdum, q̃ actus distributionis, q est cõium bonorum, pertinet solùm ad præsidẽtem cõibus bonis: sed tamen iustitia distributiua, est, & in subditis, q bus distribuitur, inquãtũ s. sunt cõtenti iusta distributione. Quàmuis etiam distributio quandoque fiat bonorum cõium, non quidem ciuitati, sed uni familiæ, quorum distributio fieri potest authoritate alicuius priuatę personę. C

AD QVARTVM dicendum, q̃ motus accipiũt speciem à termino ad quem: & ideò ad iustitiã legalẽ pertinet ordinare eã, quæ sunt priuatarum personarum in bonum cõe: sed ordinare econtrariò bonum commune ad personas particulares per distributionem, est iustitiæ particularis.

AD QVINTVM dicendum, q̃ iustitia distributiua, & commutatiua non solùm distinguunt̃ s̃m unũ, & multa, sed secundùm diuersam debiti rõnem. Alio enim modo debetur alicui, id quod est commune, D alio modo id, quod est proprium.

ARTICVLVS II.

Vtrum medium eodem modo accipiatur in iustitia distributiua, & commutatiua.

AD SECVNDVM sic pcedit. Vr̃ q̃ mediũ eodẽ modo accipiat̃ i iustitia distributiua, & cõmutatiua. Vtraq;.n. sub iustitia particulari cõtinet̃, ut dictũ est: E sed in oib. tẽperatiæ, uel fortitudinis partib* accipit̃ uno mõ medium. ergo h ẽt eodẽ modo mediũ est accipiẽdũ in iustitia distributiua, & commutatiua.

¶2 Præ. Forma uirtutis moralis in medio consistit, quod s̃m rõnem determinatur. cùm ergo unius uirtutis sit una forma, uidetur q̃ in utraque sit eodem modo, h medium accipiẽdum.

¶3 Pręt. In iustitia distributiua accipitur mediũ attendendo h diuersam dignitatem personarum:

SVPER Q. LXI. ART. II.

IN Ar. 2. eiusdẽ q. scito: q̃ morali proposito nõ videtur expedire, vt res claras inuoluamus. Dico ãt hoc, quia constat q̃ iustum in distributionibus est quale secundum proportionem: et in commutationibus æquale secundũ quantitatem, ut scilicet res q̃ distribuũtur, ita se habeant inter se sicut personæ q̃bus distribuuntur se habent inter se. & res quæ commutantur, sint æquales q̃ ãtitatiue. Nec est opus disputare, an æquale medium sit: constat enim, quod est mediũ inter plus, & minus. Quæ autem æquale

Porrecta per totum. 340 Inf. ar. 4. cor. si. Et 2. dist. 27. ar. 3. cor. Et 3. d. 33. q. 1. art. 3. q. 1. ex Et vit. q. 1 ar. ti. 13 ad 7 * Ar. prę.

æquale proportionaliter dicatur secundum proportionalitatem geometricam, & æquale quantitatiuum secundum proportionalitatem arithmeticam discutere, & declarare, est inuoluere quodammodo intellectum mo talem. & ideo petrãn seorsum s.n. Etiue potes rationem Aristotelis de hoc inspicere. ¶ In responsione ad tertium, dubium occurrit ad hominem: quia author in tertio sententiarum d.33.q.1. ar.3.q.2. ad tertium nullo vtraque iustitia distributiua.s. & commutatiua attēdat cōditionem psonæ, vt redundat in diuersitatem rei. Et iō sua est, quia vtriusq; iustitię mediū est medium rei: hic āt dr q in iustitia distributiua cōsiderat cōditio psonę secdm se: in cōmutatiua autē secdm quod per eam diuersificatur res. Quomō stant hęc duo simul? ¶ Ad hoc dr, q licet facile dici possit, q sententia illa correpta fuit hic, saluari tamē vtraq; affirmatio potest. s. q conditio personę in iustitia distributiua attendit secdm se, secdm q in diuersitate rei redūdat. Cōsiderādum est.n. q in rebus cōmutādis, vel distribuendis concurrunt duo.s. quantitates earū, & forma ęqualitatis. Oportet.n. eas esse quantitate ęquales quantitatiuę, vel proportionaliter. [illegible] Vtriusq; iustitię in conditio personæ, si considerauerit, quātitatē rei augeat, uel minuat: in distributiua enim eo q maiori maius, & minori minus debetur: in commutatiua vero patet de percussione principis. Dicitur, si consideranda uenit, quia in cōmutatiua non ip est cōsiderãda conditio personæ. Nihil.n. refert emere à principe, uel à riue. Et quia in hoc commuunicāt ambę iustitię, ideo verificari potest affirmatio illa. Quia uero differūt in hoc q in constituendo ęqualitatis formā cōmutatiua iustitia no attendit conditionē

*Li.5.ca. 3. tom.5 — *Art.pce. — Conclu. m — *Lib.5.Ethi. c.3.a med. to 5 — Concl. p

sed dignitas psonarum attendi F tur ēt in commutatiua iustitia, sicut in punitionibus, plus.n. punit, qui percutit principem, q̃ qui percutit priuatam personā ergo eodem modo accipitur medium in vtraque iustitia.

SED CONTRA est, quòd Philos.* dicit in 5. Ethi. q in iustitia distributiua accipitur medium secundum geometricam proportionalitem: in commutiua autem secundum arithmeticā. G

RESPON. Dicendum, quòd sicut dictū est*, in distributiua iustitia daī aliquid alicui priuatæ personæ, inquantū id quod est totius, est debitū parti: quod qdē tāto maius est, quāto ipsa pars maiorē principalitatē hēt in toto. Et iō in distributiua iustitia tanto plus alicui de bonis cōibus daī quāto illa psona maiorē hēt principalitatē in cōitate. Quæ qdē principalitas in H aristocratia cōitate attēdit ſm virtutē: in olicratia ſm diuitias: in democratia ſm libertatē, & in alijs aliter. Et iō m in iustitia distributiua non accipit mediū ſm æqualitatē rei ad rē, sed ſm pportionē rerū ad psonas, vt s. sicut vna psona excedit aliā ita ēt res quæ daī vni psonę, excedit rē q̃ datur alij. n Et iō dicit Phil.* q tale mediū est ſm geometrica proportionalitatē, in I qua attendiī ęquale nō ſm quātitatē, sed ſm proportionē. Sicut si dicam.o, q sicut se hūt sex ad quatuor, ita se hūt tria ad duo, quia vtrobique est sexquialtera proportio, in qua maius hēt totum minus, & mediā partem eius. Non āt est æqualitas excessus ſm quantitatē, qa sex excedunt quatuor in duobus, tria vero excedunt duo in vno. p Sed in cōmutationibus reddiī K aliqd alicui singulari psonę pp rem eius q̃ accepta est, vt maxime patet in emptione & venditione, in quibus primo inueniī rō cōmutationis. Et iō oportet adęquare rem rei, vt quāto iste plus hēt, q̃ suum sit de eo quod est alterius, tantundē restituat ei cuius est. q Et sic fit æqualitas ſm arithmeticam medietatē, q̃ attenditur ſm partem quātitatis excessum: sicut quinq; est medium inter sex & quatuor, in vnitate.n. excedit, & exceditur. Si ergò à principio vterq; habeat quinq;, & vnus eorum accepit vnum de eo quod est alterius, vnus.s. accipiens habebit sex & alij relinquenī quatuor. Erit ergo iustitia, si vterq; reducaī ad mediū vt accipiatur vnū ab eo qui hēt sex, & detur ei qui hēt quatuor. Sic.n. vterque habebit quinque, quod est medium.

AD PRIMVM ergo dicēdum, q in alijs virtutibus moralibus accipitur medium ſm rationem & non ſm rem: sed iniustitia accipiī medium rei & ideo secundum diuersitatem rerū, diuersimode medium accipitur.

AD II. dicendum, q generalis forma iustitiæ est ęqualitas, in qua cōueniī iustitia distributiua cum commutatiua. In vna tamen inuenitur æqualitas ſm proportionalitatem geometricam, in alia ſm arithmeticam.

AD III. dicendum, q in actionibus, & passionibus cōditio psonę facit ad quantitatē rei: maior.n. est iniuria si percutiatur princeps, q̃ si pcutiaī priuata persona. Et iō cōditio psonę in distributiua iustitia attenditur ſm se: in commutatiua autem in quod p hoc diuersificaī res.

ARTICVLVS III.

Vtrum materia vtriusque iustitiæ sit diuersa.

AD TERTIVM sic procediī. Vī q materia vtriusq; iustitiæ nō sit diuersa. h Diuersitas.n. materiæ faciī diuersitatē virtutis, vt patet in temperantia, & fortitudine. si ergo distributiuę iustitię, & cōmutatiuę sit diuersa materia, vī q nō cōtineātur sub vna virtute. s. sub iustitia.

¶ 2 Præt. Distributio, q̃ pertinet K ad iustitiā distributiuā, est pecuniæ, vel honoris, vel aliorum q̃ cunq; dispartiri pñt inter eos q communitate communicant, vt dr in* 5. Eth. quorum ēt est commutatio inter personas adinuicem q̃ ptinet ad cōmutatiuā iustitiā. ergo nō est diuersa materia distributiuæ, & commutatiuę iustitię.

¶ 3 Præt. Si sit alia materia distributiuæ iustitiæ, & alia materia cōmutatiuæ pp hoc, q differūt spē vbi nō erit dria spēi, non debebit esse materiæ diuersitas: sed Phil.* ponit vnā spēm cōmutatiuæ iustitiæ, quæ tñ hēt multiplicem materiam. non ergo vī esse multiplex materia harum specierum.

persone, sed præsuppositi rei q̃ tã se tam ex persona quàm ex quacumque alterius circunstant, conditione adæquare uni rei rem alteram absolute quęrit. distributiua uero in constituendo æqualitatis formam cōditiones personarum assumit quasi mēsuras ęqualitatis rerū adequat enim rem rei ex hoc quod se habent ad inuicem, licet persona ad personam: et propterea formaliter hoc dictum est, quòd distributiua cōsiderat conditionem personę secundum se. Considerano enim prima ad materiam est scilicet ad quantitatem: reliqua uero ad ęquationis formam.

SVPER Q. LXI. ART. III.

IN art. 3. nota quinque. Primo quòd cōmutationes ideo dicuntur uoluntarię quia uterque actus, scilicet dare, et reddere, fiunt animo commutandi, qui enim emit, mutuat, aut uendit, locat, & huiusmodi, dat id, quod dat, uoluntate commutandi in aliud, puta pretium, uel idem alio tempore. inuoluntarię autē, quia alter actus, scilicet damnificatio tam actiuè quàm passiuè, hoc est tam ab eo qui damnificat, quàm ab eo qui damnū patitur, non fit animo commutandi. Qui enim furatur, percutit, contristatur, aut huiusmodi aliquid facit, non facit ut illi reddat, aut reddatur sibi ęquiualens aliquod & qui damnum patitur, nulla commutationis [illegible]. Et propterea solus alter actus.s. reddere, fit animo cōmutādi pro dāno.

Porrecta per totum. 341

*Li.5.ca. 2. circa finem, to. 5.

*Lib.5 Ethi.cap.2 ante me. tom.5.

no. Inter voluntarias ergo, & inuoluntarias cōmutationes hæc est differentia, q illæ habent rōnē commutationis in vtroque actu ex aio operantis: illę uero in altero tñ. Et ex hoc sequitur, q in illis rō cōmutationis est uoluntaria, quia utrinq;: in istis uero rō commutationis est inuoluntaria, quia cōtra uoluntatē dānificātur ut sic. Nō.n. pōt commutationis rō saluari in uno extremo tñ, sed oportet quod commutatur cum altero commutari, qd cōmutatur in illud: sed commutationis relatio in actu dānificantis cōtra uoluntatem suam deuenit. Et propterea inuoluntariæ dicuntur cōmutationes tales. ¶ Scdo, q uoluntariū, & inuoluntariū iō distinguunt commutationes, quia diuersificant rōnē iusti. Nā in cōmutationib. voluntarijs una tñ est rō iusti, s. res q̃ datur. In cōmutationib. aūt inuoluntarijs dupliciter est rō iusti, s. dānum, & iniuria, quæ fit non uolenti. ¶ Tertiò, q inuoluntariæ commutationes iō distinguunt in occultas, & manifestas: quia alia est rō inuoluntarij, qñ occultè, & alia, qñ manifeste patitur. Cū.n. occultè q patiī, est inuoluntariū quasi per ignorantiā, iuxta illum 3. Ethic. pater familias, qua hora fur ueniret, &c. Cū uero manifeste patiī, uiolentia adhibetur, & sic est inuoluntarium per uiolētiā. Rursus licet utrobiq; fiat iniuria patienti, quia contra uoluntatem suā dānificatur: tñ qñ manifesta est aggressio, irrogatur ignominia quædā patienti, quæ non irrogaī in occulta. Nā dū mala nobis corā inferuntur, despicimur, nec ita rō habetur, quā occultè offendentes habere ui, ut patet in cōtumelia & detractione, rapina, & furto. ¶ Quartò, q in littera inuoluntarias cōmutationes non cōputauit ex his, nec usuram [illegible] sed quia ad numerata in lra spectat. Ex hīs quædā ad incarcerationem pertinet pp haec circumscriptionē, quæ sit ex uiolentia uero ad manifestam venditionē spectat. Venditio.n. aut idē bi, aut quod non est, ut inferius in tractatu de usura patet. ¶ Quinto, q numerus commutationum in lra, & in 5. Ethi. nō est uniformis. Aliquæ.n. ibi numerantur, ut aquæ deriuatio, & A vinculatio, quæ non numerantur hic: & econtra, aliq numerantur hic, ut mutilatio, & detractio, q nō exprimuntur ibi. Et iō ui, quia neuter intendit numerare integraliter spēs commutationum, sed distinguere sic, ut facile possit quis percipere spēs permutationum spēs ex enumeratis. Tam.n. ex his quæ ibi, q̃ ex his quæ hic dicuntur, apparet quæ sunt in his generibus cōputāda.

*Li.5.c.2. circa finē tom.5. — *Ar.1.huius quæst. & q.58.ar.8. ad 2. & ar.10. — uel. m — uel. p

IN CONTRARIVM est, quod dī in 5.* Ethi. q una species iustitiæ est directiua in distributionib. alia in cōmutationibus.

RESPON. Dicendū, q sicut supra dictum* est, iustitia est circa quasdā operationes exteriores, s. distributionē, & cōmutationē: q quidē sunt usus quorūdam exteriorum uel rerū, uel psonarum, uel ēt operum. Rerū quidem, sicut cum aliquis ui aufert, uel restituit alteri suā rem: personarum autem, sicut cū aliquis in ipsam personam hominis iniuriā facit, puta, percutiēdo, uel conuitiando, aut ēt cum irreuerentiam exhibet: operū aūt, sicut cū aliquis iustè ab alio exigit, uel alteri reddit aliquod C opus. Si m ergo accipiam r ut materiā utriusq; iustitiæ ea, quorū operationes sunt usus, eadē est materia distributiuę, & cōmutatiuæ iustitiæ: n nā & res distribui pñt a cōi in singulos, & cōmutari de uno in aliū: & ēt est quædam distributio laboriosorum operum, & recompensatio. p Si autem accipiamus ut materiā utriusq; iustitiæ actiones ipsas principales, quibus utimur pso D nis, rebus, & operibus, sic inuenitur utrobiq; alia materia. q Nā distributiua iustitia est directiua distributionum: commutatiua uero iustitia est directiua cōmutationum, q̃ attendi pōt inter duas personas, quarū quædā sunt inuoluntarię, qdā uero uoluntariæ. Inuoluntariæ qdē, qñ aliquis utiī re alterius, uel psona, uel opere, eo inuito: quod quidē cōtingit qñq; occultè p E fraudem, qñq; ēt manifestè per uiolentiam. Vtrūque aūt cōtingit aut in rem, aut in personam propriā, aut in personā coniunctam. In rem quidem, si occultè unus rē alterius accipiat, & uocaī furtū: si aūt manifeste, uocatur rapina. In psona āt ppriā vel qtū ad ipsam cōsistētē psonæ, uel q̃tū ad dignitatē ipsi. Si aūt q̃tū ad cōsistentiā personæ, sic lædiī aliqs occultè p dolosam occisionē, seu pcussionē & per ueneni exhibitionē. Manifestè aūt per manifestā occisionem, aut per incarcerationē, aut uerberationē, seu mēbri mutilationē. Quātū aūt ad dignitatē personæ, lędiī aliqs occultè quidē per falsa testimonia, seu detractiones, qb* aliqs aufert famā suā, & p alia hmōi. Manifestè āt p accusationē in iudicio, seu p conuitij illationē. Quantū aūt ad personam coniunctam, læditur aliqs in uxore, ut in pluribus occultè per adulteriū: in seruo aūt cum aliquis seruū seducit, ut à dño discedat: & hæc ēt manifestè fieri pñt. Et eadem rō est de alijs personis coniunctis, in quas etiam pñt oībus modis iniuriæ committi, sicut & in personā principalē: sed adulteriū, & serui seductio sunt ppriæ iniuriæ circa has personas, tñ qa seruus est possessio qdā, hoc refert ad furtū. Volūtariæ aūt cōmutationes dicuntur, qñ aliqs uolūtariè trāsfert rem suā in alterū. & si quidē simpl'r in alterū trāsferat rē suam absq; debito, sicut in donatione, non est act9 iustitiæ, sed liberalitatis. In tñ āt ad iustitiā uolūtaria trāslatio ptinet, inquantū est ibi aliquid de rōne debiti: quod qdem cōtingit multipliciter. Vno mō qñ quis transfert simpliciter rē suā in alterum pro recompensatione alterius rei, sicut accidit in uēditione, & emptione. Alio mō, qñ aliqs tradit rē suā alteri, cōcedē ei usū rei cū debito recuperandi rē. Et siqdē gratis cōcedit usū rei, uocaī usus fruct9 in rebus, q̃ aliquid fructificant: uel simpl'r mutuū, seu accōmodatū in rebus, quæ non fructificant, sicut sunt denarij, uasa & hmōi. Si uerò nec ipse us9 gratis cōcediī, uocaī locatio, & cō

¶Notāter autē dixi, q impediens ex aduerso ueniēs non tenetur ad aequale: qa cōsiliarij distributoris, quorū consilio distributor regit in distribuendo, non minus tenentur ad restituendum aequale, q distributor: quia ipsi tenētur ex officio ad inchoandam, & consumandam distributionē pro digniore, ex quo est eorum cōsilio distributio ppo sita. Haec aūt, quae de distributoris obligatione dicta sunt, intelligenda sunt qn distributio pro digniore liquida est, & non impossibilis. Et quoniam difficile est restitutionem facere in distributionibus bñficiorum, iō caueant sibi distributores: quia non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Nec fallat se, aut blandiatur sibi quisquam, putans Papam propter plenitudinem suae potestatis nō arctari distributiuae iustitiae legibus in beneficiis distribuendis: qm Paulus Apostolus cui uniuersalis Ecclesiae regimē cōmissum erat, sicut aliis Apostolis a Christo, ait, Sic nos existimet hō, ut dispensatores ministeriorū Dei. Vt C dispensatores ministeriorū dixit, non ut dominos. Constat autem ministeria ecclesiastica distribui, cum beneficia ecclesiastica distribuuntur: quoniam haec sunt illorum quasi stipendia.

¶Sed quid dicendum in casu, quo corrupta esset Ecclesia in capite, & omnes auaritiae studerent, & sola uenalitas, aut uoluntas, aut aliqua conditio extranea à iusto, esset ratio distributionis, seu dissipationis beneficiorum, & unus alium supplantare quaereret, quis cui restituere teneretur, cum omnes sint indigni, cum nulla impediatur distributio: quia omnino non fuisset iustè datum beneficium, sed ad libitum &c.

¶Rñdeo, q sicut in moralibus sunt, ut dicitur in 7. Ethicorum, uitia duplicis ordinis, quaedam humana, ut auaritia, pusillanimitas, furtum, & similia, quaedam uerò bestialia, ut coitus cū animalibus, feritates, & hmōi, & de illis disputatur, ista relinquuntur: ita in Ecclesia quaedam sunt uitia ecclesiastica, ut intrusio, symonia, aliqua mala distributio, impedimentum praestare digniori, & huiusmodi: quaedam autem sunt uitia Babylonica, q indigna sunt disputatione, & huiusmodi sunt uitia Romanae curiae, quando (quod Deus auertat) uenalitas, uoluntas, lenocinium, & huiusmodi, distribuerent beneficia. D

¶Ad confirmationem ultimam in dubio principali dicitur, q cum iste minus dignus ratione actionis suae in nullo teneatur digniori, quia non impediuit eum, ut supponitur: nec beneficium unq fuerit illius dignioris, nec ipse fuerit unq debitor illi, ut faceret illud esse suum, sicut debitor erat distributor, nullo iure tenetur ad restitutionem. Nec est uerum, q iste occupet iura dignioris: quoniam ius dignioris erat respectu illius, quādiu erat inter bona communia. Modo autem factum est bonū proprium per applicationem ad istum: & ius dignioris remansit ad communia, & ad distributorem, qui ei tenetur duplici iure, scilicet distributionis, & restitutionis.

¶Ad secundum postmodum dubium, q de procurantibus p se minus dignis, ac per hoc indirectè impedientibus digniorē, tractat, dicitur à Scot. & Ric. in 4. sent. dist. decimaquinta, q taliter pro se procurans non tenetur ad restitutionem aliquam: qa licet unicuique pro seipso procurare per uiam licitam & honestam, alio neglecto.

¶Et firmatur, seu declaratur ex iure ciuili. ff. de nou. oper. nū. l. 1. ubi dicitur, quòd si praescindo uenas in fundo meo, p quas deriuatur aqua ad puteum alterius causa damnificādi, teneor, illi: Si autem ut propriae consulam utilitati in aliquo aedificio, non teneor, iuxta allatam regulam arguendo.

¶Petrus autem de Palude in 4. sen. dist. 15. dicit, q si quis procurat ut beneficium detur minus digno sibi, uel alij, tenetur ad restitutionem digniori, quem impediuit: quia beneficium est debitum secundum distributiuam iustitiam digniori.

¶Mihi verò uidetur distinguēdum, quia minus dignus potest dupliciter pro se procurando impedire digniorem. Primò, ut impedimentum claudatur infra latitudinē uoluntarij, qd sūe

geret, nisi procurans pro se mauult se cōsequi cū dignioris impedimēto, q̃ se nō cōsequi, ut dignior nō impediatur. Qui n. pro minus digno sic cēdit ad cōsequendū, ut nō curet de impedimēto dignitatis, ad restitutionem tenet, iuxta arbitrium uiri boni. Ergo est, qa huius pcuratio est iniusta, utpote contra iustitiā distributiuā.

Alio mō, vt impedimentū nō sit voluntarium, qd sic accidit, qñ aliqs petit pro se, vel alio sine cuiusquā iniuria. Et si hoc qdē exprimit, clarū ē q̃ iniustè nō petit. Et si sibi dari contingit à distributore, posthabito digniore, ipse q petit, in cā non fuit, vñ non tenetur ad restitutionē. Si aūt hoc non explicat, qa non est de stylo petentiū, petitio sic intelligenda est sine iniuria alterius, qa nemo presumendus malus est absq; sufficiēti indicio. Et ppea ēt absolutè procurans, non volens impedire pp se digniorē, & si in ueritate aduerteret se īpedire digniorē, desisteret, aut exprimeret suā intentionem, si de hoc rōnabiliter dubitaret, non tenet ad restituendū in aliquo, si sibi minus digno datū est, qa non iniustè procurat. Et si hanc distinctionē perspexeris, videbis, q. opiniones recitatę quæ uisæ sunt cōtrariæ, non sunt contrariæ: quia Scotus & Richardus verū dicunt, quando iustè qs procurat, non quando contra rationem distributiuæ iustitiæ: Petrus verò, quando iniustè quis procurat.

* In resol. ad 1.

æquale dēt fieri recōpensatio, quali possibilis est, puta, cū aliquis alicui abstulit mēbrum, debet ei recōpensare uel in pecunia, uel in aliquo honore considerata cōditione utriusq; psonæ fm arbitrium boni viri.

AD II dicendum, q. aliquis pōt alicui famam tripl̃r auferre. Vno mō, uerum dicendo, & iustè, puta, cum aliquis crimen alicuius pdit ordine debito seruato, & tūc nō tenetur ad restitutionem famę. Alio modo, falsum dicēdo, & iniustè: & tūc tenetur restituere famā, confitēdo se falsum dixisse. Tertio mō, verū dicendo, sed iniustè, puta, cū aliquis prodit crimen alterius contra ordinem debitū: & tunc tenet ad restitutionem famæ quantum pōt, sine mendacio tñ, utpote q. dicat se malū dixisse, uel q. iniustè eū diffamauerit: Vel si non possit famā restituere, dēt ei alr recompensare, sicut & in aliis dictum* est.

AD III dicendū, q. actio cōtumeliā inferentis non pōt fieri, ut non fuerit. Potest tñ fieri, vt eius effectus, s. diminutio dignitatis personæ in opinione hominum reparetur per exhibitionem reuerentiæ.

AD IIII dicendum, q. aliquis pōt impedire aliquem, ne hēat pręebendam multipl̃r. Vno modo iustè, puta, si intendens honorem Dei, uel utilitatē Ecclesię, pcuret q. detur alicui psonæ digniori: & tunc nullo mō tenet ad restitutionē, uel ad aliquā recompensationē faciēdā. Alio modo iniustè, puta, si intēdat eius nocumentum, quē impedit p p odium, uel uindictam aut aliquid huiusmodi: & tunc si impedit ne pręebenda det dignō, consulens q. non detur, antequam sit firmatum q. ei det, tenetur quidem ad aliquam recōpensationem pensatis conditionibus personarū, & negotij fm arbitrium sapientis: non tñ tenetur ad ęquale, quia illā nondum fuerat adeptus, & poterat multipliciter impediri. Si verò iam firmatum sit, q. alicui detur præbenda, & aliquis propter indebitam cām procuret q. reuocetur, idem est ac si iam habitā ei auferret: & ideò tenet ad restitutionem æqualis, tamē secundùm suam facultatem.

¶ Ad primum deinceps dubium de æque digno, ex dictis patet solutio, quia s. impediens dignum, ut detur æque digno, non tenetur ad restitutionem: quia non uiolat iustum distributiuum. Iam. n. dictum est, q. nisi uioletur iustum, non habet locum restitutio. Et si contra insteter, qa uiolatur appropriatio inchoata pro uno, Respondetur, q. in æquè dignis appropriatio inchoata non iustitiæ, sed gratiæ, donec fuerit confirmata, seu facta ut proprium. Et propterea non læditur iustitia, sed gratia: non impeditur appropriatio debita, sed gratuita.

¶ Ad quartū demum dubium de gradibus in pgressu distributionis, quando. s. distributio est firmata, & tamen nō est executioni mandata, dicitur q. author, ut ex dictis patet, loquitur de distributione debita, nō gratuita. i. respectu dignioris, nō æque digni. & istius ponuntur tres status. Primus ante firmitatē, hoc est antequam sit decreta distributio ad hunc. Secundus, quando iam est decreta respectu huius, sed non executioni mandata. Tertius, quando iam est executioni mandata. De hoc tertio statu in litera nihil dicitur, quia de impedimento consecutionis est quæstio. Consummata autem distributione, consecutio impediri non potest, licèt possit impediri possessio cōsecuti. Sed de iniustè impediente possessionem, nō est dubium, q. tenetur ad restitutionem æqualis: quia iam in proprio damnificatur, q impeditur à possidendo suum beneficium. De primo uerò statu dicitur, q. ad arbitrium boni viri, pensatis conditionibus restitutio fieri debet. De secundo verò, de quo est præsens dubium, in litera dicitur, q. tenetur ad restitutionem æqualis. Et q. intelligat litera per sua verba hunc statum, scilicet quando distributio debita est decreta respectu huius, patet ex duobus. Primo, ex hoc q. dicit, Si est firmatum, q. alicui detur: secundo, ex hoc q. subdit, Et aliquis procuret q. reuocetur. Si non loqueretur de distributione executioni mandata, ante tamen possessionem, non diceret ly, ut detur, quia iam data esset præbenda. Nec diceretur reuocabilis, quia ex quo est executioni mandata, non est reuocabilis, sed auferibilis.

¶ Vnde ad motum dubium dicitur, q. author loquitur de firmitate impedibili, ita ut non sit adhuc omnino proprium illius, pro quo firmatum est beneficium. Patet namque quòd ponit casum, in quo de facto impeditur est ille dignior. Et factū est ut sibi non detur per reuocationē statutæ distributionis. Et cum obiicitur, ergo impediens non tenetur ad æquale, quia adhuc non erat actu suum, Respondetur, quòd parua interest esse actu meum, & esse ex debito decretum, velut meum. Statim enim ut distributio iustitiæ distributiua exigente decreta est, ut hoc detur illi parti, & illud illi alteri parti, unicuique par debetur id, quod è decretum sibi quasi proprium: quamuis usque ad executionē decreti non sit illud verè proprium. Quia ergo parua sunt proprium, & quasi proprium, ideò author dixit, quòd tenetur ad restitutionē æqualis.

¶ Sed occurrit non spernēda speculatio. Contingere potest q. iuste decreta distributione talium beneficiorum pro tali, & tali, antequā executioni mandetur distributio, appareat alius dignior, cui secundū rōnem distributiuæ iustitiæ debetur locus primus in distributionibus, si quis ad distributorem accedens procuret, ut reuocet decretam distributionē, ut detur digniori præbenda, iste non uiolat iustitiam distributiuam, nec tenetur ad restitutionē illi, cui erat decretum beneficium, & tñ aufert illi, quod erat illi debitum quasi proprium. Non ergo parua sunt, auferre debitum quasi proprium, & auferre debitum ut proprium: quia constat non esse auferendum proprium beneficium ab aliquo, ut detur digniori. Sed hoc non obstat determinationi factæ, quia res non in eodem statu permanent. Aduertendum est n. q. quandiu decreta distributio habuit rōnem iusti, portio decreta huic erat debita quasi propria. Et quandiu habebat hanc rōnem, non poterat nisi iniustè auferri ab eo, & æquiualebat proprio. Sed statim ut distributio desiit habere rōnem iusti pp digniorem personā iam manifestatā, desiit illa pbenda debita esse huic, quasi propria, ac per hoc licite dari est alteri. Hoc aūt ostendit, q. non sunt idē proprium, & quasi propriū, & q. non habent omnino eandem uim: qa proprium non est uariabile, quasi proprium adhuc uarietati subiicitur. Sed nō ostendit, quin stante in suo robore quasi proprio, æquiualeat proprium, & quasi propriū quo ad damnum, & consequenter quo ad restitutionem.

¶ Ad sextū postremo dubium, an hæc doctrina locum habeat in donationibus, testamentis, & legatis, Respondet breuiter, quòd quia liberalium collationum uoluntas donantis est iō iuxta uerbum patrisfamilias, An non licet mihi, quod uolo, facere? Et uoluntas donantis, testantis, aut legantis, quandiu est ambulatoria, in sua est libertate: ita quòd nulli facit iniuriam, aut ferendo legatum factum, consequens est quòd nullum ius uiolat qui legatum, testamentum, aut aliquid huiusmodi impedit, procurando reuocari non solū ut sibi, aut alteri bñfaciat, sed & animo damnificandi eos, quibus erāt danda huiusmodi bona, reuocationē eorū procuret ab eo, qui donabat: & ratio est, quia restitutio est actus iustitiæ. Et in eo damno illato consurgit, præsupponit violationem iusti, seu iuris, ad quod reparandum restitutio ordinatur. In proposito autem nullius ius uiolatur, quia nihil erat alicuius, voluntate adhuc existente ambulatoria. Signū aūt huius est, q. si ipse testator ex odio reuocet testamentū, nulli facit iniuriā. Et si ipse, qui est principalis cā reuocationis, nulli facit iniuriā, alij etiam iter ipsum, & inducentes ad reuocandū, nō inducūt ad faciēdū iniuriā alicui, & per hoc nō tenentur ad restitutionē, sed ad pœnitentiā de peccato odij. Et si cōtra hoc afferatur aliud exēplum de persone uenarū aquæ, q. si alio damnificandi alius quis præcidit in proprio fundo uenas aquæ, p quas in puteū fluit alterius, tenetur ad restitutionē, ad quam non teneretur, si non animo damnificandi faceret idē, ut pdictā est. ergo à simili, q. aio dānificandi proximum procurat reuocari testamentum, tenetur de damno.

¶ Rñdendum est, q. nō est simile: quia in casu personis aufertur proximo aqua propria, dependens tñ à fundo alterius: & ppterea oportet auferentem, ex legitima cā auferre. Hic uerò nihil propriū aufertur, quia nihil iuris habebat ex uolūtate ambulatoria.

Porrecta per totum.

345

Infra art. 4 cor. Et 12. q. 105. ar. 1. ad 9. Et 4. d. 15. q. 1. ar. 5. q. 2. ad 5.

ARTICVLVS III.

Vtrum sufficiat restituere simplum, quod iniustè ablatum est.

AD TERTIVM sic pcedit. Vr q. non sufficiat restituere simplū, qd̃ iniustè ablatum est. Dr̃ n. Exo. 22. Si qs furatus fuerit bouē, aut ouē, & occiderit, vel vēdiderit, qnq; boues pro vno restituet, & quatuor oues p vna oue: sed qlibet tenet mādatū diuinę legis obseruare. ergo ille q furat, tenet restituere quadruplum, vel quintuplum.

¶ 2 Præt. Ea quę scripta sunt, ad nostrā doctrinā scripta sunt, vt dr̃ ad Rom. 15. sed Lucæ 19. Zachæus dixit ad Dñm. Si quē defraudaui, reddo quadruplū. ergo homo debet restituere multiplicatū id, qd̃ iniustè accepit.

¶ 3 Præt. Nulli pōt iustè auferri id qd̃ dare nō dēt: sed iudex iustè aufert ab eo, qui furatus est plus q̃ furatus est, p emenda. ergo hō debet illud soluere, & ita non sufficit reddere simplum.

SED CONTRA est, quia restitutio reducit ad æqualitatem, qd̃ inæqualiter ablatum est: sed aliquis reddēdo quod accepit simplum, reducit ad æqualitatem. ergo solum tenetur restituere tantum, quantum accepit.

RESPON. Dicendum, q. cum aliquis iniustè accepit re alienam duo sunt ibi cōsideranda: quorum vnum est inæqualitas ex parte rei, quæ quandoq; est sine iniustitia, ut patet in mutuis. Aliud autem est iniustitiæ culpa, quæ potest esse etiam cum æqualitate rei, puta, cum aliquis intendit inferre violentiam, sed non præualet. Quantum ergo ad primum, adhibetur remedium per restitutionem, inquantum per eam ęqualitas reparatur, ad quod sufficit quòd restituat tantum, quantum habuerit de alieno: sed quatum ad culpam, adhibetur remedium per pœnam, cuius inflictio pertinet ad iudicem & ideò antequàm sit condemnatus per iudicem, nō tenetur restituere plus quàm accepit: sed postquàm condemnatus est, tenetur pœnam soluere*. Et per hoc patet responsio ad primū: quia lex illa determinatiua est pœnæ per iudicem infligendę, cum ad obseruantia iudicialis præcepti nullus teneatur post Christi aduentum, ut supra habitum* est. Potest tamen idem, vel simile statui in lege humana, de qua erit eadem ratio.

* 1. 2. q. 104. ar. 3.

AD II dicendū, q. Zacchæus id dixit, quasi supererogare uolens. Vnde & præmiserat: Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus.

AD III dicēdū, q. iudex condemnando, iustè potest accipere aliquid amplius loco emendæ: quod tamen antequàm condemnaretur, non debebat.

SVPER QV. LXII. ART. III.

IN art. 3 eiusdem 62. q. dubium occurrit circa illam redditionem causæ in corpore ar. cum dicitur, Et ideo antequàm sit condemnatus per iudicem, non tenetur restituere. Vi enim q. ex hoc, q. inflictio pœnæ pertinet ad iudicem, non sequatur, anteq. sit condemnatus, non teneatur, tum quia inflictio pœnæ non pertinet ad iudicem tñ, sed ad legem. dictum est enim in præcedenti libro, q. actus legis est punire, tum quia iudex punit, et lex animata. Si ergo lex pœnalis lata est, non est opus iudice damnante, quia lex infligit pœnam: tum quia manifestè patet teneri aliquos ad pœnas legis absque iudicis quocumq; actu, ut patet in excommunicationibus, & censuris latis à iure.

¶ Ad hoc dicitur, quòd author non loquitur vniuersaliter de pœna à lege imposita, sed de pœna restitutionis in quadruplo, uel huiusmodi, ut patet in litera. sed quia ratio in litera ad maiorem restitutionem a lege statutam uniuersalior est, quàm restitutionis pœna, vt patet, oportet aliter dicere, distinguendo q. pœna statuta in lege est duplex, quædam ad cuius executionē requiritur aliqua actio, quædam autem cuius executio nullam actionem requirit, verbi gratia. Pœnæ mortis, mutilationis, verberis, carceris, exilij, solutionis, confiscationis, seu priuationis bonorum, & huiusmodi, non possunt executioni mandari per solam legem, nisi interueniat actio aliqua, puta, occidere, mutilare, uerberare, includere, ire, soluere, accipere, uel dare, & si qua est alia eiusmodi actio. Pœnæ autem excommunicationis, suspensionis, interdicti, & irregularitatis, & si qua est alia similis, nullam actionem in sui executionem exigunt: sed non communicare cum fidelibus, non immiscere se prohibitis, nō exercere actum ordinis, quæ in sola negatione, seu priuatione consistunt, sufficiunt ad earum executionē. Ex hoc autem sequitur altera differētia, scilicet, q. quædam est pœna cuius inflictio est propria iudicis: quædam autem cuius inflictio est communis iudici, & legi declaratiuæ, quia pœna in executione exigens agere, consistit propria iudici ex hoc, qa aut ad illud agere tenet reus, aut iudex. Non reus, quia non tenetur ex lege nisi ad pœnam. Pœna autem consistit in pati, non in agere. ergo tenetur iudex. Et uere sic est, quia nisi iudex p se, uel alium occidat, mutilet, uerberet, claudat, agat ad exilium, accipiat bona, aut huiusmodi, non tenetur reus ex sola lege ad huiusmodi pœnæ executionem. Pœna autem in executione non exigens agere, communiter infligi potest à iure, uel iudice. Itaq; sola legislata sententia obligat reū ad executionem pœnæ. Et in promptu causa est, quia non exigit necessario actionem iudicis.

¶ Ad dubium ergo dicitur, quòd doctrina authoris uniuersalis est de pęna, cuius inflictio pertinet ad iudicem, ut propria de tali enim optimè sequitur redditio causę. Et ideo antequàm sit condemnatus per iudicem, nō tenetur ad executionem. Et quòd hæc sit uera intentio authoris, patet ex hoc, quòd loquitur de iudice, ut distinguitur à lege. Loquendo enim de iudice, ut distinguitur à lege, oportet loqui de proprijs iudicis, & de communibus iudici, & legi.

¶ Et per hæc patet responsio ad primam obiectionem: quia punire, idest, punitionem statuere, est actus legis, & punire executiuè conuenit etiam legi, quando pœna non exigit actionem in executione. Et ad secundam, quia de pœnis, quarum inflictio communis est iudici, & legi loquuntur: litera autem loquitur de pœna, cuius inflictio est propria iudicis. Et tu notabis, & applicabis hæc ad iurium & statutorum tam ciuilium, quàm canonicorum intellectum, & rationem. Videbis enim quòd si pro quibusdam criminibus, puta hæresis, læsæ maiestatis, & huiusmodi, pœnæ priuationis bonorum ipso facto incurrendæ ponuntur, inquantum claudunt se in priuationem, à lege infligi dicuntur: inquantum uerò exigunt actionem, iudicis actū expectant, unde dicuntur priuati dominio rerum à lege: non tamē tenentur ea assignare fisco, nisi interueniat actio iudicis.

SVPER QV. LXII. ARTIC. IIII.

IN art. 4. eiusdem quæstionis in responsione ad primum & secundum, dubium est, quare damnum lucri cessantis ex pecunia mutuata debet restitui creditori post moram, ut in litera

Universidad de Deusto Biblioteca

ARTICVLVS IIII.

Vtrum aliquis debeat restituere quod non abstulit.

AD QVARTVM sic pceditur. Vr q aliqs debeat restituere quod non abstulit. Ille.n. q h damnum infert alicui, tenet dãnum remouere: sed quando aliquis damnificat aliquẽ ultra id, quod accepit, puta, cum aliqs effodit semina, damnificat eum qui seminauit in tota messe futura: & sic uidetur quòd teneatur ad eius restitutionem. ergo aliquis tenetur ad restitutionẽ eius, quod non abstulit.

¶2 Præt. Ille q detinet pecuniã creditoris ultra terminũ præfixum, vr eum damnificare in toto eo, h quod lucrari de pecunia posset, quod tñ ipse nõ aufert. ergo uidetur q aliquis teneat restituere quod non abstulit.

¶3 Pręt. Iustitia humana deriuatur a iustitia diuina: sed Deo dẽt aliquis restituere h plus q̃ accepit h ab eo, fm illud Matthe. 25. Sciebas q meto ubi non semino, & cõgrego ubi non sparsi. ergo iustum est, ut ẽt restituat homini aliqd, qđ non accepit.

SED CONTRA est, quod recõpẽsatio ad iustitiã pertinet, inquantũ æqualitatem facit: sed si aliqs restitueret qđ nõ accepit, hoc nõ esset æquale. ergo talis restitutio nõ est iustum q fiat.

RESPON. Dicendum, q quicunq; damnificat aliquẽ vr ei auferre id, in quo ipsum damnificat. Damnũ.n. dr ex eo, q aliquis minus habet, q̃ debet habere, fm Phil. in 5.* Ethic. Et iõ hõ teneẽ ad restitutionem eius, in quo aliquẽ damnificauit: sed aliqs damnificatur dupr. Vno mõ, qa aufertur ei qđ actu habebat: & tale m damnũ est sp restituendũ fm recompensationẽ ęqualis n, puta, si aliqs dãnificet aliquẽ diruens domũ eius, tenetur ad tm, quantũ ualet domus. Alio mõ, si damnificet aliquẽ, impediẽdo ne adipiscaẽ, quod erat in uia habẽdi. Et tale dãnũ non oportet recompensare ex æquo, qa minus est habere aliqd virtute, q̃ habere actu. Qui aũt est in uia adipiscẽdi aliqd, habet illud solum fm virtutẽ, vel potentiam: & ideo si redderet ei, vt haberet hoc in actu, restitueretur ei quod est ablatũ non simplũ, sed multiplicatum, qđ nõ est de necessitate restitutionis, vt dictũ* est.* Tenetur tñ aliquam recompẽsationem facere fm conditionem personarum, & negotiorum l. Et p hoc patet rñsio ad Primum, & Secũdum. Nam ille qui semen sparsit in agro, nondum habet messem in actu, sed solũ in uirtute. Et similiter ille qui habet pecuniam, nõdum habet lucrum in actu, sed solum in uirtute, & vtrũq; põt multipľr impediri.

AD III dicẽdũ, q Deus nihil reqrit ab homine nisi bonum, qđ ipse in nobis seminauit: & iõ verbum illud uel intelligitur fm prauam existimationem serui pigri, qui existimauit se ab alio nõ accepisse: vel intelligit quãtũ ad hoc, q Deus requirit a nobis fructus donorũ, q sunt & ab eo, & à nobis: quamuis ipsa dona à Deo sint sine nobis.

ARTICVLVS V.

Vtrum oporteat semper restitutionem facere ei, à quo acceptũ est aliquid.

AD QVINTVM sic pceditur. Videtur quòd non oporteat semper restitutionẽ facere ei, à quo acceptum est aliquid. Nulli n. debemus nocere: sed aliquando esset in nocumentum hoĩs, si h redderetur, quod ab eo acceptũ est, uel etiam in nocumentũ aliorum, puta, si aliquis redderet gladium depositũ furioso. ergo non semper est restituendũ ei, à quo acceptum est.

¶2 Præt. Ille q illicitè h aliqd dedit, non mereẽ illud recuperare sed qñq; aliquis illicitè dat, qđ alius ẽt illicitè accepit, sicut ap paret i dãte, & recipiẽte aliqd symoniace. ergo nõ sp restituẽdum est ei, à quo acceptum est.

¶3 Præt. Nullus tenetur h ad impossibile: sed quandoque est impossibile restituere ei, à quo acceptum est, vel quia est mortuus, vel quia nimis distat, vel quia est ignotus. ergo non semper faciẽda est restitutio ei, à quo acceptum est.

¶4 Præt. Magis debet homo h recompensare ei, à quo maius beneficium accepit: sed ab aliis personis hõ plus accepit beneficiũ, q̃ ab illo qui mutuauit, vel deposuit, sicut à parentibus. ergo magis subueniendum est quandoque alicui personæ alteri, quàm restituendum ei, à quo acceptum est.

¶5 Pręt. Vanum est restituere illud, qđ ad manum h restituentis p restitutionem peruenit: sed si platus iniustè aliquid Ecclesiæ subtraxit, & ei restituat, ad manus eius deueniet, qa ipse est rerũ Ecclesiæ cõseruator. ergo nõ dẽt restituere Ecclię, à qua abstulit: & sic non sp restituendum est ei, à quo est ablatum.

SED CONTRA est, q dicitur Rom. 13. Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal.

RESPON. Dicẽdũ, q per restitutionẽ fit reductio ad ęqualitatem commutatiuę iustitiæ, quę consistit in rerum adęquatione, sicut dictũ* est. Huiusmodi aũt rerũ adęquatio fieri non posset, nisi ei, q minus habet q̃ quod suum est, suppleretur qđ deest. Et ad hanc suppletionem faciẽdã m necesse est ut ei hat restitutio, à quo acceptum est. n

AD PRIMVM ergo dicendũ, q qñ res restituenda apparet esse grauiter nociua ei, cui restitutio facienda est, uel alteri, non ei debet tunc restitui: quia restitutio ordinaẽ ad utilitatẽ eius, cui restituitur. Omnia.n. q̃ possidentur, sub rõne utilis cadũt. Nec tñ debet ille, q detinet rẽ alienam, sibi appropriare, sed vel reseruare ut congruo tempore restituat, uel etiã alibi tradere tutius conseruandam.

AD II dicendum, q aliqs dupliciter aliquid dat illicitè.

Perrect. per totum. 346

dicitur, & nõ à principio absolutè loquẽdo. Nulla.n. apparet inter hæc differẽtia, nisi quia post morã inuoluntariè sustinet damnum creditor à principio aũt uoluntariè. Sed hæc iõ nõ ualet, quia iustitię cõmutatiuę est adęquare rẽ rei siue uoluntariè, siue inuoluntariè quis damnũ sustineat, ut patet ĩ mutuo, & vẽditione voluntariis, & in furto, quo ad inuoluntaria. Propter quod si debitor pecuniæ, puta, mille ducatorum, tenetur post morã ad aliquid plusquã mille ratione interesse lucri cessantis, oportet hoc debitum nõ aliunde prouenire, quàm ex hoc, quod in litera dicitur, scilicet q habens mille, non solum habet mille, sed habet lucrum in uirtute, in quo damnificatur à debitore detinente illos mille. Ac p hoc, ut æqualitas fiat rei ad rem, oportet restituere illi non solum mille, sed etiã quantum æstimatur ualere lucrum in uirtute. Sicut in seminibus destructis, quantum æstimantur fructus in uirtute, non in actu, ut in litera dicitur. Et si ex hoc prouenit huiusmodi restitutio, consequens est, quòd etiã à principio habens mille ducatos nõ solum habet mille, sed lucrum in uirtute. Ac per hoc voluntariè sustinens damnum mille, dum mutuat alteri, sustinet etiam damnum lucri in uirtute. Ac per hoc debentur eidem nõ solum mille, sed aliquid æquiualens damno lucri, alioquin non restituetur æquale. Et confirmatur: quia sicut habens semina in agro sata potest licitè vendere messem, quam habet in uirtute, nõ quantum ualebit, sed quantum valet in cõparatione tali existẽs: ergo pari ratione si habens mille ducatos habet lucrum in virtute, potest alienare totum simul, s. illos mille, & lucrũ in virtute.

* Li. 5. ca. 4. tom. 5.

Conclu. m

*Ad hoc dubiũ, quia ad materiam vsuræ spectat, ideò in tractatu de vsura inferius respondebitur. Coincidit enim hæc questio cum illa, An liceat accipere aliquid plus mutuata summa ex hoc, quòd pecunia est organũ ad lucrandum, & commoda humanæ uitæ habẽdum: quæ quęstio ibidem disputabitur.

*ar. prec. Conclu. l

SVPER QV. LXII. ART. V.

IN art. 5. eiusdem quęstionis in corpore articuli illa verba, Nisi ei qui minus habet, quam quòd suũ est, suppleretur. Ex hac siquidem radice, q scilicet ideò reddendum est ei, à quo acceptum, quia suum est, habetur quòd q accepit ab aliquo rẽ alienam vel furto, vel vsura, uel aliàs occupatam, non tenetur restituere illi, à quo accepit, quia non minus habet, q̃ suum est: sed debet facere quantum potest, ut reddatur domino. Debet tamen significari per aliquam bonam uiam illi qui occupauerat, quòd non tenetur satisfacere tali pro tali re, ne contingat, si forte ueniat ad pœnitentiã, bis fieri restitutionem, & damnificari pœnitẽtem. Ex hac quoque radice prouenit, quòd si quis bona Ecclesiæ, seu religiosi, sic habuit, q tenetur ea restituere, & prælatus ecclesię illius, uel monachus administrator sit dilapidator, quòd non sunt ei restituenda: quia non minus habẽt de suo, sed de alieno existẽdo ad dispensandum, non ad dissipãdũ. Et ideo tenetur reddere Ecclesiæ, quæ est rerũ dña in rebus q non pñt dilapidari. Et similiter reddi debẽt abbatiæ, seu conuentui, cuius sunt. & idẽ est de similibus iudiciũ. Et hæc intellige in foro cõscientiæ. Cũ secreto hæc fieri pñt agendo taliter cum utrisque, s. fisi & occupatoris parati ad denunciãdũ alienũ, aut dilapidãdũ ecclesiasticum, seu cõe bonũ. Nã secus est in foro iudiciali, & absolutè, pro quanto & prędoni cõmunis, q rapta bona sunt sua non simpliciter, sed ad custodiendũ, & restituendum in cuius signũ non nisi publica potestate pñt illi auferri licitè absolutè loquendo: & propterea iudex compelleret ad restituẽdum illi occupatori, & dilapidatori, non ad tuẽdum et p donem in possessione. Explicuisse iustitiæ exigentis, ut ipse occupator, aut dilapidator, rehaberet, qd suũ sic est, & restitueret dño, aut rectè dispẽsaret. Nã si sic fieret, etiam modus iustitiæ quo ad personã, quæ tenetur ad restituendum dño simpliciter, uel dispensandum, seruaretur, qui violaẽ hoc est non seruatur, cum in foro conscientiæ supradicto modo restitutio fit, sed sanè in dictis casibus non seruatur in sententiã utrunque, ut dictum est. Defectus siquidem legis hic accidẽte videtur corrigandus ab æquitate, ne foueat quis occupationem, aut dilapidationem, materiam ministrando, cũ possit illam subtrahere, & proximi, aut Ecclesiæ iura tueri sic &c.

Perrect. per totum. 347

4. d. 15. q. 1. ar. 5 q. 4. Et opu. 67. Et opu. 73. ca. 17. & 18.

* Ar. 2 huius quæst, & q. 58. articu. 10.

¶ In responsione ad primum eiusdem artic. aduerte, q ex hac eadem radice prouenit, q quæ iniusti belli non sunt restituenda magna data iniusti principi, quibus ad exercitũ fouẽdũ egentes cõseruanda ut congruo tpe, sine. Cæterum iniuria reddantur. Et si depositum, aut mutuũ non est reddendum dño expositurò in dãnum, alterius, quo pacto põt quis mutuare alicui expositurò in damnum, & iniuriam Ecclesiæ, puta, p emẽdo cardinalatu? Minus n. est reddere suum alicui, q̃ mutuare. Et si neutrum agendum est, quo pacto nummularij, ut mediatores, ministrant eisdem ad habẽdum pecunias suas ex aliquo distanti loco pro tali opere? Nec enim eum sint uoluntaria, absque peccato sunt, quando constat quòd ad hoc petuntur.

¶ In responsione ad secundum eiusdem articuli quinti, scito discernere inter dationem illicitam, & propter causam illicitam, respiciendo ad id, quod lege diuina, vel humana prohibitum est. Quando n. ipsum dare est peccatum, seu prohibitum, ut cũ lex prohibet dare, ut patet cum prohibetur dari iudici pro sententia, uel monasterio pro ingressu, uel episcopo p beneficio, & huiusmodi, tunc ipsa datio est illicita. Quando uero dare nõ prohibetur, sed actus, seu causa propter quam datur, ut cũ prohibetur fornicatio adulterium, & huiusmodi, nõ prohibetur dare propter illa, sed ipsa prohibentur. Vnde homo propter acceptã huiusmodi seruitia, quãtumuis nefanda, tenetur dare qd promittit, uel solitum est. Et quia sola causa in culpa est, non refert in proposito, an propter fornicationem, an propter adulterium, aut aliam speciem luxuriæ detur. Et similiter est de alijs malis seruitijs, dummodo dare prohibitum non sit lege diuina, ut in symonia, uel humana, ut in multis & tactum est, & fieri potest contra dantes pro tali, uel tali actu &c. Et forte propter illos duos modos, quibus datio ipsa potest esse mala, author dixit dupliciter, scilicet, illicita, & contra legem, referẽdo illicitum ad ius naturale, uel diuinum: & contra legem, ad ius humanum.

¶ In eadem responsione aduerte, q. licet mulier possit sibi retinere ex meretricio actu acquisita sine dolo, & fraude: quæ tamen acquisiuit ex simulatis uerbis, aut factis, tenetur restituere. Huiusmodi namque simulationes important dolum, & fraudem, ut patet superius in tractatu de prudentia. Et quia per huiusmodi simulationes frequenter ab amatoribus extorquere uidentur, si crebra essent harum pœnitentiæ, magis essent exempla ponenda, sed ipsæ uideant quid, & quod simulauerunt.

¶ In rñsione ad tertiũ, quia tria tractantur, s. de omnino ignoto dño rei, de mortuo, de multũ distanti, de extremis singillatim oportet aliqd dicere. De oĩno ergo ignoto dño nota tria, s. uiã, terminũ, & cõsequens. Quo ad uiã uide in litera, q est diligẽs inquisitio. Et dr diligens inquisitio, quã diligens hõ accuratè inuestigando, vbi qñ, p quos, à quibus &c. faceret. Et cũ ad terminũ non perueniatur nisi per transitũ uiæ, non debet rei dominus haberi p omnino ignoto, nisi post q̃ processit diligẽs inquisitio. Et ppea si quis absq; inquisitione rẽ alterius pauperi dedisset, non satisfecisset, sed tenet inuento dño restituere, & sibipsi imputet qui imprudenter alienauit alienũ. Quo ad terminum, uide in litera, quòd omnino ignotum, ita quòd præmissa diligẽti inquisitione perueniẽdũ est ad hoc, q rei dominus sit omnino ignotus. Nam si aliqualiter esset notus, puta, q est unus talis uillæ &c. deberet inquisitio ad ulteriora procedere, ut particularis notitia haberetur de domino, ut prudens uir sciret ingrere. Rursus qñ sciri non potest dominus in particulari, sed scitur quasi sub distinctione q alicui illorum dabatur, non est omnino ignotus dominus. Vnde debet eis dari, uel distribui eisdem, uel ut fortè aliquis accipiat, quando diuisa res pluribus non prodesset, & unita aliquem releuaret. Et ne alicui fiat iniuria, de cordi uoluntate agendũ est, quicquid agendum est. Et per hoc patet, quomodo debeat restitui quod acceptũ est in bello iniusto, qñ ciuitas data est in prædam, nec sciri potest, cui debetur hoc, q ab hoc pœnitente restituendum est. Non est enim dandũ pauperibus, nec ædificanda sunt monasteria, aut hospitalia extantibus damnum passis, de bonis eorum sine eorum uoluntate. Nec excusantur qui damnum intulerunt ex difficultate inquirendi, aut hoc faciendi: quoniam dãnificator ipse fuit in culpa, & posuit seipsum in huiõi difficultatibus, ponendo alios in paupertate. Quo ad id uerò quod sequitur, quando dominus est ignotus, uide in litera, quòd debet ei restitui eo mõ, quo potest, s. erogando illud nomine illius, pauperibus Christi. Sic n. redditur bonum, utile ut sit utile spiritualiter, quod non potest illi reddi ut sit utile corporaliter, uel spiritualiter ad arbitrium domini. Et hinc habes solutionem quæstionis, qd agendum est de casu inuentis habẽtibus dominum, quando dominus est omnino ignotus. Dico autem habẽtibus dominũ: quia de inuentis distinguendum erit inferius in quęstio 66. Debent enim hæc erogari pauperibus. Et cum ipse inuentor nõ sit deterioris conditionis ex hoc, quòd inuenit, põt sibi ipsi si pauper est, non minus quàm alteri applicare eleemosynaliter: sicut is, cui commissa est distributio aliquarum eleemosynarum, potest seipsum computare in numero pauperum, si pauper est, & distribuere proportionaliter sibi, sicut alij, secundum authoris doctrinam superius habitam.

Conclu. m

¶ De multum aũt distante domino rei, si commodè põt transmitti ei, aut significari, ut ordinet cui detur sui dominũ, ut perueniat ad eum, nulla difficultas est, quòd tenetur habens rem ad restituendum ei. Sed qõ est, quando non põt aliter absenti restitui suum, nisi cum magno damno restituẽtis, puta, qa oportet tantum de suo expendere in mittendo, uel significãdo quãtum ualet id quod restituendũ est. Author namq; & Sco. & Ricardus in 4. dist. 15. tenent, quòd tunc restitutor non tenetur ad restituendum ei cum tali damno, quia non tenetur nisi ad restitutionem rei acceptæ. Et addunt Sco. & Ricar. q in hoc casu debet illud erogari pauperibus, si non adsunt parentes illius.

¶ In hoc autem loco author nihil loquitur de sumptibus agendis, sed absolutè loquens de multum distante, dicit q debet, si commodè potest, domino mitti debitum aliquem debet deponi, & domino significari.

¶ Mihi autem uidetur distinguendum de causa restitutionis

Universidad de Deusto Biblioteca

ab scilicet fuerit acceptio iniusta, ut furtũ, rapina, usura, & huiusmodi: vel sine iniustitia, ut mutuo, successio, mutuũ, depositi, & hmõi. Nã si tenetur ad restitutionẽ rõne furti, & similiũ, tenetur ad expensas ẽt in quadruplũ, si aliter non põt facere, q rei reddat dño. Et iõ est, q dñs rei ex eo q passus est furtũ, non dẽt damnificari. Cõstãt aũt q damnificaretur, si ppriis expẽsis deberet recuperare rẽ sibi ablatam. Cũ ergo ipse non teneatur ad expẽsas, & fur teneatur ad iteratõ statuendũ dñm rei in possessione, cõsequens est, q fur teneatur p accidens, s. pp accidentem distãtiã, ad plus dãni sustinendũ, q intulerit alteri. Nec ppea concedendum est, q tenetur ad aliud, q ad restitutionẽ. Sed q tenetur ad consummatã restitutionẽ, q per accidens requirit expensas & tenetur ad subeundũ dãnum. Nec refert in proposito, an fur, an passus furtum, se absentauerit à loco furti: sed sibi imputet fur, qui furãdo effecit se debitorem ad ponendum dñm in possessione rei suę, non in hoc, vel illo loco, sed simpliciter. Nec debet dñs, qui non potuit rem suã ablatam ferre secũ, pati: pateretur autẽ, si sine eius voluntate res sua pauperi, aut alteri daret. Si verò tenetur ad restitutionem ratione acceptionis non iniustę, tũc cessante mora, fraude, atq; iniustitia, quo ad hæc, ne cessi debitum, non tenet debitor ad damnũ subeundũ pp restitutionem faciendam, ẽt si ipse se absentauerit quia iure suo vtebatur, se absentando pp negotium, aut commodum, q non erat obligatus significare creditori, seu dño suum recessum. Et iõ est, quia in huiusmodi debitor aut tenetur ad restitutionem solum rõne rei alienæ apud se, ut patet de inuento, & ex successione habito, deposito & huiusmodi, & sic constat, q non tenetur ex huiusmodi mittere damnũ in propriis: aut tenetur ratione acceptionis ex voluntaria dñi cõcessione, ut in mutuo, pignore, emptione, & huiusmodi. Et sic cum dñs exposuerit se sponte huic periculo distantiæ, quæ possit aliquando contingere, in K utraque parte [illegible] [illegible] in tali loco. Vnde secundum dictum est, q auctor in hac q[uaestio]ne dicit in huiusmodi restitutionibus, quæ ex voluntariis, seu non iniustis acceptionibus proueniunt in aliis autem [illegible] quod supra diximus. Et sic sanus [illegible] secundũ rationem [illegible] autem humanas coniecturas, pensatis conditionibus personarũ & rerum, potest contingere, q [illegible] pauperibus, puta, quia cognoscitur qualitas uoluntatis domini [illegible] absentis, & etiam [illegible] quòd tamen haberet.

¶ In responsione ad quartum, occurrit dubium, à Scoto in 4. di. 15. q. [illegible] motum. An scilicet [illegible] in extrema necessitate, teneatur restituere creditori simul ipse collapso in extremã necessitatem. Ipse namq; Scotus tenet partem affirmatiuam: quia creditor nunquam cecidit à dominio suis rebus. Ex hoc enim quod simul deuenerit ad extremam necessitatem, sequitur q dominium rei prius habitum nõ perdidit propter extremam

D.543.

Vno mõ, qa ipsa datio est illicita, & cõtra legẽ, sicut patet in eo q symoniacẽ aliqd dedit, & talis meret amittere quod dedit: vñ non dẽt ei restitutio fieri de his. Et quia ẽt ille qui accepit, cõtra legẽ accepit, nõ dẽt sibi retinere, sed debet in pios usus conuertere. Alio mõ aliqs illicitẽ dat, quia p p rem illicitã dat, licẽt ipsa datio non sit illicita, sicut cum quis dat meretrici propter fornicationem. Vnde & [d] mulier potest sibi retinere quod ei datum est, sed si superfluẽ ad fraudẽ, uel dolũ extorsisset, tenet eidẽ restituere.

Ad III dicendũ, q si ille, cui dẽt fieri restitutiõ, sit oĩno ignotus, debet hõ restituere secundùm q potest, s. dando in eleemosynas p salute ipsius siue sit mortuus, siue sit viuus, pmissa tñ diligenti inqsitione de persona eius, cui est restitutio faciẽda. Si verò sit mortuus ille, cui est restitutiõ facienda, dẽt restitui hæredi eius, q cõputat quasi una psona cum ipso. Si verò ille sit multũ distans, dẽt sibi transmitti qd ei debetur, & præcipuẽ si sit res magni ualoris, & possit cõmodẽ transmitti: alioqn dẽt in aliquo loco tuto dponi, vt p eo cõseruet, & dño significari.

Ad IIII dicendum, q aliquis de hoc, qd est sibi pprium, dẽt magis satisfacere parentibus, vel his, à qbus accepit maiora beneficia: non aũt debet aliqs recõpẽsare benefactori de alieno, qd cõtingeret, si qd debet uni, alteri restitueret: nisi fortẽ i casu extremæ necessitatis, in quo posset, & deberet alicui ẽt auferr aliena ut pñi subueniret.

Ad V dicẽdum, q prælatus potest rem Ecclesiæ surripere tripl[icite]r. Vno mõ si rem ecclesiæ nõ sibi deputatam, sed alteri, sibi vsurparet: puta, si Episcopus usurparet sibi rem capituli. Et tunc planũ est, q debet restituere, ponẽdo in manus eorũ, ad quos de iure ptinet. Alio mõ, si rẽ Ecclesiæ suæ custodiæ deputatã, in alterius dñium transferat, puta, cõsanguinei, uel amici: & tunc dẽt restituere Ecclesiæ, & sub sua cura hr̃e, ut ad successorẽ pueniat. Tertio mõ, põt prælatus surripere rem Ecclesiæ solo animo, dum s. incępit habere animum possidendi eam ut suam, & nõ nomine Ecclesię: & tunc debet restituere, talem animum deponendo.

F alterius necessitatem: & consequenter sibi debet restitui etiam ab existente in extrema necessitate. Mihi autem uidetur oppositum esse verum. Et ratio me mouens est, quia tempore extremę necessitatis quomodocunq; cessat proprietas rerum ad iuris genus spectãs, ut inferius patebit. Et iudiciũ de usu rerũ, tunc non debet fieri secũdũ statum proprietatis rerum, secundùm quem hoc est illius, & illud alterius: sed debet fieri secũdum statum, quo omnia sunt communia. Cõsiderando autem res in statu, quo omnia sunt communia, manifestũ est quòd melior est conditio occupantis, seu possidẽtis, ac per hoc cum multi sint in extrema necessitate, & ego inuenio i manu mea unde uiuam, non teneor illud subtrahere, & tibi etiam in extrema necessitate existenti tribuere: licẽt hoc, qd in mea manu est, iure gẽtium, vel positiuo, sit tuũ: Quia extrema mea necessitas ius gentiũ respectu huius, quod in manu mea est, tibi abstulit: & ius naturę, quod solum remãsit, fouet possidẽtẽ. Vnde falsum est, q ille dñs rei nũquã cecidit à Dominio: quia extrema necessitas alterius, cũ possessione illius rei, abstulit hunc ius positiuum, ius gentium, & iui naturæ. Vnde falsum est, q ille debitor occidat dñm, aut iniustẽ cõteruet vitam suam, quia dominium cessauit alterius, & ille usum ex hoc, quòd possidere inuenitur, ex naturæ iure habet.

Porrecta per totum. 348

ARTICVLVS VI.

Vtrum teneatur semper restituere ille, qui accepit.

AD SEXTVM sic procedit. Vr quod non teneatur sem-

¶ In responsione ad quintum eiusdẽ articuli, nota in secundo membro illud uerbum, Suæ custodiæ deputatam. Habet nãq; se prælatus ad res Ecclesiæ dupliciter. s. ut custos, & ut dispensator. Est siquidem custos rerũ immobiliũ, & aliorũ, quorum alienatio est sibi prohibita. Est autem dispensator fructuum, & aliorum prouentuum, ad suum quasi stipendiũ pertinentium. Et iõ (vt author meus dicit in quolibeto 6. ar. 1.) Prælatus male utens, & dissipans portionem illam, quæ est quasi stipendiũ eius, non tenetur ad restitutionem, sed ad solam pœnitentiam. Iõ ut præteriret se ab his, quæ sunt suæ dispẽsationi proprio usu commissa, dixit, Suæ custodiæ deputata. Tenetur ergo in duobus casibus ad restitutionẽ. Primo, si usurparet sibi rẽ deputatã alteri, & in hoc clauduntur bona deputata tam alteri particulari, ut canonico, officiali, capellano, q collegio, ut capitulo, hospitali, quam multitudini, ut pauperib[us], aut puellis nubilibus, aut studentibus, transeuntibus, infirmis &c. Propter quod qui præsunt hospitalibus, qui sunt commissarij in huiõi, uideãt q mundas seruent manus. Cum enim hæc bona aliorũ sint, rapina pauperũ in domo eorũ est, si hæc sibi applicant. Secundo, si alienaret rem suæ custodiæ depositã. Et sub hoc clauduntur, ut dixi, & immobilia, q prohibita alienari, q thesauri & similia, nisi in casu in quo licite dispensari possunt. De his tamen amplius dicetur inferius, cum de statu episcoporũ tractabitur.

SVPER QV. LXII. ARTIC. VI.

IN art. 6. eiusdem quæst. 62. nota in corporeari, uniuersalem radicem, unde omnes restitutiones in quacunque materia, & quomo-

& quomodolibet oriũtur, ut in casibus non scriptis scias resoluere vsq; ad principia, an teneatur quis ad restitutionem. Duę ergo sunt radices, ad quarum alteram restitutionẽ omnẽ oportet reduci. Prima est acceptio: secunda est res accepta. Et extẽditur in proposito acceptionis nomen ad omnem actũ, quo proximus minus hẽt de suo q habere debeat. Incendium. n. contumelia, iniqua distributio, & alia hmõi, sub acceptione comprehẽduntur. Oportet igit' primo inspicere, an ille de quo qritur, teneat ad restituendũ rõne acceptionis, vel rõne rei acceptæ, an ratione vtriusque. Oportet namq; inter illa tria cõprehendi omnẽ restitutionẽ. Et vt singillatim differamus sequẽdo literam, generalis regula in restitutionib[us] ratione rei est, Qòd tandiu tenetur quis ad restitutionem rõne alienæ rei, quandiu eam habet. Et in proptu rõ in litera redditur: quia habens id quod alterius est hẽt plusquã suũ est, & dãnificatus tãtũdẽ habet minus de suo. Et iõ secũdum formã iustitiæ cõmutatiuæ oportet æqualitatem inter eos cõstituere, auferendo ab illo qui habet plus, & dãdo ei qui habet minus, ut sic fiant æquales, sicut erãt à principio, antequàm scilicet & ille minus, & iste plus haberet, quàm suum est. Et ex hac radice prouenit, quòd si quis ẽt alienam ignoranter emisset nõ potest retinere eam, quam primum nouit eam esse alienã: sed tenetur eam domino restituere, nec potest petere ab eo pretiũ, quod ipse emit à domino rei, sed à venditore: ex hoc enim, q res illa aliena est, obligat possessorẽ ad sui restitutionem domino. Sed occurrit hoc in loco dubiũ. An iudicatur esse apud aliquem solummodo, quãdo res ipsa, puta, vestis, uinum, frumẽtum extat apud eum: uel intelligendũ est, quando vel res ipsa salua, uel aliquid loco eius extat, puta, pretium, uel effectus ipsius, puta, conseruatio proprij uini, aut proprii frumenti, quod consumpsisset dum consumpsit alienum: vel aliis effectus, puta, nutritio, & hmõi, quę D ex consumptione relinquuntur: uel amicitia, quæ ex donatione, si rem donando distraxit, consequitur: vel aliquid aliud huiusmodi. Et est ratio dubij, quia varia dicuntur de possessore bonæ fidei, de quo loquimur. Dicitur enim imprimis, q si emptã rẽ distraxit vendendo, q non tenetur ad restitutionem: & similiter si donauit, aut cõsumpsit, & si res est salua, & fructifera, non tenetur ad restitutionem fructuũ perceptorum cõsumptorum. Dicitur deinde, quòd quandocunq; possessor bonæ fidei factus est ex re aliena locupletior, tenetur ad restitutionẽ. Et ad hoc est textus iuris ciuilis. ff. de petitio. hæred. Licet uero [illegible] & cor autem. Ex his enim consurgit, q pretium quandoq; computatur loco rei, puta, cum mihi donatam rem alienam uendidi: factus sum enim ex illa locupletior, & quandoque non, puta, cum emptam rem uendidi sine lucro ex parte rei: & cursus consumptio quandoque commutatur loco rei, ut cum quondiantes sumptus ex re aliena percipio, quos ex proprio effecissem: factus sum enim ex his eatenus expensis locupletior. Et hoc expresse dr ibid. l. sed & si lege. § quòd autem. Qñq; non, ut cum consumpsi, quia abundabam habendo talẽ rem, nec fecissem tales sumptus, nisi talem rem habuissem.

¶ Ad euidentiam horum præsupponendum est, quòd sermo totus est de possessore bonæ fidei, qui tamen post factum compatit se alienum possidere, & paratus est unicuique suũ reddere. De hoc enim quo modo ratione rei teneatur, qstio est, ad quid tenetur in casibus huiusmodi. Si rectè igitur perspiciamus formam commutatiuæ iustitiæ antedictã, apparebit q nõ solũ res ipsa aliena obligat possessorẽ ad restitutionem, sed etiam quicquid loco rei successit, ut pretium, uel effectum si ex hic factus est possessor locupletior obligat eumdẽ ad restitutionem. Ita quòd inter rem ipsam alienam, & id, quòd loco eius successit, hæc est differentia, q res ipsa obligat possessorẽ simpliciter, & absolutam, uero quod loco rei successit, ob-

AD IIII. dicendū, q ille qui de gremio ecclesiæ assumit̄, vt in pluribus cōsueuit esse vtilior quātū ad bonū cōe. qa magis diligit ecclesiā, in qua est nutritus. Et pp hoc ét mādat̄ Deut. 17. Nō poteris alteri* gētis hoīem facere regē, q ñ sit frater tuus. G

ARTICVLVS III.

Vtrum exhibitione honoris & reuerentiæ locum habeat peccatum acceptionis personarum.

AD TERTIVM sic procedit. Vr̄ q in exhibitione honoris, & reuerentiæ non hēat locum pctm̄ acceptionis personarū. Honor. n. nihil aliud esse vr̄, q̃ reuerentia quædam alicui exhibita in testimonium virtutis, vt patet per Phil. in 1.* Ethi. sed prælati, & pirncipes sunt honorandi, ét si sint mali, sicut ét parentes, de qbus mādat̄. Exo. 20. Honora patrem tuū, & matrē tuam: ét dñi sunt à seruis honorādi, etiam si sint mali, s̄m illud 1. ad Timoth. 6. Quicumq; sunt sub iugo serui, dominos suos honore dignos arbitrentur. ergo uidet̄ quòd acceptio personæ non sit peccatum in exhibitione honoris. H I

¶ 2 Præt. Leuit. 19. præcipit̄. Coram cano capite cōsurge, & honora persona senis: sed hoc h vr̄ ad acceptionem personam ptinere: qa qñq; senes nō sunt virtuosi, s̄m illud Dani. 13. Egressa est iniquitas à senioribus populi. ergo acceptio psonarū ñ est pctm̄ in exhibitione honoris. K

¶ 3 Præ. Super illud Iac. 2. Nolite in personarū acceptione hēre fidem &c. dicit* glo. Aug. Si hoc quod Iacobus dicit. Si introierit in conuentu vestro vir hñs annulum aureum &c. intelligatur de quotidianis cōsessibus, quis hic non peccat, si tamen peccat? sed h hęc est acceptio personarum diuites propter diuitias honorare. dicit enim* Greg. in quadā homil. Superbia nostra retūditur, quia in hominibus non naturam, qua ad imaginem Dei facti sunt, L

SVPER Q. LXIII. ART. III.

IN ar. 3. eiusdem q. dubiū occurrit circa calcē articuli, vbi, dr̄, si āt solum intuitu diuitiarū honorētur erit pctm̄ acceptionis psonarum, uñ quia acceptio personarum non hēt locū in gratuitis, sed solū in debitis exhibitionibus. De gratuitis n. scriptum est. An licet mihi, q uolo facere? quāuis igr̄ in honoribus debitis esset acceptio psonarū, ut si in cōuentu Christiano aliquis supra honorent pp diuitias, vt Iac. Apostolus dicit, quia in hmōi cōuentu locus debet pp virtutem: in honoribus tñ gratuitis, cū quotidie honoramus eos qui nobis occurrunt detegendo caput, & hmōi, qui tñ nō sunt nostri superiores, ut uniuersos, nulla apparet iō acceptionis psonarū. Volo nulli pp diuitias assurgere, quis non mereat. An non licet mihi qd volo facere? Tum qa dato, q in hmōi gratuito honore pp diuitias sit pctm̄, nō est tñ pctm̄ acceptionis psonarum, sed pctm̄ in obseruantiæ. Exhibere .n. hmōi honores ad obseruātiæ virtutē spectat, ac p hoc errare in hmōi ad vitium

Porrecta per totum. 353

Quo. 1. 10 ar. 12.

*Li. 1. c. 5. tom. 5.

*In epist. 29. ad Hic tom. 10-2.

*Homi. 18. seute ge. ante med.

tium illi contrarium, & non ad acceptionem personarum, quę contrariatur iustitiæ distributiuę speciali. ¶ Ad hoc dr̄, q cum acceptio personarū sit pctm̄, inquantum contrariat̄ iustitiæ, & iustitia solū uersetur circa debita, cōsequēs est, ut in gratuitis locum non hēat. Et si notatū esset vitiū contrariū virtuti obseruantiæ, diceret, q litera ista intelligenda esset non de honore vniuersaliter, sed de honore solū debito. Sed quia obseruātiæ contrariū uitiū mō notatū est, & obseruantia est pars iustitiæ, & extendit se ad debitū morale, ut in suo tractatu patebit: iō literam hanc uniuersaliter intelligo, & dico, q licet gratis dari dupliciter .s. vbi, quia &c. nō oportet, pecco cōtra liberalitatē. Quis nō faciā iniuriā alicui in gratis honorādo aliquē, quare nō oportet, est peccatum cōtra obseruātiā. Sed qa hoc iō est pctm̄, qa accipit̄ non cā honoris debita, ut cā honoris debiti, iō reductiuè est acceptio psonarū. Dixi āt debiti, qa omni causa honoris est honor debitus, licēt non à me. Propter quod cū pp diuitias exhibetur honor non solū ā cā exhibitionis, sed circa debitū uiolat̄. Nō sic aūt est de prodigo donante ex cā irrōnabili. qm̄ peccat q de in cā, sed non in cā debiti. Nō n. oī causæ, pp q̃ pōt donari, debet̄ donatio: sicut oī uirtuti, q sola est cā honoris, ut Illa dr̄, debet̄ honor. Et iō exhibitio honoris solū pp diuitias, iniustitiā participat. Et per hæc patet solutio obiectorū. Nā in gratuitis licet mihi, qd volo facere, quantū ad hoc, q non facio alteri iniuriam, non āt absolute, alioqui pdigalitas nō esset viū. Licet n. mihi qd uolo facere, seruatis tñ debitis circunstantijs, qñ facio. Superiō āt patrisfamilias, cuius lex est sua uoluntas, licet quod uult facere absolutè. Et scito, q quando dr̄, q honorare hoies pp diuitias, est pctm̄, intelligitur pp diuitias, ut distinguunt̄ cōtra oēm habitudinē ad uirtutē. Dico aūt hoc, quia diuitiæ, ut adiuuant organicè ad fœlicitatē, ut reddunt hoīem potentem ad benefaciendum A dōt alteri ad uirtutē, ad patriæ conseruationem, & hmōi, reddūt hoīes honorabiles. Et pptea qui non aliud cogitat, nisi qua aliqs vt diuites occurrit sibi, nō peccat honorando eum, cū intelligit̄ honorare potentiam, seu habitudinem ad uirtuté. Et per hoc patet gl. Aug. sup Iac. 3. Si introierit in cōuentu uestro &c. dicēs.

*Gl. interlinearis sup illud Iaco. 2. Nolite in personarum acceptionibus.

Concl. m

Conclu. p

Concl. r

Concl. x

Concl. &

sed diuitias honoramus, & sic cum diuitiæ non sint debita cā honoris, pertinebit hoc ad personarum acceptionem. ergo psonarum acceptio nō est pctm̄ circa exhibitionem honoris.

SED CONTRA est, quod dr̄ in *gl. Iac. 2. Quicumque diuitem propter diuitias honorat, peccat. Et pari ratione, si aliquis honoretur propter alias causas, q̃ non faciunt dignum honore, q pertinet ad acceptionē personarum. ergo acceptio personarum in exhibitione honoris est peccatum. B

RESPON. Dicendū, q honor est quoddam testimonium de uirtute eius, qui honoratur: & ideo m sola virtus est debita cā honoris. n Sciendum tamē, q aliquis potest honorari non solū propter uirtutem ppriā, sed ét propter uirtutem alterius: sicut p principes, & prælati honorantur, etiam si sint mali, q inquantū gerunt personā Dei, & cōitatis, cui præficiunt̄, s̄m illud Prouer. 26. Sicut qui immittit lapides in aceruū Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorē. Quia Gentiles rationem attribuebat Mercurio, aceruus Mercurij dr̄ cumulus ratiocinij, in quo mercator qñque mittit unum lapillum loco cētum marcarum: ita etiam honoratur insipiens, qui ponit̄ loco Dei, & loco totius cōitatis. Et r eadem rōne parentes, & dñi sunt honorandi s propter participationem diuinę dignitatis, qui est oium pater & dñs. x Senes aūt sunt honorādi pp signum uirtutis, quod est senectus, licēt hoc signum qñq; deficiat. y Vnde, ut dr̄ Sapien. 4. Senectus uenerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata. Cani āt sunt sensus hois, & ætas senectutis uita est immaculata. & Diuites aūt honorandi sunt pp hoc, q maiorem locum in cōitatibus obtinent. Si aūt solūm intuitu diuitiarum honorētur, erit peccatū acceptionis personarū, Et C D E

p hoc patet rñsio ad obiecta. q

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in iudicijs locum habeat peccatum acceptionis personarum.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur quod in iudicijs locum non habeat peccatum acceptionis personarū. Acceptio n. personarū opponitur distributiuæ iustitiæ, ut * dictum est: sed iudicia maximè uidentur ad iustitiam commutatiuam ptinere. ergo psonarū acceptio non habet locum in iudicijs.

¶ 2 Præt. Pœnæ secundum aliquod iudicium infligunt̄: sed in pœnis h accipiuntur personæ absque peccato: quia grauius puniuntur, qui inferunt iniuriā in personas principum, quam q̃ in personas aliorum. ergo personarum acceptio non habet locum in iudicijs.

¶ 3 Præt. Eccl. 4 dicitur, In iudicādo esto pupillis h misericors: sed hoc uidetur esse accipere psonam pauperis. ergo acceptio personarum in iudicijs non est peccatum.

SED CONTRA est, quod dicit Prouerb. 18. Accipere personā in iudicio, non est bonum.

RESPON. dicendum, q sicut dictū * est, iudicium est act* iustitiæ, put iudex ad æqualitatē iustitiæ reducit ea, q̃ inęqualitatē oppositā facere pñt: psonarum āt acceptio inæqualitatē q̃dā hēt, inqtū attribuit alicui psonæ pter pportionē suā, in qua consistit ęqualitas iustitiæ. Et iō manifestū est, q m per psonarū acceptionē iudiciū corrūpit. n

AD PRIMVM ergo dicēdū, q iudiciū dupl̄r pōt considerari. Vno mō quātū ad ipsam rē iudicatā: & sic iudiciū se hēt cōiter ad cōmutatiuā, & ad distributiuam, iustitiā. Pōt. n. iudicio diffiniri qualiter aliquid cōe sit distribuēdū in multos, & qualiter alteri un* restituat, & quod ab eo accepit. Alio mō pōt cōsiderari quātū ad ipsam formam iudicij, prout. s. iudex etiam in ipsa commutatiua iustitia ab uno

Si hoc intelligat̄ de quotidianis cōsessib*, quis hic non peccat, subdūnt. Si ñ peccat: cū rōne dicta, non peccat in hmōi humana conuersatione.

SVPER Q. LXIII. ART. IIII.

IN art. 4. dubiū occurrit circa id, qd dr̄ in rñsione ad tertium, q forma iudicij pertinet ad iustitiā distributiuam. Et est rō dubij, quia nō quodcumq; accipere ab uno, & dare alteri est act* iustitiæ distributiuæ: sed ut patet ex supradictis, accipere ab uno cōi, & dare alteri, ut parti illius cōis, est act* iustitiæ distributiuæ. Iudex āt inter emptorē & venditorem, possessorē & pulsum, & alios huiusmodi, n. accipit ab uno cōi, sed ab una parte: nec dat alteri ut parti cōis, sed ut singulari personę. Falsū ergo uī, q iudicij forma ad iustitiā distributiuā pertineat. ¶ Ad hoc dr̄, q quia forma distributiuæ cōsistit in hoc, q unicuiq; detur s̄cdm suā dignitatem: & forma iudicij consistit i hoc q unicuiq; parti tam. s. actori, q̃ reo attribuatur id, quod proportionatum est illi: siuē hoc oriatur ex cōmutatione, siuē ex distributione, iō forma iudicij spectare dr̄ ad distributiuā iustitiā: ita q nō ex hoc, q in actu iudicij interuenit accipere ab uno & dare alteri, asseritur forma distributiuæ iustitiæ, aut iudicij, ut obiectio facta accepit ex lia: Sed qa in actu iudicij interuenit accipere ab uno, & dare alteri, unicuique secundū suā proportionem: ideò ad iustitiam spectat distributiuā, forma iudicij cuiusque. Præterauntur quod dr̄ ex eo, q iudex restituat accipiendo ab uno bonum aliquod, grauat ipsum non ultra proportionem illi debitam. Et similiter dando alteri bonum aliquod, non plus, aut minus dat, quam sit illi

Porrecta per totum. 354

*Ar. 2. huius quæst.

*q. 60. artic. 1.

Concl. m

illi

illi cōmensurari. Hic ergo est differentia quoniam in re iudicata, s. quod est cōmutatio, uel distributio, sed in forma iudicij, oēs materiæ cōueniunt, pro quanto iudex nulli præter suam proportionē, quasi distribuit bona & mala. Et propterea uitiū acceptionis personarū, quod distributiuæ opponitur iustitiæ, in oī potest habere locum iudicio. Hāc aūt esse mentem authoris, etiā ex corpore articuli patet.

accipit, & alteri dat: & hoc pertinet ad distributiuam iustitiam. F Et secundùm hoc in quolibet iudicio locum habere potest personarum acceptio.

Ad secvndvm dicendū, quod cū punitur aliquis grauius propter iniuriam in maiorem personam commissam, non est personarum acceptio, quia ipsa diuersitas personę facit, quātum ad hoc, diuersitatem rei, ut supra * dictum est.

*q.58.ar. 10. ad 3. & q.61. articu. 2 ad tertium.

Ad tertivm dicēdū, quod homo in iudicio debet pauperi subuenire quantum fieri potest, tamen sine læsione iustitiæ: alioquin non haberet locum illud, quod dr̄ Exo. 23. Pauperis quoque non misereberis in iudicio.

QVAESTIO LXIIII.

De Vitijs oppositis commutatiuæ iustitiæ, in octo articulos diuisa.

Postea considerandum est de uitijs oppositis commutatiuæ iustitiæ. Et primo considerandum est de peccatis, quæ committuntur circa inuoluntarias cōmutationes. Secundò, de peccatis, quæ committuntur circa commutationes uoluntarias. Committūtur aūt peccata circa inuolūtarias commutationes per hoc, quod aliquod nocumentum proximo infert contra eius uoluntatē: quod quidem potest fieri dupliciter, s. facto, & uerbo. Facto quidem, cum proximus læditur uel in persona propria, uel in persona coniuncta, uel in proprijs rebus. De his ergo per ordinem considerandum est. Et primò, de homicidio, per quod maximè nocetur proximo.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primò, Vtrum occidere animalia bruta, uel etiā plantas sit peccatum.
¶ Secūdò, Vtrū occidere peccatorem sit licitum.
¶ Tertiò, Vtrum hoc liceat priuatæ personæ, uel solùm publicæ.
¶ Quartò, Vtrum hoc liceat clerico.
¶ Quintò, Vtrum liceat alicui occidere seipsum.
¶ Sextò, Vtrum liceat occidere hominem iustum.
¶ Septimò, Vtrum liceat alicui occidere hominē, seipsum defendendo.
¶ Octauò, Vtrum homicidium casuale sit peccatum mortale.

Articvlvs primvs.

Vtrum occidere quæcunque uiuentia sit illicitum.

Ferr. 3. contra cap. 112.

Porrecta per totum. 355 1. d. 39. q. 2. ar. 1. co. Et 3. cōtra ca. 112. fin.

Ad primvm sic procedit. Vr̄, quod occidere quæcūque uiuētia sit illicitū. Dicit. n. Apo. ad Ro. 13. Qui [b] ordinationi Dei resistūt, ipsi sibi dānationē acquirūt: sed per ordinationē diuinæ prouidētiæ oīa uiuētia conseruant, sm̄ illud Psa. 146. Qui producit ī mōtibus fœnū, & dat iumētis escā ipsorum. ergo mortificare quæcunque uiuentia videt̄ esse illicitum.

¶ 2 Præt. Homicidium est peccatum ex eo, quod homo priuat̄ [h] uita: sed uita cōis est omnibus animalibus, & plantis. ergo eadem ratione videtur esse peccatum occidere bruta animalia, & plantas.

¶ 3 Præt. In lege diuina nō determinat̄ spālis pœna, nisi pro pctō: sed occidēti bouē, uel ouē alterius statuit̄ [h] pęna determinata in lege diuina, ut patet Exo. 22. ergo occisio brutorū aīaliū est peccatum.

Sed contra est, quod * Aug. dicit in 1. de Ciui. Dei. Cū audim^9, Nō occides, nō accipim^9 hoc dictū ēe de fructetis, qa null^9 eis ē sens^9: nec de irrōnalib^9 aīalib. qa nulla nobis rōne socianī. Restat ergo ut intelligam^9 de hoīe, quod dictū est, Non occides.

* Li. 1. ca. 20. declinando ad fi. to. 5.

Resp. Dicēdū, quod nullus peccat ex hoc, quod utit̄ re aliqua ad hoc, ad qd̄ est. In rerū aūt ordine G impfectiora sunt pp pfectiora: sicut ēt in gñationis uia natura ab imperfectis ad pfecta procedit. Et inde est, quod sicut in gñatione hoīs prius est uiuum, deinde aīal, ultimò aūt hō: ita ēt ea, q tm̄ uiuunt, ut plātæ, sunt cōiter pp aīalia, oīa aūt aīalia sunt pp hominem. Et iō [m] si hō utat̄ plantis ad utilitatē aīaliū, & aīalibus ad utilitatē hoīs, non est illicitū, [n] ut patet per Philos. in 1. Polit. Inter alios aūt usus maximè necessari^9 esse uī, ut aīalia plātis utant̄ in cibū, & hoies animalibus, quod sine mortificatione eorū fieri nō pōt. Et iō [p] licitū est & plātas mortificare in usum aīaliū, & aīalia in usum hoīum ex ipsa H ordinatione diuina. [q] Dr̄. n. Gen. 1. Ecce dedi uobis oēm herbā, & uniuersa ligna, ut sint uobis ī escā, & cūctis aīantibus terræ. Et Gen. 9. dr̄. Omne quod mouetur, & uiuit, erit uobis in cibum.

Concl.

* Li. 1. c. 5. ā medio. & c. 7. tomo 5.

Conclu.

Ad primvm ergo dicēdū, quod ex ordinatione diuina conseruant̄ uita aīalium, & plantarū non pp seipsam, sed pp hominem. Vnde vt * Aug. dicit in 1. de ciu. Dei. Iustissima ordinatione creatoris, uita, & mors eorum, nostris usibus subditur.

* Li. 1. ca. 20. in fin. tom. 5.

Ad secvndvm dicēdū, quod aīalia bruta, & plantę non habent uitam rōnalem, per quā à seipsis agantur, sed semper agūtur quasi ab alio, naturali quodam I impulsu: & hoc est signum, quod sunt naturaliter serua, & aliorum vsibus accommodata.

Ad tertivm dicendū, quod ille q occidit bouē alteri^9, peccat qdē: nō qa occidit bouē, sed quia dānificat hoiem in re sua. Vnde nō continet̄ sub peccato homicidij, sed sub peccato furti, uel rapinæ.

Articvlvs II.

Vtrum sit licitum occidere peccatores.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur, quòd non sit li K citum occidere homines peccatores. Dominus. n. Matth. 13. in parabola prohibuit extirpare [a] zizaniam, qui sunt filij nequā, ut ibidem dicitur: sed omne qd̄ est prohibitum à Deo, est peccatum. ergo occidere peccatorem est peccatum.

¶ 2 Præt. Iustitia humana cōformatur iustitiæ diuinę: sed sm̄ diuinam iustitiam [b] pctōres ad pęnitentiam reseruantur, sm̄ illud Eze. 18. Nolo mortem peccatoris, sed magis ut cōuertatur, & uiuat.

SVPER Q. LXIIII. ART. II.

Ferr. 3. cont. c. 140.

Porrecta per totum. 356 Inf. q. 108 art. 1. & 3. Et 1. 2. q. 100. ar. 8. ad 3. Et 3. cōt. c. 140. Et Ro. 13. lect. 1.

In ar. 2. q. 64. omisso primo, dubium occurrit ex Scoto in 4. d. 15. q. 3. decā iustè occidēdi hoīem. Opinat̄ siquidē, quod non licet pctōrē occidere, nisi in casibus excepti à Deo, s. blasphemiæ, homicidij, & alijs in sacra scriptura cōtētis, aut à Deo reuelatis. Et rō sua ē, qa nulli īferiori licet ī lege superioris dispēsare: sed Deus absolutè prohibuit hoīem occidi, dicēs, Nō occides. ergo nulla lex posi- A tiua cōstituens hoīem occidēdū, iusta est, si in illis casibus statuat, quos Deus nō excipit. Et ex hoc deducit duo Scot^9. primū est, quod non videt, quod lex iusta possit esse, quod fur, q uī putē fur, non in usur [illegible] occidatur. Q̄ŋ bullam super hac exceptione de q lo desēdēt, inq̄, nō audiuimus. Secundū est, quod pœnā occisionis, pro adulterio, q in lege ueteri statuta erat ab ipso Deo, ab eo dē reuocata est, iuxta Iohānis 8. Nemo te cōdānauit, nec ego te condemnabo &c.

¶ In oppositum autē est consuetudo fures occidēdi, & lex adulteram occidens.

¶ Ad hoc dubiū, non oportet diuide mendicare rationem, sed sup fundamento solido in litera posito cōstruere. Et naturalis nāq; & theologica simul in litera radicaliter affert, cum pars pnciosa nō sit abscindēda dr̄, & hō pniciosus cōitati, pars pniciosa subsumit, quodq; in ordinē bō illarū transit, utpote pp aliud. & tanq; de gñe bonarū vtilium sit, scriptura teste prohibitū & ordo diuinę pmidentiæ manifestat, quia hoīes qpp seipsos, utpote liberi percessi sunt. ex hoc quod malos seipsos fecerūt, pp alios bonos s. disponūtur, vt patet ex eo, quod ne boni pereant, Dñs prohibet malos eradicari. Mat thæi 13. Cū n. ratio moralis sumatur ex fine, & salus bonorū sit ratio, quare mali non sint eradicandi de terra uiuentium, cōsequens est, ut qñ salus bonorum exigit malorū occisionem, occidēdi sint, & quando non, non.

*Ca. 7. post cum ante medium. tom. 4.

† Libr. 2. Eth. ca. 6. paulò ante finē. to. 4.

* Li. 9. c. 4. tom. 5.

* Ar. prec.

Conclu. [illegible]

D. 792.

¶ Ad fundamentum Scoti dicitur, quod præcepta ueteris legis in quantum sunt iudicialia, cessauerunt in passione Christi: inquātū sunt moralia, æterna sunt. De moralib. āt pceptis quō, quat, & uī ligāt, rōis ē naturalis disserere, & diffinire. Vñ non oportet magis recurrere ad exceptionē Dei circa occisionē hoīs, q circa ablationē, q circa cętera non uiuentia hoīs moralia siquidē Iesus Chrs moralia cōi reliqt. Non. n. occidere hoīem iō est pctō, qa phibitū, sed ecōtra, iō phibitū, qa malū. Et ppterea nō oportet expectare nullā ab authore naturæ, sed seruari sedm lumē signatū ab eo sup nos, qñ occidere hoīem pctōrē est malū, & qñ non. Qñ. n. est malū, tunc est prohibitum à Deo p illud pceptū, Non occides. Qñ aūt nō est ma-

*Li. 3. ca. 2. a medio. tom. 7.

lū, nō est prohibitū à Deo, q pcepta moralia pmulgauit in lege utraq;, negatiua qdē, qa mala sunt, q phibent affirmatiua uerò, qa bona sunt, q mandant̄. & hæc in cōi de oī peccatore uera sunt. In spāli aūt de fure dicēdum est, quod qñ pniciosi sunt sic res paci publicæ, nō minus q hostes publicæ patriæ, pñt publica authoritate occidi.

Reuocatio aūt extorta ex illis uerbis Dñi de pœna adulteræ, si ad iudicialiū pceptorum euacuationē referat̄, nulla est. Nō. n. propter illa Dñi uerba minus licuit iudicibus, & principibus terrarū occidere adulteras, q antea licuerat. & mō constat licere. Euāgelicæ nāq; legis misericordiā, q pœnā sanguinis nō imponit, sed benè sanctorum etiā mimicis mandat, monstrabat Saluator, non autem eiusdem potestatē principibus, restituēbatque auferebat.

ergo uidetur omnino esse iniustum, quòd pctōres occidātur.

¶ 3 Præt. Illud [h] qd̄ est sm̄ se malū, nullo bono fine fieri licet, vt patet p * Aug. in li. cōtra mēdaciū, & † Phil. in 2. Eth. sed occidere hominē, sm̄ se malum est, qa ad oēs hoies tenemur charitatē habere: amicos autē uolumus uiuere, & esse, ut dr̄ in 9. * Ethi. ergo nullo modo licet hominem peccatorem occidere.

Sed contra est, quod dr̄ Exo. 22. Maleficos nō patieris uiuere. Et in Ps. 100. In matutino interficiebam oēs pctōres terræ.

Resp. Dicēdū, quod sicut * dictū ē, licitū ē occider aīalia bruta, īquātū ordinantur naturalr̄ ad hoīum usum, sicut impfectū ordinat̄ ad pfectū. Oīs āt pars ordinat̄ ad totū, ut impfectū ad pfectū: & iō oīs pars naturalr̄ ē pp totū. Et pp hoc uidem^9, quod si saluti toti^9 corporis humani expediat pcisio alicui^9 mēbri, puta, cū ē putridū, uel corruptiuū aliorū mēbrorū, laudabilr̄ & salubriter abscindit. Qualibet āt psona singularis cōparatur ad totā cōitatē, sicut pars ad totū: & iō [m] ī aliqs hō sit periculosus cōitati, & corruptiu^9 D ipsi^9 pp aliqd pctm̄, laudabilr̄, & salubriter occidit, ut bonum cōe cōseruet. * Modicum. n. fermentū totā massam corrumpit, vt dicitur 1. ad Corinth. 5.

Ad primvm ergo dicendū, quod Dñs abstinēdū mādauit ab eradicatione zizaniorū, ut tritico parceret. i. bonis: qd̄ qdē fit, qñ nō pñt occidi mali, quin simul occidant̄ & boni: uel qa latent inter bonos, uel quia habent multos sequaces, ita quod sine bonorū periculo interfici nō pñt, ut Augu. * dicit contra Parmenianū. Vnde Dñs docet magis esse sinendū malos uiuere, & vltionē reseruandā vsq; ad extremum iudicium, q̄ quod boni simul occidātur. Qñ uerò ex occisione malorū nō imminet periculū bonis, sed magis tutela, & salus, tūc licitè pñt mali occidi.

Ad II dicendum, quod Deus sm̄ ordinē suæ sapientiæ quādoq; statim pctōres occidit ad libera- B tionē bonorū, qñque aūt eis pęnitendi tpś concedit sm̄ quod ipse nouit suis electis expedire: & hoc ēt humana iustitia imitat̄ pro posse. Illos. n. qui sunt pniciosi in alios, occidit: eos verò q peccant, alijs grauiter nō nocentes, ad pęnitentiā reseruat.

Ad III dicēdū, quod homo peccando ab ordine rōnis recedit: & iō decidit à dignitate huma C na, prout s. hō est naturalr̄ liber, & pp seipsum existens, & incidit quodammō in seruitutē bestiarū, ut s. de ipso ordinet̄ sm̄ qd̄ est utile alijs, sm̄ illud Ps. 48. Homo cum in honore esset, nō intellexit, cōparatus est iumentis insipiētibus, & similis factus est illis. & Prouer. 11. dicit̄. Qui stultus est, seruiet sapienti. Et iō quis hominem in sua dignitate manentem occidere sit secūdū se malum, tn̄ hominē pctōrem occidere potest esse bonum, sicut occidere bestiam. Peior. n. est malus homo, q̄ bestia, & plus nocet, ut Philo. dicit in 1. * politicorum, & in 7. Ethic.

¶ In eodem art. 2. q. 64. in responsione ad tertium, si etiam responsionem desideras ad id, quod in argumento afferebat, s. quòd charitatis amicitia est ad omnes, & eis uolumus esse, & uiuere, habes ex prædictis de ordine charitatis solutionē. Ordinata nāq; charitas magis diligit cōe bonum, q uitam temporalem talis peccatoris. Et propterea præcisionē illius mauult q perniciem communis boni.

SVPER Q. LXIIII. ARTIC. III.

In art. 3. eiusdē 64. q. dubiū occurrit. Nā author in 2. sent. dist. 44. ar. penult. ad vlt. dicit, quod qñ nō ē recursus ad superiorē, laudabiliter tyrānum, q p uiolētiam se fecit dnm̄, occidit à priuata psona, quis nō oēm peccatorem possit priuata occidere psona, talē th̄ peccatorem licebit occidere. Et cōfirmatur, qa Iudicum 3. Aioth psona priuata occidit Eglō regē Moab p liberando populo ab ei^9 seruitute. Quo modo stāt hæc simul cū doctrina præsentis articuli?

* Libr. 7. Ethi. c. 6. in fi. t. 5.

Articvlvs III.

Vtrum occidere hominem peccatorem liceat priuatæ personæ.

Porrecta per totum. 358 Inf. q. 65. ar. 1. co. & ad 2. Et 4. di 37. q. 2 art. 1.

Ad tertivm sic Procedit. Vr̄, quod occidere hominē pctōrem liceat priuatæ personæ. In lege. n. diuina nihil illici E tū mādatur: sed Exodi. 32. præcepit Moyses, Occidat [h] unusq; que fratrē suū, & amicū, & pximū suum, pro pctō uituli cōflatilis. ergo ēt priuatis personis licet peccatorem occidere.

¶ 2 Præt. Homo propter pctm̄

¶ Ad hoc di distinguēdo de tyrāno, quod est duplex. Quidā est tyrānus, I mō sui regiminis, ut plures cōtingit, quod ueri dñi tyrānicè regūt ad sua util. tanq. oīa cōuerterēt discordias inter subditos seminātes, aut nutrientes, ut ipsi luceret, uel exaltent &c. & q tali tyrāno nō est [illegible] cōstat, quod nō licet subditis populo illū occidere. Propter hmōi. n. tyrānos reprobata fuit ī cōcilio Cōstan. sessione, propositio dicens, quod quilibet tyrannus licitè pōt à quo-

*Ar. præc. ad 3.

Quod habet suo subdito occisio. Quidā aūt tyrānus est in ipso iure dñij, q̄a s. usurpauit sibi dñiū vi armorū, vel alias iniquè & de tali tyrāno est sermo. Et ideo dicimus, primò q̄ licitè pōt à quolibet de populo occidi ꝑ libertate populi, q̄n nō est recursus ad superiorem, à quo possit iustitia fieri de huiōi inuasore. Secūdo, q̄ q̄n sic occidit, non occidit a ꝑsona priuata ꝑpriè, sed publica authoritate. Declarat vtrūq; ex hoc, q̄ talis tyrannus est hostis populi, habens continuū bellū iniustū cō populo. Quòd n. sit hostis populi, patet ex hoc, q̄ inuasor est, & oppressor libertatis, seu iuris publici illius. Qd aūt intelligantur hic cōtinuū bellū cū populo, patet ex eo, q̄ īchoatū bellū quo populū inuadens, seipsum nominauit dominū, ahoōi cogit ad recognoscēdū se vt dñm, nulla ē treuga interruptū, nulla pace terminatū, sed succūbēs iacet populus. Cū aūt bellū hoc ex parte populi sit iustū, & ex parte tyranni iniustū, cōsequens est, q̄ qlibet de populo insurgēs, pro populo cōtra tyrānum bellū agat iustū. Ac ꝑ hoc licitè pōt tyrānū illū occidere authoritate iusti belli, q̄ est authoritas publica, ut patet ex supradictis. Nec obstat q̄ tyrānus à principio sine bello se fecerit dominū: q̄m ipsa usurpatio dñij, inuito populo, ē debellare populū. Sp ergo est bellū implicitū, aut explicitū, & publica sp interuenit authoritas explicitè, ut i bello explicito: vel implicitè, vt in bello implicito. Vtcūq; igit ꝑculdubio totius cōitatis geris pars, & ipsius nōmine militer gerēs, ad ipsius libertationē pendit. Et hoc sēsu Ansh. ut author in primo libro de regimine principū, dicit in c. 6. occidit Eglon. ut hostē. & iuxta hūc sensum intelligēda sunt uerba authoris 3. sent. & sic ōia consonant.

*Ar. præc. · * Li. 1. ca. 26. in medio, & ca. 21. in fine tom. 5. · *Ar. præc. · *Conclu.* m · * Ex c. 3. ¶ Li. 1. c. 21 circa prin cā. tom. 5.

h comparat̄ bestijs, vt dictū * ē: F sed occidere bestiā syluestrem maximè nocētē, cuilibet priuatę ꝑsonæ licet. ergo & pari ratione occidere hoīem pctōrē.

¶ 3 Præt. Laudabile est, q̄ hō ēt si sit priuata ꝑsona h operet̄ qd̄ est utile bono cōi: sed occisio malefactorū est utilis bono cōmuni, ut dictū * est. ergo laudabile est si etiam priuatæ personæ malefactores occidant.

SED CONTRA est, q̄ Aug. di- G cit in 1. * de ciui. Dei. Qui sine aliqua publica administratiōe maleficū occiderit, uelut homicida iudicabit: & tātò amplius, quātò sibi ptatē à Deo nō concessam vsurpare non timuit.

RESP. Dicēdū, q̄ sicut dictū * ē, occidere malefactorē licitū ē, īquātū ordinat̄ ad salutē totius cōitatis: & iō ad illū solū ptinet, cui cōmittit̄ cura cōitatis cōseruādæ. Sicut ad medicū ptiH net ꝑcidere mēbrū putridū, q̄n ei commissa fuerit cura salutis totius corporis. Cura aūt cōis boni cōmissa est principib' habētibus publicā authoritatē: & iō m eis solū licet malefactores occidere, nō aūt priuatis ꝑsonis. n

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ ille aliqd facit, cui' authoritate fit, ut patet ꝑ Dion, * 12. cap. cęlestis hierar. Et iō ut Aug. ¶ dicit i 1. d ciui. Dei, ñ ipse occidit q̄ mi I nisteriū dēt iubēti, sicut adminiculū gladi' est utēti. Vñ illi q̄ occiderūt ꝓximos, & amicos ex mandato Dñi, non hoc fecisse ipsi uidentur, sed potius ille, cuius authoritate fecerunt. Sicut & miles iterficit hostē authoritate principis, & minister latronem authoritate iudicis.

AD II dicendū, q̄ bestia naturalr̄ est distincta ab hoīe. Vnde sup hoc ñ reqrit̄ aliqd̄ iudiciū, K an sit occidēda, si sit syluestris: si uerò sit domestica, reqret̄ iudiciū ñ ꝑp ipsam, sed ꝑp dānū dñi. Sed hō peccator nō est naturalr̄ distinctus ab hominibus iustis: & iō indiget iudicio publico, ut discernat̄ an sit occidēdus propter salutem cōmunē.

AD III dicēdū, q̄ facere aliqd ad utilitatē cōem, qd̄ nulli nocet, hoc ē licitū cuilibet priuatæ ꝑsonæ: sed si sit cū nocumēto alteri *, hoc nō dēt fieri, nisi sm̄ iudiciū eius, ad quē ꝑtinet æstimare qd sit subtrahendū partibus pro salute totius.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum occidere malefactores liceat clericis.

AD QVARTVM sic ꝑcedit. Vr̄ q̄ occider malefactores licet clericis. Clerici. n. pręcipuè dēnt īplere qd̄ Apost. dicit 1. ad Cor. 4. Imitatores mei estote, sicut & ego Chri. Per qd̄ nobis i dicit, ut Deū & sctōs ei' h imitemur: sed ipse De' , quē colim', occidit malefactores, sm̄ illud Ps. 135. Qui ꝑcussit Aegyptū cū primogenitis eorū. Moyses etiā Leuitis fecit iterfici vigīti tria milia hoīum ꝑp adorationē uituli, ut hr̄ Exo. 32. Et Phinees sacerdos interfecit Israelitē cum Madianitide coeūtē, ut hr̄ Numeri 25. Samuel etiā interfecit Agag regē Amalec, & Elias sacerdotes Baal, & Matathias eū, q̄ ad sacrificādū accesserat, & i nouo testamento Petrus Ananiam & Sapphiram. ergo vr̄ q̄ etiam clericis liceat occidere malefactores.

¶ 2 Præt. Potestas spiritualis est h maior, q̄ temporalis, & Deo coniunctior: sed potestas temporalis licitè malefactores occidit, tanq̄ Dei minister, ut dr̄ Rom. 13. ergo multo magis clerici, qui sunt Dei ministri, spiritualem potestatem habentes, licitè possunt malefactores occidere.

¶ 3 Præt. Quicunq; licitè suscipit aliquod officiū, licitè potest ea, quæ ad officium illud pertinent, h exercere: sed officium principis terræ est malefactores occidere, ut dictū * est. ergo clerici q̄ sunt terrarū pricipes, licitè pñt occidere malefactores. *Ar. præc.

SED CONTRA est, q̄ dicit̄ 1. ad Timo. 3. oportet epm̄ sine crimine esse, nō uinolētū, nō ꝑcussorē.

RESPON. Dicēdū, q̄ m nō licet clericis occidere, * duplici rōne. *Conclu.* m Primo qdē, q̄a sunt electi ad altaris ministeriū, in quo repñtat̄ passio Chri occisi, q̄ cū ꝑcuteret, nō repercutiebat, ut dr̄ 1. Petr. 2. & iō nō cōpetit, ut clerici sint ꝑcussores, aut occisores. Debēt. n. ministri suum dñm imitari, sm̄ illud Eccl. 10. Secūdū iudicē populi, sic & ministri eius. Alia rō est, quia clericis committitur ministerium nouæ legis, in qua non determinatur pęna occisionis, uel mutilatiōis corporalis. Et iō ut sint idonei ministri noui testamēti, dēnt a talib. abstinere.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ Deus uniuersaliter in omnibus operatur q̄ recta sunt, in unoquoque tñ sm̄ eius congruētiam: & iō unusquisq; debet Deum imitari in hoc, quod sibi specialr̄ congruit. Vñ licēt Deus corporaliter malefactores occidat, non tñ oportet q̄ omnes in hoc eum imitentur. Petrus aūt non propria authoritate, uel manu

Ananiam

SVP. QV. LXIIII. ARTIC. IIII.

In art. 4. in rñsione ad tertiū, aduerte hinc, q̄ cōiūctio dñij tpalis cū spūali non ꝑquā reddit utriusq; conditionē, ut possit & tanq̄ plānus ōia illius efficij, & tanq̄ dñs ōia illius dñij facere. sicut si solum esset dñs. Patet. n. q̄ nō pōt eps, qui est dñs tpalis, exercere iudiciū sanguinis, bellare, & huiōi, q̄ tñ posset si esset ōnimodo dñs tpalis: sed dñiū tpale modificatur à spūali, ut utcūq; dedecent plānū, dedeciāt dñum, qui simul est plā', & dñs, & merito. q̄a nobili' dēt ad se trahere ignobili' ue. Et ex hac radice habes, q̄ non licet huiōi plānis, & dñis simul uacare uenationibus, & alijs phibitis clericis, & ꝑsīa sæcularis non sunt eis dānosa alia suprà dicta. Eadem. n. rō est quo ad esse licitū, uel illicitum, q̄uāmuis nō sit eadem pœna.

Porrecta per totum. 358 Inf. q. 70. ar. 1. ad 3. Et 4. di. 25 q. 2. art. 2. q. 2.

Ananiam & Sapphirā interfecit, sed magis diuinā A sniam de eorū morte ꝓmulgauit. Sacerdotes aūt, vel Leuitæ ueteris testamēti, erāt ministri ueteris legis, sm̄ quam pœnæ corporales infligebantur: & iō ēt eis occidere propria manu congruebat.

AD II dicēdū, q̄ ministeriū clericorū est i melioribus ordinatū, q̄ sint corporales occisiones. s. in his, q̄ pertinent ad spiritualē salutem: & iō non congruit eis, quòd minoribus se ingerant.

AD III dicēdū, q̄ plati ecclīarū accipiūt officia principum terræ, non ut ipsi iudicium sanguinis exerceant per seipsos, sed q̄ eorum authoritate per alios exerceatur.

ARTICVLVS V.

Vtrum liceat alicui occidere seipsum.

AD QVINTVM sic ꝑcedit. Vr̄ q̄ alicui liceat seipsum occidere. Homicidiū. n. est pctm̄, inquātū h iustitiæ cōtrariat̄: sed nullus pōt sibiipsi iiustitiā facere, ut ꝓbat̄ in 5. * Ethi. ergo nullus peccat occidendo seipsum.

¶ 2 Pręt. Occidere h malefactores licet hñti publicā ptatē, sed q̄nq; ille, q̄ hēt publicā ptatē, ē malefactor. ergo licet occidere seipsū. C

¶ 3 Præt. Licitum est q̄ aliquis spōtaneè minus periculum subeat, ut h maius periculum uitet, sicut licitum est, q̄ aliquis etiam sibiipsi amputet membrum putridū, ut totum corpus saluetur: sed quandoque aliquis per occisionem suijpsius uitat maius malum, uel miseram uitam, uel turpitudinem alicuius peccati. ergo licet alicui occidere seipsū.

¶ 4 Præt. h Samson seipsum interfecit, ut hr̄ Iudicū 16. qui tñ connumeratur inter sanctos, ut patet Heb. 11. ergo licitum est alicui occidere seipsum.

¶ 5 Præt. 2. Mach. 14 dr̄, q̄ Razias quidam seipsum interfecit eligens nobiliter mori potius, q̄ subdi- D tus fieri peccatoribus, & contra natales suos iniuriis agi: sed nihil quod h nobilr̄ fit & fortiter, est illicitum. ergo occidere seipsum non est illicitum.

SED CONTRA est, q̄ Aug. dicit in 1. de ciui. Dei. Restat ut de hoīe intelligamus illud, qd̄ dictū est. Non occides, nec alterū. ergo nec te. Neque enim aliud quam hominē occidit, qui seipsum occidit.

RESPON. Dicendū, q̄ m seipsum occidere est omnino illicitum n triplici rōne. Primò qdē, q̄ naturaliter q̄libet res seipsam amat, & ad hoc ꝑtinet, q̄ q̄libet res naturalr̄ cōseruat se in esse, & corrūpētibus resistit quantū pōt. Et d iō q̄ aliq̄s seipsum E occidat, est contra inclinationē naturalē, & contra charitatē, qua quilibet dēt seipsum diligere. Et iō r suijpsius occisio sp est pctm̄ mortale, 3 vtpotè contra naturalē legē, & contra charitatem existens. Secundò, q̄a q̄libet pars id qd̄ est, est totius. Quilibet aūt homo est pars cōitatis, & ita id quod est, est communitatis. Vnde in hoc, quòd seipsum interficit, iniuriam cōitati facit, ut patet ꝑ Philo. in * 5. Ethico. Tertiò, quia uita est quoddam donum diuinitus homini attributum, & eius potestati subiectum, qui occidit, & uiuere facit. Et iō qui seipsum uita priuat, in Deum peccat: sicut q̄ alienum seruum interficit, peccat in dominū, cuius est seruus: & sicut peccat ille, q̄ usurpat sibi iudicium de re sibi non commissa. Ad solum. n. Deū pertinet iudicium mortis & uitæ, secundùm illud Deuter. 32. Ego occidam, & ego uiuere faciam.

AD PRIMVM ergo dicēdū, q̄ homicidiū est pctm̄ non solùm quia contrariatur iustitiæ: sed ēt quia contrariatur charitati, quam habere debet aliquis ad seipsum. Et ex hac parte occisio suijpsius ē peccatū per cōparationē ad seipsum. Per cōparationem aūt ad cōmunitatem, & ad Deum, habet rōnem peccati etiam per oppositionem ad iustitiā.

B AD II dicendū, q̄ ille qui habet publicam potestatem, pōt licitè malefactorē occidere ꝑ hoc, q̄ pōt de ipso iudicare. Nullus d aūt est iudex suijpsius: vnde non licet habenti publicam potestatem seipsum occidere propter quodcumque pctm̄: licet tamen ei se committere iudicio aliorum.

AD III dicēdū, q̄ hō cōstituit̄ dñs suijpsius ꝑ liberū arbitriū: & iō licitè pōt hō de seipso disponere quātū ad ea, q̄ ꝑtinēt ad hāc vitā, q̄ hoīs libero arbitrio regitur: sed trāsitus de hac uita ad aliā feliciorem non subiacet libero arbitrio hoīs, sed potestati diuinę. Et ideò nō licet homini seipsum interficere, ut ad feliciorē trāseat uitam. Silr̄ ēt nec vt quaslibet miserias ꝑsentis uitæ euadat: q̄a ultimū malorum huius uitæ, & maximè terribile, est mors, ut patet ꝑ Philos. in * 3. Eth. Et iō inferre sibi mortē ad alias huius uitæ miserias euadendas, est maius malū assumere ad minoris mali uitationē. Silr̄ ēt nō licet seipsum iterficere ꝑp aliqd̄ pctm̄ cōmissum, tū q̄a in hoc sibi maximè nocet, q̄ sibi adimit necessariū pœnitētiæ tēpus: tū ēt, quia malefactorē occidere nō licet, nisi ꝑ iūdiciū publicæ potestatis. Silr̄ ēt non licet mulieri seipsam occidere, ne ab alio corrūpat̄, quia non debet in se cōmittere crimē maximum, qd̄ est suijpsius occisio, vt uitet minus crimen alienū. Non enim est crimē mulieris ꝑ violentiā violatæ, si cōsensus nō adsit: q̄a nō inquinat̄ corpus, nisi de consensu mētis, ut Lucia dixit. Constat aūt minus esse pctm̄ fornicationē, uel adulteriū, q̄ homicidiū, & ꝑcipuè suijpsius, qd̄ est grauissimū: q̄a sibijpsi nocet, cui maximā dilectionē dēt. Est ēt periculosissimū, quia nō restat tēpus vt ꝑ pœnitentiā expietur. Silr̄ ēt nulli licet seipsum occidere ob timorē ne consentiat in pctm̄, q̄a nō sunt facienda mala, ut veniant bona: vel ut vitent̄ mala, ꝑsertim minora, & minus certa. Incertum. n. est, an aliquis in futurū consentiat in pctm̄. Potēs est enim Deus hominem quacumque tentatione superueniēte liberare à pctō.

AD IIII dicendum, q̄ sicut Augu. dicit in 1. * de ciu. Dei. Nec Samson aliter excusatur, q̄ seipsum cū hostibus ruina domus oppressit, nisi q̄ latēter Spiritussanctus hoc iusserat, q̄ per illum miracula faciebat. Et eandē rōnem assignat de quibusdam sanctis fœminis, q̄ tēpore ꝑsecutionis seipsas occiderunt, quarū memoria in Ecclesia celebratur.

AD V dicendum, q̄ ad fortitudinem pertinet, q̄ aliquis ab alio mortem pati non refugiat propter bonum uirtutis, & vt vitet peccatum. Sed q̄

V 2 aliquis

Porrecta per totum. 359 Sup. q. 59. ar. 3. ad 2. Et inf. q. 124. ar. 2. ad 2. Et 4. q. 47. art. 6. ad 3. Et 4. d. 49. q. 5. art. 3. q. 2. ad 6. Et Hebr. 11. lect. 7. · * Li. 5. ca. vlt. & c. 6. ad finē, tom. 5. · Lib. 1. ca. 20. in fine, to. 5. · *Conclu.* m · D. 781. · *Conclu.* p · * Li. 5. ca. vlt. to. 5. · D. 791. · * Li. 3. c. 6. tom. 5. · * Li. 1. ca. 21. a medio. to. 5.

SVP. QV. LXIIII. ARTIC. V.

In art. 5. & 6. nihil aliud scribendum occurrit, nisi q̄ difficultas tertij argumēti in 6. ar. tractabitur inferius, cum exponetur quæstio de iudice, & tunc etiam de ministro iudicis tractabitur.

Universidad de Deusto Biblioteca

aliqs sibijpsi inferat mortē vt vitet mala pęnalia, habet quidem quandam speciem fortitudinis, pp qđ quidam seipsos interfecerunt, æstimātes se fortiter agere, de quorū numero Razias fuit. Non tñ est vera fortitudo, sed magis quædā mollities animi non valentis mala pęnalia sustinere, ut patet p Philos. in 3. Ethi. & per Aug. in 1. de ciuit. Dei.

ARTICVLVS VI.

Vtrum liceat in aliquo casu interficere innocentem.

AD SEXTVM sic procedit. Vr, q̃ liceat in aliquo casu interficere innocentem. Diuinus enim timor non manifestatur per pc̃tm̃, qñ magis timor Domini expellit pc̃tm̃, vt dicitur Eccl. 1. sed Abraham commendatus est, q̃ timuit Dominum, quia voluit interficere filium suum innocentem. ergo potest aliquis innocentem interficere sine pc̃tō.

¶ 2 Præt. In gñe pc̃torum, q̃ cōtra proximū cōmittuntur, tantō maius vr̃ aliqđ esse pc̃tm̃, quātō maius nocumētū infert̃ ei, in quē peccatur: sed occisio plus nocet pc̃tōri, q̃ innocēti, qui de miseria huius uitæ ad cęlestē gloriam trāsit per mortem. cū ergo liceat in aliquo casu pc̃tōrem occidere, multō magis licet occidere innocētē, uel iustum.

¶ 3 Præt. Illud qđ fit s̃m ordinem iustitiæ, non est pc̃tm̃: sed qñq; cogit aliqs s̃m ordinē iustitiæ occidere innocentē, puta, cū iudex, qui dēt s̃m allegata iudicare, cōdēnat ad mortē eum, quem scit innocentē p falsos testes conuictū: & sir̃ minister, q iniustē cōdemnatū occidit obediens iudici. ergo absq; pc̃tō potest aliquis occidere innocentē.

SED CONTRA est, quod dicitur Exod. 23. Insontem, & iustum non occides.

RESPON. Dicēdū, q̃ aliquis homo dupliciter cōsiderari pōt. Vno modo, s̃m se: alio modo, per cōparationem ad aliud. Secundum se quidē considerādo hominē, nullū occidere licet: qa in quolibet ēt pc̃tōre debemus amare naturā, quā Deus fecit, q̃ per occisionē corrumpit̃. Sed sicut supra dictū est, occisio pc̃tōris fit licita p comparationem ad bonum cōe, quod per pc̃tm̃ corrumpitur: uita autē iustorum est conseruatiua, & promotiua boni cōis, quia ipsi sunt principalior pars multitudinis. Et ideo nullo modo licet occidere innocentem.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ Deus habet dominiū mortis, & vitæ. Eius enim ordinatione moriuntur & peccatores, & iusti. Et ideō ille q mandato Dei occidit innocentem, talis non peccat, sicut nec Deus, cuius est executor: & ostēdit se Deū timere, eius mandatis obediens.

AD II dicendū, q̃ in pēsanda grauitate pc̃ti magis est cōsiderādū id qđ est p se, q̃ id qđ est p accidens. Vñ ille q occidit iustū grauius peccat, q̃ ille q occidit pc̃tōrem. Primō quidem, quia nocet ei, quē prius dēt diligere, & ita magis contra charitatē agit. Secūdo, qa iniuriā infert ei, qui est minus dignus, & magis contra iustitiā agit. Tertio, quia priuat cōitatem maiori bono. Quartō, qa magis Deū contēnit, s̃m illud Lucæ 10. Qui vos spernit, me spernit. Quōd aūt iustus occisus ad gloriā pducatur à Deo, per accidēs se habet ad occisionem.

AD III dicēdū, q̃ Iudex si scit aliquē innocentem esse, qui falsis testibus conuincitur, debet diligentius examinare testes, ut inueniat occasionē liberandi innoxium, sicut Daniel fecit. Si autem hoc nō potest, debet eum superiori relinquere iudicandum. Si autem hoc non potest, nō peccat secundum allegata sententiā ferens: quia ipse non occidit innocentem, sed illi qui eum asserunt nocentem. Minister autem iudicis condemnantis innocentem, si sententia intolerabilem errorē contineat, non debet obedire: alias excusarentur carnifices, qui martyres occiderunt. Si verō non contineat manifestam iniustitiam, non peccat, præceptum exequendo: quia ipse non habet discutere superioris sententiam, nec ipse occidit innocētem, sed iudex, cui ministerium exhibet.

ARTICVLVS VII.

Vtrum liceat alicui occidere aliquē, se defendendo.

AD SEPTIMVM sic pceditur. Vr̃ q̃ nulli liceat occidere aliquē, se defendendo. Dicit. n. Aug. ad Publicolā, de occidendis hominibus. Ne ab eis quisquam occidatur, non mihi placet consiliū, nisi fortē sit miles, aut publica functione teneat, vt n̄ p se hoc faciat, sed p alijs accepta legitima potestate, si eius cōgruat psonæ: sed ille q se defendēdo, occidit aliquē ad hoc eū occidit, ne ipse ab eo occidat. ergo hoc vr̃ esse illicitū.

¶ 2 Præt. In 1. de Libero arbitrio dr̃. Quō apud diuinā prouidētiā à pc̃tō liberi sunt, q̃ p his rebus, quas cōtēni oportet, humana cæde polluti sunt? Eas aūt res dicit esse cōtemnēdas, quas hoīes inuiti amittere possunt, ut ex pmissis patet. Horū aūt est vita corporalis. ergo p cōseruāda uita corporali nulli licitum est hominem occidere.

¶ 3 Præt. Nicolaus Papa dicit, vt habetur in Decretis 1. distin. 50. De clericis, pro quibus cōsuluisti s. qui se defendendo paganum occiderent, si postea p pœnitentiam emēdati, possunt ad pristinum statum redire, aut ad altiorem ascēdere, scito nos nullam occasionem dare, nec vllam tribuere licētiā eis quēlibet hominem quolibet modo occidēdi: sed ad præcepta moralia seruanda tenentur communiter clerici, & laici. ergo etiam laicis non est licitum occidere aliquem, se defendendo.

¶ 4 Præt. Homicidiū ē grauius pc̃tm̃, q̃ simplex fornicatio, vł adulteriū: sed nulli licet cōmittere uplicē fornicationē, vł adulteriū vł qđcūq; aliđ pc̃tm̃ mortale, p cōseruatione ppriæ vitæ: quia uita spūalis pferēda est corporali. ergo nulli licet defendēdo seipsum, aliū occidere, ut propria uitam cōseruet.

¶ 5 Præ. Si arbor est mala, & fructus, ut hr̃ Matth. 7. sed ipsa defensio sui vr̃ esse illicita, s̃m illud Rom. 12. Nō uos defendentes charissimi. ergo & occisio hoīs exinde pcedēs est illicita.

SED CONTRA est, q̃ Exo. 22. dr̃: Si effringēs fur domum, siue suffodiēs inuētus fuerit, & accepto vulnere mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis: sed multo magis licitū est dfendere ppriam uitam, q̃ propriā domum. ergo ēt si aliquis occidat aliquē pro defensione uitæ suæ, non erit reus homicidij.

RESPON. Dicēdū, q̃ nihil phibet unius actus esse duos effectus, quorū alter solū sit in intētione, alius uerō sit pter intentionē. Morales aūt actus recipiūt spēm s̃m id, qđ intenditur: nō aūt ab eo qđ est pter intētionē, cū sit p accidens, ut ex supradictis patet. Ex actu ergo alicuius se ipsum defendentis duplex effectus seq pōt. Vnus quidē cōseruatio ppriæ uitæ, alius aūt occisio inuadētis. Actus ergo hmōi ex hoc, q̃ intēdit cōseruatio ppriæ uitæ, nō hēt rōnem illiciti, cū hoc sit cuilibet naturale, q̃ se cōseruet in esse, quātū pt. Pōt tñ aliqs actus ex bona intētione pueniēs, illicitus reddi, si nō sit pportionatus fini. Et iō si aliqs ad defendendū ppriam vitam utat maiori uiolentia, q̃ oportet, erit illicitū. Si verō moderatē uiolētiā repellat, erit licita defensio. Nā s̃m iura, vim vi repellere licet cū moderamine inculpatæ tutelę. Nec ē necessariū ad salutē, ut hūc actū moderatæ tutelę pętermittat ad euitādā occisionē alterius: qa plus tenet hō uitæ suę puidere, q̃ vitę alienę. Sed qa occidere hominē nō licet nisi publica authoritate pp bonū cōe, ut ex prædictis patet, illicitū est q̃ hō intēdat occidere hoīem, ut ipsum defendat, nisi ei qui hēt publicā authoritatē, q intēdēs hoīem occidere ad sui dfensionem, refert hoc ad publicum bonū, ut patet in milite pugnante contra hostes, & in ministro iudicis pugnante contra latronē quamuis ēt & illi peccent, si priuata libidine moueatur.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̃ authoritas August. intelligēda est in eo casu, quo quis intēdit occidere hominem, ut seipsum à morte liberet. In quo ēt casu intelligitur authoritas inducta ex libro de libe. arb. Vnde signanter dicitur, pro his rebus in quo designatur intentio. Et per hoc patet responsio. Ad II.

SVP. QV. LXIIII. ART. VII.

In art. 7. eiusdē q. 64. intellige bene distinctionē literæ, q̃ dupliciter pōt referri occisio alterius ad conseruationē uitæ ppriæ. Primō, vt mediū ad finē: secundō, vt consequens ex necessitate finis. Et ut in litera dr̃, multū interest altero mō se habere. Nā & finis, & medium ad finē cadunt sub intētione, ut patet in medico, qui intendit sanitatē per potionē, vel dietā. Id aūt quod consequitur ex necessitate finis, nō cadit sub intētione, sed præter intentionem existēs emergit, ut patet de debilitatione ægroti, q̃ sequitur ex medicina sanante. Et iuxta duos hos modos dupliciter occidere [illegible] persona publica, & priuata. Nā psona publica, ut miles, ordinat occisionē hostis, ut mediū ad finē subordinatū bonū cōi, ut in litera dicitur: persona autem priuata non intēdit occidere, ut seipsum saluet: sed intēdit saluare seipsum, nō destructurus à sui defensione, etsi alterius mortē ex sua defensione oporteat seq. Et sic iste nō occidit, nisi p accidens, ille aūt per se occidit. Et propterea ad illud requiritur publica authoritas, ad hoc non.

[illegible]

Porrecta per totum. 360

Porrecta per totum. 361

In eodē art. 7. dubiū occurrit circa illā rōnē redditā in litera. Quare nō tenet̃ hō prætermittere actū tutelæ ppriæ uitæ ad euitandā occisionē alterius, qa plus tenet hō uitæ suæ puidere, q̃ uitæ alienæ. Et est ratio dubij: qa uni defendendo se, sui occidit inuasorē, nō solū priuat illū uita hac, sed ēt uita æterna, qñ occidit illū in peccato mortali actu [illegible]

[illegible] Alij dicunt, q̃ licet impune occidere saluando res, quātum ad forum ciuile, sed in foro cōscientiæ nō licet. Et asserunt ad hoc capitulum, Interfecisti extra de homicidio. Mihi aūt aliter occurrit ex principijs habitis dicendū, s. q̃ [illegible] [illegible] defendendo occidere illū. [illegible]

[illegible]

¶ In oppositū est & ciuile ius, & multorū authoritas doctorū.

¶ Ad hoc dubium à quibusdam dr̃, q̃ dupliciter cōtingit defendere res, s. recuperabiles uel irrecuperabiles. [illegible]

[illegible]

¶ Ad primam igitur obiectionem dr̃, q̃ [illegible]

[illegible]

...uitæ, ꝙ curam habere rerum meorum, ut adminicula sunt uitæ & uirtutis, quis teneat plus diligere alienam uitam, ꝙ res meas, ut declaratum est. motus dispendio, in eõ, vel spiritali, & citra mihi imminens, vel non imminens, omnia soluuntur.

¶Ad secundam obiectionem dicitur, ꝙ cum illa verba ad præcepta iudicialia spectẽt, in foro iudiciali intelligẽda sunt, in quo nõ discernit, an defensor intẽdat occidere p saluandis, an saluare, & ex consequenti sequitur occisio. Sermo autem noster est in foro conscientiæ, ubi intentio discernitur, & iudicatur. Rursus lex illa absolutè loquitur, & nõ in casu, in quo non potest aliter vim vitæ, ellere: nos autem in solo hoc casu loquimur. Vnde non excusamus quando potest repellere vim capiendo ipsum, uel quocunque aliomodo. Decretalis autem illa, Interfecisti, non est contra dicta: quoniam affirmando cum aduersatiua, Si autem te, tuaque liberãdo, interfecisti, oppositum casum tractat, respectu præcedentis, scilicet interfecisti furem, aut latronem, ubi comprehẽdi poterat absque occisione. Et licet non dicat disiunctiuè, te, uel tua, sed copulatiuè, te tuaque: non propterea dicit, quod si solum tua, liberando interfecisti, ubi aliter absque occisione saluari nequiueris, homicidij reus es.

*Glos. interlinearis ibi.

Perrecta per totum.

362

4. dist. 25. q. 3. art. 2. q. 2. ad 3.

Ad III dicendũ, ꝙ irregularitas cõsequitur actum homicidij, etiã si fit absq; peccato, ut patet in iudice, q iustè aliquẽ cõdẽnat ad mortem. Et pp hoc clericus, et si se defendendo interficiat aliquẽ, irregularis est, quamuis non intendat interficere, sed seipsum defendere.

Ad IIII dicẽdũ, ꝙ actus fornicationis, vel adulterij nõ ordinat ad conseruationẽ ꝓpriæ uitæ ex necessitate, sicut actus, ex quo qñq; sequit homicidiũ.

Ad V dicendum, ꝙ ibi prohibetur defensio, quæ est cum liuore uindictæ. Vnde * gl. dicit. Non uos defendentes, i. non sitis referientes aduersarios.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum aliquis casualiter occidens hominem, incurrat homicidij reatum.

In eodem art. 3 in responsione ad tertium, dubium occurrit duplex. Primum est, circa ultima uerba. s. Id, quod est p rapinã ablatum, est raptoris non simpliciter, sed quantum ad detentionem: q̃ñ in præsenti materia esse alicuius quantum ad detentionem, est habere ius detinendi, sicut esse alicuius quantũ ad custodiã, importat habere ius custodiendi. Constat autem q raptor non habet ius detinendi, quia tenetur ad non detinendũ & peccat mortaliter uolendo detinere; & tandiu est in statu peccati mortalis, quandiu detinet. Non est igitur uerum quòd res rapta sit raptoris quantum ad detentionem.

Secũdum dubiũ est, quia in hac responsione author sustinet q si quis rem propriam raptã ab alio occultè accipit ab illo, q furtum committit: quod multipliciter apparet falsum. Primò, quia si eandem ab eodem violenter acciperet, non committeret rapinam. ergo occultè accipiendo non committit furtum.

Secũdo, quia cõis est sententia, q in re ppria nõ cõmittitur furtũ, nisi alius habeat ius in illa, puta, pignoris, vel cõmodati, & huiõi. Et affert ad hoc ius ciuile. ff. de furtis l. si res. § 1. & l. si is, qui rem.

Tertio, quia secundum multos licitum est alicui accipere occultè rem ab occupatore non solum propriam, sed etiam uerè debitam, si non põt aliter recuperare suũ. Et quia secundum iura ciuilia id ciuibus ius, debeat priuari iure, qd hẽt in re illa, uõ est argumentum furti.

Ad primum dubium, dr, q rem raptam esse raptoris, quantũ ad detentionem, dupliciter uerificatur. Primò, quantum ad hoc quòd non potest priuata authoritate ab eo auferri inuito. Dominus namque rei non potest sibiipsi ius dicere: reliqui autem priuari nullum ius habent ab eo tollendi rem illam.

Secundò, quantum ad hoc, q ipse tenetur tenere eam nõ sibi sed domino restituendam. Et propterea si dominus rei occulte accipiat illam, iniuriam facit illi qui rapuit, pro quanto raptor incurrit damnum duplum, dum & rem perdidit, & pretium tenetur domino, nesciens rem deuenisse ad dominum.

Ad III. dicendum, q nihil phibet id, quod est simplr vnius fm quid esse alterius: sicut res deposita est simpliciter qdẽ deponentis, sed est eius, apud quẽ deponit quantũ ad custodiã. Et id quod est per rapinã ablatum est rapientis nõ simpliciter, sed quantum ad detentionem.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum furtum, & rapina sint peccata differentia specie.

AD QVARTVM sic procedit. Vr, q furtum, & rapina nõ sint peccata dña specie. Furtũ .n. & rapina differunt fm occultum, & manifestum. Furtum.n. importat occultam acceptionem, rapina uero violentam & manifestam: sed in alijs generibus pctõrum occultum, & manifestum non diuersificant speciem. ergo furtum, & rapina nõ sunt pctã specie diuersa.

¶2 Prẽ. Moralia recipiunt spẽm à fine, vt s. dictum est: sed furtũ & rapina ordinantur ad eundẽ finem, scilicet habendum aliena. ergo non differunt specie.

¶3 Præt. Sicut rapit aliquid ad possidẽdum, ita rapitur mulier ad delectandum. vñ & *Isido. dicit in li. Etymologiarum, q raptor dr corruptor, & rapta dr corrupta. sed raptus dr siuè mulier auferatur publicè, siuè occultè. ergo & res possessa rapi dicitur siuè occultè siuè publicè rapiatur. ergo non differunt furtum, & rapina.

SED CONTRA est, q *Philos. in 5. Ethi. distinguit furtum à rapina, ponens furtum occultum rapinam verò violentam.

RESPON. dicendũ, q furtũ, & rapina sunt uitia iustitiæ opposita, inquãtum aliquis alteri facit iniustum. Nullus aũt patit iniustum uolens, ut probatur in *5. Eth. Et ideo furtum, & rapina ex hoc hñt rõnem pcti, q acceptio est inuoluntaria ex parte eius, cui aliqd subtrahit: Inuolũtarium aũt dupliciter dr. s. p ignorantiam, & uiolẽtiam, ut habetur in 3*. Ethi. Et ideo aliã rationem peccati habet rapina, & aliam furtum. ergo propter hoc differunt specie.

AD PRIMVM ergo dicendum, q in alijs gñibus pctõrum non attendit ratio pcti ex aliquo inuoluntario, sicut attenditur in pctis oppositis iustitię. Et ideo vbi concurrit diuersa ratio inuoluntarij est diuersa spẽs pcti.

[*Li. 5. c. 4. in fi. to. 5.] [*Li. 5. c. 2. ante medium to. 5.] [*Li. 3. c. 1. tom. 5. Concl.]

Ad argumentum ergo dicitur, quòd raptor detinendo rẽ sibi peccat mortaliter, non autem detinendo restituendam domino. Et rursus, licet raptor nõ habeat ius detinẽdi absolutè, habet tamen ius detinendi contra priuatas acceptiones, quia nullus potest, vt dictũ est, priuata authoritate ab eo illud accipere: & si illi iniuriã accipiendo ab eo occultè rem raptam in cuius signum licite potest res rapta ab inuasoribus p aliis defendere.

Ad secundum dicitur, quòd idem est pportionaliter iudicium de furto, & rapina, nisi q in rapina manifeste fit iniuria publicæ potestati, adhibendo violentiam priuata authoritate. Vnde si quis res raptas vult violenter recuperare, oportet q aut incontinenti vim vi repellendo recuperet, vt fecit Dauid aduersus latrunculos Amalechitas primi Regum cap. 30. Si enim propria authoritate violentiam inferat rapinæ vitium quo ad modũ, etsi nõ quo ad rem raptam, non effugit. Et simile est de furto iudicium quòd scilicet furti vitium non euadit quoad modum accipiendi, & quoad damnum proximi, quãtum ex parte actus quia s. latet acceptor: & ille remanet obligatus ad restitutionem.

Ad tertium dr, q accipere occulte rem propriã apud aliũ existentem, contingit dupliciter. Primo, ex intentione accipiendi proprium, & non damnificandi proximum. Et sic non est ppriè furtum, fure quantum quo ad modum accipiendi & sic ita intelligenda sunt uerba. Alio modo, ex intentione accipiendi rẽ illã, q est propria non vt propriã, sed absolutè, & sic est furtum, vt in litera dr: quia acceptio terminatur ad rem ipsam sub de ratione alieni, vt inde damnificetur proximus, & in iure custodiæ, uel detentionis, saltem pro restitutione, & in vinculo restituendi, vt declaratum est. In neutro tamen modo accipiens tenetur ad restitutionem, sed ad insinuandum ei, apud quem existebat, quòd liber est à vinculo restitutionis illius rei.

Ad tertium dicitur, quòd argumentum tangit duas difficultates. Prima, est, an potens recuperare rem suam apud alium, liceat illam occulte accipere, vt recuperet rem suam sine ullo damno proximi, scandalo. Secũda est an eidem liceat accipere res, uel pecunias sui debitoris, occurrentibus eisdem conditionibus. Et quia hoc pertinet ad tertium argumentum quinti articuli sequentis, illuc vsque differatur.

SVPER QVÆST. LXVI. ART. IIII.

IN art. 4. eiusdẽ 66. q. nota in corpore articuli, q non est intẽtio literæ inferre diuersitatẽ specificã furti, & rapinæ ex diuersa dispositione mentis personæ læsæ: accidit. n. pctõ in eo qui laedit, cuiuscumq. læsus dispositionis in mente sua: sed ex diuersa rõne obiecti circa quod versatur. Ex hoc nãq; quod iniustè acceptum iniustum facit, patet obiectum acceptionis vtrobiq; esse iniustum. Et quia iniustum alicui claudit in se rõnem inuolũtarij illi, quia nullus patitur iniustum uolens, consequens est, ut secundum diuersam rõnem inuoluntarij diuersificentur iniusti species per hoc acceptio iniusta inuoluntarij per uiolentiã, distinguitur spẽ ab acceptione iniusta inuoluntarij per ignorantiã. Et sic constituuntur duæ spẽs. s. furtũ, accipiendo occulte alienũ: & rapinæ, uiolẽter accipiendo alienum.

SVPER Q. LXVI. ART. V.

IN ar. 5. eiusdẽ qõ. 66. in rñsione ad primum aduerte illa verba, Per hoc q sin[gu]lariter est sibi adiudicatũ. Diuersæ enim liquidũ distinguere iudicem, vel principem mandare aliquid, quod proximo noceat, seu ei eo aliquid auferre. Primo iudicialiter, & sic iuxta modũ iuris patrato, nullus ... Vnde hanc quis occidere hominem rebus, & vita ẽt priuat, parẽdo iussis suis. Alio mõ cõtra, sicut dñs mandant fieri aliquid seruitia & sic nõ est ei obediendum in occultis executionibus ad accipiendum res, aut vitam alteri, aut aliquid huiõi, q si nõ põt, princeps hæc præcipere, nisi ut iudex. In manifestis aũt seruanda est regula eorũ, qui ex obedientia pergunt ad bellũ, q. s. subditi credẽtes rõnabiliter se hĩtes, excusantur ex obediẽtia. ut Aug. dicit, & hĩ 23. q. 1. ca. Quid culpatur.

In rñsione ad secũdum eiusdem art. collige primũ distinctionem inuẽtorũ. Quædam n. nunq fuerunt alicuius dñi, ut gẽmæ &c. & hæc sunt occupantis. Quædam aliquãdo fuerunt, & hæc aut sunt antiqua, ut thesauri, & hæc in propriis sunt, sunt inuẽtoris, in alieno diuiduntur inter se, & dñm aut de propinquo, & hæc aut habentur p derelictis, & tunc reputantur inuẽtoris, aut non habentur p derelictis, & tunc sunt ab inuentore ... retinendo, furtum in ducuntur animo dandi domino, nullum est peccatum.

Adderem secundo, q quia iura ciuilia, vt in præcedenti libro dictum est, obligant etiam in foro cõscẽtiæ, & lex de inuẽtis thesauris in alieno agro non est pœnalis, vt exponere suam ... iam dictum est, q proprietas rerũ est à iure positiuo: ideo vbi lex illa imperialis robur legis obtinet, inuentor thesauri alieno solo tenetur in foro conscientiæ seruare illam.

Nota tertio, q quia bona naufragorum non habentur ab illis p derelictis, quæ naues periclitant, & franguntur, inuenientes illa, tenentur eis eadẽ restituere: & qa nõ est addenda afflictio afflicto, statuta ciuitatũ illarũ, qb. applicantur occupare uolẽtibus talia res, quæ dñi rerum pñt per se, vel p alios easdẽ res saluare, iniquitatis plena sunt.

[Porrecta per totum. 371] [Inf. q. 118. ar. 4. cor. Et 2. 2. q. 42. q. 2. art. 4. cor. Et ma la. q. 10. ar. 1. 2. co. Et q. 15. arti. 2. co. princip.]

AD SECVNDVM dicendum, q finis remotus rapinæ, & furti idem est: sed hoc non sufficit ad identitatem speciei, quia est diuersitas in finibus proximis. Raptor.n. uult p propriã potestatẽ obtinere, fur verò per astutiã.

AD TERTIVM dicendum, q raptus mulieris non pôt esse occultus ex parte mulieris, quę rapit. Et ideo ẽt si sit occultus ex parte aliorũ, quibus rapit, adhuc remanet rõ rapinæ ex parte mulieris, cui uiolẽtia infert.

ARTICVLVS V.

Vtrum furtum semper sit peccatum.

AD QVINTVM sic procedit. Vr, q furtũ non semper sit pctm. Nullum.n. pctm cadit sub præcepto diuino. Dr.n. Eccl. 15. Nemini mandauit impiè agere: sed Deus inuenitur præcepisse furtum. dicitur enim. Exo. 12. Fecerunt filij Israel sicut præceperat Dominus Moysi, & expoliauerunt Aegyptios. ergo furtũ non semper est peccatum.

¶2 Præt. Ille q inuenit rẽ non suã, si eã accipiat, vr furtũ committere, quia accipit rem alienam: sed hoc uĩ esse licitum fm naturalem æquitatem, ut iuristæ dicunt. ergo videt q furtũ non semper sit peccatum.

¶3 Prẽt. Ille q accipit rem suam non uĩ peccare, cũ nõ agat cõtra iustitiam, cuius æquitatẽ nõ tollit: sed furtum committitur ẽt si aliquis rem suam occultè accipiat ab altero detẽtam, vel custoditam. ergo uidetur q furtum non semper sit peccatum.

SED CONTRA est, quod dr Exod. 20. Non furtum facies.

RESPON. dicendum, q si aliqs consideret furti rõnem, duas rationes pcti in eo inueniet. Primo quidem pp contrarietatem ad iustitiã, q reddit unicuiq; qd suũ est: & sic furtũ iustitię opponitur, inquantum furtũ est acceptio rei alienæ. Secdõ rõne doli, seu fraudis, quã fur committit occultè, & quasi ex insidijs rem alienã usurpãdo. Vñ manifestũ est, q oẽ furtum est peccatũ.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q accipere rẽ alienã vl occulte, vl manifestè authoritate iudicis hoc decernẽtis, nõ est furtũ: qa iã fit sibi debitũ p hoc, q sntaliter sibi ẽ adiudicatũ. Vñ multò minus furtũ fuit, q filij Israel tulerũt spolia Aegyptiorũ de pcepto Dñi hoc decernẽtis p afflictiõib. qb. Aegyptij eos sine cã afflixerat: & iõ signãter dr. Sap. 10. Iusti tulerũt spolia impiorũ.

AD II. dicẽdũ, q circa res inuẽtas ẽ distinguẽdũ. Quędã.n. sũt q̃ nunq fuerũt i bonis alicui, sicut lapilli, & gẽmę, q̃ inueniunt i littore maris: & talia occupãti cõceduntur. Et eadẽ rõ est de thesauris antiquo tpe sub terra occultatis, quorũ nõ est aliqs possessor, nisi q fm leges ciuiles tenet inuẽtor dare medietatẽ dño agri, si i alieno agro inuenerit. Propter qd i parabola Euãgelij dr Mat. 13. de inuẽtore thesauri abscõditi i agro, q emit agrũ, quasi hẽret ius possidẽdi totũ thesaurũ. Quędã uerò res inuẽtæ fuerũt de ppinquo i alicuius bonis: & tũc si qs eas accipiat nõ aĩo retinẽdi, sed aĩo restituẽdi dño. q eas p derelictis nõ hẽt, nõ cõmittit furtũ. Et similiter si p derelictis hẽant, & hoc credat inuẽtor, licet sibi eas retineat, nõ cõmittit furtũ, alias aũt cõmittit pctm furti. Vñ Aug. dicit i quadã Ho. & hr 14. q. 5. Si qd inuenisti, & non reddidisti, rapuisti.

AD III. dicẽdũ, q ille q furtĩ accipit rẽ suã apud aliũ depositã, grauat depositariũ: qa tenet ad restituẽdũ eã, uel ad oñdẽdũ se ẽe inoxiũ. Vñ manifestũ ẽ, q peccat, & tenet ad releuadũ grauamẽ depositarij. Qui uerò fur tim accipit rẽ suã apud aliũ iniustè detẽtã, peccat qdẽ, nõ quia grauet eũ q detinet: & iõ nõ tenet ad restituẽdũ aliqd, uel ad recõpẽsandum: sed peccat cõtra cõem iustitiã, dũ ipse sibi usurpat suæ rei iudiciũ, iuris ordine prætermisso. Et ideò tenetur Deo satisfacere, & dare operam, ut scandalum proximorũ,

In rñsione ad tertiũ in eodem articulo in calce rñsionis duplex occurrit prætaxatum dubium in ar. 3. an. s. impotens recuperare rem suã, aut aliquid sibi debitũ uia iuris, accipiendo illam sine scandalo, peccet corã Deo. Et est rõ dubij, quia talis agit contra cõem iustitiam, dicẽs sibiipsi in re sua ius. Ex opposito aũt vr, q in defectu iudicis licitum sit huic dicere sibiipsi ius.

Ad hoc dr, q aliud est loqui regulariter, & aliud in casu. Constat namque, q regulariter nõ licet occultè accipere proprium apud furem, aut raptorem detentum propter rõnem in litera assignatã, quia. s. agit contra iuris ordinẽ. In casu aũt, in quo alius uel pp detinentis, uel iudicis iniustitiam, aut defectũ probationum, aut propter maius damnũ amicitiæ, pacis, uel rerũ, aut huiõi, non potest via iudicis suum, aut sibi debitũ recuperare, & absque scandalo, periculo, & offensa cuiuscumque põt occultè accipere a debitore vnde sibi satisfaciat. Multi dicunt, q licitè hoc põt, & ratio est: quia tunc non agitur contra iuris ordinẽ, quoniam iuris ordo ad reddendum vnicuique suum, & pacẽ communem, ordinatur. Hic autem pax non uiolatur, vt supponitur, & obseruatio ordinis iuris, aut impediret dominum ab habendo suum, aut efficere non posset vt dominus haberet suũ nisi fortè cum maiore damno domini, vt patet discurrendo in causis allatis. Est igitur casus in quo licet à lege discedere, saltem ..., q non sic contra iusti-

[*Ser. 19. de verb. Apo. a medio, to. 10. Et habet 14. q. 5. ca. Si quid.]

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtitiam, quãuis fieri uideat' præt iuſtitiam diſcernendo à directo illius mõ. Et propterea abſque mortali pctõ pôt in hmõi caſib' occultè quiſq; recuperare tã ſuum, q̃ ſibi debitũ adhibẽdo cautelã ſupradictam, uel ſi ille qui occupabat, ſciat ſe non teneri amplius ad reſtitutionẽ, ne tali ignorãtia ex hoc facto conſurgente grauetur, ſi peniteat ſe, ne et in futuro, ad reſtitutionem, quod non teneret reſtituere. Nec in his caſib' accipiẽs propriè dicis ſibi ipſi ius, ſed potius exequitur ius ſuum, cũ non authoritate aliqua utatur, ſed ſola occulta acceptione.

Porrecta per totum. 372 Locis ſupra art. 5. induſtri.

SVPER Q. LXVI. ART. VI.

IN art. 6. eiuſdẽ. 66. q. in reſponſione ad tertiũ, eſſet tractandum, An pro furto minimo homo occidatur, niſi ſuperius in tractatu de homicidio tractatum hoc eſſet.

¶ In rñſione uerò ad tertiũ, verba in calce ſcitu rectè punctis diſtinguere, ne ſortiẽ putes authorem dicere, q; animus inferendi nocumentum taliũ minimorum conſtituat pctũ mortale. Hoc.n. eſt alienum à mente eius, cum conſtet accipientem minima, intendere priuare illa minima habere, ac per hoc priuare dñm illa minimus. Hoc.n. eſt inſeparabile ab acceptione minimorum: ſed doctrina ſua eſt, q; ſi habet aĩum inferendi proximo nocumẽtũ abſolute, & ſimpliciter, & non nocumentum limitatum ad hmõi minima, tũc rõne talis animi peccat mortaliter accipiendo ex tali animo: ſicut etiã ſine acceptione habẽdo talem conſenſum in aĩo, peccaret mortaliter pctõ furti: & ſi gnũ differentiæ animi eſt, ſi paratus erat accipere aliquid notabile, aut nõ accepiſſet, niſi minus: ſi noceat. Nocumentum autem huiuſmodi non ſeparat ab humano animo nocumẽta ſimpliciter, & abſolute. Et pena illa inferre nõ. peccatum per ſe,

*q. 24. ar. 12. & q. 72. ar. 5. & 87. ar. 3.

Concl. m

*Arti. ſe-

ſi inde exortum fuerit, ſed[c] tur. F

ARTICVLVS VI.

Vtrum furtum ſit peccatum mortale.

AD SEXTVM ſic procedit. Vr, q; furtũ non ſit pctm mortale. Dr.n. Prouer. 6.[b] grandis eſt culpæ, cum quis furatus fuerit: ſed omne peccatum mortale ẽ grandis culpæ. ergo furtũ non eſt peccatum mortale.

¶2 Præt. Pctõ mortali mortis[a] pęna debetur: ſed pro furto nõ infligitur in lege pœna mortis, G ſed ſolũ pęna dãni, ſm illd Exo. 22. Si quis furatus fuerit bouẽ, aut ouẽ, quinq; boues pro uno boue reſtituet, quatuor oues ꝓ una oue. ergo furtum non eſt peccatum mortale.

¶3 Præt. Furtũ pôt cõmitti in[b] paruis reb', ſicut & in magnis: ſed inconueniens uĩ, q; ꝓ furto alicuius paruæ rei, puta, unius acus, vel unius pęnę, aliqs puniat morte æterna. ergo furtũ H non eſt peccatum mortale.

SED CONTRA eſt, q; null' dãnat ſm diuinũ iudiciũ, niſi pro pctõ mortali: cõdẽnat at aliqs ꝓ furto, ſm illud Zac. 5. Hęc eſt maledictio, q̃ egredit ſup faciẽ oĩs terræ, quia oĩs fur, ſicut ibi ſcriptum eſt, iudicabitur. ergo furtũ eſt peccatum mortale.

RESPON. dicendum, q; ſicut s. * habitũ eſt, pctm mortale eſt, quod contrariat charitati, ſm I quod eſt ſpũalis aĩæ uita. Charitas aũt cõſiſtit qdẽ principaliter in dilectione Dei, ſm verò i dilectione proximi, ad quã pertinet ut ꝓximo bonũ uelim', & operemur: per furtũ aũt hõ infert nocumẽtũ proximo in ſuis rebus, & ſi paſſim hoĩes ſibi inuicem furarent, periret humana ſocietas. Vñ[m] furtũ tãq̃ cõtrariũ charitati, eſt pctm mortale[n]

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q; furtũ dr̃ nõ eſſe grandis culpæ duplici rõne. Primò qdẽ pp neceſſitatẽ inducentem ad furandũ, q̃ diminuit, uel totaliter tollit culpã, vt infra * patebit. Vñ ſubdit. Furat.n. ut eſurientẽ impleat aĩam. Alio modo dr̃ furtũ non eſſe grandis culpæ per cõparationem ad reatum adulterij, quod punit morte. Vñ ſubditur de fure, q; deprehẽſus reddet ſeptuplum: qui autem adulter eſt, perdet animam ſuam.

AD SECVNDVM dicendũ, q; pęnę pñtis uitæ magis ſunt medicinales, q̃ retributiuæ. Retributio.n. reſeruat diuino iudicio quod eſt ſm ueritatẽ i peccãtes. Et iõ ſm iudiciũ pñtis uitæ non ꝓ quolibet pctõ mortali infligitur pęna mortis, ſed ſolũ ꝓ illis q̃ inferũt irreparabile nocumẽtũ, uel ẽt ꝓ illis, q̃ hñt aliq̃ horribilẽ deformitatẽ. Et iõ ꝓ furto, quòd irreparabile, dãnũ nõ infert, nõ infligit ſm pñs iudiciũ pęna mortis. niſi ut furtũ aggrauat ꝑ aliq̃ graue circũſtãtiã ſicut patet de ſacrilegio, qđ eſt furtũ rei ſacræ: & de peculatu, q; eſt furtũ rei cõis, ut patet *ꝑ Aug. ſup Ioãnẽ: & de plagio, q; eſt furtũ hoĩs, pro quo qs morte punitur, ut patet Exod. 21.

AD TERTIVM dicendum, q; illud q; modicũ eſt, rõ apprehendit H quaſi nihil: & iõ in his q̃ minima ſunt, hõ non reputat ſibi nocumẽtũ inferri. Et ille q̃ accipit, pôt pſumere hoc nõ ẽe cõtra uolũtatẽ eius, cui' eſt res. Et ꝓ tãto ſiqs furtiuè hmõi res minimas accipiat, pôt excuſari a pctõ mortali. Si tñ hẽt aĩum furandi, & inferendi nocumẽtũ ꝓximo, etiam in talibus minimis pôt eſſe pctm mortale, ſicut & in ſolo cogitatu per cõſenſum.

ARTICVLVS VII.

Vtrum liceat alicui furari propter neceſſitatem.

AD SEPTIMVM ſic procedit. Vr, q; nõ liceat alicui furari pp neceſſitatem. Nõ.n. imponit pñia niſi peccãti: ſed extra, de furtis * dr̃. Si quis per[h] neceſſitatẽ famis, aut nuditatis furatus fuerit cibaria, ueſtẽ, uel pecus, pęniteat hebdomadas tres. ergo non licet furari propter neceſſitatem.

¶2 Præt. † Phil. dicit in 2. Eth. q; qdã cõfeſtim noĩata, cõuoluta ſunt cũ malitia, inter q̃ ponit[h] furtũ: ſed illud quod eſt ſm ſe malũ, nõ pôt pp aliquem bonum finem, bonum fieri. ergo non poteſt aliqs licitè furari, ut neceſſitati ſuæ ſubueniat.

¶3 Præ. Hõ dẽt diligere ꝓximum ſicut ſeipſũ: ſed nõ licet[h] furari ad hoc, q; aliqs ꝑ eleemoſynã ꝓximo ſubueniãt, ut † Aug dicit i li. cõtra mẽdaciũ. ergo nõ licet furari ad ſubueniẽdũ ꝓprię neceſſitati

SED CONTRA eſt, quod in neceſſitate ſunt omnia communia: & ita non uidetur eſſe peccatum, ſi aliquis rem alterius accipiat propter neceſſitatem ſibi factam communem.

quod eſt pctm mortale ſed pctm ueniale, quod eſt imperfectũ in genere peccati.

SVPER Q. LXVI. ART. VII.

IN ar. 7. eiuſdẽ q̃ô. duo ſunt notãda pp quorundam ignorantiam. Primum eſt. q; furtũ eſt de genere prauorum, ſicut mẽdacium, adulterium, homicidium, & alia hmõi, q in nullo caſu ſunt licita, & nulla pñt recta intentione excuſari. Sed in caſibus, in quibus licitè accipimus aliena, nõ committimus furtũ. nec eius diffinitio in tali actu ſaluat, cũ nõ ſaluetur iniuſtitia ibidem. Et hoc habes in corpore articuli in reſponſione ad ſecũdũ. Vnde abuſiua locutio eſt, q; liceat furari in extrema neceſſitate, & alia hmõi, ſicut nõ rectè diceretur, q; iudici licet committere homicidium.

¶ Scdm eſt, q; licet in caſu extremæ neceſſitatis licitũ ſit uti occurrentibus rebus cuiuſcũque fuerint: nõ tñ extra caſum extremæ neceſſitatis licitũ eſt accipere occultè res ſuperfluas alteri', vt ſubueniatur magnæ neceſſitati ꝓpriæ vel alienæ, ut quidã ſomniare vñt ex hoc q; habens ſuperfluũ naturę, & perſonæ, tenetur de precepto erogare illud indigentibus, & ut dr̃ in littera ex Ambr. Eſurientiũ panis eſt, quẽ, tu detines &c. Hic namq; error excluditur in littera per hoc, quod ſubditur. Sed quia multi ſunt neceſſitatẽ patientes, non pôt ex eadem re omnib' ſubueniri

*Tract. 50. a medio tom. 9.

Porrecta per totum. 373

Inf. q. 118. ar. 4. ad 4. Et 4. d. 15. q. 2. art. 1. q. 4. ad 2. & art. 4. q. 2. ad 2. & art. 5. q. 1. cor.

*In decretalibus li. 5. tit. 18. c. 3. & incipit, Si quis propter.

† li. 2. c. 6. ad finem tom. 5.

† Ca. 7. in medio, tomo 4.

ſubueniri committitur arbitrio uniuſcuiuſq; diſpenſatio ꝓpriarũ rerum, ut ex eis ſubueniat neceſſitatẽ patientibus. Non eſt ergo cuicunq;, ſed dño tñ cõmiſſa applicatio rerũ ſuperfluarum ad ſubueniendum neceſſitatẽ patientibus. Vnde auctor in quolibeto 8, q. 6. ar. 2. dicit, q; habens ſuperfluum, non tenetur huic pauperi petenti dare eleemoſynã: q licet teneat dare ſuperfluũ in eleemoſynã, non tñ tenetur dare huic. Et ſi ipſe dñs ſi tenet dare huic, ſeq̃tur, q; ego non poſſũ à domino accipere, ut dem. huic. Caue ergo à tali doctrina, quia falſa eſt.

Conclu. m

SVP. QV. LXVI. ARTIC. VIII.

IN artic. 8. eiuſdem queſtio. in rñſione ad ſecundum, tria dicuntur. Primum eſt, quòd infidelium in ſi deles res ſuas iniuſtè poſſident, inquãtum ſecundum leges terrenarum principũ amittere eas iuſſi ſũt. ¶ Secũdum eſt, q; huiuſmodi res nõ poſſunt priuata authoritate ab eis auferri. Tertiũ eſt, quòd huiuſmodi res poſſunt ab eis per uiolẽtiam ſubtrahi publica authoritate. Et quoniam ſingula habent quæſtiones ſuas, ſingillatim diſcutienda ſunt.

Conclu. p

*Ambro. in ſer. 81. non procul a fine, tom. 5. Et habet di. 47. cap. ſicut hi.

Conclu. ſ

¶ Circa primum igitur tria videnda ſunt, qui ſunt infideles, q ſunt principes, quæ ſunt res, de quibus eſt ſermo.

¶ Ad quorum euidẽtiam ſciendum eſt, quòd infideles tripliciter ſe habent ad Chriſtianos principes. Quidam enim ſunt ſubditi de facto, & de iure Chriſtianis, ut Iudæi hæretici, & mauri, qui ſunt in terris Chriſtianorum, & hi ſunt priuati, ut hæretici, vel rebus, vel ſeruis, & mulieribus &c. iuxta ſacros canones, ut patet in titulis de Iudæis, & hæreticis. & in Decretis diſtin. 54. Nec ſolum Eccleſia, ſed principes, quibus hi temporaliter ſubſunt, poſſunt leges cõdere contra iſtos in fauorẽ nominis Chriſtiani, ſicut poſſunt ꝓ aliis pñs cauſis. Quidam uerò ſunt ſubditi de iure, & nõ de facto principibus Chriſtianis, ut infideles occupãtes terras Chriſtianorum. Hi namque, ſi eorum principes Chriſtiani, aut ſui hæredes viuũt, illis de iure ſubſunt, in quorum ſunt dominiis. E Et ſi nullus ſupereſt hæres, ſubiiciendi ſunt de iure Eccleſiæ Romanæ, alicui alteri Chriſtiano ab apoſtolica ſede, cuius intereſt in hoc caſu prouidere de principe Chriſtiano in fauorẽ fidei. Et hi non ſolùm ſunt infideles, ſed hoſtes Chriſtianorum. Et ſi de rebus iſtorum aliquid lege ſancitum eſt à prædictis, executioni mandandum eſt publica authoritate, non priuata rapinis, aut furtis. Verum tñ eſt, q; quoad bellum inferẽdum illis, quilibet Chriſtianus princeps habens authoritatem indicendi bellum pro republica propria poteſt ex commutari uoto, quàm ulteriori, Chriſtiani populi, prædictis inferre bellum: & licitè poſſidere, quæ obtinebit, ſi nullus ſupereſt hæres Chriſtianus. Si eum ſupereſſet, deberent ſua tibi reſtitui. Manifeſtat autem A cõe Chriſtianorũ notũ, celebrata ſp ſolẽnitas in Romana, q̃ cõtinet, Eccleſia, in nouis uictoriis principum Chriſtianorũ quorumcunq; bellãtiũ aduerſus Mahumetanos. Quidam aũt infideles nec de iure, nec de facto ſubſunt ſecundũ qualẽ iuriſdictionem principibus Chriſtianis, ut ſi inueniuntur Pagani, q nunq̃ imperio Romano ſubditi fuerunt, terras inhabitãtes, in q̃bus Chriſtianũ nunq̃ fuit nomẽ. Horum nãq; domini, quãuis infideles, legitimi dñi ſunt ſiue regali, ſiue politico regimine gubernentur: nec ſunt pp infidelitatẽ à dominio ſuorũ priuati, cũ dñium ſit ex iure poſitiuo, & infidelitas ex diuino iure, quod nõ tollit ius poſitiuũ ut ſuperius in q̃ô. 10. habitũ eſt. Et de his nullã ſcio legẽ, quo ad tpalia. Cõtra hos nullus Rex, null' imperator, nec Eccleſia Romana pôt mouere bellũ ad occupandas terras eorũ, aut ſubiiciendũ eos tpaliter: quia nulla ſubeſt cauſa iuſti belli, cũ Ieſus Chriſtus rex regũ, cui data eſt omnis poteſtas in cœlo, & in terra, miſerit ad capiendã poſſeſſionẽ mundi non milites armatæ militiæ, ſed ſanctos pdicatores, ſicut oues inter lupos. Vñ nec in teſtamẽto ueteri, ubi armata manu poſſeſſio erat capiẽda, terræ infidelium indictũ lego bellum aliquod pp hoc, q; nõ erant fideles: ſed uel quia nolebãt dare tranſitum, uel q eos offenderant, ut Madianitæ: uel ut recuperarent ſua, diuina largitione cõceſſa. Vñ grauiſſime peccaremus, ſi fidẽ Chriſti Ieſu per hanc uiã ampliare cõcederemus: nec eſſemus legitimi domini illorũ, ſed magna latrocinia committeremus, & teneremur ad reſtitutionem, utpote iniuſti debellatores, aut occupatores. Mittendi eſſent ad hos pdicatores boni uiri, qui uerbo, & exemplo conuerterent eos ad Deum: & non qui eos opprimant, ſpolient, ſcandalizent, ſubijciant, & duplo gehennæ filios faciant more Phariſæorum.

¶ Circa ſecundum dictum litteræ, ſ. q; huiuſmodi res infideliũ non poſſunt priuata authoritate ab eis auferri, dubium occurrit, An liceat Chriſtianum ſeruum infideli furari, uel rapere. Et eſt ſermo de infidelibus, qui de facto non ſubſunt principibus Chriſtianis. Et eſt ratio dubij, quia multi dicunt, q; ſic, eo quia infidelis iniuſtè eum detinet, ut patet per iura ciuilia, & canonica. Alij verò diſtinguunt de tempore belli &c.

¶ Ex dictis aũt patet, q; publica authoritate bellum eſt & ꝑ modum furti, & rapinæ, ſicut belli, uel iuſtitiæ contra infideles licere: priuata uerò opportunitate cõtraſſã alienũ, q licitũ eſt adiuuare talem ſeruum ad ſui libertatẽ uendicandam, qui, utpote iniuſtè oppreſſus, & in libertate habet iuſtum bellum contra infidelẽ dñum, pôt, & debet opẽ ferre tali ſeruo ſiue occultã ꝑ modũ furti, ſiue manifeſtã ꝑ modũ rapinæ. Nec diſtinguo inter tempus belli, & pacis, q a ex hoc capite, ſ. ex parte ad[illegible] ad

RESPON. Dicendũ, q; ea quæ ſunt iuris humani, non pñt derogare iuri naturali, uel iuri diuino. Secundũ aũt naturalẽ ordinẽ ex diuina ꝓuidẽtia inſtitutũ, res inferiores ſunt ordinatæ ad hoc, q; ex his ſubueniat hominũ neceſſitati: & iõ[m] ꝑ rerum diuiſionem, & appropriationẽ ex iure humano ꝓcedentẽ nõ impeditur, q̃n hominis neceſſi- B tati ſit ſubueniendum ex hmõi rebus.[a] Et ideò res, quas aliq ſuperabundanter habẽt, ex naturali iure debentur pauperũ ſuſtentationi.[s] Vnde* Ambr. dicit, & hr̃ in Decretis di. 47. Eſurientiũ panis eſt, quem tu detines: nudorũ indumentũ eſt, qđ tu recludis: miſerorũ redẽptio & abſolutio eſt pecunia, quã tu in terrã defodis: ſed quia multi ſunt neceſſitatẽ patiẽtes, & nõ C pôt ex eadem re omnib' ſubueniri, * cõmittit arbitrio uniuſcuiuſq; diſpẽſatio propriarum rerũ, ut ex eis ſubueniat neceſſitatẽ patientibus. Si tñ adeò ſit euidẽs, & urgens neceſſitas, ut manifeſtũ ſit inſtanti neceſſitati de rebus occurrẽtib. eſſe ſubueniẽdũ, puta, cũ imminet pſonæ periculum, & aľr ſubueniri non pôt, tunc licitè pôt aliquis ex rebus alienis ſuæ neceſſitati D ſubuenire ſiue manifeſtè, ſiue occultè ſublatis, nec hoc ꝓpriè habet rõnem furti, uel rapinæ.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q; Decretalis illa loqtur in caſu, i quo non eſt urgens neceſſitas.

AD II dicendũ, q; vti re aliena occultè accepta in caſu neceſſitatis extremæ non hẽt rationẽ furti, ꝓpriè loquẽdo: q a ꝑ talem neceſſitatem efficitur ſuum id, qđ aliquis accipit ad ſuſtentandũ propriam uitam.

AD III dicẽdũ, q; in caſu ſimilis neceſſitatis ẽt pôt aliquis occultè rẽ alienã accipere, ut ſubueniat ꝓximo ſic indigẽti.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum rapina poſſit fieri ſine peccato.

AD OCTAVVM ſic ꝓcedit. Vr q; rapina poſſit fieri ſine pctõ. Præda.n. per uiolentiã accipitur, quod vĩ ad rõnem rapinæ pertinere, ſm * pdicta: ſed ꝑdam accipere ab hoſtibus licitum eſt. dicit.n. * Ambr. in lib. de Patriarchis. Cũ pręda fuerit in C poteſtate uictoris, decet militarẽ diſciplinã, ut regi ſeruẽtur oĩa. ſ. ad diſtribuendum.[h] ergo rapina in aliquo caſu eſt licita.

¶2 Prę. Licitũ eſt[h] auferre ab alio id, qđ non eſt eius: ſed res, quas infideles hñt, nõ ſunt eorũ. dicit.n. Augu. in epiſtola ad* Vincentiũ Donatiſtã. Res falsò appellatis ueſtras, quas nec iuſtè poſſidetis, & ſm leges terrenorũ regũ amittere iuſſi eſtis. D ergo uidetur q; ab infidelibus aliquis licitè rapere poſſit.

¶3 Prę. Terrarũ principes multa à ſuis ſubditis[b] uiolẽter extorquent, qđ vĩ ad rõnem rapinæ pertinere. Graue autẽ uidetur

Porrecta per totum. 374

* Ar. 4. huius queſt.
* Lib. 1. de Abrahã, ca. 3. a medio, to. 4.

*Epiſt. 48. in 2. pagi. ante finẽ epiſt. to. 2

dicere, ꝙ in hoc peccent, qa sic ferè omnes principes damnarentur. ergo rapina in aliquo casu est licita.

SED CONTRA est, ꝙ de quolibet licitè accepto pōt fieri Deo sacrificiū, uel oblatio: non aūt potest fieri de rapina, sm̄ illud Isa. 6. Ego Dn̄s diligēs iudicium, & odio habens rapinā in holocaustū. ergo p rapinam aliquid accipere non est licitum.

RESPON. Dicēdū, ꝙ rapina quādā uiolentiā, & coactionē importat, p quā contra iustitiā alicui aufert, qđ suū est. In societate aūt hominū nullus hēt coactionē, nisi p publicā potestatē. Et iō m quicunq; p uiolētiā aliqd alteri aufert, si sit priuata psona, nō utēs publica ptāte, illicitè agit, & rapinā cōmittit, n sicut patet in latronib9. Principibus uerò ptās publica cōmittit ad hoc, ꝙ sint iustitiæ custodes: & iō p nō licēt eis uiolētia & coactione uti, nisi sm̄ iustitiæ tenorē: q & hoc uel contra hostes pugnādo, uel cōtra ciues, malefactores puniendo. Et qđ p talem uiolentiam auferī, non habet rōnem rapinæ, cum non sit cōtra iustitiā. r Si verò cōtra iustitiā aliq p publicā ptātem uiolēter abstulerint res aliorū, illicitè agunt, & rapinā cōmittunt, & ad restitutionē tenent.

Conclu. m — *Conclu. p Pars 2.* — *Conclu. 2*

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ circa pdā distinguēdū est. Quia si illi q deprędant hostes, hēant bellū iustū, ea q p uiolētiā i bello acqrunt, eorū efficiuntur: & hoc nō hēt rōnē rapinæ, unde nec ad restitutionē tenentur. Quāuis possint in acceptione pdæ iustū bellū hātes, peccare p cupiditatē ex praua intētione, si. s. nō p p iustitiā, sed p p pdā principalr pugnēt. Dicit. n. * Aug. i lib. de uerbis Dn̄i, ꝙ p p pdā militare pctm̄ est. Si uero illi, q pdam accipiunt, habeant bellū iniustū, rapinā cōmittūt, & ad restitutionem tenentur.

** Ser. 19. circa princip. to. 10. Et habet. 23. q. 1. c. militare.*

AD II dicēdū, ꝙ intm̄ aliq̃ infideles res suas iniustè possidēt, in quātū eas sm̄ leges terrenorū principū amittere iussi sūt: & iō ab eis pōt p uiolētiā subtrahi n̄ priuata authoritate, s3 publica.

AD III dicēdū, ꝙ si principes à subditis exigant, qđ eis sm̄ iustitiā debet p p bonū cōe cōseruādū, et si uiolētia adhibeat, n̄ est rapina. Si uerò aliqd principes indebitè extorqueāt p uiolētiā, rapina est, sicut & latrociniū. Vn̄ dicit * Aug. in 4. de ciuit. Dei. Remota iustitia qđ sunt regna, nisi magna latrocinia: qa & latrocinia qđ sunt, nisi parua regna? & Eze. 22. dr̄. Principes ei9 in medio eius quasi lupi rapientes pdā. Vn̄ ad restitutionē tenent sicut & latrones: & tātò grauius peccant, q̃ latrones, quantò periculosiꝰ, & cōmunius cōtra publicā iustitiam agūt, cui9 custodes sunt positi.

** Li. 4. c. 4. in princi. tom. 5.*

ARTICVLVS IX.

Vtrum furtum sit grauius peccatum quam rapina.

Ric. de Nyseira. 3. q. 5 per. 2. q. 12.

AD NONVM sic procedit. Vr̄ ꝙ furtū sit grauius pctm̄, q̃ rapina. Furtū. n. sup acceptionē rei alienæ hēt adiūctā fraudē, & dolū, qđ nō ē i rapina: sed fraus, & dolus de se hn̄t rōnē peccati, ut supra * hitū est. ergo furtū est grauius pctm̄, q̃ h rapina.

Porrella per totum. 375 Inf. q. 73. ar. 3 ad 2. & q. 116. ar. 2 ad 1. & q. 62. ar. 2 ad 4. — ** q. 55. art. 4. & 5.*

¶ 2 Præt. Verecundia est timor de h turpi actu, ut dicitur in 4. * Eth. sed magis verecundantur homines de furto, quàm de rapina. ergo furtum est turpius, quàm rapina.

** Li. 4. c. 9. tom. 5.*

¶ 3 Præt. Quātò aliqd pctm̄ pluribus nocet, tātò h grauius esse vr̄: sed per furtū pōt nocumentum inferri & magnis, & paruis: p rapinam aūt solū impotentibus, quibus potest uiolentia inferri. ergo grauius uidetur esse pctm̄ furti, quàm rapinæ.

SED CONTRA est, quòd secundum leges grauius punitur rapina, quàm furtum.

RESPON. Dicendū, ꝙ rapina, & furtū hn̄t rōnē peccati, sicut * supra dictū est, p p inuolūtariū, qđ est ex parte eius, cui aliqd aufert: ita tn̄ ꝙ in furto est inuolūtariū p ignorātiā, in rapina aūt est inuolūtariū p uiolētiā. Magis est aūt aliqd inuolūtariū p uiolētiā, q̃ p ignorātiā: quia uiolentia directius opponitur uoluntati, q̃ ignorantia: & iō m rapina est grauius pctm̄, q̃ furtū. n Est & alia rō, quia per rapinā nō solū infertur alicui damnū in rebus, sed ēt uergit in quandā psonæ ignominiam, siue iniuriā: & hoc ppondérat fraudi, uel dolo, quæ ptinet ad furtum. Vnde patet responsio ad Primum.

** Artic. 4. & 2.* — *Conclu. m*

AD II dicēdū, ꝙ hoies sensibilibus inhærētes, magis gloriant d̄ uirtute exteriori, q̃ manifestat i rapina, q̃ de uirtute interiori, q̃ tollitur p pctm̄: & ideò minus uerecundantur de rapina, q̃ de furto.

AD III dicendum, ꝙ licet pluribus posit noceri per furtum, q̃ per rapinam: tamen grauiora nocumēta possunt inferri p rapinam, quam per furtum: unde etiam ex hoc rapina est detestabilior.

...liberationē sic oppressi, nō oportet distinguere: qm̄ oppressus hēt cōtinuū bellū iustū cū detētore. Nec oportet publicā authoritatem aliter interuenire, q̃ q vim vi repellere licet cū moderamine inculpatæ tutelæ. Satis. n. inculpata est tutela, q̃ si p libertate Christiani iniustè detēti, non nisi modus furti aut rapinæ [illegible], cū talis libertas multo pretiosior sit oi. in quo apparet [illegible] bono infidelis p hos actus. & nulla sit spes iustitiæ cōsequēdæ a quocūque iudice. Et Ambrosius dicit in li. de Officijs, ꝙ q nō repellit iniuriā a socio, cū pōt, tā est in uitio, q̃ ille q facit. De operis aūt iniustè detentis ab eisdē, idem est iudiciū: sed tūc insurgit dubiū, Cur nō liceat priuata authoritate furari, uel rapere ab infidelibus res, quas iniustè detinēt, sicut hos seruos, cū seruus quædam possessio domini sit, & utrobique iniusta possessio sit.

¶ Ad hoc dr̄, ꝙ res horū infideliū iniustæ, sūt duplices. Quędā. n. iō iniustè possidentur ab eis, qa inde læsi sunt, ut sunt dñorū & hmōi. & hoc ñ nisi publica authoritate inuadere licet, qa in nullius particularis psonæ bonis sūt. Quędā uerò iō iniustè possidentur, qa sunt alterius particularis psonæ, ut res furtiuę, raptæ, uel p usuram extortæ: & has p modū furti dominis accipere ab eis sine scandalo &c. non minus licet, q̃ a nostris, iuxta supradicta. Accipere aūt p modū rapinæ priuata authoritate, cū impossibile sit in pluribus hoc fieri sine scandalo, & ēt9 de ghe suo sit illicit9, qa nō licet priuatæ psonæ ius sibi armata manu dicere; qa interuentu sic p hoc iniuria principi, & i terris eorū magna immineret periculū, [illegible] nisi forsan ita esset commoditas oblata, ut [illegible] sine mētu cessaret, [illegible] abstulerit.

tra hmōi, qui hostes sunt Christianorū. Quare aūt licet per modū rapinæ Christianos à seruitute liberare, & nō res, ea est: qa liberatio serui habet rōnē recuperationis factæ incōtinenti: cū homini tuo cōtinue infert uiolētia psonalis, dū detinet in seruū. Receptio aūt rei, nō hēt hmōi rationē: qa occupatio iniusta in rē redacta. Et p hoc patet [illegible] terrij, q in litera dr̄, s. q. hmōi res pn̄t ab eis subtrahi publica authoritate. Iā. n. patet, q ab infidelibus de iure, & de facto subiectis Christianis p seorū dn̄i, & [illegible] per suam auferre & seruos, & tradi. &c. Ab his aūt q de iure, sed nō de facto subsunt, pūt oēs, indiciū est, Christiani principes per viā belli auferre. Licēt, scilicet belli ipsius, uia iuste fieri acceptatione publica authoritate, cū s. qua bella gerunt. Et hæc sufficiunt etiā p tractatu huius eiusdem. q. 66.

SVPER

QVAESTIO LXVII.

De vitijs oppositis commutatiuæ iustitiæ, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE cōsiderandum est de vitijs oppositis cōmutatiuæ iustitiæ, quæ consistit in verbis, in qbus læditur proximus. Et primò, de his, quæ pertinent ad iudicium. Secundò, de nocumentis verborum, quæ fiunt extra iudicium.

¶ Circa primum quinque consideranda occurrunt. Primò quidem, de iniustitia iudicis in iudicando. Secundò, de iniustitia accusatoris in accusando. Tertiò, de iniustitia ex parte rei in sua defensione. Quartò, de iniustitia testis in testificādo. Quintò, de iniustitia aduocati in patrocinando.

CIRCA primum quæruntur quatuor.

¶ Primò Vtrum aliquis possit iustè iudicare eum, qui non est sibi subditus.

¶ Secūdò, Vtrū liceat iudici iudicare cōtra ueritatē, quā nouit p p ea, q̃ sibi proponunt.

¶ Tertiò, Vtrum iudex possit aliquem iustè condemnare nō accusatum.

¶ Quartò, Vtrum licitè possit pœnam relaxare.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum quis possit iustè iudicare eum, qui non est sibi subiectus.

Porrella per totum. 376 Sup. q. 60 ar. 6. & 4. di. 17. q. 3. art. 3. q. 4. Et dis. 48. q. 1. art. 1. cor.

AD PRIMVM sic pcedit. Vr̄ ꝙ aliquis possit iustè iudicare eū, q nō est sibi subditus. Dr̄. n. Daniel. 13. qđ Daniel seniores de falso testimonio conuictos suo iudicio condēnauit: sed illi

SVPER QV. LXVII. ARTIC. I.

IN ar. 1. q. 67. circa responsionem ad secundum, dubium triplex occurrit, propter id, quod dicitur, quòd Leo Papa subiecit se iudicio Imperatoris. Primum est, qua, & quali potestate Imperator iudicare poterat Papam [illegible] in primo, s. cū Papa se illius iudicio subiecit. Et est ratio dubij, quia aut authoritate Papæ sibi concessa, aut alia nō Papæ, tum quia sic nō haberet vim coactiuam ipsius Papæ, cum nemo cogatur à seipso: tū quia Papa non potest dare potestatem maiorē sua, ac per hoc non potest cōstituere aliquem, qui sit superior Papa: & consequenter omnis fungēs authoritate à Papa accepta, remanet subditus Papæ, & nō iudex, aut superior illo sit per hoc, nō alia: quia nec ordinaria Imperatoris, cum illa sit infra potestatem Papæ, nec se ad spūalia extendat, nec aliunde habens, qm̄ nō apparet vnde.

¶ Secundum dubium est, An Papa possit se subijcere in omnibus ad se spectantibus iudicio alicuius, aut aliquorum, in aliquibus tantum. Et est ratio dubij, quia author hic indistinctè dicit, ꝙ potest se subijcere: & in Decretis 2. quæst. 7. cano. Nos, si, Leo quartus, de quo est sermo, subiecit se iudicio Imperatoris in criminalibus, scilicet in crimine [illegible], & uniuersaliter in omnibus, quæ essent discutienda.

¶ In oppositum autem est quorundam sententia, dicentium conclusionem S. Thomæ in 4. Sent. dist. 19. & Alberti magni, & S. Bonauenturæ, & Ricardi de Media villa esse, quòd Papa non potest se subijcere in personalibus, seu criminalibus alicui in foro iudiciali.

¶ Tertium dubium est. An Papa subijciens se alteri in foro iudiciali in his, in quibus potest se subijcere, sic se subijcere intelligatur, ut spontanea à principio subiectio transeat in necessitatem. Et est ratio dubij, quia si non transit in necessitatem, sed sit semper in libertate eius parere, & non parere iudicanti, sequitur ꝙ non fuerit in ueritate subditus: qm̄ quo ad hoc, & q iudex non fuerit in ueritate iudex, utpote non habens vim coactiuam, quæ vt in litera patet, est necessaria iudici. Si verò transit in necessitatem, sequitur quòd potestas Papæ non sit maior potestate illius iudicis. Et tenet sequela, quia si remaneret potestas Papæ maior illa, sicut ab ipso posset reuocare illam, & derogare illi, sicut alijs inferioribus potestatibus, & eripere, & liberare seipsum ab illa, ac per hoc non transisset in necessitatem, sed in sua remaneret potestate, parere, & non parere, tollere, & non tollere potestatem illam, & gesta per illam.

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd cū potestas iudicis, ut in litera dicitur, sit aut ordinaria, aut per commissionem: & in proposito constat, ꝙ iudex non possit ordinaria potestate iudicare Papam, consequens est, quòd potestas illa per commissionem est accepta. Et quia nullus alter dat hanc potestatem, nisi ipsemet Papa sponte se subijciens, sequitur quòd potestas illa est p commissionem à Papa. Et quia Papa non potest dare potestatē maiorem sua, ut patet, nec æqualem suæ, quia oportet potestatem datam à Papa dependere ab ipso, ut effectum a causa, ita quòd oppositum implicat contradictionem (esset enim à Papa, & non esset à Papa, ut patet) & constat, quòd potestas dependens ab alia potestate, est minor illa a qua dependet, consequens est, quòd potestas huiusmodi iudicis & est à Papa, & est minor potestate Papæ.

¶ Ad vltimam autem obiectionem in contrarium, scilicet, quia sequeretur quòd non haberet vim coactiuam, & quòd nō esset superior ipse iudex una & eadē responsione dicitur, quòd hęc coniunguntur dupliciter. s. simpliciter, uel secundū quid. Et quia iudex hmōi nō est simpliciter superior Papa, sed est secūdum qd superior eo, quantum. s. ad hanc causam. Et similiter dicitur iudex nō habet uim coactiuā simpliciter respectu Papæ, sed habet coactiuam secūdū quid respectu eiusdē, quantū. s. spectat ad hanc sententiā, sicut arbitri hēnt uim coactiuā, quātū ad id, qđ eorū arbitrio creditū est.

¶ Ad secundum dubium dr̄, ꝙ & Papā posse se subijcere in foro iudiciali in quibusdā, ut hæc authoritate literæ constat. Ex allegato text. Decre. 2. q. 7. Nos, si incompetenter, ubi Papa manifestè subdidit se iudicio nunciorū Imperatoris se de proprijs actionibus, An iuste, vel iniustè &c, vt clarè patet ibi. Et Papam non posse se subijcere in foro iudiciali alicuius iudicio in quibusdā, constat etiam ex authoritate in 4. Sent. dist. 19. quæst. 1. artic. 3 q. 1. ad tertium, vbi dicit. Sicut nullus potest in seipsum sententiam dare excommunicationis, ita nec alteri committere, ut excōmunicare. Et eiusdem sententiæ est Ricardus in quarto distinct. 18. art. 1. quæstio. 1. ad secundum. Et Petrus de Palude in eadem distin. q. 2. Quare autem in quibusdam sic, in quibusdam non: & quæ sint in quibus potest, quæ autem in quibus nō potest se subijcere, uidendum restat. Et si diligenter perspectum fuerit, apparebit quòd in omnibus, q Papa potest per seipsum iudicare, potest se alteri subijcere: & q Papa in nullo potest se alteri subijcere, quod per ipsum iudicare nō potest. Manifestatur autem quod dicimus primò ex ratione: quia constat, quòd omnia, quæ pertinent ad potestatē iurisdictionis [illegible] alteri committi, & ad nihil potest se extendere potestas delegata, quod non includatur sub obiecto potestatis committentis. Deinde ex communiter accidentibus, & dictis doctorum. Nam ex eo, quòd non potest se subijcere alicui in aliquo, quod non potest per seipsum, sequitur quòd non possit committere alicui, quòd ipsum possit excommunicare, deponere, suspendere, & huiusmodi: hæc namque non potest per seipsum facere. Ex eo autē, quòd causas inter fiscum apostolicam [illegible] potest per seipsum iudicare, & quemcunque alium potest per seipsum iudicare, potest etiam per alium iudicare. Et ulterius ex eo, quòd causas inter seipsum, & alios potest per seipsum iudicare, ut patet in [illegible] ab ipso Papa sibi allato, consequens est, quòd possit in illis alteri committendo iudicium, se subijcere.

¶ Aduertendum tamen particulariter hoc in loco est, quòd quia iustitia, cuius actus est iudicium, non est ad se, sed ad alterum, inter hæc duo genera causarum, hæc est differentia, quòd in causis, quæ uertuntur inter cameram apostolicam, & alios, Papa est iudex causæ ex utroque extremo, ita quòd ligat, uel soluit utrāque partem: quoniam camera apostolica est uelut una pars distincta a Papa, sicut fiscus distinguitur à principe. Et propterea si committit alteri tale iudicium, eodem modo fieri sententia utrumque habens plenè rationem iustitiæ. In causis autem, quæ uertuntur inter personam Papæ, & alios, puta, si Papa rapuit, infamauit, occidit, & huiusmodi, Papa est iudex ex parte personæ suæ, non secundum plenam rationem iudicis, sed diminutæ: quia non potest damnare personam suam punitione, sed amendatione ad restituendum læso, quod sibi tenetur. Et quemadmodum hoc potest, & deberet per seipsum iudicare, ita potest in hoc alterius iudicio se submittere. Et hoc est, quod in dicto cano. Nos, si incompetenter Papa se submittendo Imperatori, dicit dumtaxat, Quod si iniuste egimus, cuncta uolumus uestro emendare iudicio. Et secundum hoc videtur nulla esse differentia inter dicentes, quòd Papa potest se submittere alteri in criminalibus, & negantes hoc quoniam, ut patet ex dictis, est aliquo modo uerum, & aliquo

Non falsum. Et propterea vtrumque extremum in medio saluari potest. Patet etiam nullam esse contrarietatem inter doctrinam authoris hic, & in 4. Senten. sed vtramque esse verã quoad diuersa, vt declaratum est.

¶ Ad tertiũ dubiũ dr q necessitas est duplex, iustitiæ, & potentiæ; & vocat necessitas iustitiæ, qua non potest aliter fieri sine violatione iustitiæ; necessitas verò potẽtiæ, qua nõ põt aliter fieri ex defectu iurisdictionis. Si de necessitate iustitiæ est sermo, dr, q trãsit in necessitatẽ iustitiæ, ita q sententia illius iudicis iusta, hẽt uim coactiuã ad parẽdũ sic, q nõ parẽdo, iniustitię reus est Papa: & hæc vis sufficit iudicis superioritati, & authoritati. Si autẽ est sermo de necessitate potentiæ, sic dr, q ex cã rõnabili Papa posset reuocare hmõi iudices, & commissiones, sicut potuit cõcedere. Vñ hodie iura cõcessa Imperatori de Romana Ecclesia in dist. 63. canone, Adrianus, & ca. in synodo, cessant non ũ deberet Papa in proprijs causis iudices datos siue vigẽti cã reuocare, aut mutare pp scãdalum. Si tamen faceret, factũ teneret: sicut reuocando inique iudices aliarum causarum malè facit, factum tn valet. Et ex his patet solutio ad obiecta. Nam quia trãsit in necessitatem iustitiæ, saluatur superioritas, & vis coactiua in iudice: quia verò nõ trãsit in necessitatẽ potentiæ, ideo Papa remanet superior simpliciter, & potest ex causa rationabili, & vrgente reuocare, & mutare, atque aliter satisfacere læsis.

¶ In eadẽ rñsione pro quãto dr, q Christus spontè se subdidit Pilato, aduerte q non intelligitur, q Christus, secũdum quod homo, Rex regũ, cõmiserit Pilato potestatem supra se: qm Christus secundum q homo, non administrauit regnum mundi ante resurrectionẽ. Ideo dixit, Regnum meum non est de hoc mundo: sed quia Pilato p̃sidenti in Iudæa nomine Romani imperij Christus dominus se exhibuit, sicut unũ de subditis, nec Pilatus peccauit iudicando Christũ rõne usurpati iudicij, sicut iudicans nõ sibi subditum, quãuis peccauerit peccato iniqui iudicij dãnans innocẽtẽ, dicente ipsomet. Ego nullam causam inuenio in eo.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli, nota quòd author loquitur de exemptorum subiectione in communi, & secundum iura communia; secus enim est secundum iura priuilegiorum, quibus concessum est multis exemptis, quòd nec ratione rei, delicti, aut contractus, ubicunque res delictum, aut contractus fuerit &c.

[D. 352. *Refert. 6 q. 1. c. scriptum est.] [* Li. 10. c. vlt. to 5.] [Donelu. 20]

seniores nõ erãt subditi Danieli, quinimmo ipsi erant iudices populi. ergo aliquis potest licitè iudicare sibi non subditum.

¶ 2 Præt. Christus nõ erat alicuius hoĩs subdit⁹, quinimmo ipse erat rex regũ, & dominus dominantiũ: sed ipse exhibuit se iudicio hominis. ergo videtur q aliquis licitè possit iudicare aliquẽ, qui non est subditus eius. G

¶ 3 Præt. Secũdũ iura q̃libet sortitur forũ fm rõnem delicti: sed quñq; ille, q delinq̃t, nõ est subditus eius, ad quẽ ptinet forũ illius loci, puta, cũ alterius ẽ diœcesis, vel cũ est exemptus. ergo videtur q aliquis possit iudicare eũ, qui non est sibi subditus.

Sed contra est, qd Gre.* dicit super illud Deut. 23. Si intraueris segetẽ &c. Falcẽ iudicij mittere non põt in eam rẽ, q̃ alteri videtur esse commissa. H

Resp. Dicẽdũ, q sentẽtia iudicis est quasi q̃dã particularis lex in aliquo particulari facto. Et iõ sicut lex gñalis dẽt habere vim coactiuam, ut patet per Phil. * in 10. Eth. ita ẽt & sentẽtia iudicis dẽt habere uim coactiuã, p quã constringat vtraq; pars ad seruãdã sententiã iudicis, alioq̃n iudiciũ nõ esset efficax. Potestatẽ aũt coactiuã nõ hẽt licitè in rebus humanis, nisi ille, q fungit publica potestate: & q ea fungunt, superiores reputant respectu eorũ, ĩ quos sicut ĩ subditos, ptãtẽ accipiũt siuè hẽant ordinariã, siuè p cõmissionẽ. Et iõ manifestũ ẽ, q nullus pt iudicare aliquẽ, nisi aliquo mõ subdit⁹ ei⁹ vel p cõmissionẽ, vel p ptãtem ordinariã. K

Ad primum ergo dicendũ, q Daniel accepit potestatem ad iudicãdum illos seniores, quasi cõmissam ex instinctu diuino: quod signatur per hoc, q ibidẽ dicitur, Quòd suscitauit Dominus spiritum pueri iunioris.

¶2 Præt. Apost. dicit. 1. ad Cor. 10. Oia in gloriam Dei facite: sed ad religionem pertinet aliqua facere ad Dei reuerentiã, ut supra dictum * est. ergo religio non est specialis uirtus.

¶3 Præt. Charitas, qua diligitur Deus, non est uirtus distincta à charitate qua diligitur ꝓximus: sed sicut dr in 8. * Ethi. Honorari propinquũ est ei, quod est amari. ergo religio qua honorat Deus, non est virtus specialiter distincta ab obseruantia, vel dulia, uel pietate, qbus honorat ꝓximus. ergo nõ virtus spalis.

SED CONTRA est, q ponitur aliqua pars iustitiæ ab alijs eius partibus distincta.

RESPON. Dicendũ, q cũ uirtus ordinet ad bonũ ubi est specialis rõ boni, ibi oportet esse spalẽ uirtutẽ. Bonũ ãt ad qđ ordinat religio, est exhibere Deo debitũ honorẽ: honor ãt debet alicui rõne excellentiæ. Deo ãt cõpetit singularis excellẽtia, inquantũ omnia in infinitũ transcendit fm oĩmodum excessum. vnde ei debetur specialis honor. Sicut in rebus humanis, videmus, q diuersis excellẽtijs psonarum diuersus honor debet, alius quidem patri, alius regi, & sic de alijs. Vnde manifestum est, quod religio est specialis uirtus. ponitur pars iustitiæ, quæ est uirtus moralis.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q oẽ opus virtuti dr̃ esse sacrificium, inquantũ ordinat ad dei reuerentiam. Vnde ex hoc non hr̃, q religio sit generalis virt', sed q imperet omnibus alijs virtutibus, ut supra * dictũ est.

AD SECVNDVM dicendũ, q oĩa, fm quod in gloriã Dei fiũt, pertinent ad religionem nõ qua si ad elicientem, sed quasi ad imperantem. Illa autem pertinent ad religionem elicientem, quæ fm rationem suæ speciei pertinent ad reuerentiam Dei.

AD TERTIVM dicẽdũ, q obiectum amoris est bonum: obiectum autem honoris, uel reuerentiæ est aliquid excellens. Bonitas autem Dei communicat creaturæ, non autem excellentia bonitatis eius: & iõ charitas, qua diligitur Deus, non est uirtus distincta à charitate, qua diligitur ꝓximus. Religio autem, qua honoratur Deus, distinguitur à virtutibus, quibus honoratur proximus.

ARTICVLVS V.

Vtrum religio sit uirtus theologica.

AD QVINTVM sic proceditur. Vr, q religio sit uirt' theologica. Dicit.n. Aug. * in Enchiridio, q Deus colitur fide, spe, & charitate, quæ sunt uirtutes theologicæ: sed cultum Deo afferre pertinet ad religionem. ergo religio est uirtus theologica.

¶2 Præt. Virtus theologica dr̃, quæ habet Deum pro obiecto, religio autem habet Deũ pro obiecto, quia ad solũ Deũ ordinat, ut * dictum est. ergo religio est uirtus theologica.

¶3 Pr̃ę. Ois uirtus uel est theologica, uel intellectualis, uł moralis, ut ex supra * dictis patet. Manifestum est autem, q religio non est uirtus ĩtellectualis: quia eius perfectio non attẽditur fm considerationem ueri. Similiter etiã non est uirtus moralis, cuius propriũ est tenere medium inter superfluũ, & diminutum. Non.n. aliquis potest superflue Deum colere, fm illud Ecc. 43. Benedicente Dominum, exaltate illum quantum potestis. maior.n.est omni laude. ergo relinquit, q sit virtus theologica.

SED CONTRA est, quod ponitur pars iustitiæ, quæ est uirtus moralis.

RESPON. Dicendum, q sicut s. * dictum est, religio est, quæ Deo debitum cultũ affert. Duo ergo in religione considerant. Vnum quidẽ, quod religio Deo affert, s. cultus, & hoc se habet per modum materiæ, & obiecti ad religionem. Aliud autem est id, cui affertur, s. Deus, cui cultus exhibetur, non quasi actus, quibus Deus colitur, ipsũ Deum attingant, sicut cum credimus Deo, credendo Deum attingimus. Propter quod supra * dictum est, quòd Deus est fidei obiectum non solùm inquantũ credimus Deum, sed inquantũ credimus Deo. Affertur autem Deo debitus cultus, inquantum actus quidam, quibus Deus colitur, in Dei reuerentiam fiũt, puta, sacrificiorum oblationes, & alia huiusmodi. Vnde manifestum est, quòd Deus non cõparatur ad uirtutem religionis, sicut materia, uel obiectum, sed sicut finis. Et iõ religio nõ est uirtus theologica, cuius obiectũ est vltimus finis, sed est uirtus moralis, cuius esse est circa ea, quæ sunt ad finem.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q semper potentia, uel uirtus, quæ operatur circa finem, per imperium mouet potentiam, uel uirtutem operantem ea, quæ ordinantur in finem illum: uirtutes autem theologicæ, s. fides, spes, & charitas habent actũ circa Deum, sicut circa proprium obiectũ. Et ideò suo imperio causant actum religionis, quæ operat quædã in ordine ad Deũ. Et ideò * Aug. dicit, quòd De' colitur fide, spe, & charitate.

AD SECVNDVM Dicendum, q religio ordinat hominẽ in Deũ non sicut in obiectum, sed sicut in finem.

AD III. dicẽdũ, q religio nõ est uirtus theologica, neq; intellectualis, sed moralis, cũ sit pars iustitię, & mediũ in ipsa accipit nõ quẽ inter passiones, sed fm quãdã æqualitatẽ inter operationes, q sunt ad Deum. Dico autẽ æqualitatẽ nõ absolutẽ, q a deo nõ põt tm exhiberi, quantum ei debet: sed secundum quan-

SVPER Q. LXXXI. ART. III.

IN art. 3. eiusdẽ 81. q. dubiũ difficile est [illegible] articulus [illegible] cum art. 5. huius met q. In ar. nãque 5. expresse negat Deum esse obiectum religionis: et ppea religionẽ nõ esse uirtutem theologalem ut patet ibi. Hic ãt probat q religio est una uirtus, quia habet unum Deum fcdm unam rationem pro obiecto, ut patet in litera assumente pro maiore propositione Habitus distinguũt fcdm diuersam rationẽ obiecti: & subsumente. Ad religionem pertinet exhibere reuerentiam uni Deo fcdm unã rõnẽ inquantum.s. est primum principiũ creationis, & gubernationis rerũ. Si namq; discursus iste non equiuocus, sed efficax est manifeste dicit Deũ esse obiectũ religionis et ppea ex eius unitate fcdm talẽ rõnem, religionem esse unam uirtutem.

¶ Ad hoc dubium sumariẽ dr̃, q obiectũ uirtutis est duplex, cui, & quod obiectũ religionis cui, nõ, qd. Et ppea uterq; articulus uerum dicit, & intentum sortitur. Sed quoniam hæc obiter ta sunt, in 5. arti. declarabuntur.

¶ In responsione ad tertiũ eiusdem art. circa dubia plura occurrunt. s. de unico motu in imaginẽ, & id cuius imago: & de imaginibus Christi adorandis adoratione latrię. Sed quia de his erit specialis tractatus in proprio loco, in tertia s. parte, q. 25. ideo ibi tractanda relinquuntur.

SVPER Q. LXXXI. ART. IIII.

IN ar. 4. eiusdem q. in responsione ad fcdm, dubiũ occurrit, quo pacto ea, quę fcdm suam speciem spectant ad diuinam reuerẽtiã, ut oro ad oro &c. ipsi ad religionẽ eliciuntur. Et est ratio dubij, quia religio est in uoluntate: plures autem huiusmodi operationũ sunt ab extra sed [illegible] potentia [illegible] uoluntas. Oratio enim est act' intellectus &c.

¶ Ad hoc dr̃, q licet eius sit actus cui' est potẽtia, ut dr̃ I. de Sõno & uigilia & multi magis eiusdẽ sit habitus & actus, ac p hoc actus religionis sit uoluntatis, cuius est habitus ipsa religio, in assignatione tñ ppriorum actuũ respectu uirtutis nõ attenditur sic identitas potentiæ, quin magis attendat identitas habitus. Hoc est q uirtuti attribuuntur, ut proprij actus non solũ ii eiusdem sunt potentiæ, in qua est habitus uirtutis, sed etiam actus aliarum potentiarũ, dũmodò per aliam uirtutem illos eliciat ut patet in actibus iustitiæ, temperantiæ & oppositorum uitiorum. Iustitiæ.n. quidẽ proprijs actus est nõ solum uelle reddere cuiq; suum, sed exteriori actu reddere quod suum est: & similiter iniustitiæ actus est auferre alienum. Temperantiæ quoq; actus est non solum concupiscere moderate cibũ, sed etiam exterior sumptio moderata. Et similiter intemperantiæ est exterior luxuria &c. Ratio autem quare actus inf. [illegible] ex potentiæ attribuantur superiori potentiæ imperanti, tantum habituum uero [illegible] ut superiori potentia existenti eliciuntur, est qa potentia imperans principalis est quo ad substantiam actus habitus aptum importat principium actus, quo ad qualitatem eiusdem. Substantia autem actus, nisi principium imperfectum sit, [illegible] fit ab uno sui ppprio ac proximo principio dicitur est. Qualitas uerò eiusdẽ ab extraneo et principio, tanq a proximo eliciente esse põt, quia accidẽs eius est adueniens, multiplex, & variabile. Act' igit multi exteriores, vt sacrificia, cæremoniæ, & interiores aliarũ potentiarũ, ut oratio, sunt proprij immediate, & eliciuntur act' religionis, quia sunt imperatiuè ab actu uoluntatis, in qua est subiectiuè religio. Et similiter est respectu aliarũ uirtutũ & uitiorũ, ut patet ex ṡ dictis.

¶ In ratione ad tertiũ eiusdẽ articuli, aduertendum q author tacitè asserit excellentiam diuinæ bonitatis esse obiectum religionis, ac per hoc Deum esse obiectum religionis.

SVPER Q. LXXXI. ART. V.

IN ar. 5. eiusdẽ 81. q. dubiũ in 3. art. inchoatũ occurrit de obiecto religionis. Ap[er]tè namq; author docet hoc in loco Deũ nõ esse obiectũ religionis. Et hoc idẽ quod ad hoiem, ut patet ex antedictis & simpliciter [illegible] falsum est, q a cult' religionis nõ attingit Deus. Orando namq; & petendo Deũ ipsum honorificari, & Deũ ipsũ nobis cõstare à Deo Deũ petimus, & colimus Deo afferendo. Deũ orationis actu attingimus, sicut credendo Deũ, & Deo, fidei actu attingimus Deum.

¶ Ad hoc dr̃, q sicut vniuerso naturæ rerum sic sunt connexa, & ordinata, ut inferior in sui supremo attingat naturæ superioris conditionem, in cuius signũ natura elementaris in sui supremo mouet motu cœlesti, & aĩa in sui supremo intelligit absq; discursu, ita in virtutibus moralibus suprema earum, quæ est religio participat naturam theologalis virtutis. Propter quod religio quia moralis est, actibus suis non attingit Deum, ut obiectũ, seu materiã, circa quam operat, sed circa humanã merita humana opera, religio exteriores, quia afferre Deo orando, adorando, sacrificando, offerendo. Quia uero theologales principali [illegible] pro obiecto non simpliciter, sed cui debitũ cultũ affert. Et qđ q religio habeat Deum pro obiecto cui debitũ affert cultum, id, cuidẽter patet. Qñ [illegible] tali obiecto sumat unitas, uel diuersitas habitus, patet ex hoc, q alia est virtus, quæ cultum Deo, alia, quæ cultum patri, alia quæ cultũ maioribus exhibemus, ꝓpterea quia alia rõne Deus, alia pater, alia aliis honorandi sunt, ut satis distinctio inter pietatẽ, obseruantiã, & religionem. Et p hoc in articulo tertio ex unitate rõnis formalis Dei assignata est unitas religionis. Et in articu. quarto ex incommunicabilitate illius rõnis, distinctio religionis à virtute, quæ honorat creatura, deducta est in ostensione ad ultimũ sed q Deum non attingit actibus, quibus colitur, non ita liquet. Sed si proprios religionis actus formaliter, & nudos inspexerimus, manifestũ erit quod quærimus. Actus namq; interiores, quibus solis possumus Deũ attingere ut sunt actiũ voluntatis, & intellectus, sũt materiales actus ad Deũ terminari nequeũt, qua ten' religionis sunt, debitum Deo cultũ reddunt, hoc est, offerunt Deo, uel mente ipsã, ut deuotio, oratio, vel exteriora. Ac per hoc colẽdo Deũ, non Deum secundũ rem attingimus actibus illis, quibus illum colere dicimur, sed attingimus [illegible] autem [illegible] grammaticaliter colere Deum, attingere Deum significat pro quanto hoc colere, significat terminari ad Deum. Secundum tamen veritatem rei, actus colendi [illegible], aut nostra attingit, offerenda illa Deo. Non sic autem in fide, & in spe. Sed credendo Deo, quid est habere Deum pro obiecto, attingimus per actum credendi ipsum Deum. Sed ob-

scu-

Margin notes: Porrecta per totum 427. In I. ar. 4. ad 1. & 2. — * Ar. 1. huius quæst. — * q. 50. ar. 2. ad 2. & q. 47. ar. 5. & q. 23. ar. 4. & 5. — * In locis citatis argum. 1. — Concl. — H — I — K — D. 718. — Porrecta per totum 428. — * Li. 10. c. 6. in principio. to. 5. — * Art. 2. & ar. 1. ad 3. — * Li. 8. c. 8. tom. 5. — Concl. — Concl. — * Ar. 1. huius q. ad 1. — Porrecta per totum 429. Euch. c. 3. tom. 3. — * Art. 4. — * 1. 2. q. 56. 57. ar. 4. & q. 58. per totum. — A — B — C — D — E — * Art. 1. & 3. huius quæst. — * q. 2. art. 2. — Concl. — * loco citato in ar. [illegible]

Universidad de Deusto Biblioteca

dam considerationem humanę facultatis, & diuinæ acceptationis. Superfluum autem in his, q ad diuinum cultum pertinent, esse potest non secundùm circunstantiam quāti, sed sēm alias circunstantias, puta, quia cultus diuinus exhibetur, cui non debet exhiberi, vel quando non G debet, vel secundum alias circūstantias, prout non debet.

ARTICVLVS VI.

Vtrum religio sit præferenda alijs uirtutibus moralibus.

Porrecta per totum. 430 Infr. q. 88 ar. 6. cor. & q. 183. ar. 2. cor. Et 3. cō. c. 183. co. 1. fi. Et quo li. 6. arti. 13. cor. * Li. 2. c. 6. tom. 5.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quòd religio non sit præferenda alijs uirtutibus moralibus. Perfectio.n. virtutis moralis consistit in hoc, quòd H attingit h medium, vt patet in 2. Eth. sed religio deficit in attingendo medium iustitiæ, quia non reddit Deo omnino æquale. ergo religio non est potior alijs uirtutibus moralibus.

¶ 2 Præt. In his, quæ hominibus h exhibentur, tantò uī aliquid esse laudabilius, quātò magis indigenti exhibetur. unde dr Isai. 57. Frange esurienti panē tuū: sed Deus non indiget aliquo, q I ei à nobis exhibeatur, sēm illud Psa. 15. Dixi domino, Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges. ergo religio videtur minus laudabilis alijs virtutibus, per quas hominibus subuenitur.

¶ 3 Præterea. Quantò aliquid fit ex maiori necessitate, tantò minus est h laudabile, secundū illud 1. ad Corinth. 9. Si euangelizauero, nō est mihi gloria, K necessitas enim mihi incumbit: vbi autem est maius debitum, ibi est maior necessitas. cum ergo Deo maximè sit debitum, quod ei ab homine exhibetur, videtur, quòd religio sit minus laudabilis inter uirtutes humanas.

SED CONTRA est, quòd Exo. 20. ponuntur primò præcepta ad religionem pertinentia tanquàm præcipua. Ordo autē præceptorum proportionatur ordini uirtutum, quia præcepta legis dantur de actibus uirtutum. ergo religio est præcipua inter uirtutes morales.

RESPON. dicendum, quòd ea, quæ sunt ad finem, sortiuntur bonitatem ex ordine in finem: & ideo m quantò sunt fini propinquiora, tantò sunt meliora. n Virtutes autem morales, ut suprà habitum * est, sunt circa ea, quæ ordinantur in Deum, sicut in finem. Religio autem magis de propinquo accedit ad Deum, quàm aliæ uirtutes morales, inquantum operatur ea, quæ directè, & immediatè ordinantur in honorem diuinum: & ideo p religio præeminet inter alias uirtutes morales.

Concl. m — * Art. 5. ... in cor. Et ad 1. arg. Et supra q. 4. ar. 7. — Conclu. p

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd laus uirtutis, in uoluntate consistit, non autem in potestate deficere. Et ideò ab æqualitate, quæ est medium iustitiæ, propter defectum potestatis, non diminuit laudem uirtutis, si non fuerit defectus ex parte uoluntatis.

AD SECVNDVM Dicendum, q in his, quæ exhibentur alteri propter eorum utilitatem, est exhibitio laudabiliter, quæ fit magis indigenti: quia est utilior. Deo autem non exhibetur aliquid propter eius vtilitatem, sed propter eius gloriam, nostram autem utilitatem.

AD TERTIVM dicendum, q vbi est necessitas, tollitur gloria supererogationis: non autem excluditur meritum uirtutis, si adsit uoluntas. Et propter hoc ratio non sequitur.

[?]teatem in hac re facit, quia considerantur actus religionis non formaliter, quatenus religionis solius sunt, sed quasi vestiti ab aliqua alia uirtute. Sicut cum oratio petit Deum pp Deū, & hmōi, imperata à charitate hoc facit. Cum innititur diuino auxilio, imperata à spe hoc habet. Cum contemplationi diuinę insistit, à fide, & donis intellectus, & sapientiæ mouetur, & sic de similibus dicendū est. In hoc ergo oportet resoluere, q actus religionis, pro quāto religionis puræ sunt, nos, nostraque attingunt vt materiam, q Deo offeruntur, ita q, sicut cum genu flectimus, ipso actu membra nostra offerimus eorū officio, ita actibus intellectus, & voluntatis ipsas vires offerimus earundē officio. Et quia uoluntas cætera mouet, per ipsam etiam reliqua offerimus. Pro quanto verò quandoq; actus religionis ad Deū attingūt, ex alieno hoc sortiuntur. Et per hęc patet, q nec ueritati, nec sibi aduersatur author hoc in loco, sed omnia consonant, ut amplius in hoc tractatu liquida erit eius intentio ex ipsius doctrina.

¶ In responsione ad primū intellige Nouitie, q author glosat Augustinum, q Deus fide, spe, & charitate colitur causaliter, quia .s. causant religionē, qua colitur &c quod de religione infusa nullam vr habere distinctionem. De acquisita autem uerificatur, quo ad reuelata cęrimonialia, & huiusmodi ad religionem spectantia.

SVP. Q. LXXXI. ART. VI.
Ferr. 3. cont. c. 183.

IN ar. 6. eiusdē quæstionis 81. dubium occurrit ad hominē, & simpliciter. Nā superius in q. 58. ar. vlt. author posuit iustitiam primam inter virtutes morales: hic autem ponit religionem præcipuā inter easdem. Simpliciter autem, quia iustitia ordinatur ad proximum, religio autem ad Deum: ac per hoc religio præferēda est iustitiæ, etiam legali, quæ ad bonum [?] humanū ordinatur.

¶ Ad hoc dr, q comparatio præsens, ad literam non fit, nisi inter partem, & partem, & non inter totum & partem. Iustitia aūt legalis, & religio se habent ut totum & pars. Nam ad iustitiam legalem spectat ordinare ea, quæ religionis, sicut ea quæ tempera[ntiæ], & quæ fortis. Vnde & leges [?] de his, quæ ad F religionem spectāt. Non.n. perfecta esset iustitia legalis, nisi reddendo Deo debitum, ordinaret non minus, quā proximo. Propter quod non est à iustitiæ legalis fine alienus Deus, ut finis est cultus sibi per religionem exhibendi, cum potius sicut ad eam spectant fines cæterarum uirtutum moralium particularium, ita ad eādē spectant finis religionis. Nec obstat, quòd finem illum non ordinat ad commune bonum, sicut nec religio, licet sit particularis uirt*, illum finem ad commune bonum ordinat, quia hoc repugnat [?] sed sufficit q bonitatem tam hominis, quam operis religiosi, in hac ipso, quod Deo debitū reddat cultum ad cōmune bonum ordinat iustitia imperatiuè, religio participatiuè.

¶ Vnde ad primam obiectionem dicitur, quòd licet religio sit inferior iustitia legali, utpote, pars ipsius, & imperata ab illa, est tamen præcipua pars iustitiæ, & præeminet iustitiæ particulari, tam commutatiuæ, quàm distributiuæ, nec oppositum author alibi sensit.

¶ Ad secundam uerò obiectionem negatur q iustitia restringatur ad proximum. Licèt enim sit ad alterum, sub ly tamen alterum, etiam Deus ipse comprehēditur: quoniam nonnulla iustum est reddere Deo, quod sibi debetur, quamuis nō possit reddi oīno æquale. vnde & pars iustitiæ ponitur religio.

¶ Potest tamen aliter dici, quòd licet finis proximus adæquatus iustitiæ legalis, sit commune bonum humanum, finis tamen eiusdem particularis est etiam Deus: ac per hoc nō est postponēda religioni.

¶ In rñsione ad primum eiusdē articuli, nota, q ad virtutem moralē ea, q sunt [?] us se hnt materialiter vt patet de diuitijs in magnificētia: ea uerò q sunt uoluntatis, se hnt formaliter. Et ro est, qa uirt* est habit* electiu*, ut dr i 2. Eth. Et ppea defectus in posse nō minuit decorē, & excellētiā uirtutis, si adsit pfectio in uelle. Et iō in lia dr, q nihil religionis laudi admit, ex hoc, q non pōt attingere æquale simpliciter: q religio perficit uoluntatem ad reddendum debitū possibile, ac per hoc æquale, si esset possibile. Attendendum est.n. ad formale rerum, & secundùm illud magnificandæ sunt.

¶ Super

ARTICVLVS VII.

Vtrum religio habeat aliquem exteriorem actum.

AD SEPTIMVM sic procedit. Vr q religio nō habeat aliquem exteriorem actum, Dr.n. Io. 4. Deus spiritus est, & eos q adorant eum, in h spiritu & veritate adorare oportet: sed exteriores actus nō pertinēt ad spiritum, sed magis ad corpus. ergo religio ad quam pertinet adoratio, non habet actus exte B riores, sed interiores.

¶ 2 Præ. Religionis finis est Deo reuerentiā, & honorē exhibere sed ad irreuerentiā alicuius excellentis ptinere si ea sibi h exhibeātur, quę propriè ad inferiores pertinēt. Cum ergo ea, quę exhibet hō corporalibus actibus propriè videant ad indigētias hoium ordinari uel ad reuerentiam inferiorum creaturarū iō vr q nō congruè possint as- C sumi in diuinam reuerentiam.

¶ 3 Præt. * Aug. in 6. de ciuit. Dei cōmendat Senecā de hoc, q vituperat quosdā, q idolis h ea exhibebant, q solent hoibus exhiberi, qa s. immortalibus nō conueniunt ea, q sunt mortaliū: sed hæc multò minus conueniunt Deo vero, q est excelsus super oēs Deos. ergo vr reprehēsibile esse, q aliquis corporalibus actibus Deum colat. Non ergo D habet religio corporales actus.

SED CONTRA est, quod in Psa. 83. dr. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deū uiuū: sed sicut interiores actus ptinēt ad cor, ita exteriores actus pertinēt ad mēbra carnis. ergo vr q Deus sit colēdus ñ solū interioribus actibus, sed ēt exteriorib*.

RESP. Dicendū, q Deo reuerentiā, & honorem exhibemus E nō pp seipsum, quia seipso est gloria plenus, cui nihil à creatura adijci pōt, sed pp nos quia videlicet per hoc q Deum reueremur, & honoramus, mens nostra ei subijcitur, & m in hoc eius pfectio cōsistit. n Quælibet .n. res pficit per hoc, q subdit suo supiori, sicut corpus p hoc q uiuificeē ab aīa & aer p hoc, q illuminat à Sole. Mens āt humana indiget ad hoc, q coniungaē Deo sensibiliū manuductio A ne: quia inuisibilia Dei per ea, q facta sunt, itellecta cōspiciunt, ut Apo. dicit ad Ro. 1. Et iō in diuino cultu necesse est aliquibus corporalibus vt eis quasi signis quibusdā, mens hoīes excitetur ad spirituales actus, qbus Deo coniungit. Et iō religio hēt quidem interiores actus quasi principales, & p se ad religionē pertinentes: exteriores uerò actus quasi secundarios, & ad interiores actus ordinatos.

* Li. 6. ca. 10. tom. 5 — Concl. m — Concl. p — * Li. 10. c. 5. inter princi. & medium tom. 5.

AD PRIMVM ergo dicendū, q Dominus loquitur quantum ad id, qđ est principale, & per se intentum in cultu diuino.

AD II. dicendum, q hmōi exteriora ñ exhibenē Deo quasi his indigeat, sm illud Psal. 49. Nūquid māducabo carnes taurorū, aut sanguinē hircorū potabo? sed exhibentur Deo tāq signa interiorum, & spiritualiū operum, quæ per se Deus acceptat. Vnde Aug. dicit in 10. de ciuit. Dei Sacrificium uisibile, inuisibilis sacrificij sacramentum idest, sacrum signum est.

AD III. dicendū, q idolatrę deridentur ex hoc, q ea quę ad hoies pertinent, idolis exhibebant non tamq signa excitantia eos ad aliqua spiritualia sed tamq per se eis accepta & præcipue quia erāt uana, & turpia.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum religio sit idem sanctitati.

Porrecta per totum. 432 — * Ar. 4. huius quęst.

AD OCTAVVM sic procedit. Videtur, q religio non sit idem sanctitati. Religio enim est quædam specialis uirtus, ut * habitum est. Sanctitas autem dicitur esse generalis uirtus. Est enim faciens fideles, & seruantes ea quæ ad Deum sunt iusta, vt Andronicus, dicit. ergo sanctitas non est idem religioni.

¶ 2 Præt. Sanctitas h munditiam importare videtur. Dicit enim. Dion. 12. cap. de diuin. no. q sanctitas est ab omni immunditia libera, & perfecta, & omnino immaculata munditia autē maximè videtur pertinere ad tēperantiam, quæ turpitudines corporales excludit. cum ergo religio ad iustitiam pertineat, videtur quòd sanctitas sit idem religioni.

¶ 3 Prēt. Ea quę diuidunē ex op-

SVPER Q. LXXXI. ART. VII.
Ferr. 3 cont. c. 119.

Porrecta per totum. 431 Infr. q. 84. ar. 2. & q. 85. art. 2. cor. Et 3. cont. cap. 119.

IN art. 7. eiusdē 81. q. nota duo. Primo q cum dr, Deo honorem exhiberi non propter seipsum ly, pp, non denotat cām finalem sed terminū utilitatis. Constat nāque q colimus Deū pp seipsum, ut finem alioquin peruersus ordo esset uti fruendo: sed nō pp ipsius Dei, sed nostri utilitatem, ita q nec augmētū gloriæ, nec quod cumq; aliud, Deo ex nostro cultu accrescere pōt, de quo scriptū est honorum nostrorū non indiges. Recolendum est.n. q sicut quæcumq; perfectio creata adiuncta diuinæ non facit perfectius, ita nec quęcumque gloria creata adiuncta gloriæ diuinæ facit gloriosius. Nec obstat q gloria [?] nere suo sit bonum extrinsecum, utpote consistens in cognosci, æstimari ac laudari. Nā sicut cognitione, æstimatione, laudatione actiua ipsius Dei nulla addita cognitio, æstimatio, aut laudatio, facit maiorem [?], quā habet apud seipsum Deus in propria notitia, & laude, quæcumq; addita sit ei maiorem. In nobis ergo glorificatur Deus cultu nostro in uniuerso extra Deū, non in seipso. Sed in hoc ipso, quod est extendi gloriam eius ad ipsum ordinandum est ut finem, pp quem debet fieri, & est quod uniuersi homines ordinantur, quia est Deus. Secundò, q actibus exterioribus utitur religio, ut signis excitantibus interiores in se uel in alijs. Et propterea talis debet esse modus in oībus, ut si priuata secretaq; sunt, ad solum interiorum propriorum excitationē conseruationem, uel augmentationē menti ferentur. Si autem cōia, aut publica, ad cōem, & publicam deuotionem spectandom est. Vñ & in responsione ad tertium Gentiles reprehendūtur: quia cibos, potusque, & hmōi ad nos spectātia, Deo offerebant, quasi ei per se grata.

SVPER Q. LXXXI. ART. VIII.

IN art. 8. eiusdem q. nota identitatē simul, & aliam religionis, & sanctitatis in hoc consistere, q illam itas est realis, & rationis formalis essentialis. Vtraque.n. reddit Deo debitum cultum. Sed differentia secundum rationem est in hoc, q religio directè respicit ea, quę spectaliter ad diuinum cultum pertinent, ut sunt cæremoniæ, sacrificia, oblationes, & hmōi. Sanctitas autem directè respicit mentem, & mediante mente respicit & alia uirtutū opera, & ēt religionis opera, ita q tam religionis, q aliarum uirtutum opera respicit sanctitas mediante mente: quia utitur illis ut per illa mētem applicet Deo, & consequenter humanos actus à mente procedentes. Et idiam manifestat author in litera biū perspecta, dū primo concludit, q sanctitas est, p quam mēs hois seipsum, & suos actus applicat Deo. Et postmodum dicit, q sanctitas religionis aliarūq; virtutum opera refert in Deū sedm q hō se disponit. Et specialiter quæ ad religionis opera hoc declarans subdit, Per bona qdā opera ad cultū diuinū pertinentia. Fuit & specialis iō de religionis potius q aliarum virtutum moralium operibus moralium operibus declarandi, & disponunt hoīem qa sunt ad alterum. Opera.n. mansuetudinis, temperantiæ & hmōi, manifestè disponūt hominem in se ex autem differentia patet, q multi sunt religiosi, qui nō sunt sancti. Omnes autem sancti sunt religiosi. Qui.n. cæremonijs, sacrificijs, & hmōi uacant, religiosi uocari pñt, sancti āt nequaquā, nisi semetipsos interiùs secus p hæc Deo applicent.

¶ In rñsiōe ad primū eiusdem articuli, dubiū occurrit, quo pacto sitas, vt l lia dicitur.

posito, nõ sunt idẽ: sed in quadã enumeratione partium iustitiæ sanctitas cõdiuidit religiõi, vt supra habitũ* est. ergo sanctitas non est idem quod religio.

SED CONTRA est, quod dr̃ Luc. 1. Seruiamus illi in sanctitate, & iustitia: sed seruire Deo ptinet ad religionem, ut supra habitum * est. ergo religio est idem sanctitati.

RESPON. dicendum, q nomẽ sanctitatis duo vr̃ importare. Vno quidem mõ mũditiam, & huic significationi cõpetit nomen græcum. dr̃. n. agios. i. sine terra. Alio mõ importat firmitatẽ, vñ apud antiquos sancta dicebant, q̃ legibus erant munita vt violari nõ deberẽt. Vñ & dr̃ aliquid esse sancitũ, quia est lege firmatum. Põt ẽt ẽm Latinos hoc nomen, sanctus, ad mũditiã ptinere, vt intelligatur sanctus quasi sanguine tinctus, eo q antiquitus illi, qui purificari volebant, sanguine hostiæ tingebãtur, vt* Isid. dicit in li. Ethym. Et vtraq; significatio cõpetit, ut sanctitas attribuatur his, q̃ diuino cultui applicãt: ita q nõ solũ hoĩes sed ẽt templũ, & uasa & alia hmõi sanctificari dicanẽ ex hoc, q cultui diuino applicãtur. Mũditia. n. necessaria est ad hoc, q mẽs Deo applicet, quia mẽs humana inquinaẽ ex hoc, q inferioribus rebus cõiungit sicut q̃libet res ex immistione peioris sordescit, vt argẽtũ ex immistiõe plũbi. Oportet ãt q mẽs ab inferiorib. rebus abstrahaẽ ad hoc, q supremæ rei possit cõiungi: & iõ mẽs sine mũditia Deo applicari nõ põt. Vñ ad Hebr. 12. dr̃. Pacẽ sequimini cũ oĩbus, & sanctimoniã, sine qua nemo uidebit Deũ. Firmitas ẽt exigit ad hoc, q mẽs Deo applicet. Applicaẽ. n. ei sicut vltimo fini, & primo pricipio; hmõi ãt oportet maximẽ immobilia esse. Vñ dicebat Apost. Ro. 8. Certus sum, q neq; mors, neq; vita separabit me ã charitate Dei.* Sic ergo sanctitas dr̃ p quã mẽs hoĩs seipsã, & suos actus applicat Deo: vñ nõ differt ã religione ẽm essentiã, sed solũ rõe. Nã religio dr̃ ẽm qd̃ exhibet Deo debitũ famulatũ ĩ his, q̃ ptinẽt spãliter ad cultũ diuinũ, sicut in sacrificijs, oblationibus, & alijs hmõi. Sanctitas aũt dr̃ ẽm q hõ non solum hoc, sed aliarum virtutum opera refert in Deũ, secundum quod homo se disponit per bona quædam opera ad cultum diuinum pertinentia.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q sanctitas est quædam specialis virtus ẽm essentiam, & ẽm hoc est quodãmodo eadẽ religioni. Het ãt quandã generalitatem ẽm q oẽs uirtutum actus per imperium ordinat in bonũ diuinum; sicut & iustitia legalis dicitur generalis virtus, inquantum ordinat omnium virtutum actus in bonum commune.

AD II. dicendum, q temperantia munditiam quidem operatur nõ tñ ita, q habeat rõnẽ sanctitatis, nisi referat in Deũ. Vnde de ipsa virginitate dicit Aug.* in lib. de Virginitate, q non quia virginitas est sed quia Deo dicata est, honoratur.

AD III. dicendũ, q sanctitas distincta est ã religione pp differentiam prædictam, nõ quia differunt re sed rõne, vt* dictum est.

QVAESTIO LXXXII.

De deuotione, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE cõsiderandũ est de actib. religionis. ¶Et primò, De actibus interioribus, qui ẽm pdicta sunt principaliores. ¶Secundò, De actibus exterioribus, qui sunt secundarij. Interiores ãt actus religionis videntur esse deuotio, & oratio. ¶Primò ergo de deuotione agendum est, ¶Secundò, de oratione.

CIRCA primum quæruntur quatuor.

¶Primò, Vtrum deuotio sit specialis actus.
¶Secũdò, Vtrũ sit actus religiõis.
¶Tertiò, De causa deuotionis.
¶Quartò, de eius effectu.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum deuotio sit specialis actus.

AD PRIMVM sic pcedit. Vr̃, q deuotio non sit specialis actus. Illud. n. quod ptinet ad modũ aliorũ actuũ nõ vr̃ esse spãlis actus: sed deuotio vr̃ ptinere ad modũ aliorũ actuũ. dr̃. n. 2. Para. 19. Obtulit vniuersa multitudo hostias, & laudes & holocausta mẽte deuota. ergo deuotio ñ ẽ spãlis act*.

Porrecta per totum. 433 Infr. ar. 2. cor. Et q. 83. art. 3. ad 1.

tio. Temperatæ actibus aliarum virtutem, cum dictũ sit, q iustitia legalis imperat religioni. Oportet. n. imperantẽ virtutem superiorem esse imperata.
¶Ad hoc dr̃, q manifestum est bonũ religionis ex parte subiecti esse partẽ boni cõis, & ordinabile ad bonum cõe, & ppea iustitiam legalem imperare religioni. Manifestum rursus est, iustitiã legalem mundificare mentem, ac per hoc imperari posse ã sanctitate ad mẽtis sanctificationem sicut temperantiam & aliarum virtutum actus. Manifestum quoq; amplius est, q quilibet uirtutis actus pro quãto liber est põt sub voto cadere, ac per hoc materia sanctitatis, aut religionis esse cuius votum est actus, infra patet: ac per hoc imperari ã sanctitate. Ex quibus sequitur, q ex hoc solũ, q vna virtus põt imperare actui alterius, non efficaciter arguitur virtutem illam esse simpliciter priorem: alioqui religio esset prior fide, cũ contingat vouere actum fidei. Cõtingit namq; hoc ex reflexione actuũ aiæ supra seipsos: & religio, seu sanctitas hoc sortitur ex suo proprio fine, qui est Deus, ad quem oĩa multis põt referri modis. Cõcedendum est igiẽ q sanctitas imperat iustitiæ legali, & ecõtra, quãmuis diuersimodè; quia iustitia legalis imperat in ordine ad cõe bonũ, sanctitas ãt in ordine ad Deũ vt sanctificatis... nem. Et quis istorum quid hæ virtutes se habeant vt excedentes & excessæ, simpliciter tñ iustitia legalis potior, & prior videẽ, tum quia totum perfertur parti tum quia ex obiecto nobilitantur, & ordinant simpliciter virtutes. Obiectum ãt iustitiæ legalis est cõe bonum, sub quo cõprehenditur ẽt illud particulare bonum quod est religionis obiectum. Propter quod non est proprie quius Deo ultimo fini religionis materia seu obiectum, quam iustitiæ legalis obiectum, nisi sicut proprium cõi; aut pars totius toto: qd pertinet ad abusiuã comparationem. Et propterea dictum est, q author non comparauit religionem iustitiæ legali cum prætulit eam cæteris moralibus. quia nobilitas partis non concluditur cõtra nobilitatẽ totius; sed alterius partis. Et iõ authoris de approximatione maiori ad finem nõ habet locum respectu obiecti iustitiæ legalis eadem ratione.

*q. 80. ar. 4.
*Ar. 1. ad 3. & ar. 4. ad 2.
Sanctitas.
*Lib. 10. Etymo. c. 18. incipit Sapiẽs circa princip.
Concl. m
Concl. p
Conclu. s

SVPER Q. LXXXII. ART. I.

IN ar. 1. q. 82. circa propriam significationem deuotionis aduerte, q cũ deuotio manifestẽ ã deuouendo dicatur, & deuouere, quod ã voueo componitur, sponte promittere Deo significet: q principium, quod maximẽ in huiusmodi promissionibus pensatur, est uoluntas non quomodolibet, sed sic affecta, ut prompta sit. Hinc & in lingua latina, deuoti alicui suo personæ dicuntur, qui voluntate sic affecta ei sunt dediti vt promptissime pro eo: & propriẽ Deum & eos, qui quasi locum Dei tenent, principes, & patriam, nostri principia, respicere videtur. Vnde in Ecclesiæ usu deuotio appropriata est his, qui sic deo affecti sunt, vt promptos seipsos ad Deũ, & ea quæ Dei sunt, habeant. Et propterea deuotio ad significandum huiusmodi voluntatis actum, quo homo promptũ se exhibet diuino cultui, dedicata est, & sumitur in proposito.

*Cap. 8. circa principium. to. 6.
*In corp. art.

¶In eodem articulo dubium occurrit pro conclusione, & ratione, pro quanto dr̃, q deuotio est specialis actus uoluntatis, & q prompta uoluntas &c. Nam cum omne nomen actum significet, ut dr̃ 4. Meth. aut deuotio significat ipsum actũ uoluntatis, aut qualitatem eius, puta, promptitudinem. Si significat actũ, ... nullus actus uoluntatis, nisi forte naturalis, quem constat non esse deuotionẽ, sit promptus, sed sit ex habitu infuso, vel acquisito, vel inclinatione aliqua particulari promptus, sequiẽ, q deuotio non significat promptam uoluntatem. Si vero significat promptitudinẽ, cũ promptitudo non sit actus, sed qualitas, seu modus actus, sequiẽ q deuotio nõ sit spãlis actus uoluntatis.
¶Ad hoc dr̃, q sicut similitas significat curuitatẽ non absolutẽ, sed in certa materia, s. naso: ita deuotio formaliter significat promptitudinẽ nõ absolutẽ, nec in quocũque actu cuiuscunq; potentiæ, sed in actu voluntatis non quocumq;, sed illo, quo voluntas se suaq; oĩa opera in diuino cultu offert Deo. Et sic vtrumq; uerum est, & neutrum alteri aduersat: diuersimodẽ intellectũ q. s. & qualitatem, & actũ importat, dũ significat qualitatẽ in tali actu spãli sicut similitas curuitatẽ in tali spãli materia. Rõ autem q̃ me mouet ad hoc, est, q deuotio, ut in sequenti patet ar. est actus religionis. Constat aũt, q sicut religio est qualitas potentiæ, ita act* proprius religionis ẽ qualitas actus potentiæ. Sic. n. in alijs virtutibus uidemus, ut patet de scire in intellectu speculatiuo, & prouidere in intellectu practico, iustificatione in uoluntate, & alijs hmõi propriis actibus uirtutumq; nomina non sunt imposita ppria, sed circumloquimur eos cum nomine, uel aduerbio bonitatis, ut rectitudinis, ut bona consiliatio, rectẽ præcipere, moderatẽ appetere &c. Est enim videre actus proprios virtutum qualificari, seu modum substantiæ, actus potentiæ significare. Et propterea sic est in proposito dicendum de deuotione.

*1. 2. q. 6. 7. art. 3.
*Lib. 10. Decad. 1. inter principio. & med.
Conclu. m
*1. 2. q. 8. art. 2.

¶2 Præt. Nullus spãlis act* inuenit ĩ diuersis generib. actuũ: sed deuotio inuenit in diuersis gñibus actuũ. s. in actibus corporalibus, & ẽt spũalibus. dr̃. n. aliquis & deuotẽ meditari, & deuotẽ genu flectere. ergo deuotio non est specialis actus.

¶3 Præt. Omnis actus specialis aut est appetitiuæ, aut cognoscitiuæ uirtutis: sed deuotio neutri earum appropriatur, ut patet discurrenti per singulas spẽs actuum utriusq; partis, q̃ s̃' enumeratæ sunt. ergo deuotio non est specialis actus.

SED CONTRA est, q actibus meremur, ut supra * habitum est: sed deuotio habet specialẽ rationem merendi. ergo deuotio est actus specialis.

RESPON. Dicendũ, q deuotio dr̃ ã deuouendo: unde deuoti dicuntur, qui seipsos quodammodo Deo deuouent, vt ei se totaliter subdant. Propter quod & olim apud Gentiles deuoti dicebantur, qui seipsos idolis deuouebant in mortem pro sui salute exercitus, sicut de duobus * Decijs Titius Liuius narrat. Vnde deuotio nihil aliud esse vr̃, q̃ voluntas quædam promptẽ tradendi se ad ea, quæ pertinẽt ad Dei famulatum. Vnde Exod. 35. dr̃, q multitudo filiorum Israel obtulit mente promptissima, atque deuota primitias dño. Manifestum est autẽ, q uoluntas promptẽ faciendi quod ad Dei seruitium pertinet, est quidã specialis actus: undẽ deuotio est specialis actus uoluntatis.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q mouens imponit modũ motui mobilis. Voluntas aũt mouet alias uires aiæ ad suos act*, & uoluntas ẽm q est finis, mouet seipsam ad ea, q̃ sunt ad finem, ut suprã * habitum est. Et ideò cum deuotio sit actus uoluntatis hois offerentis seipsũ Deo ad ei seruiendum, qui est vltimus finis, consequẽs est, q deuotio imponat modum humanis actib. siuẽ sint ipsius uolũtatis circa ea, quæ sunt ad finem: siuẽ ẽt sint aliarum potentiarũ, quæ ã uoluntate mouentur.

AD SECVNDVM dicendũ, q deuotio inuenitur in diuersis generibus actuum non sicut spẽs illorum generum, sed sicut motio mouentis inuenitur uirtute in motibus mobilium.

AD TERTIVM dicendum, q deuotio est act* appetitiuæ partis animæ, & est quidam mot* uoluntatis, ut dictum * est.

ARTICVLVS II.

Vtrum deuotio sit actus religionis.

AD SECVNDVM sic procedit. Vr̃, q deuotio non sit act* religionis. Deuotio. n. ut dictũ* est, ad hoc pertinet, q aliquis se Deo tradat: sed hoc maximẽ fit per charitatem, quia, ut Dionys. dicit 4. c. * de diu. nom. Diuinus amor extasim facit, non sinẽs amãtes suiipsorũ esse, sed eorũ, q̃ amãt. ergo deuotio magis est act* charitatis, q̃ religionis.

¶2 Præ. Charitas pcedit religionẽ: deuotio autem uiẽ præcedere charitatẽ, quia charitas ĩ scripturis significatur per ignẽ, deuotio uerò per pinguedinẽ, quę est ignis materia. ergo deuotio non est actus religionis.

¶3 Præt. Per religionẽ hõ ordinaẽ solùm ad Deũ, ut * dictũ est: sed deuotio ẽt habetur ad hoĩes: dicuntur. n. aliqui esse deuoti aliquibus sanctis uiris: & ẽt subditi, dicuntur esse deuoti dominis suis, sicut * Leo Papa dicit, q Iudæi quasi deuoti Romanis legibus, dixerunt. Non habem' Regẽ nisi Cęsarẽ. ergo deuotio nõ ẽ actus religionis.

SED CONTRA est, quia deuotio ã deuouendo dr̃, ut * dictũ est: sed uotum est actus religionis. ergo & deuotio.

RESPON. Dicendũ, q ad eandem uirtutem pertinet uelle facere aliquid, & promptam uoluntatẽ habere ad illud faciendum: quia utriusq; actus est idẽ obiectum. Propter quod, vt * Phil. dicit in 5. Eth. iustitia est, qua uolunt homines, & operant iusta.

¶In responsione ad primum eiusdem articuli aduerte, q cum actus uoluntatis respectu finis sint tres (s. uelle, frui, & intendere, ut in principio q. 8. præcedentis libri patet. & deuotio, ut hic dr̃, importet actum uoluntatis respectu finis, & sit actus hois offerentis ipsum Deo ad eius cultum, cõsequens est, q deuotio significat illum voluntatis actum, q. est uelle non qualitercũq;, sed vt habet pro fine, ac rõne uolẽdi Deũ, & pro eo quod est ad finem, ac ratio uolita se & sua in cultu diuino. In superiori namque libro dictũ est, q velle est actus respectu finis non solũ absolutẽ, sed etiam respectu finis positi in his, q̃ sunt ad finem. Actus aũt uoluntatis hominis offerentis se ipsũ Deo ad eius cultum, imperat huiusmodi velle. Nam talis actus, ut in littera dr̃, est respectu finis, & claudit etiam ea, quę sunt ad finem, s. seipsum quem offert, & cultum diuinum, in quo se offert. Sic ergo deuotio, quæ præcipuus est religionis actus, importat primò prompte uelle diuinum honorem in nostra exercitatione sui cultus, & inde prouenit prompta electio opportunorum ad hoc, & prompta executio conuenientium. Cuius signum est, q personæ uerẽ deuotę cum percipiunt aliquid esse pro diuino cultu agendũ, promptæ adeo sunt, ut gaudeant se aliquid huiusmodi operaturas, & operari.

SVP. Q. LXXXII. ART. II.

IN ar. 2. eiusdẽ q. in responsione ad primum aduerte, q cũ charitatis amor amicitiæ ad Deum, & religio sit honoratiua Dei, ideò diuersã rationum sortiuntur habitudinem ad Deum. Propter quod charitas per seipsam vnit mentem Deo p unionem spiritus, hoc est, voluntatis, ita quod habentis charitatem, & Dei, fit unum velle uno uitali impulsu, quem significat spiritus. Eodem siquidem vitali impulsu mouetur his charitatẽ uult sic, quo uoluntas Dei amici se mouet. Vnde de ipsum dr̃. Qui adhæret Deo, unus spiritus est cum eo. Eadem quoque charitas mediante religio

In corpo. ar.
Porrecta per totum. 434 Inf. q. 83. ar. 3. ad 1. & art. 15. co. Et q. 104. ar. 3. ad 1.
*Ar. præced.
*C. 4. par. 1. nõ multũ remote a fine.
*Ar. 1. q. præced.
*In serm. 8. de Passione domini circa princi.
*Ar. præc.
*Li. 5. c. 6 in princ. tom. 5.

¶, nã sanctitas est, applicat mentem deo, ut subditum honorando, & pp mentẽ cætera ad honorẽ, & cultũ Dei. Mediãte uerò religione ut religio ẽ, applicat hoiem ad ipsa opera diuini cult⁹, ut ulitera dr, & prius declaratum fuit.

¶ In rñsione ad 3. in eod. ar. habes explicitẽ distinctã significationẽ alterius nõis i spãli huius nois, deuotio, ab ea, qua uti in proposito, nec altera earum est impropria. Nec est propterea nomen æquiuocũ, sed potius analogum. Proportionaliter namq; ad Deum, & dominos uoluntas sic affecta, se habet in diuerso famulatu.

*q. præceden. ar. 4. & 7.

Conclu.

SVP. Q. LXXXII. ART. III.

IN ar. 3. eiusdem q. 82. nota causas deuotionis intrinsecas, duas. s. alterã ex parte meditationis Dei, & beneficiorum suorum: alteram ex parte meditationis propriorũ defectuum. In prima sunt bonitas, misericordia, charitas &c. Dei ergo hominem; & me. beneficiaque creationis ad imaginẽ suam, redẽptionis, baptismi, inspirationum, uocationũ per se, uel alios, expectationis ad pœnitẽtiam, Eucharistiæ, pseruationis à tot periculis aiæ & corporis, angelicæ custodiæ, & reliquorum beneficiorum singularium. In sc̃da, sunt defect⁹ culpæ, & pœnæ tã in præterito, q̃ in præsenti, labilitas ad peccandum, dissipatio, propriæ substantiæ, assuefaciendo cogitatus & uoluntates & inclinationes aliarum suarũ virium ad malũ, habitatio in regione longinqua ab amicitia & conuersatione diuina, peruersitas affect⁹ magis temporalia, q̃ spũalia cõmoda, vel incommoda sentientis, nuditas à uirtutibus, uulnera ignorãtiæ, malitiæ, infirmitatis, & concupiscentiæ, uincula manuũ, & pedũ operum, s. & affectuum, in tenebris, in ignaribus, & amaritudinibus esse, nec horrere, uocẽ pastoris interius nõ agnoscere.

Porrecta per totum.
435
Inf. ar. 4. cor. Et 4. d. 15. q. 4. ar. 3. q. 2. corp. Et in mal. q. 11. ar. 1. ad 7.

Manifestum est aũt, ꝙ operari ea, quæ pertinent ad diuinũ cultũ, seu famulatum, pertinet ꝓpriè ad religionẽ, ut ex* ꝓdictis patet. Vnde ẽt ad eam pertinet habere prõptam uoluntatẽ ad hmõi exequenda, quòd est esse deuotum: & sic patet, ꝙ deuotio est actus religionis.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ ad charitatẽ pertinet immediatẽ, ꝙ hõ tradat seipsum deo, adhærendo ei per quandã spirit⁹ vnionem: sed quod hõ tradat se ipsum Deo ad aliqua opera diuini cultus, hoc immediatẽ ptinet ad religionẽ: mediatẽ autẽ ad charitatem, quæ est religionis principium.

AD II. dicendũ, ꝙ pinguedo corporalis & gñat ꝑ calorẽ naturalẽ digerẽtẽ, & ipse naturalis calor hẽt pinguedinẽ, quasi ei⁹ nutrimẽtũ. Et siñr charitas & deuotionẽ cãt, inquãtũ ex amore aliqs reddit promptus ad seruiẽdũ amico, & ẽt ꝑ deuotionẽ charitas nutrit, sicut & quælibet amicitia conseruat, & augetur per amicabiliũ operũ exercitium, & meditationem.

AD III. dicẽdũ, ꝙ deuotio, q̃ habet ad sanctos Dei mortuos, vel viuos, nõ terminat ad ipsos, sed transit in Deum, inquãtum .s. in ministris Dei Deum veneramur. Deuotio autem quam subditi dicuntur habere ad dños tẽporales alterius est rationis: sicut & tpalibus dominis famulari differt à famulatu diuino.

ARTICVLVS III.

Vtrum contemplatio, seu meditatio sit deuotionis causa.

AD TERTIVM sic procedit. Vr̃, ꝙ contẽplatio, seu meditatio non sit deuotionis cã. Nulla. n. cã impedit suũ effectũ: sed subtiles meditationes intelligibiliũ multoties deuotionẽ impediũt. ergo cõtẽplatio, seu meditatio non est deuotionis cã.

¶ 2 Præt. Si cõtẽplatio esset ꝓpria, & ꝑ se deuotionis causa, oporteret ꝙ ea q̃ sunt altioris contẽplationis, magis deuotionẽ excitarent: huius aũt cõtrariũ apparet. frequẽter. n. maior deuotio excitat ex consideratione passionis Chri, & alijs mysterijs humanitatis ipsius, q̃ ex cõsideratione diuinæ magnitudinis. ergo contemplatio nõ est propria deuotionis causa.

¶ 3 Præt: Si cõtẽplatio esset ꝓpria cã deuotionis, oporteret ꝙ illi, q sunt magis apti ad cõtẽplationẽ essent hẽt magis apti ad deuotionẽ, cuius cõtrariũ uidemus: qa deuotio frequenter magis inuenit in quibusdã simplicib. viris, & in fœmineo sexu, in quib⁹ inuenit cõtẽplationis defectus. ergo contẽplatio non est propria causa deuotionis.

SED CONTRA est, ꝙ in Ps. 38. dr. In meditatione mea exardescet ignis: sed ignis spiritualis causat deuotionem. ergo meditatio est deuotionis causa.

RESPON. dicendũ, ꝙ cã deuotionis extrinseca, & principalis Deus est, de quo dicit Ambro. sup Luca, ꝙ Deus, quos dignatur uocat, & quem uult religiosum facit: & si voluisset, Samaritanos ex indeuotis deuotos fecisset. Cã autẽ intrinseca ex parte nr̃a, oportet ꝙ sit meditatio, seu cõtẽplatio. Dictũ* est. n. ꝙ deuotio est quidã volũtatis act⁹ ad hoc, ꝙ homo prõptè se tradat ad diuinũ obsequiũ. Ois aũt actus uolũtatis ex aliqua cõsideratione ꝓcedit eo qđ bonũ intellectũ est obiectũ uolũtatis. Vñ & Aug. dicit in li. de Trin. qđ uolũtas orit ex intelligẽtia. Et iõ necesse ẽ ꝙ meditatio sit deuotionis cã, inquãtũ. s. hõ ꝑ meditationẽ concipit, ꝙ se tradat diuino obseqo: ad quod quidẽ inducit dupl. consideratio. Vna quidẽ, quæ est ex parte diuinæ bonitatis, & bñficiorũ ipsius, ẽm illud Psal. 72. Mihi adhærere Deo bonum est, & ponere in dño Deo spem meã: & hæc cõsideratio excitat dilectionẽ, q̃ est proxima deuotionis cã. Alia uero est ex parte hois considerantis suos defectus, ex quibus indiget, ut Deo innitatur, ẽm illud Ps. 120. Leuaui oculos meos in mõtes, unde ueniet auxiliũ mihi. Auxilium meũ à Dño, q fecit coelũ, & terram: & hæc cõsideratio excludit ꝑsumptionem, per quã aliquis impedit, ne Deo se subijciat, dum suæ uirtuti innititur.

AD I. ergo dicẽdũ, ꝙ consideratio eorũ, q̃ nata sunt dilectionẽ Dei excitare, deuotionẽ cãnt. Cõsideratio uerò quorũcũq; ad hoc nõ ꝑtinẽtiũ, sed ab eis mentẽ distrahẽtiũ, impedit deuotionẽ.

AD

re, & qđ oibus petitis est Deũ pro inimico, & hoste totiens elegisse mortaliter peccando & ppea tantã eidẽ iniuriam fecisse, ut ꝓ Deo refutatus sit, satiusq; noster Deus sit venter, aut ꝑ cutia, aut delectatio &c. Ex hmõi nãq; meditationibus, quæ quotidianæ esse debẽt religiosis, & spũalibus ꝑsonis, omisso uocali orationum multiloquio uoluntario, deuoto, aliæq; cõsequẽter gignunt uirtutes: nec religiosi, aut religiosæ, seu spũales et nõ se uocari põt, q saltẽ semel in die ad huiusmodi se non trãsfert. Quis namq; effectus absq; cã, finis absque medio, insularis portus absq; nauigatione haberi ꝑquit: sic nec religio in actu absq; frequentatis actibus suarum causarum, mediorum, ac vehiculorum.

¶ In rñsione ad tertiũ attende ꝙ sicut remouens prohibens ponitur cã occasionalis motus, ut auferẽs columnam, est causa occasionalis mot⁹ grauium superpositorũ deorsum, & auferẽs obstaculum aquæ est cã fluxus eiusdẽ: ita simplices, & mulieres cãnt. s. se hũt deuotionis, quia. s. non habẽt prohibẽs deuotionẽ, s. tumorẽ de seipsis. Et qa nõ ponentibus obicem Deus dat gratiã, iõ ecclesia fœmineũ sexum deuotum appellat. Nõ est ergo in culpa scia doctorum, nec in laude imperfectio muliebris, sed abusus scientiæ in magnificando se, & rectus usus imperfectionis, non eleuando se: quo longẽ melior esset rectus usus perfectionis, ut. s. & cã haberet, & ex ea non se magnificaret, ut ipse author tam eminentis doctrinæ faciebat.

Conclu. Cap. 9.
Conclu.
*Act. 4. in Isa quæst.
Li. 14. c. 1. tom. 3.
Conclu.

AD II dicẽdũ, ꝙ ea, q̃ sunt diuinitatis, sunt ẽm se maximè excitatia dilectionẽ, & ꝑ cõsequẽs deuotionẽ: qa Deus est sup oia diligẽdus. Sed ex debilitate mẽtis humanæ est, ꝙ sicut indiget manuductione ad cognitionẽ diuinorũ: ita ad dilectionẽ ꝑ aliqua sensibilia nobis nota, īter q̃ ꝓcipuũ est humanitas Christi, ẽm qđ in ꝑfatione dr. Vt dum visibilr Deũ cognoscimus, ꝑ hunc in inuisibilium amorẽ rapiamur. Et iõ ea quæ pertinent ad Chri humanitatem per modum cuiusdã manuductionis, maximè deuotionẽ excitant: cum tñ deuotio principaliter circa ea, q̃ sunt diuinitatis, consistat.

AD III dicẽdũ, ꝙ sciẽtia, & quicqđ aliud ad magnitudinem pertinet, occasio est, ꝙ hõ cõsideret de seipso, & iõ non totaliter se Deo tradat. Et inde est, ꝙ huiusmodi qñque occasionaliter deuotionem impediunt: & in simplicibus, & mulierib⁹ deuotio abundat elationem comprimendo. Si tñ scientiam, & quamcunq; aliam perfectionem hõ perfectè Deo subdat, ex hoc ipso deuotio augẽt.

SVP. Q. LXXXII. ARTIC. IIII.

IN ar. 4. eiusdẽ q. aduerte, ꝙ hinc hẽs, ꝙ nõ sunt deuotæ psonæ, q̃ cõtristati sunt, ac syluestres nesciũt cõuersari cum alijs, nisi ponderent, aut dissoluantur. Nã deuotæ psonæ sunt hilares, seq; i animo suo nõ solũ ex principali cã, ut in lra dr, sed ex secundaria. s. cõsideratione ꝓpriorũ defectuũ. Nã tristitia earũ est secũdũ Deũ, & eã comitatur gaudiũ, secũdũ illud Aug. Doleat, & de dolore gaudeat. Propter quod de sctis legimus q lẽti, hilaresq; erãt, & merito, utpote inchoãtes in terris cęlestẽ cõuersationẽ.

Porrecta per totum.
437
*Ar. præc.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum lætitia sit deuotionis effectus.

AD QVARTVM sic ꝓcedit. Vr̃, ꝙ lætitia nõ sit deuotiõis effectus: Quia ut* dictũ est, passio Chri præcipuè ad deuotionẽ excitat: sed ex eius cõsideratione cõsequitur in anima q̃dã afflictio, ẽm illud Trẽ. 3. Recordare paupertatis meæ absinthij, & fellis qđ ptinet ad passionẽ: & postea subdit. Memoria memor ero, & tabescet i me aia mea. ergo delectatio, siue gaudiũ ñ ẽ deuotionis effect⁹.

Conclu. m RESP. Dicēdū, q̃ oratio dominica pfectissima est: quia sicut Aug. dicit ad Probam. (* Epi. 121 cap. 12. in prin. to. 2) Si rectè, & cōgruēter oramus, nihil aliud dicere possumus, q̃ quod in ista orōne dominica positū est. Quia. n. oratio est quodammodo desiderij nostri interpres apud Deū, illa rectè solū orādo petimus, q̃ rectè desiderare valemus. (Conclu. p) In oratione aūt dominica non solū petunt oīa, q̃ rectè desiderare possumus, sed ēt eo ordine, quo desideranda sunt, ut sic hæc orō nō solum instruat postulare, sed ēt sit informatiua totius nostri affectus. Manifestū est aūt, q̃ primo cadit in desiderio nostro finis: deinde ea, q̃ sunt ad finē. Finis aūt noster Deus est, in quē noster affectus tendit dupl'r, uno quidē mō, put uolumus gloriā Dei: alio mō, sm̃ q̃ uolumus frui gloria eius, quorū primū ptinet ad dilectionē Dei, qua Deum, in seipso diligimus: sm̃ verò ptinet ad dilectionē, qua diligimus nos in Deo. Et iō prima petitio ponitur, Sanctificetur nomen tuum, per quam petimus gloriam Dei. Secūda uerò ponitur, Adueniat regnum tuum, per quam petimus ad gloriā Dei, & regni eius puenire. Ad finē aūt prædictū nos ordinat aliquid dupliciter, uno modo per se: alio modo per accidens. Per se quidē bonum, quod est utile in finem. Est aūt aliquid utile in finem beatitudinis dupliciter, uno mō directè, & principaliter sm̃ meritū, quo beatitudinem meremur Deo obediendo: & quantū ad hoc ponitur, Fiat uolūtas tua sicut in cœlo, & in terra. Alio mō instrumentaliter, & quasi coadiuuans nos ad merendum: & ad hoc ptinet qđ dr̃, Panem nostrū quotidianū da nobis hodie, siuē hoc intelligat̃ de pane sacramentali, cuius quotidianus vsus proficit homini, in quo ēt intelligunt̃ omnia alia sacramenta: siuē ēt intelligat̃ de pane corporali, ut per panē intelligat̃ oīs sufficientia uictus, sicut dicit Aug. ad Probam (* Epi. 121. cap. 11. in med. t. 2.): Quia & Eucharistia est pcipuū sacramentum, & panis est pcipuus cibus. Vnde & in Euangelio Matthæi scriptum est, Supersubstantialē, idest, pcipuū, vt Hieronymus exponit (* Matt. 6. Et ad Titum ca. 2. tom. 9.). Per accidēs aūt ordinamur in beatitudinē p remotionē phibētis. Tria aūt sunt, q̃ nos a beatitudine phibent. Primo quidem pctm̃, quod directè excludit à regno, sm̃ illud 1. ad Cor. 6. Neq; fornicarij, neq; idolis seruiētes &c. regnū Dei possidebunt: & ad hoc ptinet qđ dr̃, Dimitte nobis debita nostra. Secundo, tentatio, q̃ nos impedit ab obseruātia diuinæ uoluntatis: & ad hoc ptinet, qđ dr̃, Et ne nos inducas in tentationē: p quod nō petimus ut non tentemur, sed ut à tentatione non uincamur, quod est in tentationem induci. Tertio, pœnalitas præsens, ut quæ impedit sufficientiam uitæ: & quantum ad hoc dicitur, Libera nos à malo.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̃ sicut Aug. dicit in lib. de serm. dom. in mōte (* Lib. 2. ca. 10. circa prin. & c. 8. tom. 4.), cū dicimus, Sanctificetur nomen tuum, nō hoc petit quasi nō sit sanctū nomen Dei, sed vt sanctū ab hominibus habeat̃: qđ ptinet ad Dei gloriā in hominibus ppagandam. Qđ aūt dr̃, Adueniat regnum tuum, nō ita dictū est, quasi Deus nūc nō regnet, sed sicut Aug. dicit ad Probam (* Epi. 121. c. 11. ante medium tom. 2.): Desideriū nostrum ad illud regnū excitamus, ut illud nobis ueniat, atq; in eo regnemus. Quod aūt dr̃, Fiat uoluntas tua: rectè intelligitur, ut obediatur præceptis tuis, Sicut in cœlo, & in terra. i. sicut ab angelis, ita ab hominibus. Vnde hæ tres petitiones pfectè complebunt̃ in uita futura: aliæ uerò quatuor ptinent ad necessitatē uitæ præsentis, sicut Aug. dicit in Enchiridio (* Enchiridij, c. 115. tom. 3.).

AD II dicendū, q̃ cum oratio sit interpres desiderij, ordo petitionum nō respondet ordini executionis, sed ordini desiderij, siue intentionis, in quo prius est finis, quam ea quæ sunt ad finem, & consecutio boni, quàm remotio mali.

AD III dicēdum, q̃ Aug. in lib. de serm. dom. in mōte (* Lib. 2. c. 18. to. 4.), adaptat septē petitiones donis, & beatitudinibus, dicēs. Si timor Dei est, quo beati sūt pauperes spiritu, petamus ut sanctificet̃ nomen Dei in hoībus timore casto. Si pietas est, qua beati sūt mites, petamus vt veniat regnū ei', vt mitescamus, nec ei resistamus. Si sciētia ē, qua beati sūt q̃ lugēt, oremus vt fiat volūtas ei', & sic nō lugebimus. Si fortitudo ē, qua beati sūt q̃ esuriūt, oremus vt panis nr̃ quotidian' det nobis. Si cōsiliū ē, quo beati sūt misericordes, debita dimittamus, vt nobis nr̃a dimittātur. Si itellect' ē, quo beati sūt mūdo corde, oremus ne habeamus duplex cor tēporalia sectādo, ď qb' tētationes fiūt ī nobis. Si sapiētia ē, qua beati sūt pacifici, qm̃ filij Dei vocabūt, oremus vt liberemur à malo. Ipsa. n. liberō liberos nos faciet filios Dei.

AD IIII dicēdū, q̃ sicut Aug. dicit in Ench. (* Ca. 115. in princ. tom. 3.) Lucas in orōne dominica petitiones non septē, sed qnq; cōplexus est. Ostēdēs. n. tertiā petitionē duarū pmissarū esse quodamō repetitionē, ptermittēdo eā magis facit intelligi: q̃a s. ad hoc pcipuē uolūtas Dei tēdit, ut eius sanctitatē cognoscamus, & cū ipso regnemus. Qđ ēt Mat. in vlt. posuit, Libera nos à malo, Lucas nō posuit, vt sciat vnusquisq; in eo se liberari à malo, q̃ nō infert̃ in tētationē.

AD V dicēdū, q̃ orō nō porrigit̃ Deo ut ipsum flectamus, sed vt in nobisipsis fiduciā excitemus postulādi: q̃ quidem pcipuè excitatur in nobis cōsiderādo eius charitatē ad nos, qua bonū nostrū vult: & ideo dicimus, Pater noster: Et eius excellētiam, qua potest: & ideo dicimus, Qui es in cęlis.

ARTI-

Porrecta per totum. 446. 4. dist. 15. q. 4. art. 6. q. 1. & 3.

ARTICVLVS X.

Vtrum orare sit proprium rationalis creaturæ.

AD DECIMVM sic pcedit. Videt̃ q̃ orare nō sit propriū rōnalis creaturæ. Eiusdē. n. videt̃ esse petere, & accipere: sed accipere cōuenit ēt personis increatis, scilicet Filio, & Spirituisancto. ergo etiā eis conuenit orare. nā & Filius dicit Ioan. 14. Ego rogabo patrem meum. & de Spiritusancto dicit Apostolus: Spiritus postulat pro nobis.

¶ 2 Præt. Angeli sunt supra rōnales creaturas, cū sint intellectuales substantiæ: sed ad angelos ptinet orare, vnde in Ps. 96. dr̃: Adorate eū oēs angeli ei'. ergo orare, non est proprium rationalis creaturæ.

¶ 3 Præt. Eiusdē est orare cuius est inuocare Deū, qđ præcipuè fit orādo: sed brutis animalibus cōuenit inuocare Deū, sm̃ illud Psal. 146. Qui dat iumētis escā ipsorū, & pullis coruorū inuocantibus eū. ergo orare non est proprium rationalis creaturæ.

SED CONTRA. Orare est actus rationis, vt supra habitū est (*Art. 1. huius quęst.): sed rationalis creatura à ratione dicitur. ergo orare est proprium rationalis creaturæ.

RESPON. Dicēdū, q̃ sicut ex supra dictis patet (*Art. 1. huius quęst.), orō est actus rōnis, p quā aliq̃s superiorē deprecatur: sicut imperium est actus rōnis, quo inferior ad aliqd ordinat̃. Illi. n. pprie cōpetit orare, cui cōuenit rōnē habere, & superiorē, quē deprecari possit. Diuinis autē personis nihil est superius: bruta autem animalia non habent rationem. Vndē neq; diuinis personis, neque brutis animalibus conuenit orare, sed proprium est rationalis creaturæ. (Concl. m)

AD PRIMVM ergo dicēdū, q̃ diuinis psonis cōuenit accipere p naturā: orare aūt est accipiētis per grām. Dr̃ aūt Filius rogare, vel orare sm̃ naturā assumptā, s. humanā, nō sm̃ diuinā: Spiritus autē sanctus dicitur postulare, quia postulantes nos facit.

AD SECVNDVM dicēdū, q̃ intellectus & rō nō sunt in nobis diuersæ potētię, vt in 1. habitū est (*D. 1084. 1. 1. q. 79. art. 8.). Differūt autē sm̃ perfectū, & imperfectū, & ideò quādoq; intellectuales creaturæ, quæ sunt angeli, distinguūtur à rationalibus: quandoq; autē sub rationalibus comprehenduntur. Et hoc modo dicitur oratio esse proprium rationalis creaturę.

AD TERTIVM dicendū, q̃ pulli coruorū dicunt̃ inuocare Deū pp naturale desideriū, quo oīa suo modo desiderat cōsequi bonitatē diuinā. Sic etiam bruta animalia dicuntur Deo obedire, propter naturalem instinctum, quo à Deo mouentur.

ARTICVLVS XI.

Vtrum sancti, qui sunt in patria, orent pro nobis.

Porrecta per totum. 447. 4. dist. 15. q. 4. ar. 6. q. 2. Et di. 45. q. 3. art. 3.

AD VNDECIMVM sic pcedit. Videt̃ q̃ sancti q̃ sunt ī patria, nō orēt p nobis. Actus. n. alicuius magis est meritori' sibi, q̃ alijs: sed sancti q̃ sunt in patria, nō merent̃ sibi, nec p se orāt, q̃a iā sunt ī termino cōstituti. ergo ēt neq; p nobis orant.

¶ 2 Prēt. Sācti perfectè suā voluntatē Deo conformant, vt nō velint, nisi qđ Deus vult: sed illud quod vult, semper implet̃. ergo frustra sancti pro nobis orarent.

¶ 3 Præt. Sicut sancti qui sunt in patria, sunt superiores nobis, ita & illi q̃ sunt in purgatorio, q̃a iā peccare non possunt: sed illi qui sunt in purgatorio non orant pro nobis, sed magis pro eis. ergo nec sancti qui sunt in patria, pro nobis orant.

¶ 4 Prēt. Si sancti q̃ sunt in patria, p nobis orarēt, superiorū sanctorū esset efficacior orō. nō ergo deberet implorari suffragiū orationū sanctorū inferiorum, sed solùm superiorum.

¶ 5 Prēt. Anima Petri, nō est Petrus: si ergo animæ sanctorū p nobis orarēt quàdiu sunt à corpore separatæ, nō deberemus iterpellare sanctū Petrū ad orādū pro nobis, sed aiam eius, cuius contrariū Ecclesia facit. non ergo sancti, ad minus antē resurrectionem, pro nobis orant.

SED CONTRA est, q̃ dr̃ 2 Machab. vl. Hic est q̃ multū orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate Hieremias propheta Dei.

RESPON. Dicendum, q̃ sicut Hieronymus dicit (* Hier. cont. vig. Circa finē primi folij a prin. epist. quæ incipit: Multa in orbe to. 3.), Vigilantij error fuit, q̃ dum viuimus, mutuo pro nobis orare possumus: postquā autē mortui fuerimus, nullius pro alio sit exaudiēda orō, præsertim cū martyres ultionē sui sāguinis obsecrātes, impetrare nequeat. Sed hoc est oino falsum: q̃a cū oratio pro alijs facta ex charitate proueniat, ut dictū est (Concl. in * art. 7. & 8. D. 180.), quātò sancti q̃ sunt in patria, sunt pfectioris charitatis, tātò magis orāt p uiatoribus, q̃ orōnib' iuuari possunt: & quātò sunt Deo cōiūctiores, tātò eorū orōnes sūt magis efficaces. Habet. n. hoc diuinus ordo, ut ex supiorū excellentia in inferiora refundat̃, sicut ex claritate Solis ī aerē. Vñ & de Xpo dr̃ Heb. 7. Accedēs p semetipsū ad Deū ad interpellandū p nobis. Et pp hoc Hieronymus cōtra Vigilantiū dicit (Loco citato in pri. corp. illius art.). Si Apostoli, & martyres adhuc in corpore cōstituti, qñ p se adhuc debent esse soliciti, pro alijs orant, quantò magis post coronas, uictorias, & triumphos?

AD PRIMVM ergo dicendū, q̃ sanctis, qui sunt in patria, cum sint beati, nihil deest nisi gloria corporis, pro qua orant. Orant autem pro nobis, quibus deest beatitudinis ultima perfectio. Et eorum

oratio-

SVP. Q. LXXXIII. ART. XI.

In art. 11. prætermisso decimo, dubiū occurrit simpliciter, & ad hoīem, quo pacto Hieremias qui tēpe Machabæorū nō erat in patria, sed in limbo patrū, orabat pro Hierusalē. Et quarē de orōne sanctorū in patria author tractans, miscuit orationes patrū in limbo, nec deniū aliqd de eis, cū non sit eadē ratio de ipsis, & beatis.

¶ Ad hæc dr̃, q̃ si fundamentū ac radix, vñ sanctorū in patria oratio pro nobis pdit, cōsideretur diligēter, inuenitur locū habere non solùm in ipsis cōprehensoribus, sed ēt in sanctis qui erant in limbo: qm̃ charitas eorundē in statu superiori simpliciter, ponitur rō orādi p nobis. Propter hoc. n. solùm excludūtur in rōsione ad tertiū existentes in purgatorio ab orādo pro nobis: q̃a non sunt totaliter nobis superiores, sed rōne pœnarū inferiores, & egētes nostris orōnibus. Constat aūt q̃ sancti olim in limbo patrū, erant in charitate cōfirmati, & impeccabiles, & nulli propriæ seu nouæ pœnæ subiecti. Nā pœna dāni cōis est eis, & viatoribus, extra omnē aūt sensus pœnam erant. eorū igitur erat orare pro nobis. Sed aduertēda est differētia inter eos & sanctos ī patria: q̃a licet vtrisq; cōe sit orare p viatoribus, propriū th̃ sanctorū in patria est videre orōnes viatorū sibi directas. Vñ Hieremias tūc orare dicit, nō orōnes aut preces eorū audisse. Miscuit ergo author limbū patrū cū patria quoad orōnes p nobis: q̃a eadē est rō, & argumentū à minori assumpsit. Nec oportuit aliter ī speciali de eis determinare, ex quo allata in litera rō ī eis locū hēt, & à purgatorio sunt diuisi.

¶ In rōsione eiusdem art. aduerte, q̃ sancti orātes, nescimus si impetrabunt, sed petunt æstimātes, vt in litera dr̃, id Deo placiturum. Et de hoc orādo cōsulūt diuinā maiestatē, per qđ diuersi sācti absq; discordia voluntatū cōtraria petūt, quasi cōtraria pponētes adiunati ad Dei bñplacitū. Vnde Daniel. 10. dicit, q̃ princeps Persarum restitit mihi.

orationes habent efficaciam impetrandi ex præcedentibus eorũ meritis, & ex diuina acceptione.

AD SECVNDVM dicendum, q sancti impetrant illud quod Deus uult fieri per orationes eorum. Et hoc petunt quod æstimant eorum orationibus implendum secundum Dei uoluntatem.

AD TERTIVM dicendum, q illi qui sunt in purgatorio, etsi sint superiores nobis propter impeccabilitatem sunt tamen inferiores quantum ad pœnas, quas patiuntur. Et secundum hoc non sunt in statu orandi, sed magis ut oretur pro eis.

AD QVARTVM dicendum, q Deus vult inferiora per oĩa superiora iuuari: & ideo oportet non solum superiores, sed ẽt inferiores sanctos implorare, alioquin esset solius Dei mĩa imploranda. Contingit tamen quandoq; quod imploratio inferioris sancti efficacior est, vel quia deuotius imploratur, uel qa Deus vult eius sanctitatem declarare.

AD V. dicendũ, q quia sancti viuentes meruerunt, vt p nobis orarent: iõ inuocamus eos nominibus qbus hic vocabant, quibus ẽt nobis magis innotescũt: & iterũ pp fidẽ resurrectionis insinuandam, sicut legit Exod. 3. Ego sum Deus Abraham.

SVP. Q LXXXIII. ART. XII.

Perrecta per totum. 448

IN art. 12. eiusdem q̃onis nota diligenter, q murmuras de officio ecclesiastico, tria, distinctionẽ uocalis orationis, necessitatem, conditiones. Distinguitur siquidẽ oratio uocalis in cõmunem & propriam seu singularem. Necessitas cõis est, quia in persona Ecclesiæ offertur. [illegible]

ARTICVLVS XII.

Vtrum oratio debeat esse vocalis.

AD DVODECIMVM sic pceditur. Vr q orõ non dẽat esse vocalis. Oratio.n. sicut ex dictis patet principaliter Deo porrigitur: Deus autem locutionẽ cordis cognoscit. frustra ergo vocalis oratio adhibetur.

¶2 Præt. Per orõnem mens hois dẽt in Deũ ascendere, ut dictũ est: sed uoces retrahunt hoĩes ab ascensu cõtẽplationis i Deũ sicut & alia sẽsibilia. ergo i orationibus nõ est uocibus utẽdũ.

¶3 Præt. Oratio dẽt offerri Deo in occulto, ẽm illud Matth. 6. Tu ãt cum oraueris intra incubiculum tuum, & clauso ostio ora patrẽ tuũ in abscõdito: sed p uocem oratio publicatur. ergo non oĩno debet esse uocalis.

SED CONTRA est, quod dr in Psalm. 3. Voce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Dominum deprecatus sum.

RESPON. Dicendũ, q duplex est orõ, cõis, & singularis. Cõis quidem oratio est, q per ministros Ecclesiæ in persona totius fidelis populi Deo offert: & iõ oportet, q talis orõ innotescat toti populo p quo profert quod non posset fieri, nisi esset uocalis. & iõ rõnabiliter institutum est, ut ministri Ecclesiæ hmõi orões ẽt alta uoce pronũtiẽt, ut ad notitiã oĩum perueniant. Orõ uero singularis est q offert a singulari psona cuiuscũq; siue pro se, siue pro alijs orantis: & de hmõi orationis necessitate non est q sit uocalis: adiungit tñ uox tali orationi triplici rõne. Primo quidem ad excitandũ interiorẽ deuotionem, qua mens orãtis eleuetur in Deum: quia p exteriora signa siue uocum, siue ẽt aliquorum factorum, mouet mẽs hois ẽm apprehensionem, & p cõsequens ẽm affectionem. Vñ Aug. dicit ad Probã, q uerbis & alijs signis ad augendũ desideriũ sanctum nosipsos acrius excitamus: & ideo i singulari orõne tñ est uocibus, & hmõi signis utendũ, quantum proficit ad excitandũ interius mẽtẽ. Si uero mens p hoc distrahatur uel qualitercumq; impediat est a talibus cessandũ. Quod pcipuẽ cõtingit in his, quorũ mens sine hmõi signis est sufficienter ad deuotionẽ parata. Vñ Psalm. 29. dicebat. Tibi dixit cor meum exquisiuit te facies mea. Et de Anna legitur. 1 Reg. 1. quòd loquebat in corde suo. Secundo, adiungitur uocalis oratio quasi ad redditionẽ debiti, ut s. homo Deo seruiat secundum illud totum, quod ex Deo habet, idest, non solum mente, sed etiam corpore, quod præcipue competit orationi, secundum quòd est satisfactoria. Vnde dicitur Oseæ vlti. Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonũ, & reddemus uitulos labiorum nostrorum. Tertio adiungitur uocalis oratio ex quadam redundãtia ab anima in corpus ex vehementi affectione, secundũ illud Psal. 15 Lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea.

AD PRIMVM ergo dicendum quòd uocalis oratio nõ profertur ad hoc, q aliquid ignotum Deo manifestetur: sed ad hoc, quòd mens orantis, uel aliorum excitetur in Deum.

AD II. dicendum, q uerba ad aliud ptinentia distrahunt mentẽ, & impediunt deuotionẽ orãtis sed uerba significantia aliquid ad deuotionem ptinens, excitant mentes, præcipue minus deuotas.

AD III. dicendũ, q sicut Chrysosto. dicit sup Matthæum. Eo proposito Dominus uetat in conuentu orare, ut a conuentu videatur. Vñ orans nihil nouum facere debet, quod aspiciant hoĩes uel clamando, uel pectus percutiendo, uel manus expandendo. Nec tñ, ut Aug. dicit in lib. de sermo. Domini in monte, uideri ab hominibus nefas est, sed ideo hoc agere, ut ab hominibus uidearis.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum de necessitate orationis sit, quòd sit attenta.

SVP. Q LXXXIII. ART. XIII.

Perrecta per totum. 449

IN articu. tertiumdecimum [illegible] ad ora-

AD TERTIVMDECIMVM sic proceditur. Videtur quòd

[illegible]

de necessitate orationis sit, q sit attẽta. Dr.n. Io. 4. Spũs est Deus, & eos q adorat eũ, in spũ & ueritate oportet adorare: sed oratio non est in spiritu, si non sit attenta. ergo de necessitate orationis est, q sit attenta.

¶2 Prę. Oratio est ascẽsus intellectus in Deũ: sed qñ oratio nõ est attenta, intellectus nõ ascẽdit in Deũ. ergo de necessitate orationis est, quòd sit attenta.

¶3 Pr. De necessitate orationis ẽ, q careat oĩ pctõ: sed ñ ẽ absq; pctõ, q aliquis orando, euagationẽ mẽtis patiatur. vr.n. deridere Deũ, sicut & si alicui hoĩ loqueret, & nõ attẽderet ad ea, q ipse proferret. Vñ Basilius dicit, q diuinũ auxilium est implorãdũ nõ remissẽ, nec mẽte huc, vel illuc euagãte, eo q talis nõ solũm non impetrabit quod petit, sed etiam magis Deũ irritabit. ergo de necessitate orationis videtur, quòd sit attenta.

SED CONTRA est, q etiã sancti uiri orando quandoque euagationem mentis patiuntur, secundũm illud Psal. 39. Cor meũ dereliquit me.

RESPON. dicẽdum, q quæstio hæc præcipuẽ habet locum in oratione vocali, circa quã sciendũ est, q necessarium dr aliqd dupliciter. Vno modo, p quod melius peruenitur ad finem: & sic attẽtio absolutẽ orationi necessaria est. Alio modo, aliqd dr necessarium, sine quo res nõ pôt consequi suum effectũ. Est ãt triplex effectus orationis. Primus quidem cõis oĩbus actibus charitate informatis, quod est mereri, & ad hunc effectũ non ex necessitate requirit, q attentio adsit orationi p totũ, sed uis primæ intẽtionis, qua aliqs ad orãdũ accedit, reddit totã orationẽ meritoriã, sicut in alijs meritorijs actib. accidit. Secundus ãut effectus orationis est ei ppri, quod est impetrare: & ad hunc ẽt effectũ sufficit prima intentio, q Deus principaliter attendit. Si ãut prima intentio desit, oratio nec meritoria est, nec impetratiua. Illa.n. orationẽ Deus non audit, cui, q orat, nõ intẽdit, vt Greg. dicit. Tertius ãt effectus orationis est, quẽ præsentialiter efficit. s. qda spũalis refectio mẽtis. Et ad hoc de necessitate reqrit in oratione attẽtio. vnde dr 1. Cor. 14. Si orem lingua, mẽs mea sine fructu est. Sciendum tñ q triplex est attẽtio, quæ orationi vocali pôt adhiberi, una qdẽ, qua attẽdit ad uerba ne aliqs in eis erret: scđa, qua attẽdit ad sensum uerborũ: tertia, qua attẽdit ad finẽ orationis, s. ad Deũ, & ad rẽ, p qua orat, quæ quidẽ est maximẽ necessaria, & hanc ẽt pñt habere idiotæ. Et qñque intantũ abundat hæc intentio, qua mẽs fert in Deum, ut etiam omniũ aliorũ mẽs obliuiscatur, sicut dicit Hugo de sancto Victore.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q in spũ & ueritate orat, qui ex instinctu spũs ad orandum accedit, et si ex aliqua infirmitate mens postmodum euagetur.

AD SECVNDVM dicendũ, q mens humana pp infirmitatem naturę diu stare in alto nõ pôt. Pondere .n. infirmitatis humanæ deprimitur anima ad inferiora: & ideo contingit, q qñ mens orantis ascendit in Deum per contemplationem, subito euagetur ex quadã infirmitate.

[illegible]

contra

contra virtutem, sed præter eam agitur. Nā orationem spontaneā sic male psoluere, est sicut recipere hospitem, & indecenter tractare. In oratione aūt præcepta ex quo semper salua sit propositū attentionis, essentialis bonitas moralis actus ex finis intētione salua est, & remissio voluntatis in culpa est accidentali.

* In 3. regula, to. 1.
* In Ser. de orādo Deū, a medio illius.

SVP. Q. LXXXIII. ARTIC. XIIII.

IN arti. tribus. s. 14. 15. & 16. eiusdem q. dubiū occurrit circa tertiam condōnē orōnis. s. ly, piè, quid importet. Et est rō dubij, quia in rñsione ad 2. ar. 15. author dicit, q non piè petere est petere cōplementū peccati, ex quo apparet, q piè petere coincidit cū secūda cōditione. s. necessaria ad salutē petere: nā petēdo necessaria ad salutem piè petimus. ¶ Et augetur dubiū, quia in ar. 16. author in corpore articuli dicit, q in peccatorum oratione piè inueniri oēs quatuor cōditiones: & idē confirmat in rñsione ad secundū ibidem. In sexto verò libro contra Gēt. c. 96. author vult amicitiam orātis cū Deo interuenire in oratione efficaci, q sub pietatis nōie concludi vr. Ad hoc dr, q illa conditio, piè, sic distinguitur ab alijs conditionib. q aliæ psonā pro qua, rem petitam, & perseuerantiam significāt: ista intentionē referentē ad Deum importat. Nā pietas officium, ac cultū cœlestis patriæ, principij, & pri exhibet. Et propterea distinguitur, q pōt dupliciter inueniri, s. formata, & informis, vt in rñsione ad secundū 15. artic. apparet. Et hinc reddi pōt rō diuersorum dictorū de hac conditione. Nā quia hmōi intentio ad deum pōt vtroq; modo inueniri: ideō, & verè dr, q continet amicitiā ad Deū (verificatur. n. hoc de intentione formata) & q habet locū in peccatoribus (verificat. n. hoc de informi) &

Porrecta per totum. 450
4. di. 15. q. 4. ar. 2. q. 1. & 3. Et Ro. 1. lect. 3. Et Colos. 1. Et cor. 6. pri. Et 1. Thes. 5. le. 2. fi.

AD TERTIVM dicēdum, q si quis ex proposito in oratione mente euagat, hoc pctm est, & impedit orōnis fructū. Et contra hoc Augu.* dicit in regula. Psalmis, & hymnis cum oratis Deū hoc verset in corde, qd pfert in ore: euagatio verò mentis q̄ fit præter propositum, orationis fructum non tollit. Vnde Basil.* dicit. Si verò debilitatus à peccato, fixè nequis orare, quātucūq; potes teipsum cohibeas & De' ignoscit, eo q nō ex negligētia, sed ex fragilitate non potes, vt opз, assistere corā eo.

ARTICVLVS XIIII.

Vtrum oratio debeat esse diuturna.

AD QVARTVMDECIMVM sic proceditur. Vr q oratio non debeat esse diuturna. Dr enim Matth. 6. Orantes nolite multum loqui: sed oportet multum loqui diu orantem, præsertim si oratio sit vocalis. ergo non dēt esse oratio diuturna.

¶ 2 Præt. Orō est explicatiua desiderij: sed desideriū tāto est sāctius, quāto magis ad vnum restringitur, sm illud Psal. 26. Vnā petij a dño, hanc requiram. ergo & oratio tantò est Deo acceptior, quantò est breuior.

¶ 3 Præt. Illicitum vr esse, q homo trāsgrediatur terminos à Deo pfixos, pcipuè in his, quæ ptinent ad cultum diuinum, sm illud Exod. 19. Contestare populum, ne fortè velit trāscēdere terminos ad videndum Dñm & pereat ex eis plurima multitudo: sed à Deo fixus est nobis terminus orandi p institutionē orationis dominicæ, vt patet Matth. 6. ergo non licet vltra rationem protendere.

SED CONTRA. Vr q continuè sit orandum: quia Dominus dicit Luc. 18. Oportet semper orare, & non deficere. Et 1. ad The. 5. Sine intermissione orate.

RESPON. Dicendū, q de oratione dupliciter loqui possum'. Vno modo, sm seipsā: alio modo sm causam suam. Causa aūt orationis est desiderium charitatis, ex quo procedere debet oratio, quod quidem in nobis dēt esse cōtinuum vel actu, vel virtute: manet enim virtus huius desiderij in omnib', quę ex charitate facimus. Omnia autē debemus in gloria Dei facere, vt dr 1. ad Corinth 10. & sm hoc oratio debet esse cōtinua.* Vnde * Augu. dicit ad Probam. In ipsa fide, & charitate continuato desiderio semp oramus: sed ipsa oratio sm se considerata, non potest esse assidua, quia oportet alijs operibus occupari: sed sicut Aug.* dicit ibidem, Ideò per certa interualla horarum, & tporum ēt verbis rogamus Deum, vt illis rerum signis nosipsos admoneamus, quātumcunq; in hoc desiderio profecerimus nobisipsis innotescamus, & ad hoc agendū nosipsos acrius excitemus. Vniuscuiusq; aūt rei quantitas dēt esse proportionata fini, sicut quātitas potionis sanitati: vnde & conueniens est, vt oratio tantū duret, quantum est vtile ad excitādum interioris desiderij feruorem. Cum verò hanc mensurā excedit, ita q sine tædio durare non possit, nō est ulterius ptendēda. Vñ Aug.* dicit ad Probā. Dñr fratres i Aegypto crebras quidē hre orōnes sed eas tñ breuissimas, & raptim quodāmodo iaculatas, ne illa vigilanter erecta, q̄ orāti plurimū necessaria est, p pductiores moras euanescat, atque hebetet intentio, ac p hoc ēt ipsi satis ondunt hāc intentionē sicut non esse obruendā, si pdurare nō pōt, ita si pdurauerit, non citò esse rūpendā. Et sicut hoc est attendendū in orōne singulari p cōparationē ad intentionē orātis, ita ēt in cōi oratione per comparationem ad populi deuotionē.

AD PRIMVM ergo dicendum, q sicut Aug.* dicit ad Probam. Non est hoc orare in multiloquio, si diutius oret: aliud est sermo multus, aliud diuturnus affectus. Nam & de ipso Dñs scriptum est, q pnoctauerit in orando, & q prolixius orauerit, ut nobis pberet exemplum, & postea subdit. Absit ab oratione multa locutio, sed non desit multa pcatio, si feruens perseuerat intētio. Nam multum loqui est in orando rem necessariam superfluis agere verbis. Plerumque autem hoc negotium plus gemitibus, quàm sermonibus agitur.

AD SECVNDVM dicendū, q prolixitas orōnis nō consistit in hoc, q multa petātur, sed in hoc, quòd affectus continuetur ad unum desiderandum.

AD III. dicendū, q Dñs nō īstituit hāc orōnē, vt his solis verbis vti dēamus in orādo, sed qa ad hæc sola impetrāda dēt tēdere nræ orōnis intētio qualitercunque ea proferamus, vel cogitemus.

AD IIII. dicēdum, q aliquis continuè orat vel pp cōtinuitatē desiderij, ut dictū * est: uel qa non intermittit quin tpibus statutis oret, uel pp effectum siuè in ipso orante, qui etiam post orationē remanet magis deuotus, siuè etiam in alio, pu-

ta, cum

q. excludit petere opus peccati, qa peccatum non est referibile in Deum: & q nō coincidit cum illa cōditione, s. necessaria ad salutē, sed distinguitur ab ea, quia piè spectat ad intentionē respectu vltimi finis simpliciter, q est de': necessaria verò ad salutem, spectat ad rē petitam, ac p hoc illud spectat ad amorem amicitię, hoc ad amorem concupiscētię. & vtrumq; patet haberi informis, & formatis. Potest. n. peccator in aliquo opere diligere Deum pp ipsum Deum, vt frequenter contingit in actibus religionis, & obseruationibus præceptorum multorū affirmatiuorum, vt est redditio votorū, honor parentū, redditio iusti: & negatiuorum, vt non occidere, non furari, nō negare finē, & hmōi.

Concl. * Epi. 121 c. 9. i pri. tom. 2. Conclu. * Eo. loco nūc proxime dicto. Concl. * Epist. 121 c. 10. circa medium. tom. 2. Conclu. * Epist. 121 c. 10. to. 2. * In corp. ar.

ta, cū aliqs suis beneficijs prouocat aliū, vt pro se oret, etiā quando ipse ab orādo cessat, & quiescit.

ARTICVLVS XV.

Vtrum oratio sit meritoria.

Porrecta per totum. 451
Sup. ar. 7. ad 2. Et 4. dis. 15. q. 4. 7 ar. q. 2. per totu. 3. c. & ad 3.

AD QVINTVMDECIMVM sic proceditur. Vr q orō nō sit meritoria. Oē. n. meritū pcedit a grā: sed orō pcedit grām, qa ēt ipsa grā p orōnē impetratur, sm illud Luc. 11. Pr vr de cęlo dabit spiritū bonū petētibus se. ergo orō nō est actus meritorius.

¶ 2 Prēt. Si orō aliqd mereī, maximè vr mereri illud, qd orādo petit: sed hoc nō semp meret, quia multotiēs ēt sanctorū orōnes nō exaudiūtur, sicut Paulus nō est exauditus petēs à se remoueri stimulum carnis. ergo oratio non est actus meritorius.

¶ 3 Prēt. Orō præcipue fidei innititur, sm illud Iac. 1. Postulet aūt in fide nihil hæsitās: fides aūt nō sufficit ad merendū, vt patet in his q habent fidem informem. ergo oratio non est actus meritorius.

SED CONTRA. est, q sup illud Psal. 34. Orō mea in sinu meo cōuertet, dicit glo. Et si eis non pfuit, ego tñ nō sum mea mercede frustratus: merces aūt nō debet nisi merito. ergo orō habet rōnē meriti.

RESPON. Dicendū, q sicut dictū * est, orō pter effectū spiritualis cōsolationis, q̄ præsentialiter affert, duplicē habet virtutē respectu futuri effectus, s. virtutē merēdi, & virtutē impetrādi. Orō autē, sicut & quilibet alius actus virtutis, habet efficaciā merēdi, inquantū procedit ex radice charitatis, cuius propriū obiectū est bonū ęternū, cuius fruitionē meremur. Procedit tñ orō à charitate mediante religione, cuius est actus oratio, vt dictū * est, cōcomitantibus ēt quibusdā alijs virtutibus, quæ ad bonitatē orōnis reqruntur, s. humilitate, & fide. Ad religionē. n. pertinet ipsam orationē Deo offerre: ad charitatē verò pertinet desiderium rei, cuius complemētū orō petit. Fides autē est necessaria ex parte Dei quē oramus, vt. s. credamus ab eo nos posse obtinere, qd petimus. Humilitas autē est necessaria ex parte ipsius petentis, q suā indigentiā recognoscit. Est etiam & deuotio necessaria, sed hoc ad religionē pertinet, cuius est primus actus, & necessarius ad oēs cōsequentes, vt supra dictū * est. Efficaciā autē impetrandi habet ex gratia Dei, quem oramus, qui etiā nos ad orandū inducit. Vñ August. dicit * in libro de verbis Domini: Non nos hortaretur vt peteremus, nisi dare vellet. Et Chrysost. dicit: Numquàm oranti beneficia denegat, qui vt orantes non deficiant, sua pietate instigat.

* Ar. 13. huius q. Concl. * Ar. 3. huius quęst. * Ar. 1. qst. præced. * Ser. 5. Et 29. non re mine a princi. to. 10.

AD PRIMVM ergo dicendū, q oratio sine grā gratū faciēte meritoria nō est, sicut nec aliqs alius actus virtuosus. Et tñ ēt orō, quæ impetrat gratiā gratū facientē, pcedit ex aliqua grā, quasi ex gratuito dono: quia ipsum orare, est quoddā donum Dei, vt Augustinus dicit in libro de Perseuerantia.

Cap. 23. citatur hoc ex Ambr. in 3. to. 12.

AD SECVNDVM dicendū, q ad aliud principaliter respicit meritū orationis qñq;, q̄ ad id, qd petitur. Meritum. n. præcipuè ordinatur ad beatitudinem, sed petitio orationis directè se extendit qñq; ad aliqua alia, vt ex dictis * patet. Si ergo illud aliud, qd petit aliquis pro seipso, nō sit ei ab beatitudinem vtile, non meretur illud: sed qñq; hoc petendo & desiderādo, meritum amittit, puta, si petat à Deo cōplementum alicuius peccati, qd est nō pie orare. Qñque verò non est necessarium ad salutem, nec manifestè saluti contrarium: & tunc licet orans possit orando mereri vitam æternā, non tñ meretur illud obtinere, qd petit. Vnde August. dicit in lib.* sententiarum Prosperi. Fideliter supplicans Deo pro necessitatibus huius vitæ, & misericorditer audit, & misericorditer nō auditur. Quid enim infirmo sit vtile magis nouit medicus, q̄ ęgrotus. Et propter hoc etiā Paulus non fuit exauditus petens amoueri stimulum carnis, quia non expediebat. Si verò id qd petitur, sit utile ad beatitudinem hominis, quasi pertinens ad eius salutem, meretur illud non solùm orando, sed etiam alia bona opera faciendo: & ideò indubitanter accipit quod petit, sed qñ debet accipere. Quædam enim non negantur, sed ut congruo dentur tempore, differuntur, ut August.* dicit super Ioannē: quod tñ potest impediri, si in petendo non perseueret. Et propter hoc dicit † Basilius. Ideò qñque petis, & non accipis: quia perperam postulasti, vel infideliter, uel leuiter, uel non conferentia tibi, uel destitisti. Quia uerò homo non potest alij mereri uitam ęternam ex condigno, ut supra dictum * est: ideo per consequens nec ea quæ ad uitam æternam pertinet, pōt aliquando aliquis ex condigno alteri mereri. Et pp hoc non semper ille auditur, qui pro alio orat, ut supra habitum * est: & ideò ponuntur quatuor conditiones, quibus concurrentibus semper aliquis impetrat quod petit, ut scilicet pro se petat, necessaria ad salutem, piè, & perseueranter.

* Art. 6. & 7. * In lib. q inscribitur ... ex Augus. decerptæ c. 212. to. 3. inter opera Aug. * Tra. 102 prope à princ. to. 9. † In serm. de orādo Deū a medio. Et in cōst. Exerci. c. 1. * 1. 2. q. art. 6. * Art. 7. ad 2. & 3.

AD TERTIVM dicendū, q orō innititur principaliter fidei non quantū ad efficaciā merendi, quia sic innititur principaliter charitati, sed quantum ad efficaciam impetrandi: quia per fidem habet homo notitiam omnipotentiæ diuinæ & misericordiæ, ex quibus oratio impetrat, quod petit.

ARTICVLVS XVI.

Vtrum peccatores orando impetrent aliquid à Deo.

Porrecta per totum. 452
Inf. q. 178 ar. 2. ad 1. Et po. q. 6. ar. 9. ad 5. Et Io. 4. le. 3.

AD SEXTVMDECIMVM sic proceditur. Videtur q peccatores orando nō impetrent aliquid à Deo. Dicitur enim Ioan. 9. Scimus, quia peccatores Deus non audit: quod consonat ei, quod dicitur Prouerb. 28. Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis: oratio autem execrabilis non impetrat aliquid à Deo. ergo peccatores non impetrant aliquid à Deo.

¶ 2 Præt. Iusti impetrāt à Deo illud, qd merenī ut supra habitum * est: sed peccatores nihil possunt mereri, qa gratia carent, & etiā charitate, quæ est uirtus pietatis, ut dicit glo. 2. ad Timoth. 3. super illud, Habētes qdem speciem pietatis, uirtutem autē eius abnegantes: & ita non piè orāt, qd reqrītur ad hoc, q oratio impetret, ut supra * dictum est. ergo peccatores nihil impetrant orando.

* Ar. pce. * Ar. pce. ad 2.

¶ 3 Præt. Chrysost. dicit super Matth. Pr nō libenter exaudit orationē, q̄ filius non dictauit: sed in oratione quā Christus dictauit, dr, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, quod peccatores non faciunt. ergo uel

In opere imperfec. homi. 14.

mentiun-

mentiunt hoc dicẽtes, & sic nõ sunt exauditione digni: vel si non dicant, non exaudiuntur, quia formam orandi à Christo institutam non seruant.

*Trac. 44. in Io. a medio to. 9. † Homi. 18 in opere imperfecto, paruum ante medium, tom. 2.

SED CONTRA est, quod August.* dicit sup Ioãnem. Si peccatores non exaudiret Deus, frustra publicanus Dixisset. Dñe, propitius esto mihi peccatori. Et Chrysost.† dicit super Matt. Omnis qui petit, accipit, idest, siuè iustus sit, siuè peccator.

Concl. m

RESPON. Dicendũ, q in peccatore duo sunt cõsideranda, scilicet natura, quam diligit Deus: & culpa, quã odit.[m] Si ergo peccator orando aliquid petit, inquantũ peccator, idest, sm desideriũ peccati, in hoc à Deo nõ auditur ex misericordia, sed quãq; auditur ad vindictã, dũ Deus permittit peccatorẽ adhuc amplius ruere in peccata.[n] Deus. n. quædam negat ꝓpitius, quę cõcedit iratus, vt August.* dicit.[p] Oronem vero peccatoris ex bono naturę desiderio ꝓcedentẽ Deus audit non quasi ex iustitia, qa peccator hoc nõ meret, sed ex pura misericordia, obseruatis tñ quatuor† pmissis condõnib*, vt. s. ꝓ se petat, necessaria ad salutẽ, piè, & pseuerãter.

Conclu. p Par. 2. conclusiones. *Trac. 73. in Ioã paulo a prin. to. 9. Et de ver. dom. Ser. 53. † ar. proced. ad 2. *Trac. 44. in Ioan. a medio, tomo 9.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q sicut Aug. dicit * super Ioan. Illud verbum est cęci adhuc inuncti, idest, nondũ perfectè illuminati, & ideò non est ratum: quãmuis possit verificari, si intelligatur de peccatore, inquantum est peccator, per quem etiam modum oratio eius dicitur execrabilis.

AD SECVNDVM dicendũ, q peccator nõ põt piè orare, quasi eius oro ex habitu virtutis informet: potest tñ eius oratio esse pia quantũ ad hoc, q petit aliquid ad pietatẽ pertinens: sicut ille qui nõ habet habitũ iustitię, potest aliquid iustum velle, vt ex supradictis* patet. Et quãmuis eius oratio nõ sit meritoria, põt tñ esse impetratiua: quia meritum innititur iustitiæ, sed impetratio innititur gratiæ.

*In corp. ar. & q. 10. ar. 4. & q. 58. ar. 2. ad 3. † ar. 7. ad 2.

AD TERTIVM dicendũ, q sicut dictũ † est, oratio dñica profertur ex persona cõmuni totius Ecclesię: & ideò si aliquis nolẽs dimittere debita ꝓximo, dicat oronem dñicam, nõ mentitur, quãmuis hoc qđ dicit, nõ sit verũ quantũ ad suã personam: est enim verũ quantum ad personam Ecclesię, ex qua est meritũ, & ideò fructu orationis caret. Quãdoq; tñ aliqui peccatores parati sunt debitoribus suis dimittere: & ideò ipsi orãtes exaudiuntur, sm illud Eccl. 28. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur.

SVP. Q. LXXXIII. ART. XVII.

Porrecta per totum. 453 4. dis. 15. q. 4. ar. 1 & Phil. 4. Et 1. Tim. 2

In ar. 17. dubiũ occurrit circa illud, scilicet, q in cõsecratione maximè mens debet eleuari in Deũ: qm in cõsecratione tenetur sacerdos consecrans maximè ad exprimẽdã distinctè verba consecrationis, ac per hoc nõ potest maximè mens in Deum eleuari, qm quanto magis in Deũ eleuat, tanto minus attendit ad inferiora, vt sunt verba, & huiusmodi. ¶ Ad hoc dicitur, q in cõsecratione Eucharistiæ, de qua est sermo, in qua sacerdos Deũ quodammodo ducit ad terras, quæ eleuatio maxime in Dei bonitatẽ, quæ sic signata adesse nobis, ratio est aũt nominis ad verba in actu exercito, hoc est, q sacerdos distinctè, & reuerenter dicat verba illa. Quod aũt à scrupulosis fit, q scilicet occupant suã mentem ad hoc, vt velint esse intenti, & attenti, euagatio est, & non est attentio, sed habere potius attentionẽ pro obiecto. Eleuatio igitur mentis in Deũ in consecratione debet esse maxima nõ includẽ, & per abstractionẽ à sensibilibus, vt obiecto probatur: sed debet esse maxima obiectiue, & quo ad conatũ, infra latitudinem attentionis, ad dicendã verba vt decet.

*. Origenes Hom. vlt. Matt. 35. non multum remote

¶ In eodẽ articulo in ratione ad tertiũ aduerte, q nõ solum ordinem simpliciter inter gratiarũ actiones, & postulationes assignat, qa scilicet prius est gratias agere de acceptis, quibus prius sunt futura, sed etiã ordinẽ in Missa distinctũ à glo. recitatũ in corpore articuli rationem reddens est sciendo quo hæc quatuor se habẽt respectu vnius, & eiusdem beneficij. Eleuando primò orationẽ accedẽdo ad Deũ, secũdo accessum, tertio petitione, & quarto gratiarũ actiones, vt glos. fecit, primò obsecrationes, secundo orationes, tertiò petitiones, quartò gratiarũ actiones ponens.

ARTICVLVS XVII.

Vtrum conuenienter dicãtur esse orationis partes, obsecrationes, orationes, postulationes, et gratiarũ actiones.

AD DECIMVMSEPTIMVM sic ꝓceditur. Vr q incõueniẽter dicant esse oronis partes obsecrationes, orones, postulationes, & gratiarũ actiones. Obsecratio. n. vr esse quędã adiuratio: sed sicut Orig. dicit * super Matth. Non oportet q vir, qui vult sm Euangeliũ viuere, adiuret aliũ: si. n. iurare nõ licet, nec adiurare. ergo incõuenienter ponitur obsecratio oronis pars.

¶2 Pręt.[h] Oro, sm Damascenũ, est petitio decẽtiũ à Deo. incõuenienter ergo orationes cõtra postulationes diuiduntur.

sic med. tom. 5. Lib. 3. De fid. ca. 24.

¶3 Pręt. Gratiarũ actiones pertinẽt ad pterita, alia verò ad futura: sed pterita,[h] sũt priora futuris. incõueniẽter ergo gratiarũ actiones post alia ponuntur.

IN CONTRARIVM est authoritas Apostoli 1. ad Timoth. 2.

Concl. m

RESPON. Dicendũ, q[m] ad orationẽ tria requirũtur, quorũ primũ est, vt orãs accedat ad Deũ, quẽ orat, qđ significatur nomine orationis: qa oro est ascensus intellectus in Deũ. Secũdo, requiritur petitio, quæ significatur nomine postulationis, siuè petitio proponat determinatè, qđ quidã nominant propriè postulationẽ: siuè indeterminatè, vt cũ qs petit iuuari à Deo, qđ nominat supplicationẽ: siuè solùm factũ narretur, secundũ illud Io 11. Ecce, quẽ amas, infirmatur, qđ vocant insinuationẽ. Tertio, requiritur ratio impetrandi qđ petitur, & hoc vel ex parte Dei, vel ex parte petẽtis. Ratio quidẽ impetrandi ex parte Dei est eius sanctitas, ꝓpter quã petimus exaudiri, sm illud Daniel. 9. Propter temetipsũ inclina Deus meus aurẽ tuã, & ad hoc pertinet obsecratio, q est per sacra cõtestatio, sicut cũ dicimus: Per natiuitatẽ tuã libera nos Dñe. Ratio verò impetrandi ex parte petentis est gratiarũ actio: qa de acceptis beneficijs gratias agẽtes, meremur accipere potiora, vt in collecta dicit. Et ideò dicit * glo. 1. ad Tim. 2. q in Missa obsecrationes sunt, quę præcedũt cõsecrationẽ, in quibus quędã sacra cõmemoratur. Orones sunt in ipsa cõsecratione, in qua mẽs maxime dẽt eleuari in Deũ. Postulationes aũt sunt in sequẽtibus petitionibus. Gratiarũ actiones in fine. In pluribus et Ecclesię collectis hęc quatuor possunt attẽdi, sicut in collecta Trinitatis, qđ dr; Oipotẽs sẽpiterne Deus, ptinet ad orones ascẽsum in Deũ. qđ dr: Qui dedisti famulis tuis &c. ptinet ad gratiarũ actionẽ. qđ dr: Pręsta quęsumus &c. pertinet ad postulationẽ. qđ in fine ponitur: Per Dñm nostrũ &c. pertinet ad obsecrationẽ. In collationibus autem patrum * dicitur, q obsecratio est imploratio pro peccatis, oratio cũ aliquid Deo uouemus, postulatio cum pro alijs petimus: sed primum melius est.

*Glo. ordinaria 1 prin. commentarij ad cap. 2. 1. ad Timot.

*In collatione 9. c. 11. 12. & 13. simul

AD PRIMVM ergo dicendum, quod obsecratio non est adiuratio ad complendum, quod prohibetur, sed ad misericordiam implorandum.

AD SECVNDVM dicendũ, q oratio cõiter sumpta includit omnia quæ hic dicuntur: sm qđ contra alia diuiditur, ĩportat propriè ascẽsum in deũ.

AD III. dicendũ, q in diuersis præterita præcedunt futura: sed aliquid vnum & idem prius est futurum, q sit præteritum. Et ideò gratiarũ actio de alijs beneficijs præcedit postulationem aliorum beneficiorum: sed idem beneficium prius postulatur, & vltimo cum acceptum fuerit, de eo gratiæ aguntur. Postulationem aũt præcedit oratio, per quam acceditur ad Deum, a quo petimus. Oratio autem præcedit obsecratio: quia ex consideratione diuinę bonitatis, ad eum audemus accedere.

QVAESTIO LXXXIIII.

De exterioribus actibus latriæ, in tres articulos diuisa.

POSTEA considerandum est de exterioribus actibus latriæ. ¶ Et primò, de adoratione, per quã aliquis suũ corpus ad Deũ venerandum exhibet. Secũdò, de illis actibus, quibus aliquid de rebus exterioribus Deo offertur. Tertio, de actibus quibus ea quæ Dei sunt, assumuntur.

CIRCA primũ quæruntur tria.

¶ Primò, Vtrum adoratio sit actus latriæ.

¶ Secũdò, Vtrũ adoratio iportet actũ iteriorẽ, vel exteriorẽ.

¶ Tertiò, Vtrũ adoratio requirat determinationem loci.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum adoratio sit actus latriæ, siue religionis.

AD PRIMVM sic proceditur. Vr, q adoratio non sit actus latrię, siuè religionis. Cultus enim religionis soli Deo debetur: sed adoratio[h] non debet soli Deo. Legitur. n. Gen. 18. quòd Abrahã adorauit angelos. Et 3. Regũ 1. dr, q Nathan Propheta ingressus ad regem Dauid, adorauit eũ pronus in terram. ergo adoratio nõ est act* religionis.

¶2 Præt. Religionis cultus debetur Deo prout in ipso beatificamur, vt patet per Aug. in 10. de * ciu. Dei: sed adoratio debetur ei ratione maiestatis,[h] quia sup illud Ps. 28. Adorate Dominum in atrio sancto eius, dicit gl. De his atrijs venitur in atrium, vbi maiestas adoratur. ergo adoratio non est actus latriæ.

Lib. 10. c. 4. a medio, to. 5. Conclu.

¶3 Præt. Vnius religionis cult* tribus personis debetur: non autem vna adoratione adoramus tres personas, sed ad inuocationem trium personarũ singulariter genu flectimus. ergo adoratio non est actus latriæ.

SED CONTRA est, q Matth. 4. inducitur. Dñm Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.

RESPON. Dicendũ, q adoratio ordinatur in reuerentiam eius, qui adoratur. Manifestũ est autẽ ex * dictis, quòd religionis propriũ est reuerentiã Deo exhibere: vnde[m] adoratio, qua de* adorat. est religionis actus.

q. 81. ar. 1. ad 3. Conclu. m

AD PRIMVM ergo dicendũ, q Deo debetur reuerentia ꝓp eius excellentiam, quæ aliquib* creaturis cõicatur non secundum æqualitatem, sed sm quandam participationem. Et ideò alia veneratiõe veneramur deũ quod pertinet ad latriã: & alia veneratione quasdam excellentes creaturas, quod pertinet ad duliam, dr qua post* dicetur. Et quia ea, quæ exterius aguntur, signa sunt interioris reuerẽtię, quædam exteriora ad reuerentiã ptinentia exhibentur excellẽtibus creaturis, inter quę maximum est adoratio: sed aliquid est, quod soli Deo exhibetur, s. sacrificium. Vnde Aug. dicit in 10.* de ciu. Dei. Multa de cultu diuino vsurpata sunt, quæ honoribus deferuntur humanis siuè humilitate nimia, siuè adulatione pestifera: ita tñ q quib* ea deferuntur, homines haberẽtur, qui dicuntur colendi & venerandi (si aũt multum eis additur) & adorandi. Quis verò sacrificandum censuit, nisi eũ quẽ Deum aut sciuit, aut putauit, aut finxit? Secđm reuerẽtiam ergo, q creaturæ excellenti debetur, Nathan adorauit Dauid. Secđm aũt reuerentiam, quæ debetur Deo, Mardochęus noluit adorare Aman, timens ne honorẽ Dei transferret ad hominem, vt dr Hester 3. Et similiter sm reuerentiam debitã creaturæ excellenti Abrahã adorauit angelos, & ẽt Iosue, vt legitur Iosuæ 5. Quamuis possit intelligi, q adorauerint adoratione latriæ Deũ, qui in psona angeli apparebat, & loquebat. Secđm autẽ reuerentiã q debetur Deo, prohibitus est Ioãnes angelũ adorare, Apoc. vlt. tum ad ostendendũ dignitatẽ hois, quã adeptus est per Christũ, vt angelis æquet: vnde ibi subditur, Conseruus tuus sum, & fratrum tuorum: tum ẽt ad excludendum idololatriæ occasionem. Vnde subditur: Deum adora.

q. 110. & seq. & q. 103 ar. 3. & 4. * lib. 10. c. 4. circa fin. to. 5.

SVP. Q. LXXXIIII. ARTIC. I. Fere. 3. contr. c. 119.

Porrecta per totum. 454 3. dis. 10. q. 1. ar. 2. q. 7. Et 3. contra c. 119.

In art. 1. q. 84. dubium occurrit de actib* Mardochęi, & Ioannis hic expositis tã rõnabiliter probatur. Nam cum rex præcepisset Amã adorari, vt creaturã excellentẽ, non vt Deum, qđ per hoc patet, q infra se ipsum illum adorari constituit, non videtur excusari Mardochæus, dicendo q secundum reuerentiã Deo debitam Mardochæus noluit adorare Aman: Ioannes quoque, si de latriæ adoratione pluribus est, cum ipse esset paratus ad illam adorationẽ, vt patet ex hoc, quod ibi dicitur, Cecidi vt adorarem, sequitur q Ioãnes peccauerit peccato maximo, a cuius perfecta consumatione prohibit* fuit ab angelo, quod est incõueniens. Mala igitur est expositio literæ. ¶ Ad hoc dr, q de mẽte Mardochęi sicut videtur in litera scripturæ insinuatum, q ea ratione tenuerit adorare Aman, ne. s. reuerentiam exteriorem Deo consuetam à Iudæis exhiberi (vt patet 3. Reg. 8. de genuflexione Salomonis) ad hominem talem transferret. Dr enim Hester 3. q arguentibus alijs pueris regis Mardochæũ de hoc, dixit se esse Iudæum, & quod illi volẽtes experiri an perseueraret, accusauerunt eũ ad Aman hostem Iudæorum, qui erat de stirpe Agag regis Amalechitarum, occisi à Samuel, 1. Reg. 15. Si ergo patet, q cõuenienter vtiq; Mardochæi interpretat* est. An aũt prudenter in hoc egerit Mardochæus, cũ legerit Iacob adorasse fratrem suum Esau, Gen. 33. & filios ei* incognitũ Ioseph adorasse, Gen. 43. & rõnabile sit qđ ipse more Persarum adoraret pronus in terrã regem, alia qõ est, ex particularibus tunc occurrentibus pẽsanda. Factum aũt Ioannis Euãgelistæ ad exteriorem tñ actũ spectat, ita q Ioãnes nolebat diuinam reuerentiam angelo exhibere, sed reuerentiã summam in exteriori actu, s. prostrationis, ei exhibere, quã licitè facere poterat, cum hæc possit etiã hoi excellenti exhiberi, & exhibita fuerit, vt patet in prædictis locis: sed quia ista tã exterior reuerentia deberet reseruari soli Deo, vt aliqua exterior reuerentia esset illi propria, ideo angelus dr prohibuisse eum à reuerentia debita Deo, ita q sensus est, quòd secundum reuerentiã exteriorẽ debitam Deo, hoc est, ex debito honestatis reseruandã soli Deo, prohibitus est Ioannes in persona generis humani offerens prædecessorũ suorum more reuerentiã exteriorem summã excellenti* creaturis, ne hanc exhiberet: sed soli deo reseruaret illam propter vtranque rationem in litera allatã. Et hæc de tota quæstione 84. sufficiunt.

Ad

Ad II. dicendū, q sub maiestate diuina intelligitur omnis Dei excellentia, ad quam pertinet q in ipso, sicut in summo bono, beatificamur.

Ad III. dicendū, q quia una est excellentia triū personarum, vnus honor & reuerentia eis debetur, & per consequens vna adoratio. In cuius figuram cum legitur de Abraham, Gen. 18. q tres viri apparuerunt, adorans, unum alloquitur dicens. Domine, si inueni gratiam &c. Terna autem genu flexio signum est ternarij personarum, non autem diuersitatis adorationum.

Perrecta per totum. 455

ARTICVLVS II.

Vtrum adoratio importet actum corporalem.

Ferr. 3. cont. c. 119.

Sup. q. 83. ar. 7. Et 3. dist. 9. q. 1. art. 3. q. 3. & 3. contra G. c. 119.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q adoratio non importet actum corporalem. Dicitur enim Ioan. 4. Veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu, & veritate: sed id quod fit in spiritu, non pertinet ad corporalem actum. ergo adoratio non importat corporalem actum.

¶ 2 Præt. Nomen adorationis ab oratione sumit: sed oratio principaliter consistit in interiori actu, sm illud 1. ad Cor. 14. Orabo spiritu, orabo & mente. adoratio maximè importat spiritualem actū.

¶ 3 Præt. Corporales actus ad sensibilē cognitionē ptinent: Deū aūt nō attingim⁹ sensus corpis, sed mentis. ergo adoratio nō iportat corporalē actū.

SED CONTRA est, quòd super illud Exod. 20. Non adorabis ea, neque coles: dicit glossa. Nec affectu colas, nec species adores. (Gl. ordinaria ibi.)

RESPON. Dicendum, q sicut Damasc.* dicit in 4. lib. Quia ex duplici natura cōpositi sumus, intellectuali s. & sensibili, duplicē adorationē deo offerimus. s. spūalem, quæ consistit in interiori mentis deuotione: & corporalē, quæ consistit in exteriori corporis humiliatione. Et quia in oībus actib⁹ latriæ id, qd est exterius, refertur ad id, qd est interius, sicut ad principalius; ideò ipsa exterior adoratio fit pp interiorē, vt videlicet p signa humilitatis, q corporaliter exhibemus, excitetur nr̄ affectus ad subijciendū se Deo, quia cōnaturale est nobis, vt p sensibilia ad intelligibilia procedam⁹. (*Li. 4. Orth. fid. 1 principio c. 12. — Concl.)

AD PRIMVM ergo dicendum, q etiam adoratio corporalis in spiritu fit, inquantum ex spirituali deuotione procedit, & ad eam ordinatur.

AD II. dicendū, q sicut oratio primordialiter est quidē in mēte, secundariò aūt verbis exprimit vt supra dictū est: ita ēt adoratio principaliter quidē in interiori Dei reuerentia cōsistit, secundariò aūt in quibusdā corporalib. humilitatis signis: sicut genu flectimus, nostrā infirmitatem designātes in comparatione ad Deum. Prosternimus autē nos, quasi profitentes nos nihil esse ex nobis. (q. 83. a. 12.)

AD TERTIVM dicendū, q etsi per sensum Deū attingere non possimus, per sensibilia tamē signa mens nostra prouocantur, vt tendat in Deum.

Perrecta per totum. 456

ARTICVLVS III.

Vtrum adoratio requirat determinatum locum.

(3. Sent. d. 9. — 1. Tim. 2.)

AD TERTIVM sic proceditur. Vr̄ q adoratio nō requirat determinatū locū. Dr̄. n. Ioan. 4. Venit hora qñ neq; in monte hoc, neq; in Hierosolymis adorabitis Patrem: eadem ratio videtur esse & de alijs locis. ergo determinatus locus non requiritur ad adorandum.

¶ 2 Præt. Adoratio exterior ordinat ad interiorē: sed iterior adoratio fit ad deū, ut ubiq; existētē. ergo exterior adoratio nō reqrit determinatū locū.

¶ 3 Præt. Idē Deus est, qui in nouo, & veteri testō adoratur: sed in veteri testō fiebat adoratio ad occidentem, nam ostium tabernaculi respiciebat ad orientem, vt hr̄ Exod. 26. ergo eadem rōne etiam nunc debemus adorare ad occidentem, si aliquis locus determinatus requiritur ad adorandum.

SED CONTRA est, quod dr̄ Isa. 56. & inducitur Luc. 19. Domus mea, domus orationis vocabitur.

RESPON. Dicendum, q sicut dictum* est, in adoratione principalior est interior deuotio mētis, secundariū aūt est, qd ptinet exterius ad corporalia signa. Mens aūt interius apprehēdit deū, quasi nō cōprehēsum aliquo loco, sed corporalia signa necesse est q in determinato loco, & situ sint: & iō determinatio loci nō requirit ad adorationē principr̄, quasi sit de necessitate ipsius, sed sm quandam decentiam, sicut & alia corporalia signa. (Ar. preced. — Concl.)

AD I. ergo dicendū, q Dñs p illa verba pnūciat cessationē adorationis tam sm ritū Iudæorū adorantiū in Hierusalē, q ēt sm ritū Samaritanorum adorantiū in monte Garizim. Vterq; n. ritus cessauit veniente spirituali Euangelij veritate, sm quā in omni loco Deo sacrificatur, vt dr̄ Malach. 1.

AD II. Dicendū, q determinatus locus eligit ad adorandū non pp Deū qui adoratur, quasi loco concludat, sed pp ipsos adorantes: & hoc triplici rōne. Primo quidē, pp loci consecrationē, ex qua spūalem deuotionē concipiunt orantes, vt magis exaudiātur, sicut patet ex adoratione Salomonis. 3. Reg. 8. Scdo, pp sacra mysteria, & alia sanctitatis signa, q ibi continentur. Tertiò, pp concursum multorū adorantiū, ex quo fit oratio magis exaudibilis, sm illud Matth. 18. Vbi sunt duo, vel tres cōgregati in noīe meo, ibi sum ego in medio eorū.

AD III. dicendū, q sm quandā decentiā adoramus versus orientē. Primo quidē, pp diuinæ maiestatis indiciū, qd nobis manifestatur in motu cęli qui est ab oriente. Scdo pp paradisum in oriente constitutū, ut legitur Gen. 2. sm lrām septuaginta interpretū, quasi qramus ad paradisum redire. Tertio, pp Christū, qui est lux mundi, & oriens noīat Zach. 6. Et qui ascendit sup cęlum cęli ad orientē: & ab oriente etiā expectatur venturus, sm illud Matth. 24. Sicut fulgur exit ab oriēte, & paret usq; ad occidentem, ita erit & aduentus filij hominis.

QVAESTIO LXXXV.

De his quæ à Deo fidelibus dantur, in quatuor articulos diuisa.

POSTEA considerandum est de actib. quibus aliquæ res exteriores Deo offeruntur.

¶ Circa quos occurrit duplex cōsideratio. Primò qdē de his, q Deo à fidelibus dātur. Secūdò, de uotis, quibus ei aliqua pmittuntur. Circa primum considerandum est de sacrificiis, oblationibus primitiis, & decimis.

CIRCA sacrificia quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum offerre Deo sacrificium sit de lege naturæ.

¶ Secundò, Vtrum soli Deo sit sacrificium offerendum.

¶ Tertiò, Vtrum offerre sacrificiū sit specialis act⁹ uirtutis.

¶ Quartò, Vtrum oēs teneantur ad sacrificiū offerēdum.

ARTICVLVS I.

Vtrum offerre sacrificium Deo sit de lege naturæ.

AD PRIMVM sic pcedit. Vr̄ q offerre sacrificiū Deo non sit de lege naturæ. Ea. n. q sunt iuris naturalis, cōia sunt apud oēs hoīes: nō aūt hoc cōtingit circa sacrificia. Na quidā legūtur obtulisse in sacrificiū panē, & uinū, sicut de Melchisedech dr̄ Gen. 14. & qdā hæc, quidā verò alia, ut aīalia. ergo oblatio sacrificiorū ñ ē d iure naturali.

¶ 2 Præt. Ea q sunt iuris naturalis oēs iusti seruauerūt: sed nō legit de Isaac, q sacrificiū obtulerit, neq; ēt de Adam, de quo tū dr̄ Sap. 10. q sapientia eduxit eū à delicto suo. ergo oblatio sacrificij non est de iure naturali.

¶ 3 Præt. Aug. dicit 10. de ciuit. Dei, q sacrificia in quadā significātia offerunt. uoces aūt quę sunt pcipua iter signa, sicut idē dicit i libro de doct. Chri. nō significant naturalr̄, sed ad placitū, secundūt Philo. ergo sacrificia non sunt de lege naturali. (*Li. 10. c. 5. & 6. & 19. 10. 5. — Li. 2. c. 3. circa medium. 1. 3. — Arist. li. 1. Perihermen. c. 1. 10. 1.)

SED CONTRA est, q in qualibet ætate, & apud quaslibet hominum nationes sp̄ fuit aliqua sacrificiorum oblatio: quod autem est apud oēs, uidetur naturale esse. ergo & oblatio sacrificiorum est de iure naturali.

Perrecta per totum. 457

RESPON. Dicendū, q naturalis rō dictat homini, q alicui superiori subdat⁹ pp defectus, quos in seipso sentit, in quibus ab aliquo superiori eget adiuuari, & dirigi. Et qcqd illud sit, hoc est qd apud oēs dr̄ De⁹. Sicut aūt in reb. naturalib. naturalr̄ iferiora superiorib⁹ subdūtur: ita ēt naturalis rō dictat huiusmodi sm naturalē iclinationē, ut ei qd est supra hoīem, subiectionē, & honorē exhibeat sm suū modū. Est aūt mod⁹ cōueniēs homini, ut sensibilib. signis utat ad aliqua exprimenda, qa ex sensibilib. cognitionē accipit: & iō ex naturali ratione pcedit, q hō qbusdā sensibilibus rebus vtat, offerēs eas Deo i signū debitæ subiectionis & honoris, sm similitudinē eorū, q dominis suis aliqua offerūt i recognitionē dñij. Hoc aūt pertinet ad rationem sacrificij: & ideo oblatio sacrificij pertinet ad ius naturale. (Concl.)

AD PRIMVM ergo dicendū, q sicut supradictū* ē, aliqua i cōi sūt d iure nāli, quorū determinatiōes sūt d iure positiuo, si, cut q malefactores puniantur, hēt lex naturalis: sed q tali pœna, uel tali puniant, est ex cōstitutione diuina, uel humana. Similr̄ ēt oblatio sacrificij i cōi ē de lege naturali, & iō i hoc oēs cōueniūt: sed determinatio sacrificiorū ē ex istitutiōe humana, vł diuina, & iō i hoc differūt. (*1. 2. q. 95. art. 2.)

AD II dicēdū, q Adā, & Isaac, sicut & alij iusti, Deo sacrificiū obtulerūt, sm sui tpis cōgruentiā, ut patet* p Greg. q dicit, q apud antiquos p sacrificiorum oblationes remittebat pueris pctm originale. Nō tñ d oīb. iustorū sacrificiis fit mētio i Scriptura, sz solū d illis, circa q aliqd spāle accidit. Pōt tñ ēē rō, qre Adā ñ legit sacrificiū obtulisse, ne qa i ipso notat origo pcti, simul ēt i eo sāctificatiōis origo signaret. Isaac verò significauit Chrm, iquātū ipse oblat⁹ ē i sacrificiū, vñ nō oportebat ut significaret q si sacrificiū offerēs. (*Li. 4. Moral. c. 2. parum ante medium.)

AD III dicēdū, q significare cōcept⁹ suos ē homini naturale, sed determinatio signorum est sm humanum placitum.

SVP. Q. LXXXV. ARTICVL. I.

IN art. 1. 85. dubiū occurrit circa principium corporis articuli, an, s. sit verum, quod naturalis ratio dictet homini, quod alicui superiori subdatur, à quo egeat adiuuari, & dirigi, & hoc pp̄ter defectus, quos in seipso sentit. Videtur. n. hoc esse falsum: quoniā aut est sermo de defectibus corporis, aut de defectibus animæ, aut utrisq;. Sed propter defectus corporis non dictat naturalis ratio hominē superiori adiutori, ac directori subijci, tum quia defectus corporis communes sunt nobis, & alijs animalibus: tum quia defectus corporis non ducūt nisi ad corpus sine defectu, quale ē corpus celeste: à corporibus autem non expectam⁹ directionē, quāmuis adiutoriū, ex applicatione eorū ēē, ut patet ex diuinatione, & medicinis. Propter defectus verò animæ quo ad partē percēptiuā, ad lumē intellectus agētis recurrens sistit: quo ad potestatē verò appetitiuā, recurrendo ad rōnis regulam naturaliter sistit. Neuter ergo singillatim, aut simul defectus, naturali dictamine ducit hominē vt cognoscat se subijci alicui superiori naturæ, à qua adiuuari & dirigi indigeat.

¶ Et confirmatur, quia quod naturalis rō dictat, omnibus hominibus commune est. Constat aūt multos uiros illustris ingenij non nisi propter vulgus sacrificandū esse Deo sensisse, ut Seneca de seipso dicit, & Arist. in 12. Metaph. sentire videt, Auerroisq; expressē idem sentit ibidem. Et breuiter omnes negātes diuinā prouidentiā, circa hominum singulares actus, singulariter hoc sentiunt. Nō est igitur hoc de iure naturæ naturali ratione dictatum.

¶ Ad hoc dr̄, q cōpositū dici naturalis in practicis dupliciter. ¶ Primo, illa cognitio quæ tanq indita illi, aut quasi statim homini adest, ut q homo diligentissime debet habitare domi, alere filiū, honorare patrē, & huiusmodi. Et talis cognitio dicitur naturalis ex modo, quia inest ad modum naturæ, & iō sic naturalis distinguitur contra rationem inuestigatiū. ¶ Secūdo aūt mō, rō dr̄ naturalis à naturali principio, q. s. hr̄ ex uirtute naturalis luminis proueniens, vel acquisita: & sic rō naturalis distinguit & cōtra supnaturalē, & contra uoluntariā, & continet sub se oēm cognitionē, quam ex lumine intellectus agētis statim, uel discurrēdo, & multū studēdo &c. habere possumus. Et hoc mō intellexit author dicens, q rō naturalis dictat. Ita q intēctio sua est, q rō naturalis, ut distinguit cōtra supnaturalē, qualis est lex diuina: & contra uolūtariā, qualis est lex positiua, quæ iā dē uolūtaria, qa à principio nihil differt, ut dr̄ 5. Eth. talis rō dictat hoī, q subdītur alicui superiori &c.

¶ Ad cuius euidentiā scito, q rō dictans sacrificiū, est rō procedēs ex multis pmissis, s. q in natura est aliqd supremū, & q illud cognoscit hominis singulares act⁹ singulariter, & q benefactor nr̄ est in singularib⁹. Et oīa hæc sūt rōne naturali cognosci pōt, ideò rō naturalis sola sic hominis dictat hoī, q se sentit defectuosum quoad aiam proprie, se subdi superiori adiutori, & directori, quem Deū dicimus.

¶ Ad primū ergo obiectum dr̄, q sermo pñs ē d defectib. hoīs secūdū animā, & corporis i ordine ad animā. Et q quia homo cū toto lumine intellectus agentis, & dependentibus ab eo, deficere se experimēto sentit & in cognitione, & in rectitudine appetitus: & deficiēs i aliquo naturaliter reducitur ad indeficiens, tanq dependens ab illo rō cognoscit se subijci alicui superiori indeficienti, & hoc recurrēdum esse ad illū ut adiutorē, & directorē. Et dato q hæc non dictaret naturalis rō, tanq necessaria scita, saltem tanq rationabilia dictat. In moralibus autem non oportet expetere certitudinem mathematicam, sed rōnabilia sufficiunt.

¶ Ad cōfirmationem verò dr̄ dupliciter. Prīo, q hoc dictamē ēē cōe testatur ut litera dr̄ in ratione ad primū, oēs cōter cōueniūt i hoc, q sacrificiū offerat. Quod si q̄dā hoc negēt, cōtingit ex hoc, q dicētes se ēē sapiētes, stulti facti sunt, ut dr̄ ad Ro. 1. Alio verò mō dr̄, q ea q sūt d dictamine naturali, ut principia, sūt oībus cōia: ea verò q sūt d dictamine naturali, ut cōclusiōes inuestigatæ, nō cōcedunt ab oīb⁹, qa nec ab oībus cognoscuntur.

Universidad de Deusto Biblioteca

Porrecta per totum. 458

... Sic ẽt ad dicta naturale spectat sacrificare Deo, & nõ primo modo: propterea nõ est mirum, si multi sapientes huius mundi non acceptant hoc.

¶ In eodẽ art. nota, q author nõ solũ ostendit q ad ius naturale spectat oblatio sacrificij, sed ẽt q oblatio sacrificij exterioris. Nã poterat qs dicere, q Deo, ut potẽ intellectualis naturæ, sufficit oblatio mentis interior. Et ppea author ex eo q naturale est homini exprimere interiorẽ mẽtẽ exteriorib. signis, qa a sensibilibus cognitionẽ accipit, docet q iõ naturale quoq; est homini interiorẽ oblationẽ mẽtis, exteriori oblatione explicare. Et hĩc aduerte, q nõ ex parte necessitatis, qa. s. alter homini nõ possum' exprimere aliter mentẽ nostram, nisi sensibilib' signis: sed ex pte naturalitatis, qa. s. exprimere p sensibilia signa, naturale est hominis, qa a sensibilib. accipit cognitionẽ, author processit: iõ necessitatis nõ hẽt locũ respu Dei, q intuẽ cor, sed optime locũ habet rõ naturalitatis ex parte hominis, qui offert sacrificium.

1. 2. q. 102 art. 3. cor. Et 3. q. 48. art. 3. cor. Et 4. contra g. c. 120. & In Psal. 50. col. 2. Et Roma. 1. lec. 7.

SVP. Q. LXXXV. ARTIC. II. Per 3. cont. c. 20.

IN art. 2. eiusdẽ 85. q. aduerte, q in corpore articuli author rõnẽ radicalẽ, qa s. sacrificiũ exterius dẽt cõformari interiori, q soli Deo offert, cõfirmat similitudine pportionali, quia. s. sicut soli uox, & uoce prius significatus, & postmodũ cõclusionẽ ipsam ex humana cõsuetudine probat, quã ẽt authoritate diuinæ legis d thymiamate, seu vnguẽto prohibito sub pœna mortis cõfirmat. Et si uis materia hãc latius uidere, inspice c. 120. libri 3. contra Gent.

*Ar. prec. * q. 48. ar. 2. & q. 81. art. 7. D. 178. * q. 118. artic. 2. † 1. 2. q. 2. & 3. art. 8. Conclu. m

SVP. Q. LXXXV. ARTIC. III.

IN art. 3. vide q virtutis constitit in hoc. Act' ex quo aliquã proprias spẽs habẽtes, q nõ ordinati ad illũ, transit spẽm.

*Li. 10. ca. 19. paulo a prin. c. 5

ARTICVLVS II.

Vtrum soli Deo sit sacrificiũ offerẽdũ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr q non soli summo Deo sit sacrificium offerendũ. Cũ.n. sacrificiũ Deo offerri dẽat, vr q oib' illis sit sacrificiũ offerẽdũ, q h diuinitatis cõsortes fiũt: sed ẽt sancti hoies efficiunt diuinæ naturę consortes, ut dr 2. Petri. 1. Vnde & de eis in Psal. 81 dr. Ego dixi Dij estis. Angeli ẽt filij Dei nominantur, ut patet Iob 1. ergo omnibus his debet sacrificium offerri.

¶ 2 Pręt. Quãto aliqs maior est, tãto ei' maior honor dẽt exhiberi: sed angeli, & sctĩ sunt multò maiores qbuscunq; terrenis principibus, qbus tñ eorũ subditi multò maiorẽ honorẽ impendunt, se corã eis psternentes, & munera offerentes, q̃ sit oblatio alicuius animalis, uel rei alterius in sacrificium. ergo multò magis angelis, & sanctis potest sacrificium offerri.

¶ 3 Præt. Templa, & altaria instituuntur ad sacrificia offerẽda: sed templa, & altaria instituuntur h angelis, & sanctis. ergo ẽt sacrificia possunt eis offerri.

SED CONTRA est, q dicitur Exodo 22. Qui immolat dijs, occidetur, preter Domino soli.

RESPON. Dicẽdũ, q sicut dictũ* est, oblatio sacrificij fit ad aliqd significãdũ. Significat aũt sacrificiũ qd offert exterius, interius spũale sacrificium, quo aĩa seipsam offert Deo, sm illud Psalmistæ. Sacrificium Deo spũs cõtribulatus: qa sicut sup. dictũ* est, exteriores actus religionis ad interiores ordinant. Aĩa aũt se offert Deo in sacrificiũ, sicut principio suæ creationis, & sicut fini suę beatificationis. Secũdũ aũt uera fidẽ solus Deus est creator animarum nostrarũ, ut in 1. habitũ* est. In solo ẽt eo animæ nostræ beatitudo consistit, ut supra dictũ est†. Et iõ sicut soli Deo summo debem' sacrificiũ spũale offerre, ita ẽt soli ei dẽmus offerre exteriora sacrificia. *Sicut ẽt orãtes atq; laudantes ad eũ dirigimus significantes uoces, cui res ipsas i corde quas significam', offerimus, ut Aug. dicit 10.* de ciui. Hoc ẽt uidem' in oĩ republica obseruari, q summũ rectorẽ aliquo signo singulari honorãt qd cuicũq; alteri d ferret, esset crimẽ lęsę maie. Et iõ i lege diuina statuit pęna mortis his q diuinũ honorẽ alijs exhibẽt¶.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q nomen diuinitatis cõicatur aliquibus non per æqualitatẽ, sed per participationem: & iõ nec æqualis honor eis debetur.

AD II dicẽdũ, q in oblatione sacrificij nõ pẽsat ptium occisi pecoris, sed significatio, qua hoc fit i honorẽ summi rectoris toti' uniuersi. Vñ sicut * Aug. dicit 10. † de ciuit. Dei, Dæmones ñ cadauerinis nidorib', sed diuinis honorib. gaudent.

AD III dicẽdũ, q sicut Aug. dicit 8. † de ciui. Dei. Nõ cõstituim' Martyrib' tẽpla sacerdotalia, qñ nõ ipsi, sed De' eorũ nobis ẽ Deus. Vñ sacerdos nõ dicit, Offero tibi sacrificiũ Petre, uel Paule: sed Deo de illorum uictorijs grãs agimus. & nos ad imitationẽ eorum exhortamur.

ARTICVLVS III.

Vtrum oblatio sacrificij sit specialis actus virtutis.

AD TERTIVM sic proceditur. Vr, q oblatio sacrificij nõ sit speciali actus uirtutis. Dicit.n. Aug. 10.* de ciuit. Dei h Verum sacrificium est omne opus quod agitur, ut sancta societate inhæreamus Deo: sed oẽ opus bonũ nõ est specialis actus alicuius determinatæ uirtutis. ergo oblatio sacrificij non est specialis actus determinatæ uirtutis.

¶ 2 Præt. Maceratio corporis, quæ fit p ieiuniũ, ptinet ad abstinentiã: q aũt fit per continentiã, ptinet ad castitatẽ: quæ aũt est in martyrio, pertinet ad fortitudinẽ, quæ omnia uidentur comprehendi sub h sacrificij oblatiõe, sm illud Ro. 12. Exhibeatis corpora uestra hostiã uiuentem. Dicit ẽt Apostolus ad Heb. vlt. Beneficẽtiæ, & cõionis nolite obliuisci, talibus.n. hostijs promeretur Deus: beneficẽtia autem, & cõio pertinent ad charitatem, misericordiam, & liberalitatem. ergo sacrificij oblatio non est specialis actus determinatæ uirtutis.

¶ 3 Præt. Sacrificiũ vr quod Deo exhibet: sed multa sunt q Deo exhibent, sicut ðuotio, orõ, decimę primitiæ, oblatiões, & holocausta. ergo sacrificiũ nõ vr esse aliqs h spalis act' determinatæ uirtutis.

SED CONTRA est, q in lege specialia præcepta de sacrificijs dantur, ut patet in principio Leuit.

RESPON. Dicẽdũ, q sicut supra hitũ est, qñ act' unius uirtutis ordinat ad finẽ alteri' uirtutis, participat quodamõ spẽm eius: sicut cũ quis furatur, ut fornicet, ipsum furtũ accipit quodamõ fornicationis deformitatẽ, ita q si ẽt alias nõ esset peccatũ, ex hoc iã pctm esset, q ad fornicationẽ ordinat. Sic* ergo sacrificiũ est quædam specialis actus laudẽ hñs ex hoc, quòd in diuinã reuerentiam fit, propter qd ad determinatam uirtutem pertinet,

scilicet.

est actus spãlis: oblatio sacrificij ẽ hmõi. ergo &c. In litera siq dẽ primo maior in exẽplo uitiorumque ordinatorũ ad fornicationẽ: deinde minor similiter in utrisque ordinatis ad diuinã reuerẽtiã, declaratur &c. ubi & hẽs diuersitatem inter actus habentes alias spẽs uirtutis, & nõ habẽtes i hoc, q sit ppriẽ dãr sacrificia, illi aũt participatiuẽ dãr sacrificia. Sicut etiam furtum pp fornicationem est participatiuẽ fornicatio, propriẽ autem actus fornicã dicitur fornicari.

¶ In responsione ad tertium ibidẽ habes proprietatem uocabulorum scripturæ.

Conclu. p

*Li. 10. c. 5 contra faust. c. 21. † Li. 10. de ciuit. Dei c. 19 procul a fi. to. 1. † Li. 8. c. vlti. in principio. 10. f.

Porrecta per totum. 459

* Li. 10. c. 6 in princ. tom. 5.

* 1. 2. q. 18. arti. 6. D. 1175.

scilicet ad religionẽ*. Contingit aũt & ea quę sm aliãs virtutes fiunt, in diuinã reuerentiã ordinari, puta, cũ aliqs eleemosynã facit de rebus pprijs pp Deũ, vel cũ aliqs ppriũ corpus alicui afflictioni subijcit pp diuinã reuerẽtiã: & sm hoc ẽt act' aliarũ uirtutum sacrificia dici possunt. Sunt tñ qdam actus, q non habẽt ex alio laudẽ, nisi qa fiũt pp reuerentiam diuinam, & isti actus propriẽ sacrificia dicunt, & pertinent ad virtutẽ religionis.

Conclu. m

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q hoc ipsum q Deo quadam spũali societate volumus inhærere, ad diuinam reuerentiã pertinet: & ideò cuiuscũq; virtutis actus rationem sacrificij accipit ex hoc, q agitur, ut sancta societate Deo inhæreamus.

AD II dicẽdũ, q triplex est hominis bonum. Primum quidẽ est bonũ aiæ, qd Deo offertur interiori quodã sacrificio p deuotionẽ, & orõnẽ, & alios hmõi interiores actus: & hoc est principale sacrificiũ. Secundũ, est bonũ corporis, qd Deo quodammodo offert p martyrium, & abstinẽtia, seu continentiã. Tertium, est bonũ exteriorũ rerum de quo sacrificium offertur Deo, directẽ quidẽ, qñ immediatẽ res nostras Deo offerimus, mediatẽ autem, qñ eas communicamus proximis propter Deum.

AD III dicendum, q sacrificia propriẽ dñr, qñ circa res Deo oblatas aliqd fit, sicut q aĩalia occidebant, & cõburebantur, q panis frangitur, & comedit, & benedicit: & hoc ipsum nomẽ sonat. Nã sacrificium dr ex hoc, q hõ facit aliqd sacrũ. Oblatio aũt directẽ dr, cum Deo aliquid offertur, ẽt si nihil circa ipsum fiat: sicut dicunt offerri denarij, vel panes in altari, circa quos nihil fit. Vnde oẽ sacrificiũ est oblatio, sed non cõuertitur. Primitię aũt oblationes sunt, quia Deo offerebant, vt legitur Deut. 26. Non aũt sunt sacrificia, quia nihil sacrum circa eas fiebat. Decimæ aũt propriẽ loquẽdo nõ sunt sacrificia, neq; oblationes: qa nõ immediatẽ Deo, sed ministris diuini cultus exhibentur.

SVP. Q. V. LXXXV. ART. IIII.

Porrecta per totum. 460

IN art. 4 habes, q duo genera sacrificij sunt omnibus cõmunia, s. interioris mentis oblatio p deuotionem & orationẽ, & oblatio actuũ aliarũ virtutum. Tertium autẽ sacrificij genus est proprium sacerdotibus, & ministris Ecclesiæ, qd hodie in sola Eucharistiæ oblatione essentialiter consistere videtur. Quãuis largo uocabulo in iure etiã inueniatur, iuxta illud Gregorij in benedictione cerei: Suscipe sancte pater incensi huius sacrificium vespertinum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum omnes teneantur ad sacrificia offerenda.

AD QVARTVM sic pcedit. Vr q non oẽs teneantur ad sacrificia offerẽda. Dicit.n. Apo. Rom. 3. Quęcũq; lex loquit, his q sunt in lege loqt: sed lex de h sacrificijs nõ fuit oib' data, sed soli populo Hebræorum. ergo nõ oẽs ad sacrificia tenebantur.

¶ 2 Præt. Sacrificia Deo offerũtur ad h aliqd significãdum: sed nõ est omniũ hmõi significationes intelligere. ergo nõ omnes tenentur ad sacrificia offerẽda.

¶ 3 Pręt. Ex hoc sacerdotes dñr, q sacrificiũ h Deo offerũt: sed ñ oẽs sunt sacerdotes. ergo ñ oẽs tenentur ad sacrificia offerẽda.

*Ar. 1. huius quęst.

SED CONTRA est, quòd sacrificium offerre est de lege naturæ, vt supra habitũ' est. Ad ea aũt quę sunt legis naturæ, omnes tenentur. ergo omnes tenentur ad sacrificium Dei offerendum.

RESP. Dicẽdũ, q duplex est sacrificiũ, sicut dictum* est, quorũ primũ, & principale est sacrificiũ interius, ad qd oẽs tenentur: oẽs.n. tenentur Deo deuotam mentẽ offerre*. Aliud aũt est sacrificiũ exterius, qd in duo diuidit. Nã quoddã est, qd ex hoc solũ laudẽ hẽt, q Deo aliquid exterius offertur in protestationẽ diuinæ subiectionis: & ad hoc aliter tenẽtur illi, q sunt sub lege noua, uel ueteri, aliter illi, qui nõ sunt sub lege. Nã illi qui sunt sub lege*, tenent ad determinata sacrificia offerenda sm legis pcepta. Illi verò q non erãt sub lege: tenebant ad aliqua exterius facienda in honorẽ diuinũ sm cõdecẽtiã ad eos, inter quos habitabant, nõ aũt determinate ad hæc, uel ad illa.* Aliud uerò est exterius sacrificiũ, qñ actus exteriores aliarũ uirtutũ in diuinã reuerẽtiã assumunt, quorũ qdã cadũt sub pcepto, ad quos oẽs tenent: qdã uerò sũt supererogationis, ad quos nõ oẽs tenent*.

*Ar. 1. huius quęst. Conclu. m — Conclu. p — Conclu. e

AD PRIMVM ergo dicendum, q ad illa determinata sacrificia, quæ in lege erant præcepta, non omnes tenebantur: tenebantur tamen ad aliqua sacrificia interiora, vel exteriora, ut dictum* est.

AD II dicẽdũ, q quãuis non oẽs sciant explicitẽ virtutem sacrificiorum, sciũt tamen implicitẽ, sicut & habẽt fidem implicitã, ut supra habitũ* est.

AD III dicẽdũ, q sacerdotes offerũt sacrificia, quæ sunt specialiter ordinata ad cultum diuinum non solum pro se, sed etiam pro alijs: quędam uerò sunt alia sacrificia, quæ quilibet potest pro se Deo offerre, ut ex supra dictis* patet.

*In corp. art. *q. 2. a. 7. *In corp. ar. & art. 1. & 2.

QVAESTIO LXXVI.

De oblationibus & primitijs, in quatuor articulos diuisa.

POSTEA cõsiderandũ est de oblationibus & primitijs.

ET CIRCA hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum aliquæ oblationes sint d necessitate pcepti.

¶ Secundò, Quibus oblationes debeantur.

¶ Tertiò, De qb. reb. fieri dẽant.

¶ Quartò, Spaliter d oblationibus primitiarũ, utrum ad eas hoies ex necessitate teneant.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum homines teneantur ad oblationes ex necessitate præcepti.

AD PRIMVM sic procedit. Vr q homines non teneantur ad oblationes ex necessitate pcepti. Non.n. hoies tẽpore Euãgelij tenent ad obseruanda h cæremonialia pcepta ueteris legis, ut supra habitũ* ẽ: sed oblationes offerre ponit inter cęremonialia pcepta ueteris legis. dr.n. Exo. 23. Trib' uicib' p sin-

SVP. Q. LXXXVI. ART. I.

IN art. 1. q. 86. in responsione ad primũ, grauis occurrit quæstio, Quo pacto saluatur differentia inter cæremonialia, & iudicialia præcepta legis ueteris, si licitẽ potest, & debet modo obseruari hoc cæremoniale mãdatum Exod. 23. Non apparebis in conspectu meo uacuus. Differentia siquidẽ assignata in præcedenti libro, quæ etiam in quæstione sequenti, articulo primo replicatur, est, quòd iudicialia possunt nunc seruari, si princeps ea statuat, cæremonialia autem nõ. Et quo dubitatio, Cũ commune sit utrisque præceptis, quòd nunc licet ea obseruare tanquam vana, hoc est, tanquam obligantia ex authoritate ueteris legis, quia hoc esset euacuare fidẽ Christi, qui legis authoritatem ad praxim totum tempus dãt terminauit,

Porrecta per totum. 461

* 1. 2. q. 103 art. 3. & 4.

Universidad de Deusto Biblioteca

terminauit, differentia ista cōsistit hoc, q iudicialia quo ad ipsam substantiā operis licet obseruare, si noua statuantur authoritate: ceremonialia verò non licet noua authoritate statuere, alioqn mēbra diuisionis non contra se inuicem ponerentur. Et si sic intelligitur, sequitur q pręceptum de oblationibus nō licitū est renouare, aut seruare, cuius contrarium in litera hic dicitur, & ab Ecclesia obseruatur.

¶ Ad hoc dr, q differentia inter cæremonialia, & iudicialia nō est intelligēda quo ad substantiā operū absolute, sed secūdū eandem rōnem formalē, hoc est, q licitū est iudicialia olim in lege facere iudicialia in ciuitate uel regno: sed nō est licitū cæremonialia olim in lege, facere cæremonialia in Ecclesia Dei. Sic enim intellecta differentia illa, ex opposito mēbro optime distincta formaliter saluat. Quo ad substantiam namq; operis licitum est id qd erat cæremoniale facere, ut patet, si q se cā sanitatis circumcideret. Et licet sensus iste sit uerus & intentus, ex eo tñ non habetur solutio motæ difficultatis de oblationibus, quoniā oblationes inter cęremonias erant, ut hic, & ex pcedenti lib. q. 101. art. 4 ad ultimū habes, & nunc inter cæremonialia connumerant qñ Deo offeruntur in protestationē subiectionis nostræ, & ipsa oblatio cultus est Dei exterior. Si ergo nō licet olim cæremonialia nūc ut cęremonialia exercere, quomodo hięc sint oblationum cęremoniæ nūc fiendum restat.

¶ Si quis aūt diligenter inspiciat rōnem, quare cæremonialia sunt mortifera, & Ecclesiæ consuetudinē, uidebit q nō est una omniū cæremonialium rō, & distinguet inter ea, aliq; inueniet q̄dā posse institui cæremonialia, quę etiā olim erāt, sicut de iudicialibus cōstat, q̄dā aūt nō. Cæremonialium. n. quædam cōtinent in se figuram Chri futuri, ut sacrificia, & sacramenta: & hęc assumere in cæremonias nihil aliud est, q̄ q̄ diceri Christū adhuc non uenisse, sed uenturū, ut Aug. cōtra Faustum, & author in pcedēti li. q. 103. ar. vlt. dixerunt. Propter qđ sine pctō mortali seruari nō nequeūt. Quędā uerò ad diuinā reuerentiā tantūmō spectāt, nihil implicantes de Christo uenturo, aut statu populi Hebræi expectantis Christū, quēadmodū obseruatio sabbathi cōmitetur. Et eorū obseruātiā Ecclesia pōt sibi assumere in cæremonias, qa cessat in his ratio, quare sint mortifera: & sub hoc pcedēti cōtinet cæremoniæ oblationū. Ancillatur hunc distinctionē Ecclesiæ authoritas, cū oblationes diuinis, & hmōi odoriferorum, & ablutionē manuū, & panem azymū assumpsit in cæremoniā. Venerationē quoq; templi post partum à mulieribus fieri nō improbat, extra de Purificatione post partū capitulo unico: quæ in ueteri lege oia ad cæremonialia ptinent. Auxiliatur ēt hic authoritas sanctorum ac doctorum in hac quæstione, resoluentes pcēdi, cū iudicialia legalia, s. uel iam q ex lege ueteri ordinata, sic nō ēē sunt mortifera, supposita protestatione legem nō esse per Christum adimpletam: uel quia continēt Christū futurū, quod est eā contra fidei ueram pfessionē. Et propterea illa, quæ significant non futura p Christū uentura, sed q̄ semp fieri, aut haberi debēt, vt

* Greg. 7. & habet de Consecrat. di. 1. c. Omnis Christianus.
* q. præc. ar. 3.
Conclu. m
Conclu. p

gulos annos mihi festa celebrabitis. & postea subdit: Nō apparebis ī cōspectu meo uacu[us]. ergo ad oblatiōes nō tenent̄ nūc homines ex necessitate pcepti.

¶ 2 Præt. Oblatiōes[h] anteq̄ fiāt, in uolūtate hoīs cōsistūt, ut vr̄ p hoc qđ Dñs dicit Mat. 5. Si offers munus tuū ad altare, quasi hoc arbitrio offerētiū relinquat: postq̄ āt oblatiōes sūt factæ, nō restat loc[us] iterato[h] offerēdi eas. ergo nullo mō aliq's ex necessitate pcepti ad oblatiōes tenet̄.

¶ 3 Præt. Quicūq; aliquid tenet̄ reddere Ecclesiæ, si nō reddat, pōt ad id[h] cōpelli p subtractionē ecclesiasticorū sacramētorū: sed illicitum vr̄ his q offerre noluerit, ecclesiastica sacramēta de negare, sm illud Decretū sextæ synodi, qđ habet̄ 1. q. 1. Nullus q sacrā cōionē dispensat, à pcipiēte gratia aliqd exigat: si verò exegerit, deponat. ergo non tenentur hoīes ex necessitate salutis ad oblationes.

Sed contra est, qđ Gre.* dicit. Oīs Christian[us] pcuret ad missarū solēnia aliqd Deo offerre.

Resp. Dicēdū, q sicut dictū* est, Nomē oblationis cōe ē ad oēs res, q̄ ī cultū Dei exhibent̄: ita q si aliqd exhibeat̄ in cultū diuinū, quasi in aliqđ sacrū, qđ inde fieri dēat, cōsumēdū ē, & oblatio ē & sacrificiū. Vñ Exo. 29. dr̄. Offeres totū arietē in incēsū sup altare. Oblatio ē Dño odor suauissim[us] uictimę Dei. & Leu. 2. dr̄. Aīa cū obtulerit oblationē sacrificij Deo, simul erit ei[us] oblatio. Si verò sic exhibeatur, ut integrū maneat diuino cultui deputādū, vl ī usus ministrorū expēdēdū, erit oblatio, & nō sacrificium. Hmōi[m] ergo oblationes de sui rōne hēnt, q uolūtariè offerantur[n], sm illud Exo. 25. Ab hoīe q offert ultroneus, accipietis eas. Pōt[o] tñ contingere, q aliqs ad oblationes teneatur quadruplici rōne[q].

Primo qdē, ex pcedēti cōuentione: sicut cū alicui cōcedit aliqs fundus Ecclesiæ, ut certis tēporibus certas oblationes faciat: qđ tñ hēt rationē census.

Scdo, pp pcedētē deputationē, siuē pmissionē: sicut cū aliqs offert donatione inter uiuos, vel cū relinqt in testamēto Ecclesiæ aliquā rē mobilē, uel immobilē in posterū soluendam.

Tertio mō, pp Ecclesiæ necessitatē, puta, si ministri Ecclesię nō hērent vñ sustentarētur.

Quarto, pp cōsuetudinē. Tenent̄. n. fideles in aliqb. solēnitatib. ad aliquas oblatiōes cōsuetas: tñ in his duobus ultimis casib. remanet oblatio quodāmō uoluntaria, s. quātū ad quātitatem, uel specię rei oblatæ.

Ad primum ergo dicēdū, q ī noua lege hoīes nō tenent ad oblationes cā solēnitatū legaliū, ut in Exodo dr̄, sed ex quibusdā aliis causis, ut dictū* est.

Ad II dđm, q ad oblationes faciēdas tenent aliq, & anteq̄ fiāt, sicut ī primo, & tertio, & quarto mō: & ēt postquā eas fecerint p deputationē, siue pro missionē. Tenent. n. realiter exhibere quod est Ecclesię p modum deputationis oblatum.

Ad III dđm, q illi[d] q oblationes dbitas ñ reddūt, pñt puniri p subtractionē sacrorū, nō per ipsū sacerdotē, cui sūt oblationes faciēdę, ne uideat̄ p sacrorū exhibitionē aliquid exigere, sed per superiorem aliquē.

Articulus II.

Vtrum solum sacerdotibus debeantur oblationes.

Ad secundum sic pcedit. Vr̄ q oblatiōes ñ solū sacerdotib[us] deant. Inter oblatiōes. n. pcipuè videm[us] eē, q̄ hostiis sacrificijs deputant: sed ea q̄ pauperib[us] dant, ī scripturis[h] hostię dīr, sm illud Heb. vlt. Beneficētię, & cōionis nolite obliuisci. Talibus. n. hostijs promeretur Deus, ergo multo magis oblationes pauperibus debentur.

¶ 2 Præt. In multis parochijs[h] monachi de oblationibus partē hēnt: alia aūt est cura clericorū, alia monachorū, ut Hie.* dicit: ergo nō solū sacerdotibus oblationes dēnt.

¶ 3 Præt. Laici de volūtate Ecclīæ emūt oblatiōes, ut panes, & hmōi: sed nō nisi ut hęc ī suos usus cōuertāt. ergo oblatiōes possūt ēt ad laicos[h] ptinēr.

Sed contra ē, qđ dicit Canō Damasi Papę, & habet̄ 10. q. 1. Oblationes q̄ intra sanctā Ecclesiā offerunt̄ tantūmō sacerdotibus, q quotidie Dño seruire vñr, licet comedere & bibere: quia in uetere testamēto phibuit Dñs panes sanctos comedere filijs Israel, nisi tātummodo Aarō, & filijs eius.

Conclusio. Pars. 2.
* In corp art.
D. 916.
Perfecta per totum. 462
* Ad Hæliodorū de laude vitę solitariæ à medio to. 1.
* Habet 10. q. 1. c. hanc consuetudinem.

vt purificatio, ablutio, & azyma, q̄ significāt deuotionē, mūditiā, synceritatē, ac veritatē, aut simplicē reuerentiā, ut purificatio post partū quārū ad abstinentiā ingressus Ecclesię & oblationes, licite fieri possint nō ut legis cęremoniæ, sed ut ab Ecclesia sunt, & fiūt. Hęc aūt esse de mente authoris inuenies in 3. sent. di. 37. ar. 5. quæstiuncula 3. Et tñ etiam di. 1. qō. 2. ar. 5. quæstiuncula 1. q. 2. ar. 2. quęstiuncula 3. Et in 3. parte q. 83. ar. 5. Et sic saluatur dicta differētia inter iudicialia, & cęremonialia. q iudicialia omnia possūt assumi, cæremonialia uero nec oia proprie, nec principalia, sed quædam tantum communia, & secundaria assumi possunt.

¶ In ratione ad tertiū eiusdē articuli, videq nō ad rem, sed apparentiā respicit rō dicens, quare sacerdos non dēt priuare sacramentis negantē debitas oblationes, ne s. uideat̄ p sacro exigere. Oportet n. sacerdotes his, qui foris sunt, testimonium habere. Si tñ negaret puniendo peccatorē, nō esset secundū ueritatē symoniacus: usurparet tñ sibi superioris iurisdictionē, ad quem spectat priuatio sacramenti pro hac causa.

¶ Sed hic insurgit dubiū, qđ faciet sacerdos in tali casu, si ministrat sacramētum existenti in peccato mortali, peccat: si nō ministrat, peccaret. ergo perplexus.

¶ Ad hoc dr, q sacerdos dēt charitatiuè monere hoīem non reddētē debitas oblationes, ut talē sit paratus cōsulere cōsciētiæ suę iuxta boni viri arbitrium. Et si quidē consenserit, pōt illi tñ bono statu per hoc existēti ministrare sacramenta. Si non cōsenserit, procedit contra illū debet, q non propterea quia ad eū pertinere debent oblationes, sed quia ille non est paratus cōsciētiæ suę cōsulere, negat ei sacramēta, donec superior consultus prouideat, & sic dēt denunciare superiori. Et interim nō tanq̄ iudex, sed tanq̄ deuitans participare i peccato mortali cū illo, negare sacramēta illi. Non remanet ergo perplexus, nec oportet eum vsurpare sibi superioris potestatem.

SVP. Q. LXXXVI. ARTIC. III.

In ar. 3. eiusdē q. omisso secūdo, aduerte in ratione ad tertium, q triplex rō illicitæ oblationis animalis cęci, aut claudi, hic distinguitur, q prima penes improportionē oblatæ rei ad sacrificium: secūda penes hoc, q res ipsa contēptibilis cōtemptibilem reddet diuinum cultū: tertia penes uotum uitium attendit. Propter primam namq; non licet unum acetum, aut farinam quasi corruptam offerre p sacrificio Eucharistiæ, q̄m immaculato sacrificio sola immaculata materia pportionata est. Propter secundā, uestes concubinarū nō debent, vbi sunt eorum, in sacras trāsferri uestes. Propter tertiā, qui uouit uitulum, non satisfacit, si infirmum offert: qa uotū intelligitur de uitulo in bono statu. Vbi ergo qualem hēt rem Deo quis offert, & nihil horū incōueniētium sequitur, bene facit.

Conclu. m
Conclu. p
Conclusio in 1. pars 1. Pars 2. Pars 3.
** Refert simile 12. q. 1. c. a. habebat. Ex Hier. Math. 17. Lib. tom 3.
* Citat 1 argu. Sed cōtra 10. q. 1. Hanc consue.

Resp. Dicēdum, q sacerdos quodāmō constituit̄ sequester, & medius iter populū, & Deū, sicut de Moyse legitur Deut. 5. ideo[m] ad eum pertinet dōgmata, & sacramēta exhibere populo: & iterū ea, quę sunt populi, puta, pces, & sacrificia, & oblationes per eū Dño debent exhiberi,* sm illud Apost. ad Hebr. 5. Omnis pontifex ex hominibus assumptus, p hominibus constituitur in his, q̄ sunt ad Deū, ut offerat dona, & sacrificia p peccatis. Et iō[o] oblationes, q̄ à populo Deo exhibētur, ad sacerdotes ptinēt nō solū ut eas in suos usus cōuertat, verū ēt ut fidelr eas dispēsent,[q] partim quidē expendendo eas in his, q̄ pertinent ad cultum diuinū: partim uerò in his quæ ptinent ad propriū uictum: qa q altari deseruiunt, cū altari participant, ut dr̄ 1. ad Corinth. 9. partim etiam in usus pauperū, qui sunt, quantum fieri potest, de rebus Ecclesiæ sustentandi: quia & Dominus in usum pauperum loculos habebat, vt Hierony.* dicit super Matthæum.

Ad primum ergo dicendū, q ea quæ pauperibus dant̄, sicut non proprie sunt sacrificia, dñr tñ sacrificia, inquantū eis dant̄ pp Deum: ita ēt sm eandem rationem oblationes dici pñt, tñ non proprie dictę, quia non immediate Deo offeruntur. Oblationes uero pprie dictæ in vsū pauperum cedunt non p dispēsationē offerentium, sed per dispensationem sacerdotum.

Ad II dicēdū, q monachi, siuè alij religiosi pñt oblationes recipere tripl̄r. Vno mō, sicut pauperes per dispensationē sacerdotū, uel ordinationē Ecclesiæ. Alio mō, si sint ministri altaris: & tūc pñt accipere oblationes sponte oblatas. Tertio mō, si parochiæ sint eorum: & tunc ex debito pñt accipere oblationes taquam Ecclesiæ rectores.

Ad III dicēdum, q oblationes postq̄ fuerint consecratæ, non pñt cedere in usum laicorum, sicut uasa, & uestimēta sacra: & hoc modo intelligitur dictum Damasi Papæ. Illa verò, quæ non sunt consecrata, pñt in usum laicorum cedere ex dispensatione sacerdotum siuè p modum donationis, siue per modum uenditionis.

Articulus III.

Vtrū homo possit oblationes facere de omnibus rebus licitè possessis.

Ad tertium sic pcedit. Vr̄ q nō possit hō oblationes facere de oib[us] reb. licite possessis: Quia sm iura humana, turpiter facit meretrix in hoc q est meretrix, non tñ turpiter accipit, & ita licitè possidet: sed[h] nō licet de ea facere oblationē, sm illud Deuter. 23. Nō offeres mercedē pstibuli in domo dñi Dei tui. ergo nō licet facere oblationē d oib[us] licitè possessis.

¶ 2 Pręt. Ibidē prohibet, q pretiū canis non[h] offerat in domo Dei: sed manifestum est, q pretiū canis iustè uenditi, iustè possidet. ergo nō licet de omnibus iuste possessis oblationē facere.

¶ 3 Pręt. Malac. 1. dr̄. Si offeratis claudū, & lāguidū, nōne malū ē? & claudū, & lāguidū ē aīal iustè possessū.[h] ergo vr̄ q ñ d oī iustè possessio possit oblō fieri.

Sed contra ē, q dr̄ Prou. 3. Honora dñm Deū tuum de tua substantia: ad substantiā autem hominis pertinet quicquid iustè possidet. ergo de omnib. iustè possessis potest fieri oblatio.

Resp. Dicēdū, q sicut Aug. dicit ī libro,* de uerbis dñi: Si d pdaueris aliquē inualidū, & de spoliis eius dares alicui iudici: si p te iudicaret, tāta uis est iustitiæ, ut & tibi displiceret. Nō est talis Deus tuus, qualis nō debes esse nec tu. Et iō dr̄ Eccl. 34. Immolatis ex iniquo oblatio est maculata. Vñ patet q[m] de iniustè acq̄sitis, & possessis nō pōt oblatio fieri.[n] In ueteri aūt lege, ī qua figurę seruiebat, quędā pp significatione reputabant immunda, q̄ offerre non licebat: sed in lege noua oīs creatura Dei reputat̄ mūda, ut dr̄ ad Ti. 4. Et iō[o] quantū est de se, de quolibet licite possesso pōt oblatio fieri. Per accidēs aūt cōtingit, q de aliquo licitè possesso oblatio fieri nō pōt:[q] puta, si uergat in detrimētū alterius, ut si filius aliqs offerat Deo id, vñ dēt prēm nutrire, quod Dominus improbat Matth. 15. Vel pp scandalum, uel pper contemptum, uel aliquid aliud hmōi.

Ad primum ergo dicendum, q[a] in ueteri lege prohibebatur oblatio de mercede prostibuli propter immunditiam: in noua autem lege propter scandalum, ne uideatur Ecclesia fauere peccato, si de lucro peccati oblationem recipiat.

Perfecta per totum. 463
* Sermo 14. ante medium. tom. 10.
Conclu. m
Conclu. p
Per capita conclusionis 2.
D. 917.

Universidad de Deusto Biblioteca

SVP. Q. LXXXVI. ARTIC. IIII.

IN art. 4 aduertē q [illegible] dubiū occurrit circa illud qđ pertinet ad ius naturale, vt hō ex reb' sibi datis à Deo aliqd exhibeat ad eius honorē. Quæ tñ de rebus exteriorib. [illegible] aut author intēdit q pterea, q in sacrificiū offerunt, adhuc iō naturalis dictat alias eē Deo offerēdas: aut replicat id qđ de sacrificij exterioris oblatione dixit. Si primū tēdit, oportet hoc sup aliqua rōe fundari. Dicet n. q [illegible] q sacrificiū est naturale, q aliquo sensibili sacrificio Deū honoremus. Offerre aūt aliter q i sacrificio, uel in ordine ad sacrificiū, vt p altari, & hmōi, qđ sacrificij oblatione ordinant, nulla rōne apparet, cū nulli' ide appareat Deo honor. Sublata nāque ministrorū Dei rōne, q honoris ratio restat, ut Deo primitias frugū offeramus? Nam ex quo nō sacrificatur, sed p modū simplicis oblationis exhibent, dicendum erit Deo: Suscipe has fruges, & relinquendæ erūt: qđ vī ridiculū. Si verò credit replicare qđ de sacrificij oblatione dixerat, sequitur q. nō inferri mē [illegible] oblationes sint de iure naturæ, sed q sacrificia sūt, quod nō oportebat iterari: nec erat dubium de sacrificio, sed de primitijs & oblationibus.
¶ Ad hoc dī, q pcul dubio author intēdit de oblationib', ut distinguuntur cōtra sacrificiū, ut ipsa distinctio ostēdit, & articulorū tit. [illegible] Vī sic hæc esse dña inter dictamē naturalis rōnis ad sacrificiū, & oblationes, q ad sacrificium naturalis rō hēt sola ueritate naturali dictat quasi absolutè ad Deū honorandū: ad oblationes verò dictat quasi ex suppositione, hoc est, supposito q hæc offerre sint in honore Dei, ita q dictamen rōnis naturalis ad sacrificiū dictat ipsum fieri & eiū esse honorē Dei: oblationib' verò, sup

Porrecta per totum. 464

Ad II dicēdū, q canis fm legē, reputabatur animal immūdum. Alia tñ animalia immūda redimebantur, & corū ptiū poterat offerri, fm illud Leuit. vlt. Si immundum animal est, redimet qui obtulerit: sed canis nec offerebat, nec redimebat, tum qa idolatræ canibus utebantur in sacrificijs idolorū: tum ēt qa significant rapacitatē, de qua non pōt fieri oblatio: sed hæc prohibitio cessat in noua lege.

Ad III dicēdum, q oblatio aīalis cęci, uel claudi reddebat illicita trip'r. Vno mō, rōe ei', ad quod offerebat. Vnde dī Malach. 1. Si offeratis cæcū ad immolandū, nonne malū est? sacrificia aūt oportebat esse immaculata. Secūdo, ex cōtēptu. Vñ ibidē subdit: Vos polluistis nomē meū in eo quod dicitis. Mēsa dñi contaminata est, & quod supponit, contēptibile est. Tertio mō, ex uoto præcedenti, ex quo obligatur hō, ut integrum reddat, qđ uouit. Vñ ibidē subdit: Maledictus dolosus qui hēt i grege suo masculū, & uotū faciēs immolat debile Dño. Et hæ cāæ manēt in lege noua, qbus tñ cessantibus nō est illicitum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ad primitias soluendas hoīes teneantur.

AD QVARTVM sic pceditur. Vī q ad primitias soluendas homines nō teneantur: qa Exo. 13 data lege primogenitorū subditur. Erit quasi signum in manu tua, & ita vī esse præceptum cerēmoniale: sed præcepta b cerēmonialia non sunt seruanda in lege noua. ergo neque primitiæ sunt soluendæ.

¶2 Præt. Primitiæ offerebantur dño pp spāli bñficio illi populo exhibito. Vñ dī Deutero. 26. Tolle de cūctis frugib. tuis primitias, accedesq; ad sacerdotē q fuerit in diebus illis, & dices ad eū. Profiteor hodie corā dño Deo tuo, q igressus sū terrā, p qua iurauit pribus nřis, ut daret eā nobis. ergo aliæ natiōes n tenent ad primitias soluēdas.

¶3 Pręt. Illud, ad qđ aliqs tenetur, dēt esse b determinatū: sed nō inueni nec i noua lege, nec i ueteri dterminata quātitas primitiarū. ergo ad eas soluēdas n tenent homines ex necessitate.

SED CONTRA est, q dī 16. q. 7. Oportet decimas, & primitias quas iure sacerdotū eē sancimus, ab oi populo accipere. * 16. q. 7. c. decimis

RESPON. Dicēdū, q primitiæ ad quoddā genus oblationū ptinent: qa Deo exhibent cū quadā professione, ut habet Deuter. 25. Vñ & ibidē subdit. Suscipiens sacerdos cartallū. i. primitiarū, de manu eius q defert primitias, ponat añ altare dñi Dei tui. Et postea mādatur ei, q dicat. Idcirco nunc offero primitias frugum terræ, quas dñs dedit mihi. Offerebant aūt primitiæ ex speciali cā. s. in recognitionē diuini bñficij, quasi aliqs profiteat se a Deo fructus terræ pcipere, & iō se teneri ad aliqd de hmōi Deo exhibēdū, fm illud 1. Paralipo. vlt. Quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Et quia Deo dēmus exhibere id, qđ præcipuū est, iō primitias, quasi pcipuū aliqd de fructibus terræ, pceptū fuit Deo offerre. Et quia sacerdos constituit p populo in his q sunt ad Deū, iō primitię oblatæ à populo in usum sacerdotū cedebāt. Vñ dī Nū. 18. Locutus est Dñs ad Aarō. Ecce, dedi tibi custodiā primitiarum mearum. Pertinet aūt ad ius naturale, ut hō ex rebus sibi datis à Deo, aliquid exhibeat ad eius honorē: sed q talibus psonis exhibeat, aut de primis fructibus, aut in tali quātitate, hoc qdē fuit i ueteri lege iure diuino determinatū: in noua aūt lege definit p determinationē Ecclię, ex qua hoīes obligant ut primitias soluāt fm cōsuetudinē přię, & idigētiā ministrorū Eccłię.

Conclu. m — Conclusio. uis pars 1. — Conclu. p — Conclu. s — Conclu. n

AD PRIMVM ergo dicendū, q cęremonialia proprie erant in signum futuri: & ideo ad pręsentiā ueritatis significatę cessauerunt. Oblatio autem primitiarum fuit in signum pręteriti beneficij, ex quo etiam debitum recognitionis causatur secūdum dictamen rationis naturalis: & ideo in generali huiusmodi oblatio manet.

Ad II dicēdū, q primitię offerebant in ueteri lege nō solū pp beneficiū fructuū terrę pmissionis datę à Deo: sed ēt propter beneficium fructuū terrę à Deo datorum. Vnde dicitur Deut 26. Offero tibi primitias frugū terrę, quas dominus Deus dedit mihi. & hęc secunda causa apud oēs est cōmuni. Potest etiam dici, q sicut Iudęis speciali quodam beneficio terram promissionis contulit Deus, ita generali beneficio totí humano gnī cōtulit terræ dominiū, fm illud Ps. 113. Terram autem dedit filijs hominum.

Ad III dicēdū, q sicut* Hier. dicit, ex maiorū traditione introductū est, q q plurimū quadragesimā partē dabāt sacerdotibus loco primitiarū: qui minimū, sexagesimā, vnde vī q inter hos terminos sint primitiæ offerēdæ: fm consuetudinē patriæ. Rōnabiliter tñ primitiarū quātitas nō fuit determinata in lege: qa, sicut dictū ē*, primitię dant p modū oblationis, de cuius rōne est, q sint uoluntariæ.

* Refert in decretal. lib. 3. titu. 30. c. [illegible] medio illius.

*In corp. art.

posito q sint i honorē Dei, dictat aliqd esse ex rebus à Dño nobis collatis ipsi offerēdū. Esse āt huiusmodi oblationes i honorē Dei supponit ministros diuini cultus dispensatores hmōi oblationū, corā qbus fiat hmōi pfessio receptarū rerū à Deo. Propter quod à principio sola sacrificia fuisse uidentur, ut Abel & Cain oblationes testantur. Vtique n per modū sacrificij sua offerebāt.

¶ In ratione ad primū eiusdē articuli, aduerte q author implicitē et hic in loco distinguit cæremonialia in cæremonias propriè tacito altero mēbro, qđ erat in cæremonias cōiter. Et vtroq; cæremonię ppriè tunc illæ de qbus dī, q nō pñt sine peccato seruari, qa sunt in signū futuri: secus aūt ē de cæremonijs cōiter. Hæ n. ut pdiximus, hęc assumi, & cōstitui ab Ecclesia, ut de primitijs fecit, quas sub cæremonialibus pceptis cadere nō est dubiū, cum in Dei honorem immediatē exhiberentur, & ipsa exhibitio nō nisi est cultus Dei.

¶ In ratione ad ultimū aduerte, q primitiarū exhibitio hēt scilicet ipsam re dandā, & modū dādi. Si cōsideret res data, sic cadit sub obligatiōe pcepti statuentis, q primitiæ dētur. Si uero cōsideret modus dādi, quia s. datur p modū oblationis q est spontanea sic hēt, q nō sit certa quantitas primitiarū obligatoria ex lege, sed vt cū arbitrio offerentium pensanda relicta &c.

SVPER Q. LXXXVII. ART. I.

IN art. 1. q. 87. aduerte primo originalem radicē, vnde determinatio decimæ partis exhibēdæ ministris diuini cultus puenerit. Cū e. duodenatio numero tribuū sit, Statutū aūt Deus, cū essent duodecim, vt duodecima [illegible] Dei ministro, in duabus partibus ceteras excederet. Nā singulis vnde cim tribubus singulis tim dadecē partibus nouē reddebāt, & decima dabatur duodecim æ leuitarū. Et sic qlibet habebat nouē partes, & duodecima habebat vndecim, quia habat decimā qlibet vndecim. Et ex pceptum hoc vt in littera dr, esset iudiciale ordinatum ad æqualitatē in populo illo seruādam, duplex iō huius excrescētiæ assignatur in littera. Primò, ut seruaretur æqualitas pportionis, ut s. ministri diuini cultus, q erant nobiliores, ex hoc ipso, q ad nobiliis ministerium addicti sunt, honorabili' viuerent. Scdò, ut uel sic seruaretur æqualitas simpliciter inter Leuitas, & alios, qđ inter tot futuras trāsgressiones aut nō dādo, aut non exactè, saluaret' saltē æqualitas simpliciter, cum tamen proportionis deberet saluari.

¶ In cōdFar. dubium occurrit circa hoc pceptum decimarū dicitur iudiciale. Nā vide q sit cæremoniale: qđ differentia inter iudicialia & cæremonialia hæc est, q cæremonialia ad diuinū cultum, iudicialia ad populum, æqualitatē, & pacem spectant. Constat aūt q decimæ ad diuinū cultū, immò ad Deū ipsum ordinabantur in recognitionē sui vniuersalis dominij, ut patet extra, de decimis c. Tua nobis. ergo est cæremoniale.

Et confirmatur: quia uotum de minori bono, dummodo nō sit exclusiuū maioris, ut uerum uotum non posset fieri nisi de optimo, aut cōpossibili cū optimo, & sic multa vota perirent, vt patet de uouentibus perpetua seruitia hospitalibus, & huiusmodi, q non sunt cōpossibilia cū optimo. Scriptum est n. Optimam partē elegit sibi Maria. In oppositum est: quia uoti materia est bonum supererogationis: cōstat autem matrimonium nō esse bonū supererogationis, ergo.

¶ Ad euidentiā huius difficultatis aliter oporteret procedere, q̄ in indifferētibus, q̄ vana sunt respectu Dei & q̄ in formaliter oppositis cōsiliorum, q̄ non sunt de genere bonorū, quorū vinculum displicet Deo.

Sapientis uiri, qui non pōtse continere, esse vt uel tali remedio: & quicquid detrimēti actualis rōnis in huiuscemodi matrimonio cōtinget, recōpensatur nō solū ex bono euasionis tot periculorū, sed ēt ex quiete multò maiore passionū concupiscētiæ, vt experiētia testatur. Et sic opinor uotū nubendi factū pp fornicationē uitandam

q factus est super eum spiritus dñi: qa fides & deuotio ipsius, ex qua motus est ad vouendū, fuit à Spiritusancto. Propter qd ponit in catalogo Sanctorū, & pp victoriā quam obtinuit: & qa probabile est eū pœnituisse de facto iniquo, quod tñ aliquod bonum figurabat.

Ad III dicēdū, q maceratio proprij corporis, puta, per uigilias & ieiunia, nō est Deo accepta, nisi inquantū est opus virtutis: qd quidem est inquātum cum debita discretione fit, ut s. concupiscentia refrænetur, & natura non nimis grauetur. Et sub tali tenore possunt hmōi sub uoto cadere: propter quod & Apostolus Rom. 12, postq̄ dixerat, Exhibeatis corpora uestra hostiā uiuētē, sanctā, Deo placentem: addidit, Rōnabile obsequiū vestrum. Sed quia in his q̄ ad seipsum ptinēt, de facili fallit hō in iudicādo talia uota, cōgruentius sm arbitriū superioris sunt vel seruanda, vel ptermittēda, ita tñ q si ex obseruatione talis uoti magnum, & manifestū grauamē sentiret, & nō esset facultas ad superiorē recurrēdi, nō dēt homo tale uotū seruare. Vota verò q̄ sunt de rebus uanis & inutilib', sunt magis deridenda, q̄ seruanda.

ARTICVLVS III.

Vtrum omne uotum obliget ad sui obseruationem.

AD TERTIVM sic pcedit. Vr q non oē uotū obliget ad sui obseruationē. Hō n. magis indiget his, q̄ per alium hominem fiunt, q̄ Deus, qui bonorū nostrorum non eget: sed promissio simplex homini facta,

ab impotente se continere pp suā fragilitatē &c. esse ualidū: qa nulla culpa huiusmodi matrimonio est vt. Nec pptereà arguo Authorē, qui absolutè loquitur de matrimonij usu propter fornicationem uitādam. Hoc tamen in loco pprio, Deo dante, dicetur resolutè examinando matrimonij bona, vt ē officium, ut est contractus, ut est remediū, vt est sacramentum.

¶ Ad rōnes igitur in oppositū pro quanto infertur, q uotum nubēdi est absolutè ualidū, rñdendū est. Et ad primam dr, q licet non minus obligat uotum, quàm iuramentū, tamen alij obligat uotū, & alij iuramentum. Nā uotum soli Deo fit, iuramentū aūt homini præstatur. Ac per hoc

Peccatum per uotum. 471
4.d. 38.q. 1.art. 1.q. 1. & ar. 4. q. 1. cor. & ad 1.

sicut alios cōtractus uerū iuramento inter hoīes firmatis, tenetur qs seruare, ita contractū sponsarum. Licet Deo minus grata sit promissio matrimonij, q̄ perseuerantia in statu continentiæ, homini tñ cui facta est promissio matrimonij, magis grata, ac p hoc debita est obseruatio promissi, q̄ recedere à promissio.

¶ Ad secundam dicitur, quòd uotum de minori bono pōt dupliciter intelligi, scilicet in genere, uel absolutè. Si in genere bonorū supererogationis, sic uerū est, quòd ualidum est, ut obijciendo probatur: potest enim sub uoto cadere quodlibet supererogationis bonū, quantumcunq; vnum sit minus alio. Si absolutè, sic non est uerum vniuersaliter, ut patet ex dictis.

Vtroque ostensum est: qm hæc, de quibus est sermo, sunt bona moraliter, & ut patet, prima ad Cor. 7. Qui matrimonio iungit virginem suā non solū nō peccat, sed bene facit. Cōsiderandū itaq; est, q quodā est boni genus, quod non solū est tale bonū opus, sed cōtinet in se statum mutationem, ut patet de matrimonio. Qui n. matrimonio cōtrahit, statū mutat: q̄ de statu cōtinentiū ad statū transit coniugatorū. Mutatio aūt status potest esse duplex, s. descensiua, & ascēsiua. Et quia mutatio de statu continentiū ad statum coniugatorum nō est mutatio ascēsiua, sed descensiua, ut patet prima ad Cor. 7. consequens est q per se loquēdo, nubere est descendere à statu meliori ad statum minus bonum. Sed qm status non semper consonat personæ, quoniam multi sunt in statu continentium q non sunt continentes, quibus dicitur ab Apostolo, Melius est nubere quàm uri: ideò distinguendum est, q uotum nubendi dupliciter fieri potest. Primò absolutè & sic non ualet: quia est uotum de declinando à statu continentium ad statum coniugatorum, quæ declinatio esti sit licita, est tamen minus grata Deo, cui fit promissio uotiua, quàm perseuerantia in statu continentium, in quo manet vouens. Constat enim quòd promissio de minus grato alicui, quàm id quod habet nō obligat illum quia mallet perseuerare in eo quod habet. Hæc autem est huiusmodi, qa est promissio de declinando à meliori. Et de Deo scriptum est, q monet ad disponendum ascensiones in corde hominis, quem adiuuat. Non est igitur, absolutè loquendo, uotum, cum quis uouet nubere. Secundò, potest dictum uotū fieri propter fornicationem uitandam, quia scilicet cognoscens se labilem, & nisi nubat, cadet in crimina multa: & secundum an tedicta uotum uidetur ualidum: Quia si uotum per indifferēs absolutè, differenti autem quo ad cautelā à malo, obligat, ut dictum est, à fortiori uotum de bono remedium dato ro pe ricul is obligat. Et hæc quidem ratio concluderet, nisi esset differentia in hoc, quòd indifferens relatum ad cautelam, nullā implicat culpam. Matrimonium autem relatum ad uitandam propriam fornicationem, culpam cōtinet uenialem apud Authorem in quarto sententiarum dist. 31. ratione superfluitatis. Nullum autem culpabile potest sub uoto cadere: & propterea hoc sequēdo dicerētur, quòd nec sic uotum nubendi ualet. Ego autem non uideo superstitiosā aliquam in tali remedio esse: sed cū humanæ naturæ sic infirmæ, ut est. Quoniā hi in carne præter carnē uiuere, angelicum potius est, quam humanum, consequens est q communiter loquendo, superare ac domare cōcupiscentias sub perpetua continentia, angelicum quoq; sit, & heroicæ virtutis, nō humanæ: ac p hoc humana rōne utendo,

¶ In responsione ad secundum, nota, quòd Author non dicit, Quędā sunt q̄ possunt bonum, uel malum euentum habere: sed dicit, Quædam bona in se sunt, q̄ possunt bonum, uel malum euentum habere. Nota autem hoc, quia oportet uotum, sicut uotum est, habere ppriam materiam, scilicet bonum, sicut uotum lepte, cuius materia propria fuit immolare Deo, sed quia materia remota voti, q̄ erat materia sacrificij, scilicet animal immolatum, erat incerta, potuit habere bonum, uel malū euentum, ut habuit. Præsuppone igitur semper in uoti materia bonitatem & deinde scrutare euentus: quoniam ubi deesset bonitas, uotum non esset. Et propterea dictum est, quòd nec illicita, nec opposita consiliorum, nec indifferentia possunt esse materia uoti: nihil enim horum est bonum.

¶ In rñsione ad tertium in articulo secundo, nota duo. Primò, q litera non dicit, q qñ obseruatio non est manifestè nociua notabiliter, requiratur recursus ad superiorem, & ius promptū habitū: sed dicit, q cōgruentius talia uota secundū superiorem arbitriū &c. Et rō est, quia decisio in tali casu res prouisa, & arbitrariū &c. Et rō est, quia dubium in tali casu, ex quo non est pro tunc actus seruare, esse pro tunc materia uoti, ut in litera habes. Secundò, q uotum tale maceratio corporis, ut in litera habes. Secundò, q uota de uanis & inutilibus, qualia sunt indifferentia, sunt deridenda, & non seruanda: & ratio est, quia non placent Deo uana, aut inutilia, cui sola bona placent. Vniuersaliter quippe uerum est, q oportet materiam uoti bonū esse moraliter: quàm uis, ut patet ex dictis, hoc non sufficiat ad uoti materiam.

SVPER QV. LXXXVIII. ART. III.

IN articu. tertio quæst. 88. nota, quòd fides in morali theologiæ doctrina dupliciter sumitur. Primo, p uirtute theologica: de qua in principio huius libri tractatum est. Secundò, pro uirtute morali, quia (vt Augustinus ex Cicerone in quarto de rep. inquit) sunt dicta, seu posita, quæ decet esse principium

quae etiam hosti seruatur, quod dictum est. Et de hac modo est sermo, cum fideles, aut infideles in promissionibus seruandis dicimus.

¶In eodem 3 ar. in rñsione ad primũ, caue ne fallaris, nesciens vsum vocabulorũ apud authorē, & putes ꝙ simplex promissio obliget secundum honestatē, hoc est, congruitatem, error est iste. Vt sic quidē author honestatis nomine cōtra legē externus coactiuã, ut patet superius in q. 85. Intēdit namq; author, ꝙ debitũ est duplex, ciuile, & morale. Et hoc vocat alio nomine debitũ ex honestate: & hoc morale, seu ex honestate debitũ, subdiuiditur in debitũ morale sine quo honestas morũ seruari nequit, & qd est ꝓ melius, vt patet ibi. Ex hoc igit̃ ꝙ simplex promissio obligat ex honestatis debito, intellige ꝙ obligat secundum debitum morale, quod spectat ad forum conscientiae. Vnde & in litera dr̃, ꝙ obligat ex naturali iure: quãmuis non possit ciuiliter cogi, hoc est, à iudice damnari. & ex his patet doctrinã in primo articulo traditam de obligatione simplicis promissionis, esse consonam authori.

¶Aduerte quoq; quantum à seipso in 38. dist. quarti sententiarum, differat author hic, dum altius naturam, uimq; promissionis contemplatus, ex ipsa uim obligatoriam ad Deũ intulit.

¶In rñsione ad secundum in eodē tertio articulo, dubium occurrit, An ille qui uouit hanc religionē in hoc monasterio determinatē, & principaliter, & sine sua noua culpa repulsus est, teneat̃ seruare castitatē. Et est ratio dubij, quia in uoto religionis, & huius, includitur votum continentiae: ac per hoc si nõ potest seruare uotũ religionis, quia hoc nõ est in potestate sua, tenetur seruare uotũ cōtinentiae, quia hoc est in potestate sua, sicut dr̃ in litera de ea quae uouit uirginitatē, & postmodum est corrupta, ꝙ tenetur seruare quod pōt, s. continentiam. Et confirmatur, quia in litera dr̃, ꝙ si illud, quod quis uouet ex quacunque alia, hoc est, non culpabili cã impossibile reddatur, dēt homo facere quod in se est, ut saltem habeat promptam uoluntatem faciendi quod pōt. Iste igitur qui sic repulsus est, ex quo religio quam uouit, facta est sibi impossibilis ex aliorum uolũtate, debet habere promptam uoluntatem faciendi quod pōt: constat autem ꝙ potest continere, ergo tenetur continere.

¶In oppositũ aũt est, qa cũ quis uouet quod est in alterius potestate, si ille in cuius est potestate, non vult, uouens est absolutus ipso facto, tanquàm uotum conditionaliter factũ non extante conditione: sed hoc est huiusmodi, ergo. & confirmatur, quia accessorium sequitur naturam principalis: continētia autem accessoria est ad religionem. si ergo ille est absolutus à uoto religionis, ergo & à uoto continentiae in religione inclusae.

¶Ad hoc dici potest, negando quòd in tali uoto claudatur uotum continentiae. Potest enim uotum religionis dupliciter intelligi, scilicet ut sit religionis constitutiuũ, uel obiectiuũ. Nam si est uotũ religionis constitutiuē, hoc est, constituens religionem, constat quòd includit tria essentialia religionis uota. Et hoc est uotum, quod in professione emittitur. Si verò est uotum religionis obiectiue, hoc est, habens religionem pro obiecto tantum, quia scilicet uouet se futurum religiosum, in tali uoto non clauditur uotum continentiae: cuius signum est, quòd si antequàm fiat religiosus, fornicaretur, non facit contra uotum castitatis.

¶Sed haec responsio licèt benè distinguat, malè tamen soluere uidetur: quia uouens religionem, & eius perseuerantiam, uouet hinc ad tantum tempus & assumere religionis statum, & perseuerare in eo. In hoc autem secundo includitur castitatē seruare: unde & adueniente tempore quo esset in mora, si fornicaretur, faceret contra uotum castitatis. Manifestatur autē hoc esse uerum ex eo, ꝙ si habens tale uotũ, statũ matrimonialem ingrederetur, non posset exigere debitum, sicut habens uotum continentiae non potest exigere. Sed quoniam difficultas ista, scilicet, An in tali uoto claudatur uotum continentiae, non est clara, ideò tractanda est praesens quaestio, praesupponendo ꝙ in uoto simplici religionis contineatur uotũ continentiae simplicitè. Aliter ergo dicitur distinguendo de intentione vouentis: Aut enim intendit se obligare ad continentiam &c. etiam si non posset recipi in religione: aut si cogitaret quòd non esset recipiendus, ad nihil intendit se esse obligatum. & in primo casu tenetur ad continentiam, in secundo non.

nõ obligat ad obseruãdum sm institutionē legis humanae: qđ esse vr̃ institutũ ꝑ mutabilitatem humanae uoluntatis, ergo multò minus simplex promissio Deo facta, quae dicitur uotum, obligat ad obseruandum.

¶2 Praet. Nullus obligat̃ ad impossibile: sed quãq; id quod quis vouit, fit ei impossibile uel quia dependet ex alieno arbitrio, sicut cũ quis vouet aliqđ monasterium intrare, cuius monachi eũ nolũt recipere: vel ꝑ emergentem defectum, sicut mulier quae uouit virginitatē seruare, & postea corrumpitur: vel uir, qui uouet pecuniã dare, & postea amittit pecuniam. ergo nõ semper uotum est obligatoriũ.

¶3 Praet. Illud ad cuius solutionē est aliq̃s obligatus, statim soluere tenet̃: sed aliq̃s non statim soluere tenetur illud, qđ vouit, praecipuè cum sub conditione futura uouet. ergo uotũ non semper est obligatorium.

SED CONTRA est, qđ dr̃ Eccl. 5. Quodcumq; uoueris, redde. Multoq; melius est nõ uouere, quàm post uotum promissa nõ reddere.

RESPON. Dicendum, ꝙ ad fidelitatem hominis ꝑtinet, ut soluat id qđ promisit. Vndè sm * Augustinum fides dicitur ex hoc, ꝙ fiunt dicta. Maximè autem debet homo Deo fidelitatem, tum rōne dominij, tum ēt ratione beneficij suscepti. & iõ maximè obligatur homo ad hoc quòd impleat uota Deo facta. Hoc enim pertinet ad fidelitatem quã homo dēt Deo. Fractio autem uoti est quędam infidelitatis species. Vnde Salomon rationem assignat quare sint uota reddenda: quia displicet Deo infidelis promissio.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ secundũ honestatē ex qualibet ꝓmissione homo homini obli-

* Lib. de mēdacio. c. 10. to. 4. Et epl. 19. post mediũ to. 2.

¶Sed quia haec rñsio particularis est, s. respectu huius qui hēt talē intentionem, & quo est de uoto absolutē, oportet ex natura uoti satisfacere quaestioni, & nõ ex particularib' intētionib' hui' & illi' uouētis.

¶Dicēdũ est ergo, ꝙ quemadmodũ in habitibus virtutũ, sublata rōne formali obiecti, non remanet uirtutis habitus, ita & in voto. Formalis autē rō uoti religionis est status religiosus, ad quē quasi materialiter se habēt uota obedientiae, paupertatis, & castitatis. Rursus, cũ oē uotũ de eo quod in potestate alterius, hēat implicitā conditionē, si ille uoluerit, seu nõ contradixerit, alioquin tale uotũ esset illicitum, aut fatuum: & consequēter uotum de assumēdo religionis statu in hoc monasterio, stat in potestate praelati, & capituli, consequens est ꝙ tale uotum sit formaliter de assumendo religionis statu, & perseuerando in eodem in hoc monasterio, si monasterio placuerit: materialiter aũt de obseruantia obedientiae, castitate, paupertate &c. Cũ ergo cōditio nō extet in proposito casu, quia monasteriũ recusat eũ, & sic ratio formalis, q̃ sub cōditione pēdebat, cessit: cōsequēs est ꝙ uotũ totaliter cessat, & licitē pōt talis persona nubere absq; conscientiae scrupulo. Et confirmatur hoc, quia seruare castitatē & paupertatem &c. in uoto religionis, sunt uelut accessoria: quae repraesentantur naturali ordine uouentibus, quòd in religione seruare haec, opportunum & consonum, nec multum difficile est, q̃ remansuris in saeculo aut impossibilia, aut adeò difficilia uidentur, ut cōiter uouentes religionem, si non remansuros se scirent, non uouerent haec. Hoc autem est signum, quòd natura talis uoti nō fertur super haec, nisi ꝑ religionis statum, & non aliter: quoniam quod cōmuniter inuenitur, signũ naturae rei est. Reddito ergo huic religionis statu, quem uouit, impossibili absq; sua culpa, absolutus est à uoto non medio, sed toto. & ex his patet respōsio ad obiectionem in contrarium, quia nõ nisi materialiter, seu secũdariò clauditur uotum continentiae sub formali & principali conditione nō extante. Ad confirmationem uerò dicitur, quod author intelligitur sic, Debet facere quod in se est, circa ea ad quae remanet obligatio uoti. In proposito autem casu non remanet obligatio ad reliqua, non extãte conditione circa principale.

¶In eadem responsione circa eundem casum, dubium occurrit, An semel refutatus ab hoc monasterio, teneatur ulterius expectare, si fortè alias admitteret eum.

¶Ad hoc di. ꝙ attendendum est in hoc casu ad causam repulsae, an s. sit temporalis, an perpetua. Nam si repellunt illum nō simpliciter, sed pro nunc, tenetur expectare, ex hoc ipso, ꝙ non est simpliciter refutatus. Si autem repellant totaliter, nō oportet amplius expectare, manifestato eisdem prius suo uoto: qa hoc fortè esset inductiuum eorum ad recipiendum eum.

¶In eadē rñsione dubiũ occurrit de eo, qui uouit principaliter religionē, aut religionē talē, puta Praedicatorũ, & repulsus est à multis religionibus, aut à pluribus locis eiusdem religionis, an teneatur quaerere per omnes religiones, & per omnia loca.

¶Ad hoc dicitur, ꝙ quãtum est ex natura uoti, sic tenetur omnes requirere, si spes est, quòd alicubi inueniat receptores. Et ratio est, quia ex quo obligauit se ad id, quod depēdet à suis, debet omnes, à quibus dependet, requirere. Dixi autem quãtum est ex natura uoti, quia ex intentione uouentis potest aliter accidere. Nam si uouens nō intēderet se obligare, nisi ad religiones sibi notas, & in locis propinquis, non tenetur [illegible] ingredi religionē, & nullũ in [illegible], aut propter [illegible] locis [illegible] monasteria, [illegible] pl' impossibile qđ uouit, satis officio facto suo, ꝙ nō intēdebat se obligare [illegible], aut [illegible] mũdũ [illegible] monasteria. simili modo potest discerni intentio uouentiũ. Nullus siquidē in Italia uouens religionē, intenderet se obligare ad eundũ in Graeciam, Daciam, & similia, si hoc sibi diceretur, quando uouet.

¶Sed quid, si talis non inuenit nisi monasteria non reformata parata ad eius receptionem, nunquid obligatur.

¶Dicendũ, ꝙ siue vouens monasteria reformata, siue non, si publicē cōstat ꝙ non seruat̃ ibi regularis disciplina, sed quilibet viuit ad placitũ, & reputant malè cōscientiae ferè oēs, nõ tenet̃ psona, quae vouit religionē, in ueritate subire cōuersationē taliũ monasteriorum. Scriptũ est n. cũ peruerso peruerteris. Sec' aũt est, si uouerent vitae cōis, & tamē in ueritate benè uiuerent cum timore domini in substantialibus, & multis accidentibus sub praelatorum cura in ueritate: quàmuis non ita districtē uiuerent, ut regularis exigit disciplina. Hoc enim modo omnes antiquae hodie uidentur esse religiones secundum ueritatem quãmuis secundum uocabula quaedam regularis uitae uocentur, & sint in respectu ad laxiores.

¶In eadem responsione, ꝑ quanto ibi tractatur, quando uotũ est factũ impossibile ex culpa uouētis, dubia duo simul occurrunt. Primũ est, Ad quid tenetur, qui uouit ingredi religionē, & postmodũ contraxit, & consumauit matrimonium. Secundũ est, Ad quid teneatur, qui vouit perseuerare in religione, & post contraxit, & consumauit matrimoniũ. In utroque siquidem casu factũ est uotum impossibile ut obseruetur, ex culpa uouentis, qua uoluntariè contingens se constituit.

¶Ad primum horum dicitur, quòd cũ uotum de ingressu religionis intelligatur, secundum formã Ecclesiae, scilicet ut ingrediatur bona fide probaturus & probandus, manifestē patet, ꝙ in tali uoto non clauditur uotum continentiae, nisi in potētia, quae est conditio diminuens: homo enim in potentia, nõ est homo, & simile est de aliis religionis uotis. Vnde durante impossibilitate implendi uotum de ingressu huiusmodi, ad solã poenitentiam peccati, quia fecit se impotentem, & uoluntatem implendi, quando poterit, remanet obligatus.

¶Ad secundum uerò dubium, quia ponitur sub uoto cadere perseuerantiam in religione, non facilè liquet ad qđ remanet obligatus. Discordia siquidem apparet in principijs, & in applicatione ad conclusionem. In principijs quidē, quoniã ut primũ factum fuit uotum simplex religionis creditur differre in materia à uoto solēni professionis: ita quòd materia uoti professionis est obediētia, paupertas, castitas &c. Materia autem uoti simplicis, cum scilicet quis uouet religionem assumere, & ꝑpetuò permanere, est ipsa professio in ueritate: in hoc enim clauditur, ut perseueret. Non enim plus tenetur ad perseuerãdum in religione, qui prius uotũ simplex habuit de religione absolutē, qđ includit perseuerantiam, & postmodum est professus, quàm qui sine praecedente simplici uoto professus est: quoniã nõ plus cadit sub uoto simplici religionis, quàm perseuerantia debita ex professione, ut patet extra, de uoto capi. Per tuas. vbi Episcopo Gebenensi praehabenti uotũ religionis dicitur, quòd fias religiosus. Et si post fuerit iterum ab Ecclesia Gebenensi factus episcopus, poterit esse episcopus. Idem est ergo uouere se futurum religiosum, & se ingressurũ, & perseueraturum in religione, & se professurum religionem. Constat autem quòd si quis uouet se professurum religionem, materia talis uoti est ipsa professio, cuius professionis materia sunt obedientia, paupertas, & castitas. Non est ergo eadem materia utriusque uoti religionis simplicis scilicet, & solemnis. Aliis autem uidetur ꝙ materia utriusque uoti est eadem, sic, quòd tota materia uoti solemnis est materia uoti simplicis, quãmuis non ecōtra: quia etiam ipsum uotum solemne est materia uoti simplicis. Et ratio horum est, quia promissio est propter promissum, ac per hoc magis tenditur per uotum ad promissum, quàm ad obligationem promissi: quemadmodum magis tenditur ad terminum, quàm ad uiam. Promissio enim, & obligatio propter id promissum fit, & ordinatur ad illam, sicut uia ad terminum. Vnde qui uouet profiteri, cũ profiteri importet promissionē, & obligationem ad castitatem &c. non uouet profiteri, nisi propter esse religiosum, obedientem, pauperem, castum. Cadit ergo sub uoto suo tota materia professionis, ad quàm directè tendit media professione. Et confirmatur, quia secundũm Anselmũ, votũ se habet ad opera, q̃ sunt illius materia, sicut arbor ad fructum: ita ꝙ qui uouet dat arborē, & fructus, & nõ dat arborē reseruãdo sibi fructus: qm nihil uoueret, nec fructus solos, sicut qui facit bonũ sine uoto. Constat aũt ꝙ promittēs arborē cum fructibus, hēt pro materia ꝓmissionis utrunq;, s. arborē, & fructus, & tenetur ad utrunque. ergo qui uouet profiteri, hēt pro materia uoti professionem, & opera sequentia, scilicet obedire &c. Ex hac aũt discordia in principijs, deducit̃ diuersa cōclusio. Nã secundum primam viam dicitur, quòd in casu posito, tenet̃ transgressor vltra poenitentiam solummodo ad uoluntatē implendi uotum quando poterit. Iuxta secundam autem uiam tenetur ad haec, & opera religionis, quae potest facere in illa impotentia professionis constitutus.

¶Duabus autem existentibus his extremis opinionibus, media uia incedendum est, & dicendũ, quòd uotum quo quis se obligat ad esse religiosum, habet duplicem materiam, scilicet proximam ac immediatam, & remotam ac mediatam. & quòd materia eius proxima ac immediata est assumere statũ religiosum, seu (quod idem est) profiteri religionem, seu, obligare se uoto solemni ad religionem. Materia autem remota & mediata est obedire, cōtinere, abdicare à se proprietate rerum. Declaro singula. Primo, quòd utrunque sit materia talis uoti: secundò, ꝙ primum sit materia proxima ac immediata: tertiò, quòd secundum sit materia remota ac mediata. Quòd enim utrunque sit materia talis uoti, patet ex hoc, quòd ex ui uoti non per accidens sed per se tenetur quicunque est astrictus tali uoto nõ solum ad profitendum religionem, sed ad obseruandam religionem nõ minus, quàm uouens alicui accipere illam in uxorem, tenetur non solum contrahere per verba de praesenti, sed habere se ad illam ut uxorem, & ratio vtrobique est eadem, quia scilicet, professio, & contractus matrimonij nanē promittuntur, nisi propter opera religionis, & coniugij. Quòd uerò professio sit proxima & immediata materia talis uoti, patet ex hoc, quòd directē absque ullo medio tale uotum attingit ipsam. Qui enim promittit se religiosum fore, promissionem suam directè, & immediatè applicat super professione facienda, qua constituuntur religiosi. Quòd autem opera religionis, scilicet, obedire, continere &c. sint mediata, & remota materia talis uoti, patet ex hoc, quòd non cadunt sub tali uoto, nisi mediante professione, cuius haec opera sunt materia. Sicut qui uouet suscipere ordinem sacrum in Ecclesia occidētali, habet pro materia proxima suscipere ordinem, & obligare se ad cōtinentiam: pro materia uerò remota habet ipsam continentiã, quae est materia uoti, quae in susceptione ordinis sacri emittitur. Duabus autem talis voti [illegible] materijs diuersimodè, sic quòd una non nisi mediante alia cadit sub uoto, consequens est, quòd secundaria sequatur naturam primae mediatae, naturam immediatae quo ad obligationē & non obligationem, quia cum uotum ipsum obligatorium sit, eodem modo materia uoti refertur ad obligationem, quo refertur ad uotũ. Quod igitur non nisi mediante alio est materia voti, illud non nisi mediante eodem est materia obligationis: ac per hoc cum opera obedientiae, continentiae, & abdicationis ꝓprietatis rerũ nõ nisi mediāte professione cadunt sub simplici uoto religionis, oportet ut non nisi mediante professione cadant sub obligatione dicti voti simplicis. & ex hoc manifestè sequitur, quòd quicquid excusat à professione, excuset à consequentibus, seu concomitantibus uinculis, & operibus. Ac per hoc si quis uouit non solum ingressum religionis, sed etiam perseuerare, seu, quod idem est, profiteri, & postmodum consumauit matrimonium, non tenetur ad uota obedientiae, paupertatis, castitatis, & reliqua concomitantia, quãmdiu in statu isto extiterit: quoniam ex quo excusatur à proxima, & immediata materia uoti, scilicet professione, excusatur quoque à remota & mediata, scilicet operibus castitatis, obedientiae &c. q̃ non nisi mediante professione fuerunt & sunt materia simplicis uoti. Nec refert quo ad hoc, quòd culpabiliter se posuit in hoc statu: quia culpabiliter se posuisse in hoc statu, bene facit quòd iste peccauit, & quòd tenetur poenitere, sed non facit quòd non excusetur à professione. Executio namque à professione est

effectus nō culpæ, aut meriti, sed est effectus status, in quo iste inuenitur. Vnde & in litera ille, cui ex culpa uotum est redditum impossibile, non dr, q teneatur ad aliquid plus, quàm ille, cui sine culpa suū redditū est impossibile, prer pœnitentiam. ¶Confirmatur aūt hoc tripliciter. Primo, quia si qs apud nos uouit se post annum suscepturū ordinem sacrū, & elapso anno nō impleat uotū, sed declinet ad alia &c. iste licèt peccet non implendo uotū, non tñ peccat nō dicēdo officiū diuinum, ad quod obligaret ordo sacer, quod cadit sub suo uoto cōsequenter. Et similiter si fornicat, nō peccat cōtra uotū cōtinētiæ, qd ī ordine sacro fuerat emissurus. Secundò, quia cū uotū sit qdā singularis lex, quam hō sibipsi instituit, eodē mō iudicandū est de obligatiōe uoti, quo iudicat de obligatione legis. Cōstat aūt quòd si esset lex obligatiua alicuius, ut fieret post tale tps subdiaconus, aut religiosus, & ille elapso tpe non obediret legi, sed vacaretur ad libitū, nō esset in eo culpa, secundum affectum, & speciem, nisi omissionis eius, quod tenebatur suscipere: nec exigeremus ab eo, quare nō seruat paupertatē, continentiam, obedientiam, aut quare nō dicit officiū &c. sed quare non suscepit subdiaconatū, aut religionem. Tertio, ducendo ad inconueniens: quia si destruēdo huius solutionis fundamentum dicatur, quòd sub uoto cadūt opera religionis, & professio eorundem, sequitur quòd habens tale uotum, si est coniugatus, teneatur ad uotum paupertatis (Potest enim habere solam administrationem bonorum absque proprietate in matrimonio.) Sequitur quòd tenetur ad uotum obedientiæ in his, quæ non contrariantur coniugio, & similiter castitatis: immò sequitur quòd teneatur dicere horas canonicas, si professi tenentur, quæ inconuenientia uidētur. Et si quis sequelas ex uero obedientiæ consideret, deduceret subiectionē huius respectu regulæ, & statutorū, & censurarum illius religionis, quā uouit assumere, & eundē tot, vt absurdum sit audire. Dicendū est igitur ad quæsitum, quòd ad pœnitentiam magnam tenetur, quia magni reatus peccatum incurrit, & ad uoluntatē profitendi religionem quando poterit: nec uideo quòd teneatur de necessitate salutis ad aliud, deberet tamen bonis operibus exhibere se quasi religiosum. Vnde collige quòd uotum religionis tripliciter dicitur. s. uotum de ingressu religionis: & uotum de professione religionis: & uotum de ipsa religione, qd solum propriè dicitur uotum religionis, quod si fiat sine Ecclesiæ approbatione, est simplex: si cum approbatione, est solēne. Vnde etiam uidere potes, quàm differens sit propria materia in primo, secundo, & tertio, & quòd eadem est materia tertij, & quarti.

gatur, & hæc ē obligatio iuris naturalis. Sed ad hoc quòd aliquis obliget ex aliqua promissione obligatione ciuili, qdam alia reqritur. Deus aūt etsi bonis nřis nō egeat, ei tñ maximè obligamur: & ita uotum ei factum, est maximè obligatoriū.

Ad II dicendū, q si illud qd quis uouit, ex quacunque alia cā impossibile reddatur, debet hoc facere quod in se est; ut saltē habeat promptā uolūtatē faciendi qd potest. Vnde ille qui uouit monasteriū aliquod intrare, dēt dare operā, quantū pōt, ut ibi recipiatur. Et si quidē intentio sua fuit se obligare ad religionis ingressum principaliter, & ex cōsequēti elegit hāc religionē, uel hunc locū, quasi magis sibi congruentē, tenet, si non potest ibi recipi, aliā religionem intrare. Si aūt principaľ itēdit se obligare ad hāc religionē, uel ad hunc locum pp specialē cōplacētiam huius religionis uel loci, non tenet aliā religionē itrare, si cū illi recipere nolūt. Si uerò icidit ī impossibilitatem implendi uotū ex ppria culpa, tenet insup de propria culpa pterita pœnitentiā agere: sicut mulier q uouit uirginitatē, si postea corrūpatur, non solū debet seruare qd potest, scilicet perpetuam continentiam, sed etiam de eo, quod admisit, peccando pœnitere.

Ad III dicendum, quòd obligatio uoti ex ppria uolūtate, & intentione causatur. Vnde dicitur Deutero. 23. Quod semel egressum est de labijs tuis, obseruabis: & facies sicut pmisisti dño Deo tuo, & propria uolūtate, & ore tuo locutus es. Et jō si in intentione & uoluntate uouētis ē obligare se ad statim soluendū, tenet statim soluere. Si aūt ad certū tempus, vel sub certa cōditione, nō statim tenetur soluere, sed nec dēt tardare vltra q intendit se obligare. Dr.n. ibidē. Cum uotū uoueris dño Deo tuo, nō tardabis reddere, quia requiret illud dominus Deus tuus: & si moratus fueris, reputabitur tibi in pctm.

¶Ad rationem uerò aliarum opinionum respondendo dicitur, quòd prima opinio fauet nostro proposito, dum ponit diuersitatem materiæ: & uerum dicit loquendo de materia proxima, & immediata, penes quam cætera pensantur. Secunda autem opinio fundata in ratione cum similitudine nō habet necessitatem: quoniam ex hoc quòd promissio est propter promissum, nihil aliud habetur, nisi quòd uana esset promissio absque debito promissi: ac ex hoc optimè infertur, quòd debitor futuræ promissionis, est debitor ad constituendum se obligatum ad exequendum id, quod sub futura promissione cadit. Et non sequitur, quòd ista promissio prima, qua obligo me ad promittendum, cadat sub executione futuræ promissionis, ut patet in exemplo si quis promisit alicui quòd post mensem ducet eam in uxorem, sub hac promissione non cadit, quod teneatur ei reddere debitum coniugale, ad quod tamen obligabitur ex contracto coniugio, quod est quasi secunda promissio, ad quam secundam promissionem tenetur ex prima, ut patet.

¶Ad id uerò quod additur, quòd magis quæritur opus, quàm promissio, sicut terminus, quam ius, respondetur, quòd reddēdo singula singulis respectu cuiuslibet promissionis, uerum est, quòd magis quæritur opus quàm promissio. Sed error est in hoc, quòd respectu primi uoti, scilicet simplicis, opus est ipsa solēnis professio, & nō opus obedientiæ &c. Ad p hoc cōceditur, q sicut pfessio fit pp obedire, cōtinere &c. ita uotū simplex fit pp profiteri. Hoc est.n. opus, ad quod solūmodo immediatè ordinatur promissio talis uoti simplicis, & hoc opus est terminus uoti simplicis: & est opus quod tāti meriti, q si absq; culpa sua non sequeretur executio obedientiæ, cōtinētiæ, aut paupertatis, creditur quòd euolaret ad cœlum quantū est ex parte huius meriti. Similitudo aūt ex Anselmo, quis excludi posset exeq; q theologia symbolica nō est argumentatiua: uerum tamē dicitur primò, quòd male asseritur ad propositum, quia Anselmus comparat facere cum uoto, uel sine voto ad donationem fructus cum arbore, uel sine arbore, & non comparat uouentem futurum uotum ad promittentē arborem, & fructus. Dī secundò, q admissa similitudine ad ppositum, debet cum grano salis intelligi, distinguendo q fructus possunt dupliciter promitti. Vno mō, ex æquo cum arbore, ac si promittat duo disparata, arborem ex una parte, & fructus ex altera. Alio mō ordine quodam, s. mediationis, & immediationis: ita quòd arbor promittatur immediatè, & fructus mediatè arbore. Qui ergo promitteret arborem seorsum, & fructus seorsum, ad utrunque tenetur, quia duo promisit: qui uerò promitteret fructus prout sunt in arbore, non tenetur nisi ad arborē fructuosam, nihil sibi reseruando. Vouens aūt quoquis uotū se futurum religiosum, assimilatur promittenti arborē cū fructibus secundo modo, & non primo: & propterea non obligatur nisi ad professionem fructuosam, immò ex hac similitudine sequitur contra arguentē. Quia quemadmodū succisa illa arbore, & ab ipso qui promiserat, non tenetur recompēsare nisi quantum ualeat illa arbor fructuosa, nec tenetur singulis annis dare ei fructus, qui producti fuissent ita succisa facultate profitendi Deo, nisi de fructuosa professione, & non de operibus ipsis, qui fuissent fructus professionis, tenetur.

¶In eadem responsione ad secundum eiusdem tertij articuli, dubium occurrit, de illa quæ uouit uirginitatem ratione non continentiæ absolutè, sed continentiæ virginalis, an corrupta culpabiliter teneatur continere. Et est ratio dubij, quia si illa fuisset præscia sui casus, non uouisset, sicut nec uouisset, si fuisset corrupta. Allegatur siquidem dictum authoris in 38. distinctione 4. sententiarum, quæstione 1. articulo 3. quæstione 1. ad primum, quòd illud quod uotum fiendum impediret, si præsens esset, etiam uoto facto obligationem aufert: & super hoc discretio obligationis uotorum fundanda dicitur. Constat autem in proposito casu hoc accidere, ergo. In oppositum est communis doctorum sententia de uoto uirginitatis: cum tamē rationabile sit, multas si non essent uirgines, non fuisse se astricturas uoto.

¶Ad hoc dicitur, quòd de uoto dupliciter loqui possumus, scilicet, aut secundùm naturam uoti, aut secundùm intentionem uouentis. Et si in proposito est dicendum, secundùm naturā talis uoti, s. uirginitatis, cū in seruare uirginitatem non consistat in operatione, sed in non operando, quoniam consistit in negatione venereæ uoluptatis uoluntariæ, & hæc negatio nō pro quodam tempore, sed semper sit de ratione uirginitatis (exigitur nanque ad virginem, quòd nunquàm uoluntariè venereā admiserit uoluptatem) consequens est, ut uotum uirginitatis ex sua natura obliget ad nunquàm uoluntariè venereū admittere opus. Et quia uniuersali negatiuæ quælibet singularis affirmatiua contradicit, ideo uoto de nunquàm admittenda venerea, quocūque tempore admittatur, oppositum est. Idē est ergo amore uirginitatis uouere, & uouere amore nunquā admittendi uenerēam uoluptatem. Ac per hoc, si qua persona post uotum uirginitatis semel deliquit, non liberata est ab obligatione nunquam delinquendi. Si autem dicendum est secundum intentionem uouentis, sic non est dubium, quòd uotum ultra limites intentionis uouentis non obligat. Et si aliqua hac præeminentione uouisset, ut si uirginitatem contingat ipsam perdere, non vult amplius obligari, non tenetur ex uoto post perditā virginitatē de cætero cōtinere. Perinde.n. ac si uouisset, se nō prima vice admissurā venereā uoluptatē. Verū talis intentio non probatur in aliqua psona ex alijs, dubitādo. s. ex hoc, q si fuisset præscia sui casus, nō vouisset. Constat namq; innumera pacta, ualida esse talia. s. q si fuisset à principio præscientia futurorum, non fuissent facta, ut patet de matrimonijs, & professionibus multis. Similiter nec ex hoc, q si fuisset nō uirgo, non uouisset: hoc namq; spectat ad excitationem ad uotum, & non ad conditionem obligationis. Non enim ex hoc fit uotum conditionale, sed incitat ad faciendum uotū absolutè. Authoritas autem allata authoris non suffragatur, & malè uidetur intelligi: quoniam author loquitur de impedimento uoti, & non de impedimento uoluntatis uouentis. Et docet, q quicquid impediret uouendum, aufert uoto facto obligationē, ut patet de materia impossibili ibidē pluribus exemplis. Oportet n. uotum habere materiam possibilē: quoniam ad impossibile nemo tenetur: & non docet, q quicquid impediret uoluntatem uouentis, si præsens esset, auferat à uoto obligationem. Hæc enim doctrina uniuersas religiones cum clero eneruaret: quoniam innumeri euentus, si præsentes essent quando fit uotum, impedirent uoluntatem uouentis, q tamen non auferunt uoto facto obligationem.

¶Circa eandem materiam, s. uotum continentiæ, occurrunt duo dubia mota ab alijs, sed minus, ut uidetur, benè soluta. Primum est, an uotum non nubendi, sit uotum castitatis. Secundū est, An concubina, uel meretrix, ut satisfaciat lenoni suo timēti ne eam deserat, uouens non nubere, possit post licitè nubere.

¶Ad primum dubium, quod in quolibeto nostro primo tractaui, iterum dicitur, quòd uotum non nubēdi æquiualet uoto castitatis, quo ad propriam materiam uoti castitatis, licèt non quo ad communem materiam, uotis & præceptis.

¶Ad cuius euidentiam sciendum, quòd uotum castitatis habet duplicem materiam, scilicet communem, & propriam. Materia propria eius est castitas supererogationis, quæ directè opponitur operibus matrimonij: quoniam propria materia uoti est bonum supererogationis. Materia uerò communis eius est castitas opposita luxuriæ: & propter hanc communem materiā fit, ut habens uotum castitatis, si fornicetur, faciat contra uotum. Iam enim dictum est, quòd uotum propriè dictū, cadit super materiam communem, & non solùm super propriā, dū dictum fuit, quòd necessaria ad salutem possunt esse materia uoti propriè dicti. In uoto autem non nubendi constat, quòd sola castitas supererogationis clauditur. Aequiualent ergo uotum non nubendi, & uotum castitatis, quo ad propriam materiam: quàmuis ille qui habet uotum non nubendi, si fornicetur, non faciat contra uotum. Hæc enim differentia ex materia communi uoti, & non ex propria procedit, ut patet ex dictis. Et quia uota secundùm propriam materiam uoti primò considerantur, iudicantur, dispensantur, & commutantur: iō eiusdem rationis sunt ambo, licèt non aduertentes ad huiusmodi distinctionem, aliter dicere uideantur.

¶Ad secundum dubium sub dubitatione relictum in 38. dist. 4. sententiarum à Petro de Palude, dicitur cum distinctione, q aut mulier talis intendit uerè uotum emittere, & obligare se ad id, ad quod tale uotum ex se natum est obligare, quamuis nō intendat seruare castitatē, sed luxuriosè uiuere, & de carne cōmuniter cogitare, tale uotum est obligatiuum: sicut professio illius qui propter auaritiam, & commoda luxuriæ, uerè professionis uinculum subit nihil intendendo obseruare, ipsum obligat, ut supra dictum est. Aut mulier intendit obligare se solū ad nō nubēdū, ut liberius malefaciat, credēs hoc posse cadere sub uoto, & sic cū finis sit malus: & id qd est ad finē non sit de genere suo bonū, quia ipsa est libertas peccādi, & materia, q est ad finē, est non nubere, qd constat non esse de genere suo bonū, clarè patet, q uotū tale nō est uotū, sed pmissio de nō impediendo malū, perdēs ex errore supponēs hoc posse esse materiā uoti: vñ ad nihil obligat tale uotū. Et licet utraq; intētio possit accidere, prima tñ cōiter accidere videtur: q inducūt uoto illo se astringere, quia bonæ mulieres solitæ sunt astringere, cum uouēt non nubere, & huiusmodi rationes alicis requirunt, ut tali uinculo arceātur à matrimonio cōtrahendo.

¶In responsione ad tertiū eiusdem tertij articuli, dubiū occurrit de uotis, quæ fiūt nō statim, nec certo tēpore, sed sine determinatione temporis soluēda, ut cum quis vouet ieiunare tribus diebus, aut offerre aliquā imaginem &c. & nihil cogitat de tempore, certus tñ est, q nō se intēdebat obligare ad statim. — *Parrell. per totum.* 47 2. 3. cont. c. 158.

¶Ad hoc dicitur, q quando intentio uouentis ignota est sibi ipsi, ita q nihil aliud scit de intētione sua, nisi q in casu proponitur, tunc posset alicui uideri, quòd idem esset iudicium de obligatione huiusmodi uotorum, & de obligatione præceptorum affirmatiuorum: quoniam huiusmodi uota obligant non ad semper, quemadmodum affirmatiua præcepta: & secundum hoc, sicut præcepta affirmatiua sine determinatione temporis obligant solum ad tempus necessitatis, ita etiam ista uota non obligarent nisi in articulo necessitatis. Sed hoc non rectè dicitur in proposito: quoniam uotum licet sit lex quædam singularis, non est tamen in proposito de necessitate ad salutem, ita ut articulus, quæ sunt quandoque necessaria ad salutem, sit tempus obligationis, sicut in necessitatis determinatorius sit tempus obligationis, sicut in præceptis affirmatiuis cōtingit, ut patet in præcepto baptismi, & honorandi parentes, & huiusmodi.

¶Præterea præcepta affirmatiua dantur cōiter hominibus, in quibus est tanta varietas, ut unum omnibus necessarium tēpus forte impossibile esset statuere. Lex aūt uotiua est singularis, uouentem tantum sponte obligans tempore præfixo à uouente.

¶Præterea Obligatio uotiua est ex intentione uouentis: contra intentionem autem uouentium communiter uidetur esse, quod expectetur articulus necessitatis. Nō est igitur de tempore executionis uotorum, sicut de executione præceptorum affirmatiuorum censendum: sed iuxta sacræ legis authoritatem allatam in litera, tempus executionis est infra tarditatem, seu moram iuxta conscientiam uouentis, quando non est tēpus præfixum. Ita quòd si conscientia sua sibi dictat, quòd expectare per annum, aut duos annos &c. non est contra uotum suum, non est in mora, non tardat reddere Deo uotum suum. Potest autem hoc multipliciter sciri. Primò, ex recordatione uouentis ad hoc, quod habet, q nunquam occurrit sibi eum teneri, quòd non impleuit aut implet, sed ut post implendum. Secundò ex hoc, quòd intentio sua erat ita obligare se promissione uotiua, sicut consueuit promittere alia, scilicet faciendo cum tempore satis large. Tertio, quia multa tempora sunt tempora commoda secundum ueritatem, quæ tamen secundum morem uouentis non reputantur commoda, & ipse intendebat de tempore commodo in iudicatione suo. Quòd si nec ex his, nec alijs potest intentio uouētis haberi, determinatio temporis arbitrio boni uiri, pensatis singularibus conditionibus psonæ, materiæ &c. relinquitur, si non potest tunc tutiorem partem eligere, scilicet reddendo uotum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum expediat aliquid uouere.

AD QVARTVM sic pcedit. Vr q nō expediat aliquid vouere. Non.n. alicui expedit, ut priuet se bono qd ei Deus donauit: sed libertas est unum de maximis bonis, q homini Deus dedit, qua videtur priuari per

SVPER QV. LXXXVIII. ART. IIII.

D. Sen. 4. d. 38. q. 1. art. 1.

IN articu. 4. eiusdem quæst. 88. aduerte, quòd articulus præsens de utilitate uoti inquirit, ut diuisio quæst. & tituli articuli testantur, ita quòd expedire significat in proposito, utile esse, sicut in Euangelio. Expedit ut unus moriatur pro populo. Propter quod in corpore articu. utilitas uoti monstratur non respectu Dei, sed nostri, quo ad utrumq;, scilicet promissionem, & redditionem, ordine tamen præpostero, ab opere ad prin-

necessitatē, quā votū imponit. ergo non uidetur expediēs homini, quòd aliquid uoueat.

¶2 Præt. Nullus debet se h periculis inijcere: sed quicumq; uouet, se periculo inijcit, quia qđ ante uotū sine periculo poterat præteriri, si nō seruaē post uotū, periculosum est. vnde Aug. *dicit in epistola ad Armentariū, & Paulinā. Quia iā uouisti, iā te obstrinxisti, aliud facere tibi nō licet. Nō talis eris, si nō feceris qđ uouisti, qualis mansisses, si nihil tale uouisses: minor enim tunc esses, nō peior. Modo autem tāto, quod absit, miserior si fidem Deo fregeris, quāto beatior si persolueris. ergo non expedit aliqđ uouere.

¶3 Præt. Apostolus dicit primæ ad Cor. 4. Imitatores mei estote, sicut, & ego Chri: sed nō legit h neq; Christū aliqđ uoluisse, nec h Apostolos. ergo uideē q nō expediat aliquid uouere.

Sed contra est, quod dicitur in Psalm. 75. Vouete, & reddite Domino Deo uestro.

Resp. Dicēdū, q sicut supra dictū * ē, votū est ꝓmissio Deo facta. Alia aūt rōne promittiē aliqđ homini & alia rōne Deo. Homini qdē promittimus aliquid pp eius utilitatem, cui utile est & qđ ei aliquid exhibeamus, & q eū de futura exhibitione prius certificem: sed ꝓmissionē Deo facimus non pp eius utilitatem, sed pp nostrā. Vñ Augustinus * dicit in prædicta epistola. Benignus exactor est, & non egenus, & q nō crescat ex redditis, sed in se crescere faciat redditores. Et sicut id qđ damus Deo, nō est ei utile, sed nobis, qa qđ ei reddiē, reddēti additē, ut Augustinus ibidē *dicit: ita ēt ꝓmissio, qua Deo aliqđ uouemus, nō cedit in eius vtilitatē, qui à nobis certificari nō indiget, sed ad utilitatē nostrā inquantū uouendo uoluntatem nostrā immobiliter firmamus ad id, qđ expedit facere: & iō m expediēs est uouere *.

Ad primum ergo dicēdū, q sicut non posse peccare non diminuit libertatem: ita etiam necessitas firmatæ uolūtatis i bonum, non diminuit libertatem, ut patet in Deo, & in beatis: & talis est necessitas uoti, similitudinē quādā habēs cū cōfirmatione beatorū. Vñ Aug. dicit * in eadē epistola, q felix necessitas est, q in meliora compellit.

Ad II dicendū, q qñ periculū nascitur ex ipso facto, tunc factū illud nō est expediēs, puta, q aliquis per pontē ruinosum trāseat fluuiū: sed si periculū immineat ex hoc, q hō deficit ab illo facto, nō desinit pp hoc esse expediens. Sicut expediēs est ascendere equum, q̄uis periculū immineat cadenti de equo: alioqn oporteret ab omnibus bonis cessare, q ēt p accidēs ex aliquo euētu possunt esse periculosa. Vñ dř Ecclesiastes. 11. Qui obseruat uētū, non seminat. & q considerat nubes, numquā metet. Periculū autem uouēti nō imminet ex ipso uoto, sed ex culpa hominis, q uoluntatē mutat transgrediēs uotū. Vñ Aug. dicit * in eadē epistola. Nō te uouisse pœniteat, imò gaude iā tibi sic nō licere, qđ cū tuo detrimēto licuisset.

Ad III dicēdum, q Christo sm se non competebat uouere, tum quia Deus erat, tum ēt quia inquantum homo, habebat firmatam uoluntatē in bono quasi cōprehensor existēs, quāmuis per quandam similitudinem ex persona eius dicatur in Psal. 65. * secūdum glossam. Vota mea reddam in cōspectu timentium eum: Loquitur autē de corpore suo, quod est Ecclesia. Apostoli autē intelliguntur vouisse pertinentia ad pfectionis statum, quando Christum relictis omnibus sunt secuti.

ARTICVLVS V.

Vtrum votum sit actus latriæ, siue religionis.

AD QVINTVM sic procediē. Videtur q uotum non sit actus latriæ, siue religionis. Oē.n. opus virtutis a cadit sub uoto: sed ad eadē uirtutē ptinere vř ꝓmittere aliqđ, & facere illud. ergo uotum ptinet ad quālibet uirtutē, & nō specialiter ad religionē.

¶2 Præt. Secundum * Tullium, ad religionem pertinet cultum, & cæremoniā Deo offerre: sed ille qui uouet, nondum aliquid Deo b offert, sed solum ꝓmittit. ergo uotum non est actus religionis.

¶3 Præt. Cultus religionis nō debet b exhiberi nisi Deo: sed uotū nō solum fit Deo, sed etiā sanctis, &

ad principium ꝓcedendo, sicut nouoribus, & potioribus fiat disciplina.

¶ In eodem art. in responsione ad primū circa illud, Talis est necessitas voti &c. dubium occurrit: quia falsum vř esse, q necessitas voti sit similis necessitati nō peccandi: quia necessitas nō peccādi est necessitas ad bonū, ut distinguitur cōtra malū: necessitas uerò uoti est necessitas ad bonum, ut distinguitur contra minus bonū, quia materia ꝓpria voti est bonum supererogationis, ut patet ex dictis, ad quod votū necessitat bonū autē supererogationis ut sic, non opponitur malo, sed min' bono. igitur.

¶ Præterea, uotū non necessitat ad bonum supererogationis absolutè, sed ad tale bonum supererogationis, puta, peregrinationē, ieiunium &c. Hæc aūt bona quãq; sunt impeditiua maioris boni, ita q si ille non vouisset, quilibet consuleret sibi q eleemosynas, aut aliquid aliud maius supererogationis opus faceret, q̄ peregrinaretur. ergo uotum necessitat ad bonū, habens per accidens annexū impedimentum melioris. Cōstat autem, q necessitas non peccandi nō necessitat ad hmōi bona, sed ad bonū. Non est ergo talis necessitas non, sicut necessitas nō peccandi. Nec est habēs similitudinē quandā cū confirmatione beatorum propter easdē rationes, quorum oppositum in litera dicitur.

¶ Ad hæc dubitationem breuiter dř, q similitudo, si in omnibus curreret, non esset similitudo, sed identitas: sufficit nanque q teneat quo ad id, in quo fit assimilatio. Hoc autem est in proposito firmitas, seu necessitas ab bonum. In hoc autē constat, q voti necessitas similis est liberati à pctō, & confirmationi in bono, q est in beatis, quicqd sit de necessitate ad tale bonū &c. & hoc sufficit ad propositum, ubi sustinemus q necessitas uoti non opponitur libertati, quia est necessitas ad bonum: sicut necessitas confirmatorū nō opponitur libertati, quia est necessitas ad bonū. Pro plenitudine tñ doctrinæ scito, q uotū de bono, qđ quandoq; per accidēs impediret maius bonū, non ita necessitat ad tale bonū, qn reliquat uiam ad melius per commutationem uel propria potestate, sicut cum cōmutatur in uotū religionis uel authoritate superioris, cum commutatur in alia, ut inferius patet.

SVP. Q. LXXXVIII. ART. V.

IN art. 5. eiusdē 88. q. dubium occurrit circa processum literæ. Nam ex hoc, q uotum est promissio Deo facta, & promissio est ordinatio promissorum in eū cui promittitur, optimè sequitur, ergo uotū est ordinatio eorum, q quis uouet, in Deū: & tamen in litera infertur, ergo est ordinatio in diuinū cultum. Aliud est enim ordinari in Deū, & aliud ordinari i Deū per uiā cultus. Charitas namque ordinat in Deum, & non per uiam cultus.

¶ Ad hoc dř, q quia sermo rei, nō res sermoni debet subijci, & in vnaquaq; materia sermones intelliguntur secūdum subiectam materiā, iō non est facienda uis in uerbis, ubi constat de rebus. Constat autem q Deo promittimus quicquid pmittimus sub ratione reuerētię, quoniā promittitur ut offerēdū Deo. Diuinam autē reuerentiam constat ad cul-

* Epi. 45. non multū remote à fine tom. 2.
*ar. 1. & 2.
* Epi. 45. post mediū illius tom. 2.
* Eādem epi. 45. à medio tomo 2.
Conclu. m
* Eadem epi. 45. nō remote à fine to. 2.
* Epi. 45. nō remote à fine tom. 2.
*Ps. 21. est Aug. ibid.
Porrecta per totum.
a Inf. q. 18. ar. 2. cor. Et 3. contra c. 138. Et op. 17. cap. 11. & opusc. 18. cap. 3.
*Lib. 2. de inuentione in fol. 4. ante finē libri.

473

platis, qbus religiosi ꝓfitētes obedientiā uouent. ergo uotū non est religionis actus.

Sed contra est, qđ dicit Isaiæ 19. Colēt eū in hostijs, & muneribus, & uota uouebunt dño, & soluēt: sed colere Deū ē ꝓpriē religiōis, siuē latriç. ergo uotū ē act' latriç, siuē religiōis.

Respon. Dicēdū, q sicut supra dictū * est, opus uirtutis ad religionē, seu latriā ptinet per modū imperij, ſm q ad diuinā reuerentiā ordinaē, qđ est proprius finis latriæ. Ordinare aūt alios actus in suum finē, ptinet ad uirtutē imperantē, nō ad uirtutes imperatas. Et ideō m ipsa ordinatio actuū cuiuscūq; uirtutis in seruitiū Dei, est ꝓprius actus latriæ. n Manifestū est aūt ex * pdictis, q uotū est qdā ꝓmissio Deo facta: & q ꝓmissio nihil est aliud, q̄ ordinatio qdā eius, qđ ꝓmittitur in eum, cui ꝓmittitur. Vñ uotū est ordinatio qdam eorum, quæ qs uouet in diuinum cultū, seu obsequiū. Et sic patet, q p uouere ꝓpriē est actus latriæ, seu religionis. q

Ad primum ergo dicendū, q illud qđ cadit sub uoto, qñq; ē actus alterius uirtutis, sicut ieiunare, & cōtinētiā seruare. Qñq; uerò ē act' religiōis, sicut sacrificiū offerre, uel orare: utrorūq; tñ ꝓmissio Deo facta ad religionē ptinet, rōne iam * dicta. Vñ patet, q uotorum quoddā ptinet ad religionē rōne solius ꝓmissionis Deo factæ, q est essentia uoti: qñq; etiam rōne rei promissæ, quç est uoti materia.

Ad secundum dicēdū, q ille q ꝓmittit, inquantū se obligat ad dādū, iā quodammō dat: sicut dř fieri aliqđ, cum fit causa eius, qa effectus uirtute continetur in causa. Et inde est q nō solum danti, sed etiam promittenti gratiæ aguntur.

Ad tertium dicēdū, q uotū soli Deo fit, sed ꝓmissio ēt pōt fieri homini: & ipsa ꝓmissio boni, q fit homini, pōt cadere sub uoto, inquātum est quoddā opus uirtuosum. Et p hunc modum intelligēdum est uotum, quo qs uouet aliqđ sanctis, uel platis, ut ipsa ꝓmissio facta sanctis, uel platis cadat sub uoto materialiter, inquantū s. homo

ad cultū Dei pertinere, & propterea ex hoc, q voto promissa ordinātur in Deū, infertur: ergo ordinatur in cultū. Non ergo ex hoc q aliquid ordinātur in Deū, sed ex hoc q aliquod promissum ordinatur in Deū, concluditur: ergo ordinatur in cultū diuinum. Vnde etiā credere, & sperare, qui sunt actus theologalium virtutum, & amare Deū, si ex voto fiāt, ordinātur vt executa sub iecto in diuinā reuerentiam, siue religionis, licēt hoc sit per accidens.

¶ In responsione ad 2dm ar. 5. eiusdē q. 88. aduerte, q promissio potest dupliciter accipi. Primo in ordine ad rē pmissam, & sic sumit' in litera, & bene dicit' q non est dare, scilicet nisi in causa. Alio modo, sumitur vt est in se quædā mētis actus, quo mens nostra se subijcit Deo, dum promittit illi aliquid. Et sic q pmittit Deo, dat Deo non rē dandā, sed mentē suam: illud actum: sicut & dictū est, q oratio est oblatio mentis, & sic vouens cultū Deo offerret in actu. Vnde Isaias inter actus religionis nō solum posuit reddere vota, sed vouere, dicens: Vota vouebūt Dño &c. vt in litera habes.

¶ In rñone ad tertiū eiusdē quinti articuli, dubiū occurrit de votis, quæ fiunt sanctis: quia male videntur interpretata in litera, quia eodē modo promittimus sanctis, quo accidit Deo. s. q non intercedant duç promissiones, sicut accidit in votis, quæ fiunt in manus prælatorum, vt patet ex ipsa vocum differentia. Dicimus namque, Voueo tibi sancte Petre, & non dicimus, Voueo tibi Domine Abbas: sed voueo Deo & sanctis, quòd ero tibi obediens.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia sancti sunt medij inter Deum & homines, & medium vtriusque naturam sapit, ideò diuersè de sanctis sentiuntur in proposito. Si enim considerentur sancti vt homines, seu creaturæ rationales capaces secūdum se honoris, obedientiæ &c. sic promissiones quæ eis fiunt, nō sunt vota, sed possunt esse materia voti. Et in hoc conueniunt sancti cum hominibus viatoribus, & sic considerat eos litera loquens de sanctis ex ea parte, qua distinguuntur à Deo, & verum dicit. Si autem considerantur sancti ut sunt diui participatione, immò ut in eis est, & honoratur Deus, sic promissiones eis factæ sunt vota, quoniam Deo in ipsis fiunt. Et quoniam uoti nomē sonat promissionem Deo factam, ideò cū absolutè quis uouet sancto alicui intelligitur uouere Deo in illo sancto: sicut blasphemās aliquem sanctum, intelligitur blasphemare Deū in sancto illo, vt superius dictum est, quia blasphemiæ sub ius Dei est. Similis nanque est de vouere, quoniam soli Deo fit. Et confirmatur, q aliter sanctis, aliter hominibus aliquid promittimus. Sanctis nanque promittitur sicut Deo, & nō ratione utilitatis sanctorū, aut certificationis eorundem, sicut fit hominibus, vt patet in litera articuli præcedētis, eadem ergo ratione votum fit Deo, & sanctis. Nec obstat q vouere sit actus latriæ, seu religionis: quoniā eiusdem virtutis actus est vouere, & orare: & constat q oramus sanctos in ordine ad Deum. Et confirmatur hoc ex eo, q vouentes nō recurrunt ad sanctos, nisi sicut orantes ad eosdem recurrūt. Et cū certa ratione ue sciamus, an sancti nostra vota cognoscāt, quàm uis piè hoc credamus, cōsequens est, vt vouēdo sanctis ad Deum in ipsis recurramus. Consonat quoque huic interpretationi modus vouendi, quia s. sanctis absolutè vouemus, sicut Deo, prælatis aūt non: sed vouere non dicimus Deo, aut sanctis, seruare quæ homini promittimus, vbi manifestè sanctos ex uotis hominēs distinguimus, ponentes illos ex parte Dei. Et hoc de facto seruatur in professione fratrum ordinis Prædicatorū uouentium Deo, beatæ Mariæ, beato Dñico, & oībus sanctis, q erunt obedientes prælatis suis.

¶ In eadem responsione dubium occurrit. An quando in voto concurrunt duæ promissiones, altera vt materia, altera vt essentia voti, si quis transgressor voti extiterit, peccatū duarum specierum incurrat. verbi gratia. Voueo Deo, quòd ero obediens prælato meo. Si fiam inobediens, an peccem solum cōtra votum, an etiam contra obediētiæ virtutem, vt sic peccatum sit & in specie sacrilegij, & in specie inobedientiæ. Et est ratio dubij, quia si sic dicitur, pari ratione vouens ieiunare die sabbathi, frangēdo postmodum ieiunium peccabit etiā dupliciter. s. peccato gulæ, & peccato sacrilegij: quod videtur falsum, cum contingat frangere votum ieiunij absque violata sobrietate. Si verò non sic dicitur, pari ratione frangens ieiunium præceptum ab Ecclesia, non peccaret contra sobrietatem, seu abstinentiam, sed solum contra obedientiam, cuius oppositum superius, & inferius habetur. Est enim votum lex singularis, sicut præceptum lex communis.

¶ Ad cuius euidentiam primo sciendum est, quòd inter præcepta legis, & voti, est conuenientia secundū aliquid, & differentia secundum aliquid. Conueniunt siquidem in hoc, quòd tam præcepti, quàm voti materia est actus virtutis: præcipit siquidē lex quæ sunt iustitiæ, mansuetudinis, temperantiæ &c. Differunt verò in hoc, q materia præcepti est actus necessarius ad virtutem, sine quo. s. virtus saluari nequit, siuè illa necessitas sit ex natura actus absolutè, vt patet de honoratione parentū (sine ea siquidem nō potest saluari pietas, & de furto, homicidio, adulterio &c. cū quibus non stat virtus) siuè illa necessitas sit ex positione legis, vt patet de coniunctione carnali cum cōsanguineis vel affinibus in secundo, & alijs gradibus. Est enim huiusmodi abstinentia necessaria ad iustitiam, nō ex natura actus & virtutis, vt patet in antiquorum sanctis matrimonijs in talibus gradibus, sed ex legis determinatione. Et simile est de ieiunijs respectu abstinētię, extractione homicidæ de Ecclesia respectu sacrilegij, & alijs eiusmodi. Materia verò voti est actus supererogationis, nec ex voto fit talis actus necessarius ad virtutē illam: quoniam uotum non respicit virtutem illam vt finē, sicut lex, cuius est facere homines virtuosos, sed fit ex voto talis actus necessarius ad virtutē religionis ex hoc ipso, q assumitur vt materia voti, ita quòd actus voto promissus, puta, ieiunare sabbatho, qui erat supererogationis respectu operātis, & uirtutis illius, ad quā spectat actus ille, puta, ieiunare, factus est ex ui uoti necessarius respectu operantis, & respectu religionis cuius est uouere, & reddere uota, & non est factus necessarius respectu illius uirtutis, cuius actus ieiunare est, puta, abstinentiæ, ita q sicut præceptum positum substernit actum ieiunij uirtuti abstinentiæ, tamquam necessarium ad illam, & propterea frangens ieiunium

*Q. 81. ar. 7. & ar. 1. ad 1.
Conclu. m
* Ar. 1. & 2.
Conclu. p
* In corp. ar.

Universidad de Deusto Biblioteca

Ieiunij Ecclesiæ, peccat cōtra abstinentiā, & non cōtra obedientiā formaliter, si dat' contēptū uitta voti substernij actū ieiunij virtuti religionis, tanq necessariū ad illā. Et ppea frangens ieiuniū uotiuū peccat cōtra religionē, & nō contra abstinentiā formaliter, si negligit superfluitatē gulæ opposita abstinentiæ.

¶ Sciendū secūdo, ꝙ sicut pmissio facta Deo, est actus religionis, ita promissio facta homini, est actus fidei, q est virtus moralis. Et rō est, q proprium est, qa. s. eiusdē virtutis est promittere, & reddere pmissa. Est n. fides, vt Tullius, & Aug. dicūt, qua fiunt dicta. Fidei igit' actus est pmittere homini: sed qm valde diuersa sunt, quæ cōtingit hominē homini pmittere materia pmissionis nō hēt certam & determinatam virtutē. Contingit n. pmittere homini actū iustitiæ necessariū, vt reddere depositū, vel mutuū, aut cōferre officiū reipublicæ parti digniori: & actū fortitudinis supererogationis, vt pugnare p amico: vel liberalitatis, vt donare prædiū &c. Quibus præmissis videtur quæsito cū distinctione, ꝙ qn in voto sunt duæ pmissiones, si pmissio quæ dē materia voti, secundū se obligat ad mortale, tunc transgressor voti peccat cōtra votū, & cōtra fidē, & vlterius cōtra illam virtutē, qa actus promissus erat necessari' ad virtutē. Vt patet, si qs nō solū promitteret homini reddere depositū, sed voueret Deo, ꝙ seruaret promissum hoi. Trāsgrediēdo namq; votū, triplicē deformitatē incurreret, sacrilegij, infidelitatis, & iniustitiæ. Si autē promissio, illa facta homini absolutē nō obligat ad mortale, sed obligatio ad mortale est solūm ratione adiunctī voti, tunc transgressor nō incurrit peccatū nisi cōtra votū, & hoc loquendo de peccato, qd pfectè est peccatū. s. mortale. Qd dico, qa possent aliæ deformitates leues adiūgi. Vnde qa promissio de obediētia, quæ fit prælatis ex se absolutē obligat ad mortale, ēt si nūquam voti forma retinquāt est in perpetuæ obligationis vinculū: ideo trāsgressor voti obediētiæ peccat dupliciter & contra F totum, & contra obedientiam.

¶ Ex his patet solutio primæ obiectionis. & similiū, assumēdo ꝙ regula, ꝙ qn actus eadē sub voto nō essēt necessarius, cessante voto, tūc trāsgressio virtus esset speciei: qn verò est necessari', tūc vltra trāsgressionē voti fieret cōtra illā virtutē. Et inde est, ꝙ licet coniugatus, & nō cōiugatus haberēt votū castitatis, si cōiugatus vtat vxore sua post votū petendo debitū, peccat contra votū, & nō cōtra castitatē. Nō cōiugatus verò, si cognoscat mulierē, peccat contra votum, & contra castitatem.

¶ Secūdæ quoq; obiectionis patet solutio, q. si nō est par rō de præcepto, & voto, licet votum quædā singularis lex sit, quia præceptum ordinatur ad virtutē illā, cuius actū præcipit, cum siqud manifestū est, ꝙ iudex capiās in ecclesia homicida, est sacrilegus. Homo aūt capiēs nostrū populariū, & cognoscēs cōsanguineā quarto gradu cōmittit incestū, quē nō cōmitteret, si Ecclesia restringeret cōsanguinitatē ad tertiū solū gradū. Cōmittentes siquidē hæc, sacrilegij, & incestus rei dñr, & nō rebellionis, aut inobedientiæ: hoc enim est statuti, ꝙ præcepta ordinant actū ad virtutē illā, cui substernit. Votum verò ordinat actū ad religionis virtutē, cui actū quē pro materia assumit, substernit: ph nihil aliud votū facit, nisi qa assumit talē actū in materiam religionis: sicut præceptū, vt dictū est, assumit talē actum in materiā talis, vel talis virtutis. Nō est ergo in voto superogationis, nisi simplex trāsgressio voti: in pcepto autē est transgressio virtutis, & si cōtēptus pcepti adsit, est ē trāsgressio obedientiæ debitæ superiori, cui contemptus opponitur, quod in voti transgressione nō habet locum: quia nō à superiore, sed à se pro votū est, nisi forte adesset contemptus diuini præcepti de voto seruando.

Porrecta per totum.
474
Inf. q. 189 ar. 2. cor. Et 3. q. 28 ar. 4. cor. Et 3. cōtr. c. 138. Et opu. 17. c. 12. & opu sc. 18. c. 13 Li. 2. c. 14. in prin. & est c. vl. li.

vouet Deo se impleturū, quod sanctis, vel prælatis promittit.

ARTICVLVS VI.

Vtrum magis sit laudabile, & meritorium facere aliquid ex voto, quàm sine voto.

AD SEXTVM sic proceditur. G Videt ꝙ magis sit laudabile & meritoriū facere aliquid sine voto, q̄ cum voto. Dicit. n. *Prosper in secūdo de vita cōtēplatiua. Sic abstinere, vel ieiunare debemus, vt nō nos ʰ necessitati ieiunādi subdam', ne iā nō deuoti, sed inuiti rē voluntariā faciamus: sed ille qui uouet ieiunium subdit se necessitati ieiunandi. ergo melius esset si ieiunaret sine uoto.

¶ 2 Præt. Apost. dicit 2. Corint. 9. Vnusquisq; prout destinauit in corde suo ⁱ nō ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarē. n. datorē diligit Deus: sed qdā ea q̄ uouēt ex tristitia faciūt, & hoc uꝰ pcedere ex necessitate, q̄ uotū imponit, qa necessitas cōtristās ē, ut dr 5. † Metap. ergo meli' ē aliqd facere sine uoto, q̄ cū uoto.

¶ Li. 5. tex. 6. tom. 5.

¶ 3 Præt. Votū necessariū est ad hoc, ꝙ ʰ firmetur uolūtas hominis ad rē quam uouet, ut supra *habitū est: sed non pōt firmari melius uolūtas ad aliquid faciēdum, q̄ cū actu facit illud. ergo non melius est facere aliquid cum uoto, quàm sine uoto.

*Ar. 4. huius quæst.

SED CONTRA est, ꝙ sup illud Psal. 75. Vouete, & reddite, dicit glo. Vouere uolūtati cōsulitur: sed consiliū nō est nisi de meliori bono. ergo melius est facere aliqd melius opus ex uoto, q̄ sine uoto, quia q facit sine uoto implet tm̄ unū consiliū, scilicet de faciēdo: qui autē facit cum uoto, implet duo consilia, scilicet & uouendo, & faciendo.

Concl. m

RESPON. Dicēdū, ꝙ ᵐ triplici ratione facere idē opꝰ cū uoto est meliꝰ, & magis meritoriū, q̄ facere sine uoto. ⁿ Primo quidē, qa uouere sicut* dictū est, est actus latriæ, q̄ est pcipua inter uirtutes morales. Nobilioris aūt uirtutis est opꝰ melius, & magis meritoriū, unᵈ actus inferioris uirtutis est melior, & magis meritorius ex hoc, ꝙ imperat à superiori uirtute, cuius actus fit p imperiū: sicut act' fidei, uel spei melior est si imperet à charitate. Et ideò actus aliarū uirtutū moraliū, puta, ieiunare, qd̄ est actus abstinētiæ & cōtinere, qd̄ ē act' castitatis, sunt meliora, & magis meritoria si fiāt ex uoto, qa sic iā pertinēt ad diuinū cultū, quasi quædā Dei sacrificia. Vñ* August. dicit in lib. de virginitate, ꝙ neq; ipsa uirginitas, qa uirginitas est, sed qa Deo dicata est, honorat, q̄ fouet, & cūseruat cōtinētia pietatis. H Secūdo, qa ille q uouet aliquid, & facit, plus se Deo subijcit, q̄ ille q solūm facit. Subijcit. n. se Deo nō solūm quantū ad actū, sed ēt quantū ad potestatē, qa de cætero non pōt aliud facere: sicut plus daret homini, qui daret ei arborē cū fructibus, q̄ qui daret ei fructus tm̄, ut dicit* Anselmus in libro de similitudinibus: & inde est, ꝙ ēt promittētibus gratiæ agunt, ut * dictū est. I Tertio, qa per uotū immobiliter uoluntas firmatur in bonū. Facere aūt aliquid ex uolūtate firmata in bonū, pertinet ad perfectionē uirtutis, ut patet p * Philos. in 2. Ethic. Sicut ēt peccare mēte obstinata, aggrauat peccatū, & dr̄ peccatum in Spiritum sanctum, ut supra * dictum est.

*Ar. præc.

D. 1175.
*Ca. 8. circa princ. tom. 6.
*Ca. 84.
*Ar. 5. ad. 2.
*Li. 2. c. 4. tomo. 5.
*Q. 14. ar. 1.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ authoritas illa est intelligēda de necessitate coactionis, q̄ inuoluntariū causat, & deuotionem excludit. K Vñ signanter dicit: Ne iā nō deuoti, sed inuiti rē uoluntariam faciamus. Necessitas autem uoti per immobilitatem fit uolūtatis, undè & uoluntatem cōfirmat, & deuotionē auget: & ideò ratio non sequitur.

AD 2ᵐ. dicendum, ꝙ necessitas coactionis, inquātū est cōtraria uolūtati, tristitiā causat, sm̄* Philos. Necessitas aūt uoti in his, q sūt bene dispositi, inquantum

SVP. Q. LXXXVIII. ARTIC. VI.

IN 6. eiusdem q. 88. nota, quòd cum in 4. art. de utilitate voti, & in quinto de specie bonitatis voti, in sexto comparatiua secundum

Loco citato in arg.

cundum

cundum bonitatem quæstio agitur, an s. sit melius opus cū voto, A quàm sine. Et additur in titulo magis meritorium in habētibus charitatem, quorum solummodo opera sunt meritoria.

¶ In solutione ad secundum eiusdem 6. art. dubium occurrit, An ille quem pœnitet vouisse, seu q displicet ei vouisse, etsi esset in statu libertatis, sicut erat antequā vouisset, nollet vouere, ex quo tñ voto astringitur, vult seruare votum suū, peccet, & si peccat, an peccet mortaliter. Vt enim ꝙ nō peccet, quia velle suū fertur in obiectum licitum absque aliqua mala circunstantia. Manifestū aūt assumptū, quia idē est obiectum illius, & obiectum voti: uterius non habentis votū, qui refutat obligare se voto quem constat non peccare. Differētia namque inter istos duos non est ex parte obiecti, sed ex parte modi volendi: qa habēs votum fertur in libertatem a voto condicionaliter, s. si esset in statu libero: non habens verò votum fertur in libertatem absolutè, quia est in statu libero.

†Epl. 45. nō remotea fine, to. 2.

voluntatē confirmat, nō causat tristitiā, sed gaudiū. Vnde et Aug. dicit in epla ad Armentariū, & Paulinā. Nō te vouisse pœniteat immò gaude iā tibi sic non licere, qd̄ cū tuo detrimento licuisset. Si tñ ipsum opus sm̄ se consideratum, triste, & inuoluntarium B redderetur post uotū, dū tñ remaneat uoluntas uotū implendi, adhuc ē magis meritorium, q̄ si fieret sine uoto: quia ipletio uoti est act' religionis, q̄ est potior uirtus quàm abstinentia, cuius actus est ieiunare.

AD III. dicēdum, ꝙ ille q facit aliquid sine uoto, hēt immobilē uoluntatem respectu illius opis singularis qd̄ facit, & tūc qñ facit: non aūt manet uoluntas eius omnino firmata i futurum, sicut vouētis, qui suam uoluntatem obligauit ad aliquid faciēdum, & antequam faceret illud singulare opꝰ, & fortasse ad pluries faciendum.

ARTICVLVS VII.

Vtrum votum solemnizetur per susceptionem sacri ordinis, & per professionem ad certam regulam.

AD SEPTIMVM sic procedit. Vr̄ ꝙ uotum non solemnizetur per susceptionē sacri ordinis, & p professionem ad certam regulā. Votum. n. ut* dictū est, est promissio Deo facta: ea uerò quæ exterius aguntur ad solennitatē ptinētia, non uidē

Porrecta per totum.
175
Infr. ar. 9 co. Et 4. d. 38. q. 1. artic. 2. q. 3. Et quol. 3 ar. 18. co. Et quol. 8. arti. 10. cor.
*Ar. 1. huius qst.

¶ In oppositū autem est, quia actus cadens super materia repugnante, est malus: sed actus pœnitendi in proposito cadit sup materia repugnante, quia super bono. s. voto emisso, pœnitētia enim non debet esse nisi mali præteriti. ergo huiusmodi pœnitentia peccatum est. Et vr̄ ꝙ sit mortale, tum quia ex hoc ipso ꝙ habet materiam repugnantem, est actus malus ex suo genere: tū quia alioquin religiosus dolens se esse, fuisse, & fore religiosum peccaret in viuere religiosē ex quo est, esset in bono statu. Dolor enim ille nihil aliud est, quàm pœnitentia voti religionis, cum voluntate non vouendi religionem, si esset liber.

¶ Ad euidentiam horū, tria videnda sunt. Primò, quid dicendum sit de pœnitentia voti absolutè. Secundò, quid de pœnitentia voti talis, puta, religionis, vel peregrinationis. Tertiò, quid de pœnitentia subsecutorum bonorum operum.

¶ Quoad primum sciendū est, ꝙ aliud est loqui de pœnitentia voti, & aliud de pœnitentia eius qd̄ est fecisse votum. Nam pœnitentia voti est dolere de promissione: qui autē dolet de promissione promissionem non seruat, vt patet in his qui de malis promissionibus propositis & deliberationibus dolentes, propositū deliberationemq; mutant, & promissionem non seruant. Propter quod pœnitentia voti peccatum mortale est manifestē: et de tali pœnitentia non est præsens q̄. Pœnitentia autem eius qd̄ est fecisse votum, est dolor de præterita applicatione sui ad vouendum, & non de voto ipso. Dolet. n. talis pœnitens, ꝙ se subiecit voto, & non mutat propositum adimplendi promissa proposita, & deliberata. Et de hac pœnitentia est præsens q̄, quæ vocatur abusiuè de voto, quia est de voto quo ad eius emissionē. De huiusmodi igitur pœnitentia absolutè loquendo, dicendum est, ꝙ est de genere actuum, qui absolutè sumpti malè sonant, qui in adiunctis quibusdā conditionibus honestantur. Sicut occidere hominem, malè sonat: sed si adiungantur debitæ conditiones. s. E pp insinuatam &c. est actus honestus. Non solum namq; votū, sed ēt applicare se ad vouendum, est actus bonus, ac per hoc malè sonat ꝙ sit materia pœnitentiæ. quoniam pœnitentia malorum est: sed si causæ aliquæ rationabiles adiungantur, poterit actus honestari. Neq; enim emissio voti est ita de genere bonorū, vt non possit licitè esse materia actus nolitionis, vt patet in eo, qui votū non vouere, seu refutat vouere. Nec obstat ꝙ remisisse votum est præteritum, quia eiusdem rationis est actus præteriti, & futurus. Eiusdem siquidem rationis est velle occidere hominem, & velle occidisse hominem. Similiter non obstat, ꝙ actus præteritus est iam acceptatus: quia ipsa acceptatio præterita, & futura eiusdem est rationis, & idem est de ipsa iudiciū, & applicatione ad vouendum. Ratio autem quare aliqd bonū potest licitè esse materia nolitionis, ac per hoc pœnitentiæ, est quia tale bonū non est necessarium ad salutem. Quæ enim sūt necessaria ad salutem, non possūt licitè refutari: & similiter non potest eorum esse pœnitentia sine peccato mortali, vt patet.

¶ Quo ad secundum differentia est inter vota maximorum, & diuturnorum bonorum, & alia vota. Nam pœnitentia votorū maximorum ac diuturnorum ratione suæ materiæ, infert remissiorē voluntatem in bono, quàm fuerit, q̄ sine detrimēto virtutis pseuerantiæ non est. Nā vbi prius iste, quē modo pœnitet fecisse votū religionis aut continentiæ, perseuerabat in complacētia inchoatæ virtutisque. s. eius quod est facere tale votum, & ipsius voti, modo mutata volūtate circa primū, nō pseuerat in illo, qd̄ est quasi radix tanti boni. Et consequenter magis ea necessitate, q̄ amore pseuerat in conseruādo continentiam, & religionem, quod sine peccato veniali non est, per periculo periculi ad disponendum ad mortale. Cui enim minus cōtinentia, aut religio placet, non facilè tot pericula euadet, aut C remedia oportuna suscipiet, castigando corpus &c. Pœnitentia aūt aliorū votorum, vt peregrinationis, ieiunij, & huiusmodi, rōne materiæ non inferunt remissionē voluntatem in bono, qm sunt particularia quædam parua bona: & constat facilè aliquē ista bona refutare pp meliora. Vnde huiusmodi votorum pœnitentia nec ratione formæ nec ratione materiæ, est peccatum, si ex rationabili causa fit: alioquin veniale peccatum est.

¶ Quoad tertium, distinguendū est, ꝙ aut pœnitētia est de operibus bonis factis ex voto, præsupposito uoto, & sic est manifestè peccatū mortale. Hoc. n. nihil aliud est, quam dolere de præstita obseruatione voti, quam constat fuisse de necessitate salutis. Aut pœnitentia est de ipsis eisdem operibus non præsuppositis votum, sed magis cū eradicatione voti. v. g. Plantauit quis arborem fructiferam in horto suo, multo tpe fructus protulit, pœnitet post multum temporis dominum plantasse in suo horto arborem illam, velletque caruisse semper illa arbore, & fructi- D bus perceptis, potius quàm habere illam cum fructibus. Sic in proposito, pœnitet aliquem se professum esse, velletque nunq̄ professum esse, non curans ꝙ etiam non fecisset tot bona, quæ fecit seruando professionem suam &c. Pœnitentia siquidē ista non est de obseruatione voti, sed de ipsa applicatione ad votū cum subsecutis, nullo præsupposito vinculo. Et talis pœnitētia eiusdem est rationis, cum pœnitentia talis voti secundo loco dicta. Ac per hoc, si habet pro materia maxima diuturnaque bona, vt castitatem, vel religionem, peccatum tanto grauius est, quantò remissior à bono voluntas est, dum illa refutaret bona perfecta si posset, infra latitudinem tamen venialium valde prope mortem casum ad mortale. Si verò habet pro materia, particularia parua bona, posset esse sine peccato, si rationabilis causa subsisteret. Et ex his patet responsio ad obiecta.

SVPER Q. LXXXVIII. ART. VII.

IN Art. 7. q. 88. dubium occurrit, in quo cōsistit solemnitas voti. Et est ratio dubij, tum ipsa rei obscuritas, tum diuersitas opinionum, tum necessitas sciendi hoc: quoniam hinc multarum qq. æst. solutiones pendent. Et ne in æquiuoco laboremus, quid nominis præponemus. Solemnitatis nomine in proposito nuncupamus illud, vnde votum habet quòd dirimat matrimonium. In hoc enim secundum omnes differt votum solemne à voto simplici, quòd votum solemne non solum impedit, sed & dirimit matrimonium si contrahatur, ita quòd matrimonium post contractum, est nullum: votum autem simplex impedire solummodo matrimonium potest.

¶ Est igitur triplex de hoc opinio. Prima est, ꝙ solēnitas voti cōsistit in benedictione, seu consecratione vouentis. Dupliciter enim solēnizatur votum. s. per professionem religionis approbatæ, & per susceptionem sacri ordinis, & in susceptione sacri ordinis manifestè interuenit consecratio vouentis. In professio-

ne

ne vel [illegible] benedictio, vt patet ex 6 c. Ecclesiasticæ Hierar. vbi [illegible] constituendi monachum ponitur, & in pontificali seu ordinario Romanæ Ecclesiæ, vbi etiam ordo constituendi monachū habetur, licèt aliter quàm tempore Dionysij fiebat.
¶ Sed hæc opinio falsa est, tum qñ solemnitas voti non consistit in eo, sine quo votum solēne inuenitur: sed votū solēne religionis sine omni benedictione vouentis inuenitur, ergo solemnitas eius nō consistit in benedictione vouētis. Patet minor dupliciter. Primò, qa professio tacita, voluntate deliberata, acceptata est verè votum solēne, non præsumptum, sed vere actū, & tñ sine omni benedictione fit. Secundò quia professio explicita non fit in oībus religionibus approbatis cum benedictione, vt patet in ordine Prædicatorū, ubi solæ vestes benedicuntur post professionē immediate, ita q ēt hoc fit postq̄ est solēni voto alligatus ille cuius vestes benedicuntur. Tum, qñ solemnitas voti non cōsistit in eo, cum quo stare potest, q uotum continentiæ sit simplex: sed consecratio sacri ordinis est huiusmodi, q cum ipsa stare pōt, q votū continentiæ illi annexū sit simplex. ergo solēnitas talis voti nō cōsistit in consecratione. Patet minor ex hoc, q ecclesia posset statuere, q de cætero suscipientes ordinem sacrum, nō nisi simplex votū continentię emittant. Tunc. n. quilibet vouere castitatē suscipiendo sacrū ordinē, & tñ nō nisi simplex votū fieret. Tum qñ concurrentib. simul voto, & consecratione, seu voto religionis, & benedictione, remota ecclesiæ institutione, aut approbatione, non constituitur votū solēne, vt patet ex eo, q si qs secluso Ecclesiæ statuto suscipiens subdiaconatū, vt totaliter sacris māciparet, vouere continentiā, non ppterea astringeretur voto solēni, & tñ concurrerent simul cōsecratio, & votum rōne cōsecrationis emissum. Et similiter, si quis profiteretur aliquam religionē, quæ nunc est approbata remota approbatione, puta, q desineret esse approbata, & post aliquis eā profiteretur, & benediceretur, ut de monachis est ordinatū, non propterea astringeretur voto solēni. Non habet ergo votū continentiæ ex hoc, q fit cū susceptione sacri ordinis, q sit solēne: neq; votum religionis ex hoc quòd fit cum benedictione, quod sit solemne.
¶ Secunda aūt opinio est, q solemnitas voti consistit in exhibitione sui ipsius, ita quòd votū simplex habet solā promissionē: votum aūt solemne habet promissionē & exhibitionē, nō promissorum in seipsis, sed in sua radice: qa habet exhibitionē sui ipsius in nouo statu, in quo radicaliter continentur oīa pmissa. Nam & qui profitetur religionē, & qui suscipit sacrū ordinē, non solū promittit seruire &c. sed ipso facto mutat statū, etiā si nō mutaret vestes, habitationē, & conuersationē, vt patet.
¶ Sed nec hæc opinio est vera: qñ mutatio status, mācipando hoiem ad diuinum cultū & religiosa opera, stare pōt cum uoto simplici, vt patet, si Ecclesia institueret, q in sacro ordine, & religione aliqua votum simplex fieret. Et rursus in sacro ordine mancipatur homo ad diuinum cultum sine dependentia ab annexo uoto, ut patet in Ecclesia primitiua, & orientali vsq; in hodiernum diem. In religionibus verò quantumcumq; aliquis exhiberet seipsum, & uoueret, nisi Ecclesiæ authoritas interueniret, nunquam votum religionis esset solēne, vt patet de vota profitentium religionē nō approbatam, quamuis sanctā.

tur ordinari, ad Deū, sed ad homines. ergo p accidēs se habēt ad uotum. non ergo solemnitas talis est propria conditio uoti.

¶ 2 Præt. Illud qđ ptinet ad cōditionē alicuius rei, vř posse cōpetere oib⁹ illis, in quib. res illa inuenitur: sed multa pñt sub voto cadere, q̄ non ptinent neque ad sacrū ordinē, neq; ptinēt ad aliquā certam regula, sicut cū quis vouet peregrinationē, aut aliquid hmōi. ergo solēnitas q̄ fit in susceptione sacri ordinis, vel in professione certæ regulę non ptinet ad cōditionē uoti.

¶ 3 Præt. Votū solēne idē uř esse, qđ votū publicū: sed multa alia uota pñt fieri in publico, q̄ uotū, qđ emittitur in susceptione sacri ordinis, uel professione certæ regulæ, & hmōi ēt uota pñt fieri in occulto. ergo nō solum hmōi uota sunt solemnia.

SED CONTRA est, q solū huiusmodi uota impediūt matrimoniū contrahendū, & dirimūt iam contractū: quod est effect⁹ voti solemnis, ut infra* dicetur in tertia huius operis parte.

* Nō cōpleuit morte pręuentus.

RESPON. Dicēdū, q unicuiq; rei solēnitas adhibeť ẽm illius rei conditionē, sicut alia ē solēnitas nouæ militiæ. s. in quodā apparatu equorū, & armorū, & cōcursu militū: & alia solēnitas nuptiarū, q̄ cōsistit in apparatu sposi, & sposæ, & cōuentu propinquorū: uotū aūt est promissio Deo facta. Vñ solēnitas uoti attendit ẽm aliquid spūale, qđ ad Deum ptineat. i. ẽm aliquam spūalem benedictionē, uel consecrationem, q̄ ex institutione Apostolorū adhibetur in pfessione certæ regulę, scđo gradu post sacri ordinis susceptionē, ut dicit Dion. 2. c. Ecclesiasticę Hier. Et huius rō est, qa solēnitates nō cōsueuerunt adhiberi, nisi qñ aliquis totaliter mācipať alicui rei. Nō. n. solēnitas nuptialis adhibeť, nisi in celebratione matrimonij, qñ uterq; cōiugū sui corporis potestate alteri tradit. Et silr uoti solēnitas adhibetur, qñ aliquis p susceptionē sacri ordinis diuino ministerio applicať. Et in pfessione certę rļæ, qñ p abrenūtiationē sęculi, & ppriæ uolūtatis aliqs statū pfectionis assumit.*

¶ Est igitur tertia opinio, quæ est veritas, q solemnitas voti cōsistit in hoc, q Ecclesiæ authoritate statutum est tale votum esse solēne. s. per quod homo inhabilis est ad matrimoniū, vt in uoto sacri ordinis, & in voto regularis obedientiæ, castitatis paupertatisque, vt est votū religionis. Probatur aūt hoc esse verum tam ex eo q Ecclesia posset statuere q quicumque coram tribus voueret continētiam, faceret votum solemne continētiæ, ita quòd ipso facto esset voto solemni astrictus: sicut statuit, q quicumq; suscipit ordinē sacrū, emittat votum continentię, quod uoluit ecclesia esse solēne. Constat aūt q in casu dicti statuti nulla benedictio, nulla consecratio, nulla mutatio status, nisi consequēs dictum votū interueniret. Sola ergo ecclesię authoritate præueniente votum, quod in se esset simplex, est solemne.
¶ Et cōfirmatur hoc ex [illegible] tria vota de facto, hoc est sine Apostolica authoritate. s. obedientiæ, paupertatis, & castitatis in religione nō approbata ad hoc q sit simpliciter religio, vt multis personis tertij habitus ex deuotionis feruore inuētum est cōtigisse. Huiusmodi enim vota nō excedunt vim voti simplicis ex hoc solo, quod authoritas Ecclesiæ deest. Secus autem hoc esse de eisdem personis tertij habitus, tria religionis vota profitentibus de licentia sedis Apostolicæ, Sixtus quartus per bullam declarauit. Et hoc est, quod in sexto Bonifacius octauus determinauit dicens, quòd solemnitas uoti sola Ecclesiæ institutione est inuenta. Et propterea Apostolica authoritate decreuit duo tantū vota esse solemnia. s. religionis approbatæ, & ordinis sacri. Et si contra dictam doctrinam obijciatur, quod contradicit authori in litera, quo ad primæ opinionis reiectionem, & in 4. sent. dist. 38 tam quo ad secūdæ opinionis refutationem, q̄ quo ad tertiæ opinionis assertionem: Respondeo q quantū ad primā opinionem spectat, in æquiuoco fore sumus: quia author de solemnitate cæremoniali de facto ordinata in huiusmodi votis adhibenda loquitur: ego aūt de solemnitate, qua ipsum votum absolutè in se habet, quòd sit solemne. Veruntamen de benedictione cuius meminit in litera, latior erit sermo.
¶ Quantū vero ad secundā, & tertiā opinionē, nō cōtradico authori. Ad cuius euidentiā scito, q exhibitio sui ipsius, & statutū Ecclesiæ, pñt dupliciter considerari. s. [illegible] & sic neutrū sufficit ad solemnitatē voti. Et propterea secunda opinio ponēs in sola exhibitione consistere solemnitatē, refutata est, & ab ipso authore refutatur 4. sent. dist. 38. q. 1. art. 2. q. 3. dum dicit, q quantumcumq; aliquis profiteatur, nisi seruato positiuo iure hoc faciat, non est votum solemne. Propterea quoque tertia opinio ab authore ibidem refutatur, q s. super simplici statuto Ecclesiæ fundatur. Oportet namque iuxta secūdam distinctionis propositæ membrum, ambo simul concurrere. s. & Ecclesiæ authoritatem, & ex parte vouentis in potentia tradendi s. ip[illegible] alteri, quæ impotentia, quia negatio est, fundatur sup [illegible] nem aut approbatæ exhibitionis sui ipsius, vt author uoluit, & [illegible] consonat, quasi Ecclesia pp hoc inhabilitet ad carnis, seu mundi opera, quia approbat exhibitionem ad Dei cultum, seu famulatum iam approbati sic voti, ut ex hoc ipso, q votum est sic, hoc est, cum inhabilitatione vouentis ad matrimoniū &c. approbatū pquā ab Ecclesia, impotentia ista cōsequať. Vtroque

siquidem

Concl.

siquidē modo Ecclesia facere pōt, ex quibus patet primò, q ad solēne votū duo exiguntur. Nā ex parte vouētis requirit q vouens ex parte aūt Ecclesiæ, q votū sit inhabilitās hoiem ad matrimoniū &c. Hāc. n. inhabilitantē vim nō posse votū ex priuata potestate habere, sed ab Ecclesia solū, manifestè patet ex eo, q sublata Ecclesiæ approbatione, & institutione, quantumcunq; aliqs suscipiēdo subdiaconatū voueret castitatem, & quicq; alius pfessionē alicuius religionis faceret, nunquā solēni voto ligaretur, numq̄ inhabilis esset ad matrimoniū, q̄uis peccaret cōtrahēdo, vt pote contra votū simpliciter agens & in hac vi cōsistit solēnitas voti. Patet secundò, q hæc vi inhabilitans secūdum præsentes Ecclesiæ institutiones conuenit voto rōne exhibitionis ipsius vouentis ad cultū ordinis sacri, vel famulatū religionis approbatæ. Cuius signum euidēs est, q si quis susciperet ordinem sacrum à non episcopo, ac per hoc non susciperet vt in veritate sacrum ordinē, nō astringeretur voto solēni ad castitatem. Hoc. n. ideò est, quia, Ecclesia vim inhabilitātem statuit in voto mediante ordine: & simile est de professione omnino inualida. Et propterea iuxta canonicum, & omnes dicunt, quòd votum solemnizatur per susceptionem ordinis sacri, vel per professionem religionis approbatæ. Patet tertio, q hæc vis inhabilitans nō necessario exigit talem exhibitionem ad hoc, q possit inesse voto ex noua constitutione Ecclesiæ, qñ posset Ecclesia statuere, q vouens coram tribus continentiam emittere, intelligatur votum inhabilitans ad matrimonium, seu votum solemne continentiæ, quod idem est. Et ex his omnibus apparet, q omnes opiniones aliquid veri dixerunt, & q doctrina hæc non contrariatur authori.
¶ In eodem 7. artic. tam in corpore, q̄ in responsione ad primū, aduerte, q in voto solemni per susceptionē sacri ordinis, manifestè inuenitur aliquid aliud à voto spectans ad Deū. s. ipse ordo sacer. In voto autē professionis, benedictio spiritualis, cuius meminit author, non inuenitur vniuersaliter, vt cōsuetudo Ecclesiæ testatur. Non enim ministri Ecclesiæ inuocant, vt Deum benedicere putemus, iuxta authoritatem literæ, quæ nō adducitur ab authore ad probādum, q in professione fiat benedictio, sed ad hoc, q qñ per ministros Ecclesiæ fit benedictio, Deus est qui benedicit. Quare autem author benedictionem ad votum solemne omnis approbatæ religionis extenderit, ratio esse vř, quia attendit ad id, qđ de iure fieri debere debeť, & non ad id quod fit: quasi præsumatur, q profitentes absq; benedictione, intelliguntur profiteri cū benedictione, sicut ab Apostolis, & Ecclesia institutū est de monachis. Sicut profitentes tacite per habitus gestationem post annū &c. præsumuntur vouere solenniter sicut ab Ecclesia institutum est. Ratio verò, quare benedictionem huiusmodi [illegible] fecerit, videtur esse, quia aliter stabiliter fundare indispensabilitatem voti solemnis religionis iuxta decretalem allatam inferius in arti. 11. non poterat.
¶ Ad cuius clariorē notitiā scito, q in votis solēnibus, q̄ habet Ecclesia, vidit author tria inueniri. s. votū, mancipationem ad diuinum cultum, seu famulatum: & consecrationē seu benedictionem. Et supponit, vt inferius patet, q votū religionis esset indispensabile per quācūq; Ecclesiæ authoritatē: & propterea oportuit quòd indispensabilitatem fundaret super aliquo, qđ non subijceretur ecclesiasticæ authoritati quoad illius mutationem. Et qñ tam votum, quàm mancipatio ad Dei famulatum, vtpote hominū opera, ab ecclesia mutari possunt, ad opus Dei recurrit, habuit. s. consecrationē, & benedictionem, vt in his constituendo solemnitatem voti, indispensabile concluderet votum solemne quo ad id, quod per se ad solemnitatē spectat, vt in dicto articulo inferius patet. Hæc est radicalis ratio, quæ coegisse videtur authorem ad ponendum, q solēnitas voti cōsistit in consecratione, vel benedictione diuina. Altera au-

D. 12. 4.

AD PRIMVM ergo dicēdū, q hmōi solēnitas ptinet nō solū ad hoies, sed ad Deū, inquantū hēt aliquā spiritualē consecrationē, seu benedictionē, cuius Deus est author, etsi hō sit minister, ẽm illud Num. 6. Inuocabunt nomē meum super filios Israel, & ego bñdicā eis. & ideò votū solēne hēt fortiorē obligationē apud Deū, quàm uotū simplex, & grauius peccat, qui illud trāsgredit. Quod aūt dř, q uotū simplex non minus obligat apud Deū, quàm solemne, intelligendum est quantum ad hoc, quòd utriusque transgressor peccat mortaliter.

AD SECVNDVM dicendū, q particularib⁹ actibus nō cōsueuit solēnitas adhiberi, sed assūptioni noui statꝰ, ut * dictū est. Et ideò cū qs uouet aliqua particularia opera, sicut aliquā peregrinationē, uel aliqđ speciale ieiunium, tali uoto non congruit solēnitas, sed solùm uoto, quo aliqs totaliter se subijcit diuino ministerio, seu famulatui, in quo tñ uoto quasi uniuersali multa particularia opera comprehenduntur.

AD TERTIVM dicēdū, q uota ex hoc q fiunt in publico, pñt habere quādā solēnitatē humanā, nō aūt solēnitatē spiritualē, & diuinā, sicut hñt uota præmissa, etiā si coram paucis fiāt. Vnde aliud est uotum esse publicum, & aliud esse solemne.

*In corp. art.

tē rō, quæ in hac litera affertur ex similitudine solēnitatū talium actibus, seu statibus. s. militiæ, & nuptiarū, fundata super rōne cōmuni, qa. s. solēnitas vnicuiq; rei adhibeť secūdum illius rei conditionē, efficaciter infert q solēnitas cæremonialis in voto debet fieri secundū aliqđ spectans ad Deū, puta, secūdum puritatem mentis, cōfessionem, & cæremonias ecclesiasticas ad Dei cultū pertinētes: sicut etiā ipsum votū ad Dei cultū ptinet. cū sit religiōis actus. Hoc enim optimè infertur ex ratione, & similitudine militię, & nuptiarū: sed toto concesso, non habetur q solēnitas, qua votū habet vim dirimendi matrimoniū, consistat in his cæremonijs, aut diuino effectu p eas. Videť siquidē mihi, q hoc in loco distinctio illa locum habeat. s. de prima impositione nominis, de trāslatione eius ad aliud significandū. Solēnitas nāque si secūdum propriā significationē sumitur, cæremonialia, & præcipuè sacra importare videť, quæ singulari quodā tpe fiunt: & indè translatū est ad alia, & à consuetudine Ecclesiæ factū est, vt ei de voto agit, significet in voto vim dirimēdi mřimoniū, seu id vndè votū habet vim talem. Vnde author ad propriā vocabuli significationē more suo aspiciēs, & in cæremonialibus significatū noīe solemnitatis, diuinū opus cōtemplatus, ad ipsum diuinū opus. s. spiritualem benedictionē, solemnitatis nomen applicauit, volens q ex tali diuino opere votum habeat vim dirimendi matrimonium &c. Verutē ex dictis patet, hęc benedictio non inuenitur in omni vero voto solemni. Et vbi inuenitur, per accidēs se habet ad solemnitatem voti non cæremonialem, sed legitimam, de qua est qō: quia voti solemnitas ideò vocari pōt legitimam, quia legi sancita, & hoc nomine nuncupata, legis vim habet. Hæc autem ideò dicta sint, vt mens literæ percipiatur, & vt sciās solemnitatem duplicem esse in voto. s. cæremonialē, & legitimam quæ ratione cæremoniarum adiunctarum sortitur nomen solēnitatis. Sed de nomine non est qō, sed de re.
¶ In eadem responsione ad primum eiusdem septimi articuli, dubiū occurrit, An distinctio voti simplicis, & solēnis sit specifica, sic, q transgressor vtriusq; simul incurrat deformitates duarum specierum. verbi gratia. Habens votum solemne & simplex continentiæ, si fornicatur, peccet cōtra continentiā [illegible] voti simplicis, & [illegible] voti solemnis. Apparet enim ex dictis authoris in 4. di. 38. q. distinguantur hæc vota specie, sicut vegetatiuum, & sensitiuum: & cōsequenter, quòd duarum specierum mala incurrat transgressor vtriusque.
¶ In oppositū videtur esse, quia nihil est vinculi, nihil virtutis in voto simplici, quod non sit in solemni. Et similiter quicquid transgressionis est in voti simplicis violatione, clauditur in violatione solemnis. Nulla ergo alia additur deformitas ex violatione simplicis voti de eodem.
¶ Ad hoc dicitur, q quemadmodum oculus hominis, & oculus leonis sunt eiusdem speciei, inquantum sunt potentiæ visiuæ propter identitatem formalē obiecti vtriusq;, puta, coloris: po[illegible] tentiarū diuersitas, vel identitas formalis, penes obiecti formalis diuersitatem, vel identitatē attenditur. Et sunt diuersarū specierū, inquantum sunt naturalia membra hominis, & leonis, iuxta illud Auer. in 1. de anima. Membra hominis, & mēbra leonis differunt, quia anima hominis differt ab anima leonis. Hęc siquidem distinctio ex parte subiecti, seu habētis, se tenet. ita votum solemne, & votum simplex, si ad actus referantur, præsupposita identitate materiæ, eiusdē sunt speciei, qñ vtrūq; cultū Deo affert permittendo idem. Si autem referantur ad vouentem, sic claudunt in se diuersitatem specificam, saltem propter inhabilitatem vouentis ad opposita, puta, ad matrimoniū, ad habendum proprium &c. Propter quod votum solēne dicitur habere plenè vim obligatiuā, simplex autem non: quoniā simplex votum cōtinentiæ sic obligat ad cōtinentiam, q relinquit poten-

potentiam ad matrimonium, & eius opus. Solēne autē sic obligat, q̄ vouens est inhabilis ad matrimoniū, & eius opus, ita q̄ si contrahat, matrimonium est nullum: & si vtatur illo, peccat mortaliter, etiam reddendo debitum. Et quoniā distinctio specifica votorū ex parte obiecti attenditur (vide non est hic dinecessitas) ideò eiusdē speciei est transgressio voti solemnis solum, & coniuncti cū voto simplici præcedente, vel sequente. Immò eiusdem est speciei transgressio solemnis & simplicis, & differunt solū secundum magis & minus graue, Vndē in litera dicit, quòd grauius peccat, qui solemne transgreditur. Ad obiectionem autem ex 4. senten. dicitur, q̄ distinctio specifica, qua sensitiuū in homine differt specie à sensitiuo puro, puta, in leone, non est ex parte obiecti, vt patet de oculis, & cæteris sensibus, sed ex parte habentis. Vnde ex hoc non habetur aliquid contra determinationem factam.

Ferrar. [illegible] 476.
Inf. q. 189. ar. 5. Et 4. di. 32. ar. 4 & di. 38. q. 1. ar. 1. q. 3. Et opusc. 17. c. 12.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum illi, qui sunt alterius potestati subiecti, impediantur à vouendo.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur q̄ illi qui sunt alterius potestati subiecti, nō impediantur à vouēdo. Minus.n. vinculū superatur à maiori: sed obligatio qua quis subijcitur homini, est minus vinculum, q̄ votum per quod aliquis obligatur Deo. ergo illi, qui sunt alienæ potestati subiecti, non impediuntur à vouendo.

¶ 2 Præt. Filij sunt in potestate pātris: sed filij possunt pfiteri in aliqua religione etiā sine volūtate parentū. ergo nō impeditur aliquis à vouendo per hoc, q̄ est subiectus potestati alterius.

¶ 3 Præt. Mai⁹ est h̄ facere, q̄ pmittere: sed religiosi q̄ sunt sub ptāte plātorū, pnt aliqua facere sine licētia suorū platorū, puta, dicere aliquos psalmos, vel facere aliquas abstinentias. ergo vr̄ q̄ multò magis possint hmōi Deo vouendo promittere.

¶ 4 Præt. Quicūq; facit, qđ de iure facere non h̄ pōt, peccat: sed subditi si peccaret uouēdo, q̄ hoc nunq̄ inuenit prohibitū. ergo ur̄ q̄ de iure possint uouere.

SED CONTRA est, qđ Nume. 30. mandatur, q̄ si mulier in domo patris sui, & adhuc in puellari ætate aliquid uouerit, nō tenetur rea uoti, nisi pr eius consenserit: & idē dicit de muliere habēte uirū. ergo pari rōe nec aliæ personæ alterius potestati subiectæ pnt se uoto obligare.

RESPON. Dicēdum, q̄ sicut supra * dictū est, uotū est promissio quædā deo facta. Nullus aūt pōt p promissionē se firmiter obligare ad id, qđ est in potestate alterius, sed solū ad id quod est oīno in sua potestate. Quicunq; aūt est subiectus alicui, q̄tū ad id, in quo est subiectus, nō est suæ potestatis facere qđ uult, sed dependet ex uolūtate alterius, & ideò non pōt se per uotum firmiter obligare in his, in quibus alteri subijcitur, sine consensu sui superioris.

* Ar. 1. q. præced.

Concl. ar

SVPER QVÆST. LXXXVIII. ART. VIII.

D. Bon. 4. s. d. 38. q. 3. a. 1.

IN art. 8 eiusdem 88. q. dubium occurrit, An votū subditi de eo, in quo subijcitur, obliget subditum ad mortale antequā innotescat superiori. Verbi gratia. Vouet religiosus quotidie dicere septem psalmos pœnitentiales, nec hoc votum indicat prælato suo, si interim trāsgreditur tale votum, an peccet mortaliter. Videtur enim q̄ non peccet, saltem mortaliter, quia tale votum vsquequo innotescat prælato, nō est firmū, vt patet, & in litera dicitur in responsione ad tertium & ad quartum. Et si nō est firmum, ergo nō est votum, quoniam de ratione voti est firmitas. Et si non est votum, ergo non habet vim obligatiuam ad mortale. In oppositum est, quia votum conditionatū extante conditione obligat ad mortale: sed huiusmodi votum est cōditionatum, vt in litera dicitur in responsione ad vltimū, & conditio extat: nā conditio subintellecta est, si superior nō contradixerit, & hæc extat quandiu superior nescit tale votū. ergo huiusmodi votum obligat ad mortale nesciente superiore.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis sciendum est, quòd bonū supererogationis quod subditus vouet, pōt dupliciter se habere ad subditum vouentem. s. vt inhibitum in cōmuni, vel in particulari vel vt non inhibitum. Habet enim se ad religiosum, vt inhibitum in communi, opus peregrinationis, quia nō pōt sine licentia exire claustrum: vt inhibitum verò in particulari, opus mortificationis verberando se, & huiusmodi, si à prælato prohibentur fieri sine sua licentia. Vt nō inhibitū verò opus orationis, quando sibi vacat. Si igitur subditus vouet opus supererogationis inhibitum, subintelligitur conditio affirmatiua. s. si superior consenserit, quoniam aliter materia voti nō esset opus virtuosum. Opus enim inhibitum stante inhibitione cōstat nō esse opus virtuosum. Votum autem est promissio facta Deo, & nō debet esse ridiculosa. Vnde tenet subditus consensum superioris requirere, antequàm sit in mora persoluēdi votum. Nisi enim ipse superiorem teneretur requirere de relaxanda inhibitione, seu concedenda licentia, vana & ridiculosa esset promissio.

¶ Ad primū horū pōt prima facie dici, q quia cessante vexatione cessat redēptio illius, & cessante forma redēptionis abactu exhibendi centū, actus ille illicitus est, quia hēt spēm mali, quia nociuus spiritualiter proximo multipliciter, & quia prodigalitatis actus est expendere qū, & quare non oportet, cōsequēter iurm non obligat. Et q iura, & doctores, dum dicunt q iura ista obligant, intelligi debent stante forma redemptionis, ita q quamdiu actus iuratus habet rōnem redemptionis, tamdiu obligatur iste ex iuro: cum aūt non habet rōnē redemptionis, nō tenetur: quia actus ille non est materia iuri, nisi sub illa forma. Et propterea quousq; cessauit vexatio, & periculum, non obligatur amplius. Hoc tñ dictum, licēt sit verum quo ad Maiorem, s. quòd cessante forma redemptionis, cessat materia talis iuramenti, falsum tamen subsumit, s. quod exhibitio ista non fiat sub forma redēptionis. Tum quia actus fit sub forma qua iuratus est: constat autem quòd est iuratus sub forma redemptionis: ergo exercetur, quandocunque exerceatur, sub forma redemptionis inchoatae in iuro, consumandae in exhibitione, & cum dicitur, Vexatio non est, ac per hoc non pōt redimi, dicendum est, q quia vexatio fuit, & redemptio est iam inchoata olim q n erat vexatio, dum iuramento promissa est, ideò conceditur quòd ille actus non habet nouam formam redēptionis, sed antiquā, sub qua cō summandus est. Haec.n. rō concludit, q non est noua redemptio, sed non q non sit actus sub inchoata iam iurando redēptionis forma: Tum quia iurm huiusmodi promissionibus ideo exigitur, & apponitur, vt Deus ipse inuocatus in testem consummandae promissionis habeatur veluti fideiussor: alioquin nec detentor, nec vsurarius relinqueret promissorem sub sola iuramenti fide absq; pignore, & alia fideiussione, quod, vel quam oporteat promissorem illū redimere. Vnde sicut iniuria fieret fideiussori hoi, si non adimpleretur promissum: ita iniuria fit Deo, si non impleretur promissum. Et hoc sacris canonibus consonat, & communi proborum hominum conceptioni, qua perfidus aestimaretur, qui huiusmodi promissa per nomen Domini, non adimpleret.

¶ Ad secundum verò dubium dicitur, q quia promissio homini sit non in quantum actus virtutis, sed sub ratione vtilis, quis debeat virtutis esse ille actus vtilis illi, cui promittitur, & actus redemptionis non est vtilis secundum veritatem illi cui promittitur, ideò promissio non obligat illi siuè sit coacta, siuè non. Et de coacta quidem habetur in litera: de non coacta habetur in d. c. Debitores, vbi dicitur, quod licèt promiserint soluere vsuras, non tamen sunt cogendi ad hoc, nisi iurauerint. Iuramentum verò promissorium, quia respicit actum sub ratione boni & veri, hoc est, vt bonum quod iuratur, fiat verum in executione, ideo obligat ad actum redemptionis, qui est bonus vt exit ab agente, quamuis sit malus in recipiente.

¶ Ex his ergo ad principalem quaestionem dicitur, quòd iura promissoria tam coacta, quam voluntaria, si habent materiam bonā moraliter, obligant in foro conscientiae. Et ratio est, quia seruata non declinant in peiorem exitum. Vnde quo ad obligationem in foro conscientiae non est recurrendum ad voluntarium nullum, vel purum, sed ad materiam, ut declaratum est.

¶ An autem sit differentia inter iura, iurata in hoc, quòd facta metu cadente in constantem, obligent ad ueniale tantū, sine autem tali metu obligant ad mortale, quidā in dubium vertunt, vt Pan. in c. Si vero. extra, de iureiurando. Nec desunt tenentes talem differentiam pro uera: quia, extra, de iureiurando. c. Verum, dicitur, quòd tales si non seruauerint iuramenta, non ob hoc sunt tamquàm pro mortali crimine puniendi.

¶ Sed hi grauiter errant. quia iurm obligatorium obligat de praecepto: & uoluntas coacta est uoluntas sufficiens ad vinculum peccati mortalis. & hoc tenet expressè Pan. ibidem. Verba autem illius Decretalis ponitis sūt contra istos, si rectè inspiciantur: quia ibi di. q non est dicēdū istis vt non seruent, nedeum eis materia deierandi: deierarēt ergo non seruando. Quod autem subditur, q non sunt tamquàm pro mortali puniendi, ad iudiciū praesentis clementiae spectat, non ad diuinae animaduersionis iudicium, quod non subest Rationi canonici iuris. Communicant ergo omnia promissoria iura in hoc, q si habent actum virtutis pro materia, obligant ad mortale in foro conscientiae.

*Hī 22. q. 4. c. Si aliquid. & c. inter cętera.

Concl.

¶ Ad primam aūt obiectionem dī, quòd sequela non ualet, sed procedit ex malo intellectu literae. Potest si quidem habere duplicem sensum. Primus est, vt in iuramento promissorio sit vel sit duplex promissio super eadem materia, vna homini, altera Deo exhibita. Et hic sensus est falsus: & tamen iuxta hunc sensum procedit obiectio cum prima confirmatione. Clarū quippè est, q si promissio est facta duobus hominibus, vnus eorūm non potest remittere ius alterius, quantò minus homo potest relaxare ius Dei. Alter sensus est, quòd sunt duae obligationes, hoc est, duae rationes vnius obligationis, scilicet iurm, & promissio facta coactori. Et hic est verus & intētus sensus literae, & vt patet, est absq; obscuritate aliqua verus. Et quia iurm obligat iurantem vt reddat Deo sua iura. & promissio obligat vt reddat hoi cui promisit: ideò duae dictae sunt obligationes ex duplici capite, Deo. s. & homine. Iuxta hunc autem sensum non tenēt sequela: quia, vt in litera dī, iurm seruasse intelligitur, qui de mihi propter me promisso, fecit quod ego nolui. Nec oportet sollicitum te esse de actu uirtutis promisso non seruato: quia ex quo mihi satisfactum est, iam non esset actus virtutis exhibere mihi aliquid vt debitum, aut ut redemptionem vexationis, quoniam & ratio debiti, & redemptionis abolita est.

¶ Ad secundam aūt confirmationem similiter negatur sequela, & dicitur q ecclesia nullum istorum iuramentorum, quando habet materiam vi tuosam, statuit irritum esse: nec ēt si cōstat de iuro, reddendum illi ius statuit contra iurm, sed praeabsolutio à iuro licentiat. Circa irritanda tñ hmō iuramenta Ecclesia magis respicit ad hoc, an scilicet sponte, uel magno metu factum fuerit iuramentū, quàm ad materiam, ut patet ex hoc, quòd pari existēte materia, s. redemptione vexationis propriae, Ecclesia cogendum ducit eum, qui non ex metu iurauit, ut patet in d. cap. Debitores, extra, de iureiurando de illo qui iurauit soluere vsuras, quod nihil aliud est, quàm redimere uexationem suam: & irritanda ducit iuramenta coacta, ut habes extra de his quae vi, metuve causa fiunt. c. Abbas. Et ratio est, quia princeps boni publici curam habet: & ad ipsum spectat reddere homines alienos à coactionibus aliorum. In odium ergo coactionis communi bono nociuae, lex irritanda coacta iuramenta dicit, ut patet in dicto capitulo. Si vero. Quo fit, ut is qui coactè iurauit, dum se praesentat praelato vices Dei petens relaxationem, paratum se offerat ad satisfaciendum, quoniam sine relaxatione non vult contrauenire, & praelatus ex causa rationabili materiam iuramento subtrahat, dum relaxando iuramentum, quasi ex officio suo volens bono communi prouidere, subtrahit hanc materiam quasi fautricem mali, & maioris boni impeditiuam. Aliam rationem innuit Alexander Papa 15. quaest. 6. cap. Si tacendum, quia scilicet, quae fiunt coactè, non exeunt de corde: vnde iuxta Domini sententiam, exeunt periuria, adulteria &c. sed de necessitate exeunt. Et proculdubio utraque simul concurrit communiter, & sufficit ad relaxandum. Sed aduertendum est, ne relaxatio cedat in nominis blasphemiam, aut Ecclesiae contemptum, vt si quis infidelis cap-

tus captiuus apud infideles, p redimēda uita sub iuro promittet A eis decē millia ducatorū &c. non esset ei relaxandū iurm tanti facti ab infideli, ne nomē dñi blasphemaretur ab infidelib. & simile est in similib. Et quēadmodum non sp sunt relaxāda talia iura, ita non sp egent relaxatione, qū. s. hmōi cōsumatio redēptionis pprię vexationis manifestè pñiudicialis ē bono aliorū spūali, vel tpali: ut si quis timore mortis iurauit se cessurū esse suae Ecclesiae cui pēst & euidenter cōstet de damno spūali ouium ex tali cessione, non tenetur sic se redimere pp iurm: immo iurando peccauit, pmittēdo actū malum pro sui redēptione: quia nō sunt facienda nec permittenda mala, ut eueniant bona. Et simile est in omnibus, quādo actus promissus ē illicitus ex circunstātis adiacentibus, licēt absolutè sit licit*, ut in exēplo dato de renunciatione apparet. Stant ergo ista duo simul, & q coacta iuramēta obligēt coram Deo, & q Ecclesia relaxet & rationabiliter absque alia commutatione.

*In corp. art.

Ad primum ergo dicēdū, q aliud ē de simplici verbo, aliud de iuramento, in quo diuinum testimonium imploratur. Sufficit enim ad veritatem uerbi, q aliquis dicat id, quod proponit se facturum, quia hoc iam verū est in sua causa. s. in pposito facientis: sed iuramentum adhiberi nō debet nisi in re de qua aliquis firmiter certus est: & ideò si iurm adhibeatur pp reuerentiā diuini testimonij, qđ inuocatur, obligatur hō, ut faciat esse verum id, qđ iurauit, secūdum suā possibilitatē, nisi in deteriorem exitū uergat, ut * dictū est.

Ad II dicendū, q iuramentum potest uergere in deteriorē exitū dupliciter. Vno modo, quia ab ipso principio hēt peiorē exitum, uel quia est secundū se malū, sicut cū aliquis iurat se perpetraturū adulterium: siuè qa ē maioris boni impeditiuū, puta, cū aliquis iurat se non intraturū religionem, uel q non fiet clericus, aut q nō accipiet plationē in casu, in quo expedit eū accipere, uel si qd aliud ē huiusmodi. Huiusmodi.n. iuramentum à principio est illicitum, differenter tamen: quia si qs iuret se facturum aliquod peccatū, & peccat iurādo, & peccat iurm seruādo. Si quis aūt iurat se non facturum aliqđ melius bonum, quod tñ facere nō tenetur, peccat quidem iurando, inquantum ponit obicem

¶ Ad secundam rationem principalem tendentem ad hoc, q in iuramento promissorio coacto non saluatur materia iuramenti, s. actus uirtutis sim patet responsio: quia saluatur actus virtutis, s. redemptio propriae uexationis renunciando, uel dādo, & si quid est aliud eiusmodi: est.n. talis actus, ut dictum est, charitatis. Nec obstat, q sit spiritualiter nociuus proximo, & quasi fouens malignitatem cogentium: quoniam haec omnia non habet actus iste, inquantum actio, ut scilicet exit ab agente, sed inquantum passio, hoc est, ut recipitur à patiente. Et cōsiderate haec, ad habentem publici boni curam spectat, q propterea relaxat iuramentum, & nō ad personam oppressam, cui satis est se redimere.

¶ Ad ultimā denique rationē principalem de promissione desinente dicitur, q promissio & iuramentum promissoriū, habent quidem eandem materiam, sed non sub eadem rōne. Nā quia promissio alteri fit, respicit actum in ordine ad alterū: iuramentū uerò, quia de proprijs ē, fieri pōt, respicit actū eundē absolutè undecunque habeat rationem actus uirtuosi. Et hinc fit, ut promittens latroni cum iuramento redimere uexationē suam dando illi centum, habeat iuramentum obligatorium, promissionem autem non. Nam latroni non tenetur seruare promissum, sed pp diuinum testimonium tenetur consumare charitatis actum in fauorē sui met, non latronis, sanctè inchoatum. Solue ergo distinguendo, & dicendo, q promissionē mediare inter iuramentum & materiam, intelligitur dupliciter. Vno modo, quantum ad rem, quae iurando promittitur: & sic est uerum. Alio modo, quo ad rationem, qua res promissa sub iuramento cadit: & sic non est uerum uniuersaliter, ut declaratum est. Et propterea stat, quòd desistit promissionis, q a deest illius ratio. & non desinat ius iuramenti super eodem, q a non deest illius ratio. Desinit siquidem materia ratio, qua subdatur promissioni obliganti huic homini cogenti, non tamen deest eadem materiae ratio, qua subdatur iuramento, ut declaratum est. Et per haec patet responsio ad primam confirmationem.

¶ Ad secundam autem, s. q confirmatio nihil dat, dicitur, q cōfirmatio cadens super uno & eodem actu secundum omnino eandem rationem, nihil aliud facit nisi firmitatem, sed confirmatio cadens super eodem actu, secundum tamen aliam rationem, ex hoc ipso firmat actum eundem secundum aliā rationem. Et sic est in proposito, ut declaratum est.

¶ In eadem responsione ad tertiū, dubium occurrit. Quomodo iuramentum de non denunciando, est contra publicam iustitiam, cum denunciatio ordinetur ad medelam peccantis, & non ad publicam iustitiam, nec proprium commodum denūciātis. Et augetur dubium, quia passus dispendium in proposito, nō spectat ad correctionem eius, qui eum coegit, nec mouetur propter bonum coactoris, sed proprium.

¶ Ad hoc dī, q quia denūciatio ordinatur ad publici officij exercitiū, primarius aūt finis officij publici, est bonū publicū, inde ē, q denūciatio ē ordinatur ad cōe bonū. Vñ maximè tenemur denūciare praelatis crimina, q sunt in damnū spūale, uel corporale multitudinis, ut seminantes haereses, & proditores patriae, & hmōi. Quod autē dī, q accusatio ad bonū publicum, denunciatio verò ad bonū peccantis intēdit, intelligendum est quo ad principales terminos, non quo ad iuā, hoc est, publicū officium, quod tā denūciator, quàm accusator implorat sic, q accusatio ad bonū publicū principaliter, ut terminum ordinatur: denunciatio uerò ad bonum eius q errauit principaliter ordinatur, ut terminum. Ita quòd nullus tenetur accusare, nisi propter bonum publicum: denunciare autem tenet quandoque propter publicum, quandoque propter priuatum. & vltra hoc, quandoque potest denunciare, etiam si non teneatur. Spectat ergo ad publicam iustitiam denunciatio siuè propter bonum commune, siuè propter bonum priuatum fiat: quia ad publici officij iustitiae exercitium ordinatur. Vnde licèt passus dispendium non speret correctionem coactoris, sperat tamen semper tria. Primum est, commune bonum, quod sit compellendo coactores ad restituendū, uel coercendo eos publica potestate. Secundum est, q coactor releuabitur ab onere restituendi de caetero, & per hoc facilius conuerti poterit. Tertium est, propria subuentio de sibi debitis: unde iuramentum tale absolutè est nullum, quia eius materia est negatio actus oppositi ad publicam iustitiam, mihi etiam utilem.

¶ In responsione ad quartum eiusdem septimi articuli, dubiū occurrit. An iuramentum dolosè factum, s. sine intentione iurandi, obliget ad seruandum. Et est ratio dubij, quia author in litera dicit, quòd debet iuramentum tale seruari. & Isidorus habetur. 22. quaestio. quinta, cap. Quacunque, plus dicit, scilicet quòd Deus iuramentum sic accipit, sicut ille cui iuratur intelligit. Multi autem doctores in hoc conuenire uidentur, quòd iuramentum factum non cum animo se obligandi, non obligat.

¶ Ad hoc dicitur, quòd cum quaestio haec locum non habeat, nisi in iuramento promissorio, ex natura promissorij iuramenti ueritas deducenda est. Sunt igitur in promissorio iuramento tria extra, & tria intus, scilicet in animo. Est siquidem exterius ipsum iuramentum, est & promissio, & haec duo in praesenti, quando scilicet iuratur, sunt. Est & obseruatio in futuro tamen. Interius autem in animo iurantis tria sunt, scilicet animus ad iurandum, animus ad promittendum, animus ad obseruandum. Haec namque omnia clarè patent in promissorio iuramento, si iuramentum, & non magis periurium est, inuenire. Quocirca tripliciter contingit ex defectu debitae intentionis iurare. Primò, si deficit solum animus ad obseruandum. Secundò, si cum hoc deficit etiam animus ad promittendum. Terriò, si cum his deficit etiam animus ad iurandum. Exemplum primi patet in his, qui proferentur religionem etiam cum iuramento, ut habeant unde luxuriose uiuant. Exemplum secundi patet in his, qui licet fuerent se facturos, in corde tamen non promittunt, sed mendacibus uerbis simulant se promittere. Exemplum tertij est et in his, qui licet ore proferant uerba iuramenti sibi nōta, non intendunt tamen iurare, sed mendacibus uerbis fimulant se iurare. Vnde singillatim singulos modos huius dolosi iuramenti discutiendo, dicamus, quòd si primo modo interueniat, scilicet cum animo iurandi, & promittendi, sed non obseruandi, iuramentum proculdubio obligat ad obseruandum.

Universidad de Deusto Biblioteca

sandum: quia defectus animi ad obseruandum non excludit vinculum, sed rectitudinem intentionis. Si verò iuretur cũ animo iurandi, sed non promittendi, nec obseruandi, quidã volunt non obligari, quia animum obligandi se nõ habuit, qui obligatio iurandi ex animo est. Et confirmatur per illud Grego. 22. q. 5. c. Humanæ aures, ubi dicitur quòd diuina iudicia talia foris audiunt uerba, qualia ex intimis proferuntur. Quia ergo ex corde nõ proferuntur animo obligandi, sequitur quòd non obligent.

¶Præterea. Iuramentum promissorium nihil aliud est, quàm promissio firmata iuramento. Vbi ergo nulla est promissio, licèt sit promissionis simulatio, nullũ est iuramẽtum promissorium, & consequenter non obligat ad obseruandum.

* Lib. 3. c. 12. 22. Et habet 22. q. 4. c. Est contra.

¶Sed si diligenter cõtemplati fuerimus, inueniemus, salua istorum reuerentia, falsum esse quod dicunt, & in multis à ueritate alienum. In primis alienũ à ueritate est quod supponunt, scilicet quòd obligatio possit separari à iuramento, quasi in potestate hominis sit iurare, & non obligari ex iuramento: hoc enim falsum esse constat in iuramento assertorio. Oportet namque, si iuratur, obligationem adesse ad dicendum uerũ. Et proportionaliter est apud perspicaciter speculantes in iuramẽto promissorio. Nam quia iuramẽtum promissorium, ut ex dictis patet, includit duas ueritates, scilicet assertoriam præsentis promissionis, & executoriam futuræ obseruationis, super utranque enim cadit iuramentum promissorium, scilicet & quòd nunc promittit, & quòd in futuro exequetur: ideò in iuramẽto promissorio duplex obligatio inseparabiliter annexa est, una respectu præsentis promissionis, & altera respectu futuræ executionis. Ac per hoc sicut non est in potestate iurantis separare à iuramento obligationẽ ad hoc, quòd in præsenti verè promittat: ita non est in potestate eius separare ab eodem iuramẽto obligationẽ ad hoc, ut in futuro verè exequatur. Alienum deinde à ueritate est, quòd obligatio iuramenti ex nostro sit animo: est namque ex natura ipsius iuramenti obligare. Alienum denique à veritate est, non progredi ex intimis cordis talem obligationẽ: quoniam ex hoc ipso, quod habet animum iurãdi, oportet, velit nolit, habeat animũ se obligandi: quia obligatio à iuramento inseparabilis est, per intellectum absque contradictione non minus, quàm esse disciplinabilem ab homine. Alienum demum à ueritate est, quòd ubi nulla est promissio, nullum sit iuramẽtum promissorium. Oportebat dicere, Vbi nulla est, nec esse debet promissio, ibi nullum est iuramentum promissorium: sed si promissio nõ sit ex dolo, debeat tamen esse, & iuramentum interuenit, ibi est iuramentum promissorium, obligatorium ad promissionẽ in præsenti, & executionem in futuro. Alioquin iuramentum periret, & iuramentum simul esset, & non esset: quia si non obligat, non est: & si est, obligat: in proposito autem esset, & non obligaret, ac per hoc esset, & non esset.

¶Dicendum est ergo, si iuratur animo iurandi, licèt non promittendi, nec obseruandi, tenetur iurans cũ non solum in foro iudiciali, sed in foro conscientiæ, & obligat ad obseruandũ. Et ratio est, quia sub iuramẽto promissorio cõmittitur futura executio duobus modis, scilicet in sua causa, quæ est promissio præsens: & in seipsa, quòd scilicet ponatur in esse tempore futuro. Et primũ horum patet manifestè: secundum uerò probatur ratione, & authoritate. Ratio est, quia si iuramentum caderet super executione in sua cã tantum, iuramentum promissorium nunquã uiolaretur ex defectu executionis, quod est manifestè falsum. Probatur sequela, quia sensus iuramenti promissorij esset, Iuro me promittere. Qui enim iurat se promittere, iurat executionem promissi in sua causa tantum. Tale autem iuramẽtũ, scilicet Iuro me promittere, nõ obligat nisi ad ueritatem assertoriam, scilicet quòd uerũ sit me promittere, ut patet. Ac per hoc si sic iurans in ueritate promisit, consummauit opus iuramenti. Et si postmodum pœniteat promisisse, & non seruat, non est periurus: quia nõ iurauit se seruaturũ, sed se promittere, qđ fuit uerũ. Et sic nullus erit periurus ex defectu obseruationis iusti promissorij: imò, si rectè inspiciatur, sequitur ex hac opinione, quòd nullũ sit iuramẽtum promissorium, sed oĩa sunt assertoria. Et accidit hic error, quia non discernitur differentia inter duo, scilicet iuramẽtum promissorium, & unum assertorium promissionis. Nã assertoriũ promissionis, est sicut assertorium intentionis, locutionis, & aliorum actuũ nostrorum. Et quia executio continetur in asserta promissione, ut in cã sua, ideò, ut dictũ est, tale iuramẽtum non est de executione, nisi in sua cã. Iuramẽtum verò promissorium non solũ obligat ad assertionẽ promissionis, sed ad executionem ponendã in esse futuro per se. Et ideò si non obseruatur omittẽdo executionẽ iuratã, periuriũ incurrit: sicut si non seruatur omittendo promissionem assertã, periurium incurrit. Patet igitur, quòd iuramentum promissorium obligatiuam uim habet ex natura sua ad duo, scilicet ad promissionem ut assertam, quod includit habere uim ad executionẽ in sua causa: & ad executionem in seipsa, ut scilicet ponatur in esse. Et præterea si omissum fuit primum, scilicet promissio, non sequitur quòd omittendum sit secundum, scilicet executio, sed potius quòd primo malo additur secundum malum, omittendo in futuro executionem. Authoritas est S. Tho. in hoc art. in responsione ad primum, ubi clarè habes hanc distinctionem de ueritate executionis in sua causa, uel in seipsa. Et differentiam inter simplex uerbum de futuro, & iuramento firmatum, quòd scilicet ad illud sufficit ueritas futuri in causa, ad hoc autem ultra hoc exigitur ueritas futuri in seipso: quia obligatur, inquit, homo ut faciat esse uerum id quod iurauit. Quid clarius, quamuis breuè?

¶Ex quibus patet solutio obiectorum in contrarium, & quàm bene dicatur in litera, quòd iurans in dolo, tenetur seruare iuramentum secundum sanum intellectum eius, cui præstatur: & quàm benè dixerit Isido. quòd dolosum iuramentum Deus ipse intelligit, sicut ille cui iuratur: si enim Deus sic accipit, in foro conscientiæ obligat. Si autem tertio modo iuratur, scilicet solo exteriori actu sine animo obseruandi, sine animo promittendi, sine animo iurandi, tunc nulla est obligatio ex iuramento ad executionem in foro conscientiæ absolutè: quia nullum est in ueritate iuramentum, sed in apparentia tantum. Dixi autem absolutè, quia ex suppositione scandali iudicis, uel partis exigentis seruari iuramentum, tenetur in foro conscientiæ obseruare propter iuramentum exterius, ne scandalizet, quantum ex se est, audientes non seruari iuramentum. Neque enim meretur, ut credatur sibi dicenti, se non ex animo iurasse, sed sibiipsi imputet, quòd se sic illaqueauit.

¶In eadem responsione ad quartum, dubium occurrit, An iurans coactè aliquis simulatorijs uerbis, animo non se obligandi, nec adimplendi, peccet mortaliter sic iurando. Et est ratio dubij, quia quidam scripserunt, quòd non, si habet aliquam tacitam in mente conditionem, puta, si debebo verbi gratia, Iurat daturum centum aureos, in mente tamen sua intendit, si sum obligatus, & non aliter. Et afferunt, quòd licet uti extra iudiciũ simulationibus huiusmodi, ut patet 22. q. 2. cap. Volem, ex authoritate Hieronymi. In oppositum autem est, quia iuramentum mendax est mortale.

¶Ad hoc dicitur, quòd hic est opus duplici distinctione. Prima est, de uerbis quæ in huiusmodi iuramentis assumuntur: quia aut sunt falsa, aut sunt plures sensus habentia, & in uno uera, & in alio falsa: aut absolutè uera, sed ex artificio composita, ut audiens alium sensum, non uerum accipiat. Secũda distinctio est, quia aut est sermo in materia præiudiciali alteri, ut sunt [illegible], & huiusmodi, aut sine cuiusquam præiudicio. Et tunc dicitur, quòd in quacunque materia si uerba sunt falsa, tale iuramentũ est peccatum mortale. Et ratio est, quia ibi est mendacium iuramẽto firmatum quia ibi est falsæ uocis significatio, cum intentione fallendi iu

ramento

Spiritui sancto, qui est boni propositi inspirator: non tamẽ peccat iuramentum seruando, sed multò melius facit, si non seruet. Alio modo uergit in deteriorem exitum propter aliquid, quod de nouo emerserat, quod fuit impræmeditatum: sicut patet in iuramẽto Herodis, qui iurauit puellæ saltanti se daturum, quod petisset. Hoc enim iuramẽtum poterat esse à principe licitum intellecta debita cõditione, scilicet, si peteret quod dare deceret, sed impletio iuramenti fuit illicita. Vnde* Ambro. dicit in 1. de Officiis. Est cõtra officiũ nõnunquam promissum soluere sacramentum, sicut Herodes qui necem Ioannis præstauit, ne promissum negaret.

Ad III. dicẽdum, quòd in iuramento quod quis coactus facit, duplex est obligatio. Vna quidẽ, qua obligatur homini, cui aliquid promittit, & talis obligatio tollitur per coactionem: quia ille qui uim intulit, hoc meretur, ut ei promissum non seruetur. Alia aũt est obligatio, qua quis Deo obligatur, ut impleat quod per nomen eius promisit: & talis obligatio non tollitur in foro cõscientię, quia magis debet damnum tẽporale sustinere, quàm iuramentum violare. Pòt tñ repetere in iudicio quod soluit, vel prælato denuntiare, non obstante quòd contrarium iurauit, quia tale iuramentum vergeret in deteriorẽ exitum: esset enim contra iustitiã publicam. Romani aũt Põtifices ab hmôi iuramentis homines absoluerũt, nõ quasi decernẽtes hmôi iuramenta non esse obligatoria, sed quasi huiusmodi obligationes ex iusta causa relaxãtes.

Ad IIII. dicẽdũ, quòd qñ non est eadẽ iurãtis intentio, & eius cui iurat, si hoc prouenit ex dolo iurantis, debet iuramentum seruari sẽm sanum intellectum eius, cui iuramẽtum præstatur. Vnde* Isidor. dicit. Quacumq; arte verborum quis iuret, Deus tñ qui cõsciẽtiæ testis est, ita accipit, sicut cui iurat̃ itelligit. Et quòd hoc intelligatur de doloso iuramẽto patet per id, qđ subditur, duplicitur reus fit, quia & nomẽ Dei in vanũ assumit, & proximum dolo capit. Si aũt iurans, dolum nõ adhibeat, obligatur sẽm intentionem iurantis. Vnde *Gre. dicit 27. Moraliũ. Humanæ aures talia verba nostra iudicãt, qualia foris sonat. Diuina verò iudicia talia foris audiũt, qualia ex intimis proferuntur.

* Lib. 2. de summo bono, ca. 31. a medio.

* Lib. 27. cap. 7. ante med.

ramento firmata. Vnde 22. q. 2. c. In dolo, dicit Aug. In dolo iurat, qui aliter facturus est, quàm promittit. Vbi Gratianus in sequenti cap. exponens, dicit ille in dolo iurat, qui mendaciter promittit, in cuius mente est nõ ita se facturum, ut promittit. Nec excusatur per implicitã subauditionẽ in mente retentã: quia huiusmodi subauditio nõ excusat, quin sit falsa uocis significatio cum intẽtione fallendi illum, ut intelligat sibi promitti, quod iste non promittere intẽdit. Et breuiter habeatur pro uniuersali regula, quòd mẽdacio interueniente, si iuramentũ est mortale. Et quia ubicunque deficit anim' promittẽdi, aut obseruandi in iuramento promissorio, interuenit mẽdaciũ, ideò ipsũ est mortale. Vbi autẽ deficit & animus iurandi, & solum exterioris iuramenti apparentia interuenit, mortale quoque peccatũ est. Et ratio est, quia exterius iuramentum applicatur mendacio, quod est materia omnino contraria iuramento tam interiori, quàm exteriori. Sicut si quis non animo colendi, sed solo actu exteriori, coleret idola, ut de Marcellino dicitur, peccaret mortaliter, quia actũ exterioris cultus applicaret ei, nõ debetur in proposito actũ exterioris iuramẽti, qui est actus latriæ applicaret materiæ contrariæ, scilicet mendacio, dum diceret, Deus est mihi testis, quòd sic faciam, & non intendit facere. Est enim hoc exhibere Deo irreuerentiã coram hominibus, quibus mẽdacium manifestũ fieri debet in non obseruando. Et scriptum est, Quicunque me erubuerit coram hominibus, hunc & Filius hominis erubescet coram angelis Dei. Si verò non interueniunt uerba falsa, sed plures sensus habentia, & in uno vera, & alio falsa, & à iurante intenduntur in sensu quo sunt vera, si non est in iudicio, aut materia præiudiciali, quamuis sit intentio ut audiens fallatur, absque peccato mortali fit tale iuramentum, quia ueritas, & iudicium adsunt, licèt discretio deficiat, quoniam nõ debet diuinũ testimonium his immisceri, quasi duplicitatibus. Si autem artificiosè composita uerba dicuntur, cum iuramento uera quidem, sed non penetrabilia ab audiente nisi fallo, cessante præiudicio iuris, & hominis absque peccato fieri potest: quoniam contingit huic iuramẽto omnes tres adesse comites, cum scilicet ex rationabili causa fit. Nec obstant verba Isidori allata, scilicet quacumque arte verborum &c. quoniam intelligenda sunt, quando falsa, aut præiudicialia sunt, quoniam dolosa sunt tunc.

¶Ad obiectionem autem in principio allatam, quia scilicet simulatio utilis, est licita, dicitur, quòd accipiendo simulationem pro mendacio falsum est, quòd quandoque sit assumenda: accipiendo autem largè pro fictione, potest quandoque assumi. Hoc autem secundo modo dicit [illegible] de simulatione author, quòd Hieronymus simulationem accepit in nostro autem casu manifestè concurrit mendacium.

¶Ex his autem in tot dubijs de iuramentis coactis, & simulatis discussis patet, quòd si quis animo euadendi iurat redire ad carcerem, in foro conscientiæ tenetur redire ad carcerẽ, quantumcunque iniuriosum sit, siuè iniustè, siuè iustè passus. Et ratio in promptu est, quia materia est licita, & sancta. Nam uelle pati iustum, & uelle pati iniustum, sanctum est: materia autẽ existente sancta, iuramentum non perdit unquam suam obligationem, ut patet ex dictis. Nec iura, quæ afferuntur in oppositum à quibusdam, scilicet extra de his quæ metus causa c. 1. & 3. q. 1. c. Lotarius, aliquid probant in contrarium: sed iuramenta metu facta in foro iudiciali tractant. Et hoc particulare sit scriptum, ut de similibus idem intelligatur iudicium.

¶Sed restant circa discussam materiã adhuc dubitationes duæ. Prima est, An iurare super uero cum animo nõ iurandi, sit peccatũ mortale. Secunda est, An iurare cum animo se non obligandi, sit interpretandum pro iurare cum animo non iurãdi.

¶Ratio autem primi dubij est, quia iurando uerũ animo non iurandi, nec Deo, nec homini fit iniuria: quia Deus nõ affertur ex iuramẽto exteriori in testẽ falsi, quia iuratur uerũ: nec homini detrimẽtũ aliquod affertur: quia in nullo homo læditur, nisi in notitiam unius singularis, scilicet quòd iste habeat animum iurandi, in quo fallere non excedit limites peccati uenialis.

¶In oppositũ aũt est, quòd ueritas sermonis dẽt esse comes iuramẽti, & si desit in materia iuramẽti, hoc est, in eo, qđ iuramẽto cõfirmat, est mortale: ergo à fortiori, si desit in forma, hoc est, in ipsa iuratiõne, quia scilicet iuratio ipsa est mẽdaciũ, magis est mortale.

¶Secũdi aũt dubij rõ est, quia mẽtiens se nõ obligare, intendit quod annexũ necessario est ad hoc, quòd est se non obligare: sed ad iuramentũ cũ aĩo nõ obligãdi annectitur necessario anim' nõ iurandi: ergo iurare cum aĩo non se obligandi, interpretandũ est pro iurare cũ animo non iurandi.

¶In oppositum autẽ est, quia mentiens in uno non est interpretandus mẽtiri in duobus: sed iurans cum animo se non obligandi, mentitur in materia iuramenti, scilicet in promissione, ad quam non intẽdit se obligare, ut dicit: ergo non est [illegible] mentiri etiã in forma iuramenti. Constat enim quòd iurare cum animo nõ iurandi, est mentiri in ipsa iuratione.

¶Ad euidentiam primi dubij sciendum est, quòd in hac quæstione non est difficultas ex parte materiæ, quia supponimus, quòd uerum dicatur, & iustum: sed ex parte ipsius actus iurandi, in quo mendacium inuenitur, quia iurat uerbo, & non mente. Et propterea oportet ex parte mẽdacij uidere si sit perniciosum: apparet enim quòd non, quia mentiendo, dum dicit: Deus est testis, non attribuit aliquid non competens Deo: quoniam uerum est, quòd Deus est testis, omnis ueritatis, sed attribuit sibiipsi, quod non conuenit, scilicet se inuocare in testem Deum: in hoc enim mentitur, hoc in nullius iniuriam uidetur esse. Sed si subtilius inspexerimus, apparebit hoc mendacium perniciosum ex propria natura, quoniam directè cõtrariatur fini iurationis, scilicet confirmationi ueritatis: ideò enim iuramus, ut ueritatem confirmemus. Iurare namque non cum animo iurandi, est confirmare, & non confirmare ueritatem. Nam quia iurat actu exteriori, firmat ueritatem inquantum est ex specie actus exterioris: quia verò non iurat mente, non confirmat ueritatem. Vnde actus iste sic peruersus in seipso, ut sibi ipsi sit contrarius, est perniciosus toti generi humano, utpote quantum in se est, tollens à iuramento exteriori finem quare fit, scilicet confirmationem ueri. Et similiter, quantum ex se est, corrumpens fidem dandam exteriori iuramento. Magis autẽ apparet directè pernicies huiusmodi ficti iuramenti, considerando iuramẽtum in ordine ad Deum. Nam sic iurare, est ex suo genere illudere diuino testimonio: quia ex actu exteriori inducit diuinum testimonium, & ex actu interiori dissentit inuocationi diuini testimonij, quod nihil aliud uidetur, quàm quædam diuini testimonij illusio: & per hoc patet solutio obiectionis in oppositum. Nec potest me immemorem suprascriptorum, scilicet, quòd iurans secum animo non iurãdi, non agitur, ac per hoc non iurat. Cũ enim homo sibiipsi loquitur, non habet locum mẽdacium nec in materia, nec in forma: sed sola ibi interuenit vana, & ficta, prolatio illorum uerborum tamquam nihil significantium: ita quòd omnia uerba, etiam ipsa iuratio, materialiter proferuntur, & supponunt, nec contingunt hæc pertinentia capitulo hoc.

¶Ad secundum dubium dicitur, quòd cum quis fatuè secum sibiipsi iurat, cum animo non se obligandi, iurare illud pro uano habendum est, quia cum nulla sit ibi materia, quoniã uerba quæ dicuntur, materialiter sumuntur, iuramentum super nihilo proferatur, ac per hoc indiscretè: sed cum quis alteri promittit, aut dicit sub iuramento cum animo se non obligandi, iuramentum pro iuramento cum animo iurandi interpretandum est. Et ratio est, quia in iuramento animus iurãdi concurrit directè, & manifestè ipsi iurãti. Ac per hoc nunquàm interpretandum est deesse animũ iurandi, nisi manifesta sit huius-

modi intentio iurantis. Regulare siquidē ac naturale est, ut iurantes habeant animū iurandi. Ergo si ex aio non se obligandi, non nisi indirectè, & occultè sequitur intentio nō iurandi: tū ex animo non se obligandi non est interpretandū iuramentū, quod sit fictum animo non iurandi. Quinimmo ex errore vidētur procedere animus iste non se obligādi, quia scilicet putant posse se separare obligationem à iuramento.

Porrecta per totum. 488

¶ Et per hoc patet responsio ad obiectionē pro contraria parte. Non enim quicūque vult aliqd, vult omne necessario annexum sibi incognitum, quod credit nō esse annexū: immò, ex errore vult implicitè cōtradictoria latentia apud eum.

SVP QV. LXXXIX. ART. VIII.

IN art. 8. eiusdē 89. q. nota pro intellectu literę tria. Primū est, q. in obseruatione tam uoti, quàm iuramēti concurrūt duo, scilicet ipsa obseruatio uoti, uel iuramenti, & actus seruatus, q promissus, vel iuratus erat, puta, dare centum aureos. Commune est autem uoto, & iuramento, q. ipsa obseruatio vtriusque spectat ad religionem: quoniam ex diuino aliquo causatur, ut litera di., & ad diuinum cultum spectat reddere Deo tā uota, quàm iuramēta. Sed differentia inter uotum, & iuramentum est quo ad actus seruatos: quia in uoto etiam actus seruatus est actus religionis, imperatus tn. In iuramento autē actus seruatus relinquitur suæ naturæ, & nō est fact' religionis act', vt in articulo quinto huius quæstionis diximus. Secundum est, quòd licet fidelitas & reuerentia, diuersarum uirtutum sint inter homines, ut patet ex distinctione uirtutū ordinatarum ad honorandū, & ad fidē seruandā, in ordine tū ad Deū fidelitas, & reuerētia eiusdē uirtutis sunt, scilicet religionis. Decet.n. ut q in inferioribus diuisa sunt, in superiori uniantur. Tertiū est, q dictum literæ, s. Omnis infidelitas irreuerentiam continet, secundum subiectā materiam restringatur, scilicet respectu domini, ut notum est. Maxima nāque, ut in litera subditur, irreuerentia domini uidetur infidelitas ad eum. Si uerò uniuersaliter, ut sonat, intelligēdū est, nō caret scrupulo, cū fides etiam sit supremorum ad infimos. Veruntamen uerificatur ratione contemptus annexi: quia quicunque infidelis alicui est, ipsum paruipendere uidetur, ac per hoc dehonorare, quod ad irreuerentiam spectat.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum maior sit obligatio iuramenti, quàm voti.

AD OCTAVVM sic proceditur. Vr q maior sit obligatio iuramenti, q̄ uoti. Votum enim est simplex promissio: sed iuramētū supra promissionē adhibet diuinū testimoniū. ergo maior est obligatio iuramēti, q̄ uoti.

¶ 2 Præt. Debilius solet p fortius confirmari: sed uotū interdum confirmat iuramēto. ergo iuramentum est fortius, q̄ uotum.

¶ 3 Præt. Obligatio uoti cātur ex animi deliberatione, ut supra * dictum est: obligatio autē iuramēti cātur ex diuina ueritate, cuius testimonium inuocat. Cum ergo ueritas Dei excedat deliberationem humanam, uidetur q obligatio iuramēti sit fortior, quàm obligatio uoti. *q. 88. artic. 1.

SED CONTRA. Per uotū obligatur aliquis Deo, p iuramētū aūt obligat aliquis interdū homini. magis aūt obligatur hō Deo, q̄ homini. ergo maior est obligatio uoti, q̄ iuramenti.

RESP. Dicēdū, q vtraq; obligatio, scilicet uoti, & iuramenti, causatur ex aliquo diuino, aliter tamē, & aliter. Nam obligatio uoti causatur ex fidelitate, quam Deo debemus, ut s. ei promissum soluamus. Obligatio autem iuramenti causatur ex reuerentia quam debemus ei, ex qua tenemur q uerificemus id, quod per nomē eius promittimus. Omnis autem infidelitas irreuerentiam cōtinet, sed non conuertitur. Vr enim infidelitas subiecti ad dominū esse maxima irreuerētia: & iō uotum ex rōne sua magis est obligatorium, quam iuramentū. Concilu. m

AD PRIMVM ergo dicēdū, q uotum est promissio non quæcumque, sed Deo facta, cui infidelem esse grauissimum est.

AD II. dicendū, q iuramētū nō adhibet uoto quasi aliquid firmius, sed ut p duas res immobiles maior firmitas habeatur.

AD III. dicendum, quòd deliberatio animi dat firmitatē uoto, quantum ex parte uouentis est. Habet tamen maiorem firmitatis causam ex parte Dei, cui uotum offertur.

ARTICVLVS IX.

Vtrum aliquis possit in iuramento dispensare.

AD NONVM sic procedit. Vr q nullus possit dispensare in iuramento. Sicut enim ueritas requiritur ad iuramentū assertorium, quod est de præterito, uel præsenti, ita ad iuramentum promissorium, quod est de futuro: sed nullus potest cū aliquo dispensare q de præsentibus, uel præteritis iuret contra ueritatem. ergo etiā nullus potest dispensare, q non faciat aliquis esse uerum id, quod cum iuramēto in futurum promisit.

¶ 2 Præt. Iuramentū promissoriū inducitur ad utilitatē eius, cui fit promissio: sed ille, ut uidetur, non p̄t relaxare, quia est contra reuerentiā diuinam. ergo multo minus p aliquē aliū potest super hoc dispensari.

¶ 3 Præt. In uoto quilibet episcopus potest dispensare, exceptis quibusdam uotis, quæ soli Papæ reseruantur, ut supra* habitum est. ergo pari ratione in iuramento, si esset dispensabile, quilibet episcopus posset dispensare: quod tamen uidetur esse contra iura. non ergo uidetur quòd in iuramento possit dispensari. * q. præc. artic. 12. ad 3.

SVPER QVAEST. LXXXIX. ART. IX.

IN ar. 9. eiusdem 89. q. nota conuenientiam, & differentiam inter uotum, & iuramentum, quo ad dispensationis authoritatem. Nā conueniunt in hoc, q utrobiq; dispensatio, commutatio, irritatio, aut relaxatio fit ratione materiæ, ut habes clarè ī litera. Differūt verò in duob' ad propositum, s. in qualitate materiæ, & in psona cui fit. Nā uoti propria materia est solū bonum supererogationis, & soli Deo uotū fit. Iuramenti autem propria materia est non solum bonū supererogationis, sed etiam bonū de necessitate salutis, ut reddere debitū, seruare fidem &c. & uniuersaliter quodcumq; licitū: ita tamen quod non ponat obex Spiritui sancto. Et si iuramentum non solū Deo, sed frequentissimè homini. Et hinc prouenit duplex differentia. Prima est, q in uotis dispēsandis, seu cōmutādis attēdit quid magis Deo acceptum sit, ut prædictū est. In iuramentis aūt oportet respicere ad præiudicium hois, cui factū est, & in cuius fauorem factū est. Et hinc sequitur altera, s. q. homo non p̄t uotum relaxare, qa nō fit homini: sed iuramentum p̄t hō homini relaxare, ut in litera dicitur in rñsione ad secundum: quia fit homini pp ipsum hominē, & q plus: ecclesiasticus, et Papa, nō hēt ita potestatem super iuramenta, sicut supra uota: Quia non est ita in potestate Papæ auferre ius tertij in rebus nō ecclesiasticis, sicut est potestate sua cōmutare in aliquid gratius Deo, quia est Dei uicarius, & nō est uicarius illi' hominis: nec ita est super eū, ut possit illum rebus suis priuare ad libitum. Et hoc non est pp defectum potestatis Papæ, aut excellentiam iuramenti, sed ex natura cōtractus iuramento firmati, sinter hominem & hominē. Quocirca cessante præiudicio hominis, iuramenta subiecti sunt Ecclesię potestati, sicut & uota. Et cū iuramentum sit minus obligatiuum, q̄ uotum, ut præhabitum est, consequens est, ut omnia iuramenta subsint inferioribus Papæ, q si essent uota, subessent eidē quia cui cōcessum est posse ordinare maius, cōcessum est posse & in min'. Et similiter uidentur reseruata cla tua Papæ, quæ si essent uota, essent Papæ reseruata, ut iuramentū de castitate, & huiuś. Et ex hac radice Ecclesia dispēsat in iuramētis coactis, quia s. cessat præiudiciū hois, & audacia malorū coercetur dispēsando.

Porrecta per totum. 489

* Ar. præ.

SED CONTRA est, q votū est maioris obligationis, quàm iuramentū, vt supra * dictum est: sed in voto potest dispensari. ergo in iuramento.

*Ar. 10. q. præced.

RESP. Dicēdū, q sicut supra * dictū est, necessitas dispensationis tā in lege, q̄ in voto, est propter hoc q id qđ in se, vel vniuersaliter consideratum est vtile, & honestum ſm aliquem particularem euentū potest esse inhonestum & nociuū: quod non p̄t cadere nec sub lege, nec sub voto. Quod autem aliquid sit inhonestū, vel nociuū, repugnat his, quæ debēt attendi in iuramento. Nā si sit inhonestum, repugnat iustitiæ, si sit nociuum, repugnat iudicio: & ideò pari ratione etiam iuramento dispensari potest. Concil. m

AD PRIMVM ergo dicēdū, q dispēsatio quæ fit in iurō, non se extēdit ad hoc, q aliqd contra iurm fiat. Hoc.n. est impossibile, cum obseruatio iuri cadat sub præcepto diuino, quod est indispensabile: sed ad hoc se extendit dispensatio iuri, vt id qđ sub iurō cadebat, sub iuramento non cadat, quasi nō existens debita materia iuramenti, sicut & de voto supra * diximus. Materia autem iuramenti assertorij, quod est de præterito, vel præsenti, in quandā necessitatē iā transit, & immutabilis facta est: & ideò dispensatio non referretur ad materiā, sed referretur ad ipsum actū iuri. Vndè talis dispensatio directè esset cōtra præceptū diuinū: sed materia iuri promissorij est aliquid futurū quod variari p̄t, ita. s. q in aliquo euentu potest esse illicitū, & nociuum, & per consequens nō esse debita materia iuri, & ideò dispensari potest in iurō promissorio: quia talis dispensatio respicit materiam iuramenti, & non contrariatur præcepto diuino de iuramenti obseruatione. * q. præc. art. 10. ad 2.

AD SECVNDVM dicēdū, q hō p̄t alteri promittere aliquid sub iurō dupliciter. Vno modo, qñ promittit aliquid pertinēs ad vtilitatem ipsius, puta, si sub iurō promittat se seruiturum ei, vel pecuniā daturum: & à tali promissione potest absoluere ille, cui promissio facta est. Intelligit enim iā ei soluisse promissum, qñ facit de eo ſm eius vtilitatem. Alio modo, promittit aliquis alteri, qđ pertinet ad honorē Dei, vel vtilitatē aliorū, puta, si aliquis sub iurō promittat alicui se intraturū religionem, vel aliqd opus pietatis facturū: & tūc ille, cui promittitur, nō p̄t absoluere promittentē, quia promissio non est facta ei principaliter, sed Deo: nisi fortè sit interposita cōditio rōne cuius possit. s. si illi videbit cui promittitur, vel aliqd aliud tale.

AD TERTIVM dicēdū, q qñque illud qđ cadit sub iurō promissorio, est manifestè repugnās iustitię, vel qa est peccatū, sicut cū aliqs iurat se facturū homicidiū: vel quia est maioris boni impeditiuū, sicut cū aliquis iurat se nō intraturū religionē. Et tale iurm dispēsatione nō indiget, sed in primo casu tenetur aliquis tale iurm nō seruare: in secundò aūt casu licitum est & seruare, & non seruare, vt supra * dictū est. Qñque verò aliquid sub iurō promittitur, de quo dubiū est, vtrum sit licitum vel illicitū, proficuum vel nociuum aut simpliciter, aut in aliquo casu: & in hoc p̄t qlibet episcopus dispensare. Qñque verò sub iurō promittitur aliquid, qđ est manifestè licitū, & utile. Et in tali iurō non uidetur habere locum dispēsatio, uel cōmutatio, nisi aliquid melius occurrat ad cōmunem utilitatem faciendum: quod maximè uidetur pertinere ad potestatē Papæ, qui habet curā uniuersalis Ecclesiæ: uel etiam absoluta relaxatio, quod etiam ad Papam pertinet in omnibus generaliter, quæ ad dispensationem rerum Ecclesiasticarum pertinent, super quas habet plenitudinem potestatis. Sicut & ad unumquemque pertinet irritare iuramētum, quodā sibi subditis factum est, circa ea quæ eius potestati subduntur: sicut pater potest irritare iuramentū puellæ, & uir uxoris, ut dicitur Num. 30. sicut & supra de uoto * dictū est.

* Ar. 7. ad 2 D. 799.

* q. præc. ar. 8. & 9.

ſ eodē art. in rñsione ad tertiū, nota q dupliciter contingit fieri relaxationē iuri, s. directè, vel indirectè. Directè quidē fit dupliciter, aut rōne materiæ. quia s. materia est potestati relaxantis subdita, vt contingit in parte respectu filij, & viro respectu vxoris, & dño respectu serui, & huiusmodi: aut rōne publici officij, quia s. sic expedit facere, quis ille, qui iurauit licitè posset seruare, vt contingit in iuramētis coactis. Et vtraq; via vtit' Ecclesia in relaxatione iuramēti. Prima qdē in distributione, seu dispēsatione & rerū ecclesiasticarū, & officiorū ecclesiasticorū, super qbus Papa habet plenitudinē potestatis in dispēsando, seu distribuendo. Et hoc mō relaxari possunt iura facta à bñficiatis de rebus Ecclesiæ, disponente Papa aliter de rebus illis. Et similiter iura de cōferendis, aut suscipiendis bñficijs, officijs, aut gradibus ecclesiasticis, sic relaxātur, vt plures fieri videmus, dū relaxātur iura Baccalaureorū in theologia, de non suscipiēdo alibi magisteriū. Horū aūt causa est, quia hęc ita subsunt inferioribus potestatibus, vt Papa sit magis potēs super hæc dispēsanda, distribuēda, committēda, inhibēda, cōmunicāda, q̄ quęcūque inferior potestas tā personalis, q̄ collegialis, vt nulli iniuriā faciat vtēdo iure suo. Immo in ipso iurō intelligitur semp superioris ius exceptū, vt patet extra. de iureiurādo. capitulo Venientes. Secūda aūt via, s. ex publico officio, vtitur Ecclesia, qñq; quidē in pęnā eius, cuius iurm erat præstitū, vt patet de relaxatione iuri exhibiti excōmunicato 15. quæst. 6. c. Nos sanctorū, & cap. Iuratos. Qñq; vero & in pœnā, & in odiū humanæ fraudis, vt patet in relaxatione iuramētorū coactorū, vt patet, extra, de iureiurādo. ca. Si vero. Qñq; verò pp bonū publicum, sed hic opus est tale, ne cuiquam fiat præiudiciū. Indirectè autē relaxātur ab Ecclesia iura ex naturali sequela, vt si deponit Episcopū, ex naturali sequela cū iuratio astricti illi quatenus Episcopo, non tenentur ei amplius. Et similiter si remouet statuta alicuius religionis, vel collegij: ex naturali sequela nō tenētur qui uouerūt, aut iurarūt seruare statuta: quia nō sunt amplius statuta. Et similiter si priuat iustè regē regno, oēs qui illi personæ iurauerāt se secuturos illū in regno, non tenentur amplius: quia ex hoc ipso, q iudicatur iustè esse indignus regno, nullus tenetur eum amplius fouere in eodē. Confirmat tñ, vt videtur, Ecclesia & qñ directè, & qñ indirectè relaxat iuramētum, mētionem facere de tali vinculi relaxatione, vt ex scientia potestatem habentis, intelligatur procedere relaxatio, ne surreptio opponat. Et de votis & iuramentis pro nunc dicta sufficiant, & pro tota hac quæst. 89.

ARTICVLVS X.

Vtrum iuramentum impediatur per aliquam conditionem personæ, vel temporis.

Porrecta per totum. 490

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur q iuramentum non impediatur per aliquam conditionem personæ, uel temporis. Iuramentum enim ad confirmationem inducitur, ut patet per Apostolum ad Hebræ. 6. sed cuilibet conuenit h confirmare dictum suum, & quolibet tempore. ergo uidetur quòd iuramentum non impediatur per aliquam

3. d. 39. in expo. lit.

aliquam conditionem personæ, vel temporis.

¶2 Præt. Maius est iurare per Deum, q̃ per Euangelia Vñ Chrys. dicit. Si aliqua causa fuerit, modi cum uidetur facere, q iurat per Deũ: sed qui iurat p Euangelia, maius aliquid fecisse uidetur. Quib⁹ dicendum est: Stulti, scripturæ propter Deũ factæ sunt, non Deus propter scripturas: sed cuiuslibet conditionis personæ, & quolibet tempore in cõi locutione consueuerunt iurare per Deum. ergo multo magis licitum est eis iurare per Euangelia.

*Homil. 44. sup Matth. in opere imperfecto a medio illius, tom. 2.

¶3 Præt. Idẽ non causatur ex cõtrariis causis, qa contrariæ causæ sunt contrariorũ: sed aliq excluduntur à iuramento pp defectum personæ, sicut G pueri añ quatuordecim annos, & ẽt illi, qui semel fuerunt periuri. non ergo uidetur, quòd aliq ꝓhibeantur iurare uel propter dignitatem, sicut clerici, aut etiam propter temporis solemnitatem.

¶4 Præt. Nullus hõ uiuẽs in hoc mũdo est tãtæ dignitatis sicut angelus. dr̃. n. Matthe. 11. q q minor est in regno cęlorũ, maior est illo. s. Ioanne Baptista adhuc in mundo uiuẽte; sed angelo cõuenit iurare. dicitur. n. Apoc. 10. q angelus iurauit per viuentem in sęcula sęculorum. ergo nullus homo propter dignitatem debet excusari à iuramento.

*2. q. 5. c. presbyter. † 2. 2. c. 5. ca. Nullus ex Ecclesiastico.

Sed contra est, q hr̃ * 2. q. 5. Presbyter uice iu I ramẽti p sanctã cõsecrationẽ interrogetur. Et † 22. q. 5. dr̃. Nullus ex ecclesiastico ordine cuiquã laico qcqua super sancta Euangelia iurare p̃sumat.

¶ Ad hoc bīr soluendo supradicta dr̄, in hmōi tribulationibus continuatis vsque ad mortem, ipsum voluntariè pp Deum sustinere vsque ad mortē, est actus martyrij meritorius, & mensuratur hic actus tpe immediatè præcedente instans mortis, vt mensura successiua, & instanti mortis, quatenus tunc martyr moritur, vt termino successiuæ mensuræ: & hoc sub alijs verbis dr̄, q. sicut mensuratum est sustinere continuatum ad mortē, ita mensura est tps terminatum ad instans mortis. Ita q. sustinere, vt continuatur morti, est martyrium: & tps, vt terminatum ad instans mortis, est mensura martyrii, & in hoc fige pedem. Vñ patet rñsio ad primum, quia s. diuisio est insufficiens: quia datur hoc aliud membrum, quod dictum est. Et si contra hoc afferantur tres obiectiones allatæ contra tps mortem præcedēs, dicetur, & ad primum negatur assumptum: quia in tpe immediatè præcedente instans est tolerantia mortis, vt in via ut defectibili vino à morte: & in ipso instanti est toleratio mortis vt in termino, in quo non inconuenit mereri vt in termino.

¶ Ad secundum dr̄, q. non est compossibile per quamcumque potestatem tribulationes esse continuas vsq; ad mortem, & tribulationes esse sine mortis termino, quoniam implicat contradictoria, vt patet.

¶ Ad tertium dr̄ primò, q. author non dicit, q. sustinere tribulationes cōtinuandas naturaliter ad mortem est martyrium: sed dicit, q. sustinere tribulationes cōtinuandas ad mortē, est martyrium, & pp ea argūm quod de continuandis, & non continuatis loquitur, non est contra literā, contra quam iste arguit. Dr̄ nihilominus secundo ad propositum casum, q. dupliciter contingit impediri mortales passiones à morte. Vno modo, per viam impedimenti simpliciter, vt accidit beato Ioanni euangelistæ, cum ante portam Latinam missus est in feruentis olei dolium: quoniam fuit impedita mors totaliter, ne scilicet tunc, vel vllo vnquàm tempore ex illo oleo feruente moreretur. Et cum sic impedimentum præstatur dicendum est, q. talis non est propriè martyr, ut de ipso beato Ioan. patet. Alio modo, per viam suspensionis ad tempus, vt accidit beatæ Cæciliæ dicenti, Impetraui à Domino inducias martyrii mei: & videtur hoc accidisse frequenter sctis martyribus ex eo q. in talibus tormētis tamdiu vitam habuerūt integræ virtutis vitalis, vt loquela, & actus eorum manifestare videantur. Et tale impedimentum, quia ad tempus est, nō impedit rationem martyrii, quoniam omnino tandem passio quam sustinet, continuatur ad mortem ita quòd ex illa sequitur mors, impedimento, quod suspendebat, sublato ab ipsomet qui illud apposuerat, Deo scilicet glorioso; in cuius signū quandoq; orasse legitur martyres, vt iam spiritum Deo redderent. Et propterea nullum ex hac doctrina sequitur incōueniens, sed semper stat solidum illud fundamentum, q. ad martyrium requiritur actualis passio mortis.

paliter consistit circa pericula mortis, circa alia aūt cōsequenter. Et ideo nec martyriū propriè dr̄ pro sola tolerantia carceris, vel exilij, vel rapinæ diuitiarum, nisi forte secundum q. ex his sequitur mors.

AD IIII dicendū, q. meritū martyrii non est post mortem, sed in ipsa voluntaria sustinentia mortis, prout s. aliquis voluntariè patitur inflictionem mortis. Contingit tamen qñq; quòd aliquis post mortalia vulnera pro Christo suscepta, vel quascunq; alias tribulationes continuatas vsq; ad mortem, quas à persecutoribus patitur pro fide Christi, diu viuat: in quo statu actus martyrii meritorius est, & etiam ipso eodem tempore, quo huiusmodi afflictiones patitur.

ARTICVLVS V.

Vtrum sola fides sit causa martyrij.

Porrecta p totum. 631. 4. di. 49. q. 5. ar. 3. qō. 2. cor. & ad q. 10. & Et Rom. 8. lect. 7.

AD PRIMVM sic pcedit. Vr q. sola fides sit causa martyrii. Dr̄.n. 1. Petri 4. Nemo autem vestrum patiatur quasi homicida, aut fur aut aliquid huiusmodi. Si autem vt Christianus, non erubescat: glorificet autem Deum in isto nomine: sed ex hoc dicit aliquis Christianus, qui tenet fidem Christi. ergo sola fides Chri dat patientib. martyrii gloriā.

¶ 2 Præt. Martyr dicitur quasi testis, testimonium āt non redditur nisi ueritati. Non autem aliquis dr̄ marty. ex testimonio cuiuslibet ueritatis, sed solum ex testimonio ueritatis diuinę. Alioquin si qs moreretur p confessione ueritatis geometricæ, uel alterius speculatiuę scientię, esset marty. q. uī ridiculū. ergo sola fides est martyrii cā.

¶ 3 Præt. Inter alia uirtutū opera illa uīr esse potiora, quæ ordinanī ad bonū cōe: q a bonum gentis melius est, q̄ bonū unius hōis, sm̄ Phyl. in 1. Eth. (Lib. 1. c. 2. in fi. to. 5.) Si ergo aliquod aliud bonum esset cā martyrii, maxime uideretur, q. illi essent martyres, q pro defensione reipublicæ moriuntur, quod Ecclesię obseruatio non habet: nō.n. militū qui in bello iusto moriuntur, martyria celebrantur. ergo sola fides uī esse martyrij causa.

SED CONTRA est, q. dr̄ Matth. 5. Beati qui persecutionem patiunī ppter iustitiam, quod pertinet ad martyrium, ut gl. ibid. dicit: (Et gl. His. in hūc locum habet. to. 5.) ad iustitiam autem pertinet non solùm fides, sed etiā aliæ uirtutes. ergo & aliæ uirtutes pñt esse martyrij cā.

RESP. Dicendum, quòd sicut dictum est, martyres dnr quasi testes, (Ar. præce.) quia s. corporalib. suis passionib. vsq; ad mortem testimonium perhibent ueritati non cuicunque, sed ueritati quæ secundum pietatem est, q per Chr̄m nobis innotuit. (Veritas secundū pietatē, quæ.) unde & martyres Christi dicunī quasi testes ipsius. Hmōi autem est ueritas fidei, & ideo cuiuslibet martyrij causa est fidei ueritas. Sed ad fidei ueritatē non solū ptinet ipsa credulitas cordis, sed ēt exterior ptestatio,

SVPER QVÆST. CXXIIII. ARTIC. V.

IN artic. 5. eiusdem quæstio. 124. dubium statim in titulo occurrit, de quo genere causæ est questio hic, cum de causa martyrii quæritur, vtrum sit sola fides. Constat enim q. non de effectiua: quia ista est charitas &c. nec de formali, vt patet: nec de materiali, quia materia martyrij, cum sit actus fortitudinis, sunt ad intra passiones, ad extra verò pericula mortis: nec de finali, quia inquantum est actus fortitudinis, habet pro fine bonum proprii habitus: inquantum verò est actus fidei, & charitatis habet pro fine Deum, qui est finis omnium theologalium virtutum.

¶ Ad hoc dr̄, q. martyrium dicit duo, scilicet testimonium, & tale testimonium, scilicet per mortem: & q. inquantum est testimonium, quæstio est de causa finali proxima. qm testimoniū vt sic, ordinatur ad manifestationem veritatis vt proximum finem. Et ppea quæritur, vtrum sola fides sit, ad quam manifestandam ordinetur testimonium martyrii. Inquantum autem testificatio, hæc fit per mortē. Est ēt qō de causa finali martyrii ex parte materiæ: qm finis bonificans mortem est bonum veritatis, cui testificatur martyr per mortem. Ideo namq; mors illa est bona, quia est pp bonū cui attestatur. Nec huic obstat q. Deus sit finis proximus virtutum theologalium: quia martyrium non est actus elicitus, sed imperatus à theologalibus virtutibus. Et ideo non est mirum si habet Deum pro fine principali, bonum autem veritatis fidei pro fine proximo.

¶ In eodem 5. art. circa illud. Omnium virtutum opera relata in Deum, possint esse martyrii causa. Dubium ex Martino occurrit in dicto tract. quest. 5. ponente in septima conclusione, q. non pro quolibet virtutis opere potest quis subire martyrium. Et probat hoc tripliciter. Primo, quia quædam sunt opera virtutis tam paruæ necessitatis & vtilitatis, q. non licet secundum dictamen rectæ rationis pro eis se exponere morti. sed recta rō dictat, q. sūt intermittenda. Probatur hoc authoritate Arist. 3. Ethic. cap. de violento, dicentis, quòd turpissima sufferre pro nullo, vel modico bono, praui est. Secundo, quia pro operibus eutrapeliæ, vel affabilitatis, similiter pro paruis operibus misericordiæ, & liberalitatis, nemo sapiens debet se exponere morti. Tertiò, quæ iuste & rationabiliter prohiberi possunt à superiori ne causent ægritudinem, non solum pñt, sed debent intermitti propter timorem mortis: sed aliqua virtutis opera sunt huiusmodi, ergo. Maior patet, & minor probatur per Gregor. in registro. indictione quarta; epistola 15. vbi Episcopo Rauennati vomitum sanguinis patienti, præcipit ne ieiunet, ne prædicet &c. quia sic dicunt propter infirmitatem medici.

¶ In eodē quoq; articulo dubium aliud, si tamen aliud est occurrit ex eodem ibidem inficiante hanc literæ rationē, seu illationem

lationem

lationem. Pro protestatione fidei licitum est subire martyriū, sed in omni opere bono quod fit, & in omni opere malo, quod vitatur propter Christum, fit protestatio fidei. ergo pro quolibet bono opere faciendo, & quolibet malo vitando pp Christum, licitum est subire martyrium. Ad hanc, inquit, Thomæ rationem concedo antecedens, & nego consequentiam: quia est, aliquod bonum opus seclusa circunstantia mortis quā, posita mortis circunstantia, desinit esse bonū, vt opus eutrapeliæ, & opus ieiunij. Est etiam aliquod opus malum, seclusa circūstātia mortis, quod, eadem posita, non est opus malū, vt verbum otiosum, mendacium iocosum, occultatio veritatis, vt Abrahā tacuit Saram esse coniugem.

¶ In eodem quoque articulo parum distās dubium ex eodē Martino ibidem occurrit circa responsionē ad secundum, pro quanto ibi dicitur, quòd vitiatio mendacii cōtra quamcunque veritatem sit, inquantum mendacium est diuinæ legi cōtrarium, potest esse martyrij cā. Inquit enim quod nō constat adhuc omne mendacium esse peccatum veniale, vel mortale, nec adhuc etiam constat peccatum veniale esse diuinæ legi contrarium. Vel, licet omne mendacium, seclusa circunstantia alicuius excessiuè tristis, & dolorosi, sit peccatū mortale, vel veniale, multa tamen sunt quæ nec mortalia, nec venialia sunt, posita circunstantia alicuius excessiuè tristis, & dolorosi, sicut grauium cruciatuum, aut incommodorum, aut mortis.

¶ Ad horum euidentiam declarandum est vnde hic difficultas appareat, & quam nulla sit difficultas, si opus virtutis in actu, & excellentia illius perspecta fuerit. Sciendum est igitur, q. aliquod opus potest dici opus virtutis dupliciter. Primò, ex suo gñe tantum, secundò, ex genere, & omnibus circunstantijs, quādo, vbi, sicut &c. Exemplum primi, restituere depositum ei qui deposuit, subuenire indigentiam patienti, mala pœnæ voluntariè sustinere ad euitandum malum culpę. Exemplū secundi: Reddere quod suum est vnicuique, quando, vbi, sicut &c. oportet, opera misericordiæ exercere, quando, vbi, sicut oportet, ieiunare quando, propter quid, sicut oportet, & sic de alijs. Est & inter hæc tanta differentia, quod opera bona ex suo genere tātum, nō sunt vniuersaliter opera virtutis, nisi sint etiam bona ex circunstantiis, qm bonum consurgit ex causa integra. Immò si absque debitis circunstantijs fiant, mala moraliter sunt, quoniam saltem sunt contra prudentiam, quę forma est virtutum moralium, quæ circunstantias omnes exigit ad opera virtutis, & ex hoc ipso quòd homo se applicat ad quodcumque opus virtutis ex suo genere, quando, vel vbi &c. non decet, peccat. Et ex hoc te habere volo, quòd cum in litera dicitur, quòd omne opus virtutis pōt esse causa martyrii, intelligitur de opere virtutis non partialiter, quale est opus virtutis ex solo genere, sed totaliter, ita quòd hic, nūc, coram istis &c. est opus virtutis. Quòd enim non est nunc, hic coram istis &c. opus virtutis, non est tunc agendum, & consequenter non est pro eo agendo moriendum. Hoc est primum in quo deficiunt argumenta allata ex Martino, quoniam accipiunt per opera virtutis, opera solùm ex suo genere bona, cum tamen constet, quòd nisi sint ex circunstantiis quoque bona, non sunt virtutis opera nisi partialiter. Aliud autem est, quoniam non æqua lance bonum honestum, & malum culpæ, bona commodi, & malo pœnæ comparantur. Nosse namque oportet, quod bonum moris, quod integrè, ut dictum est, bonum moris est, præstat omni bono exteriore, puta, diuitiis, honoribus, regnis &c. & corporalibus, puta, pulchritudine, sanitate, & breuiter ipsa uita, quod patet apud Philosophos, quia bona animi, quæ nō possunt auferri ab inuitis, sunt cæteris excellentiora: & apud christianos, quia talia sola sunt quę ad Deum, hominem appropinquant. Et ex hoc volo te scire, q. siue magnum, siue paruum fuerit opus virtutis, dummodo sit integrè opus virtutis, pro eo faciēdo potest homo subire mortem: quia præelegit maius bonum, præferendo bonum moris vitæ corporeę, & si, pro quia, hoc est faciendum pro bono moris, quanto magis faciendum est hoc pro bono moris relato in Deum? illud siquidē bonum est hominis secundùm animum, hoc autem bonum est hominis secundū alium, & ultra hoc est bonum diuinum ex hoc ipso q. fit propter Deum. Et sic constituitur causa martyrij, vt in litera dr̄, inquantum, s. bonum moris, non martyrii sed simpliciter fortitudinis actui causam daret. Et propterea in litera dr̄, omne opus virtutis, secundum q. refert in Deum, esse causa martyrij. Tertium verò ex his deducendum est, q. cum duæ sint partes iustitiæ, scilicet declinare à malo, & facere bonum, & vitare malum culpę nulla eget circunstantia ad hoc, q. sit bonum moraliter nisi circunstantia finis, scilicet virtutis amore, iuxta illud, Oderunt peccare mali formidine pœnæ &c. quoniam præcepta negatiua diuini, vel naturalis iuris obligant semper, & ad semper, deuitatio mali culpæ ex circunstantia imminentis mortis nunquàm desinit esse bona, ac per hoc facere contra, vel præter præcepta negatiua diuini, vel naturalis iuris, nunquàm fit bonum, aut non malum moraliter ex timore mortis: quamuis, ut in tertio Ethic. Arist. dicit, quandoque sit uenia dignum. Et ex hoc habet, q. nunquàm dicere uerbum otiosum, aut mendacium ex quacunq; circunstātia fit licitum, quia negatiua sunt præcepta de nō mentiendo, de non dicendo uerbum ociosum: facere aūt bonum, qđ per præcepta affirmatiua præcipitr, multis eget circunstantiis, quæ qm circa singularia sunt, multipliciter uariantur, & quo ad hoc uerum & indubitatum est, q. circunstantia imminentis mortis pōt facere de opere, qđ alias esset bonum, tunc non bonum, immò malum. uerbi gratia. Si persona ualde utilis Ecclesię, exosa esset tyranno, adeò ut crederetur q. si coram illo compareret, occideretur ab illo, & adueniente die solēni quo missarum solennijs tyrannus interesse debet, persona illa deberet ex officio cantare missarum solennia, imprudenter faceret persona illa si celebraret coram tyranno pp imminens periculum mortis, quia potest per alium sine illo scandalo missa celebrari, & Ecclesiæ sanctæ sua persona conseruari: & sicuti officio suo, quod alias esset sanctum, tunc ex huiusmodi circunstantia efficeretur imprudens, ac per hoc malum moraliter. Et in promptu huiusmodi, & similium ratio est, quia scilicet præcepta affirmatiua non obligant ad semper, sed pro loco, tempore, circunstantiisque alijs. His igitur prælibatis, ad dubia & argumenta respondendum est. Et ad primum dicitur, q. siuè sit parua, siuè magna necessitas, aut vtilitas, nihil refert quoad hoc, quod est licitè subire martyrium propter opus uirtutis, si tamen est tunc uirtutis opus integraliter, ut patet ex dictis. Est tamen ex hoc differentia quoad teneri ex præcepto, uel ex consilio: & rursus ad teneri ex obligatione contra, uel præter præceptum ad martyrium. Quando namque opus imminet, cuius oppositum esset mortale peccatum, tenetur sub præcepto ad martyrium: qm uerò oppositum esset peccatum ueniale, tenetur quidem ad martyrium sic, q. præter

ter

Universidad de Deusto Biblioteca

ter non contra præceptum facit, si peccat venialiter, vt non moriatur: quando autem tale opus est, quod est integrè bonum, si tunc fiat, & nihilominus si prætermitteretur, nullum peccatum esset, tunc martyrium est de consilio. Ad authoritatem Aristot. dr, q̃ Arist. dicit pro nullo, aut modico bono: & non dicit, p bono morali, seu virtutis: & iterum dicit, q̃ præferre modicum bonū vtile magnę ignominiæ, praui animi ē. vt Dicunt qui pannis iniuriosissimas sibi inferri iniurias, puta, adulterij pro pecunia, & similes. Nos autem loquimur de bono virtutis moralis, de quo dicit ibidem Aristot. distinguendo, q̃ quędam facere, quæ non oportuit, pp̃ter timorem mortis, quandoque dignum videtur venia: quędam autem talia sūt, q̃ potius est moriendum ex quib. patet q̃ Aristo. numq̃ excusat facere, q̃ non oportet, sed digna venia ponit quãdoque. Certum est.n.q̃ venia non egent nisi culpæ: & hoc etiam nos dicimus, q̃ quandoq; pp̃ timorem mortis peccatur, non nisi veniale est: veū quis mendacium officiosum diceret ne moreretur: cū quo tñ stat, quòd licitè posset eligere subire mortem pro cautãdo illud veniale, & tãto plus, quanto vitatio illius venialis relata in Deum quid diuinum fit, quod Aristo. latuit.

Concl. m

D. 246.

Ver* Christianus, q.

¶ Ad secundum dicitur, quòd pro operibus eutrapeliæ, affabilitatis, liberalitatis, & misericordiæ paruissimis, si tunc sint opera virtutis integraliter relatis in Deum, vir sapiens licitè subit martyrium.

q̃ quidē fit non solum per uerba, q̃bus aliquis cõfitetur fidē, sed ēt p̃ facta, q̃bus aliq̃s fidem se habere ostendit, ſm illud. Iaco. 2. Ego ostendã tibi ex operibus fidem meã. Vñ & de quibusdã dr̃ ad Titū. 1. Confitent̃ uerbis se nosse Deū, factis aūt negãt. Et ideò [m] oīum uirtutū opera ſm q̃ referūtur in Deū, sunt quędam protestationes fidei, per quã nobis innotescit, q̃ Deus huiusmodi opera à nobis requirit, & nos pro eis remunerat, & ſm hoc possūt esse martyrii cã *. Vñ & beati [d] Io. Baptistę martyriū in Ecclesia celebratur, qui non pro neganda fide, sed pro reprehensione adulterij mortem sustinuit.

AD PRIMVM ergo dcd̃m, q̃ Christianus dr̃, qui Christi est. Dr̃ aūt aliquis esse Christi non solū ex eo q̃ habet fidem Christi, sed ēt ex eo q̃ Spiritu Christi ad opera uirtuosa procedit, ſm illud ad Rom. 8. Si quis Spiritum Christi nō habet, hic nō est eius. Et ēt ex hoc q̃ ad imitationem Christi, peccatis moritur, ſm illud ad Galat. 5. Qui Christi sunt, carnem suã crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. Et ideò ut Christianus patitur non solùm qui patitur pro fidei confessione, q̃ fit per uerba: sed ēt quicunque patit̃ pro quocunque bono faciendo vel pro quocunque peccato vitando propter Christum quia hoc totum pertinet ad fidei protestationem.

AD II dicendum, quod veritas aliarum scientiarum non pertinet ad cultū diuinitatis: & ideo nō dr̃ esse veritas secūdum pietatem, unde nec eius confessio pōt esse directe martyrii causa. Sed q̃a oē mēdaciū peccatum est, ut supra* habitū est, uitatio mendacii contra quamcūq; veritatē fit, inquantum mendaciū est diuinæ legi contrariū, pōt esse martyrii cã.

q. 110, ar. 3

AD III dcd̃m, quod bonum Reipublicæ est præcipuum inter bona humana, sed bonum diuinū, quod est p̃pria cã martyrii, est potius, q̃ humanum: tamē quia bonum humanum potest effici diuinum, ut si referatur in Deum, ideo potest esse quodcunque bonum humanum martyrii causa secundum quod in Deum refertur.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ Grego. loquitur de præceptis operibus, vel prohibitis affirmatiuis, vel à iure positiuo, quæ exigunt debitas circunstantias ad hoc, q̃ sint virtutis opera integra, ut sunt ieiunium, vel prædicationis officio, & huiusmodi: hæc enim nisi prudentibus circunstantiis vestiantur, non sunt virtutum opera. Scriptum est enim, Rationabile obsequium vestrū, ad Rom. 12. Et propterea gratis concedimus, q̃ talia quandoq; sunt licita, & quandoque non. Et propterea non semper sunt causa martyrij, quia non semper sunt virtutum opera.

¶ Ad secundum dubij argumentum dicitur, quòd mirum esset de ista negatione consequentiæ, nisi iam constaret ex his, quod iste æquiuocat de opere virtutis: q̃a author loquitur de virtutis opere integrè, quod implicat ex aliqua circunstantia definere esse bonum: iste verò accipit opus virtutis ex suo tñ gñe. Et propterea ratio literæ stat solida. Quod autem ille dicit esse malū aliquod seclusa mortis circunstantia, q̃ illa apposita non est malum, dupliciter potest intelligi. Primo, de actu per se malo, vt est mendacium, furtum &c. Et de hoc est falsum, quia qđ est secundum se malum moraliter, nulla potest circunstantia fieri non malum: quia ad malum quilibet singularis defectus sufficit, vt Dion. dicit 4. c. de di. nom. Secundo, pt intelligi de actu qui esset malus sine tali circunstantia, puta, dicere aliquod verbū sine necessitatis, aut vtilitatis cã, est ociosum & malum. Et si ex aliqua circunstantia fieret necessarium, aut vtile non esset ociosum: & de tali malo verum dicitur. Sed nihil obstat doctrinæ authoris: quoniam nos dicimus, quòd pro euitando verbo ocioso falsa hac ratione quòd tunc sit ociosum, licitè patitur quis martyrium referendo vitationem illius peccati ad Deum vt prædictum est. Argumentum autem concludit, quòd pro vitando verbo, qđ alias fuisset ociosum, tunc tñ non est ociosum nō est moriendū. Qđ gratis concedimus, q̃a tunc nō imminet vitatio verbi ociosi.

¶ Ad tertii dubii nouellam sapientiam dicitur, quòd constat mendacium omne esse peccatum ex Aug. in lib. contra mendacium, ex Greg. cū tractat de mendacio obstetricum, vt patet superius in q. de mendacio: & ex Arist. in 4. Ethi. Mendaciū est sīs se prauum, ergo semper est prauū, quia nunquam perdit seipsum ex quacunque apposita circunstantia. Et ex ratione, quia mendacium est actus cadens super indebitã materiã, vt habes superius in q. dicta. Cōstat etiam quòd peccatum veniale est contra legem Dei, hoc est prohibitum à lege Dei, quamuis non sit contra legem, vt ly contra, distinguitur à præter legem, quia prohibitorum per legem Dei aliquod tollit charitatem, & hoc est contra legem Dei: & aliquod non tollit charitatem, sed feruorem eius, & hoc est p̃ter legem Dei. Vtrumque tamen ita cōstat esse contra legem Dei vt pro eo moriendum sit, vt patet extra, de his q̃ vi, metusue causa fiūt. c. Sacris. Et ex ratione prius allata, quia bonum moris relatum in Deum quantumcunque minimum, præstantius est, quàm bonum uitæ corporalis. Vnde eiicienda est procul ab ecclesiastica etiam disputatione præsumptio ista, volens mendacia excusare totaliter à peccato. Scriptum est enim, quòd proles est diaboli, procul à Christianis abijcienda finibus.

QVAESTIO CXXV.

De timore, in quatuor artic. diuisa

DEINDE considerandum est de vitiis oppositis fortitudini. Et primo, De timore. Secundo De intimiditate. Tertio, De audacia.

VP. QVAEST. CXXV.

IN tota q. 125. dubium vnum tantum occurrit, An timor mortis excuset à prohibitis, uel præceptis legis positiuæ, seu hominis. Et est ratio dubii, quia in litera articuli tertii dicitur, quòd si quis contra prohibita, uel præcepta diuinæ legis facit propter timorem, est peccatum mortale, alioquin esset peccatum veniale. Cum enim constet, quòd agens contra legem positiuam, aut præceptum hominis, non agit contra legem diuinam, quia lex humana distinguitur à diuina, & præceptum hominis utraque lege, consequens est, quòd non nisi venialiter peccet huiusmodi transgressor propter timorem, si sententia literæ uera est.

¶ Præterea. Secundum iura citatus sub censuris, personaliter nō tenetur comparere, si tutus accessus non patet: ergo timor mortis, & tormentorum saltem excusat à præcepto hominis. Consequentia nota est, & antecedens patet.

¶ Ad hanc quæstionem in præcedenti li. responsum est, & nunc occasione huius literę, q. eadem motæ dicimus, quòd sine dubio timor mortis eximit hominem à præceptis & prohibitis per legem positiuam. Et hoc clarè patet ex cap. Sacris, extra de his

his q̃ ui metusve cã fiūt. Vbi participatio in diuinis cū excõicatis pro nullo metu excusari dr̃, quia ut ibi dr, est pctm̃ mortale. Et tñ constat, q̃ talis prohibitio de iure positiuo est, quia de licentia Papæ est licita. Obligat ergo ius positiuum quandoque ad peccatū mortale, & consequenter nullo mortis metu declinãdū est ab obseruatione positiui iuris.

¶ Præt. Ius ciuile pōt obligare sub pœna capitis. ergo ius canonicū pōt obligare sub pœna peccati mortalis. Et patet sequela, q̃a sicut ad ciuile ius se habet mors corporis ita ad ecclesiasticū ius mors alæ. De p̃ceptis aūt, uel prohibitis ab hoīe idem est iudiciū qđ de præceptis, & prohibitis à positiuo iure, qđ ab hoīs authoritate robur habere dignoscitur, q̃a princeps est custos iusti, ut dr̃ in 5. Eth. & ueluti lex animata. Vñ in huiōi distinguendū ut, q̃a quędam imponūtur ab homine directè, ut dum aliquis citat̃, aut mittitur, aut iubetur facere, uel omittere hoc, aut illud: quædam uerò indirectè ex sententia hois consequuntur. v. g. Episcopus excommunicauit tales, uel posuit interdictum &c. Ex hoc enim sequit̃, q̃ quilibet tenetur illos excommunicatos uitare non ex præcepto episcopi, sed ex iuris dispositione. Et in illis, q̃a præceptū iuris est obligans euidēs est iudicium idē esse. In illis uerò ubi solum hominis præceptum est, idem quoque esse iudicium patet uidentibus q̃ lex, & principes eandem habent potestatem, & uterque in foro ciuili pōt p̃cipere sub pœna capitis, & facere præcepta simpliciter: & propterea cum huiusmodi pręcepta ab hoīe fiunt, interpretanda sunt sicut si à lege fuissent facta. Et si extant circunstantiæ, tunc cum quibus lex obligaret, pręceptum, quoque hominis obligat: ita q̃ sicut timor mortis non excusaret à trãsgressione legis, si esset super hoc lata, ita nō excusat à transgressione præcepti lati ab homine. Si uerò circunstantionatus aliter inuenitur, tunc actus, n: lex, si esset lata, non obligaret, nec præceptum hominis tunc ligat.

¶ Et per hoc patet responsio ad secundam obiectionem in oppositum, quia citatus personaliter carens tuto accessu, ideo nō tenetur, quia nec etsi lex hoc præcepisset, teneretur. Qñ aūt accessus non est tutus ex parte iudicis, puta, quia seuit tyrannus, & tunc cõstat, q̃ non declinat iudice, sed seuitatem tyranni, qđ lex cõcedit. Aut nō est tutus pp̃ alios, & tūc excusat à lege, quia nō posset cõparere. Qui. n. nō pōt tutè cõparere, perinde est ac si non posset comparere.

Porrecta p totum.

632

a. 2. q. 43. art. 4. & q. 42.

‡lib. 2. c. 5. tom. 5.

Circa primum quæruntur quatuor,

¶ Primo utrum timor sit peccatum.

¶ Secundò, Vtrum opponatur fortitudini.

¶ Tertio, Vtrum sit peccatum mortale.

¶ Quartò, Vtrum excuset, uel diminuat peccatum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum timor sit peccatum.

AD SECVNDVM sic p̃ceditur. Vr̃ q̃ timor nō sit peccatum. Timor. n. est passio quædam, ut supra* habitum est: sed ex passionibus non laudamur, neque uituperamur, ut patet in ‡2. Eth. Cum ergo omne peccatum sit uituperabile uidetur quòd timor non sit peccatum.

¶ 2 Præt. Nihil[h] quod in lege diuina mandatur, est peccatū, q̃a lex Domini est immaculata, ut dicitur in Psal. 18. sed timor mãdatur in lege Dei, dicitur enim ad Ephes. 6. Serui, obedire dominis carnalibus cum timore, & tremore. ergo timor non est peccatum.

*lib. 2. Ortho. fidei, c. 4. & 30.

†lib. 3. c. 7. in medio. tom. 5.

¶ 3 Pręt. Nihil quod naturaliter inest homini est peccatū. quia peccatum est contra naturam, ut* Damasc. dicit in 2. libro: sed [b] timere est homini naturale, vñ †Phil. dicit in 3. Eth. q̃ erit aliquis insanus, uel sine sensu doloris, si nihil timeat, neque terręmotum, neq; inundationes. ergo timor non est peccatum.

SED CONTRA est, qđ Dominus dicit Matt. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus, & Eze. dicitur. Ne timeas eos, neq; sermones eorum metuas.

RESPON. Dicendū, q̃ aliqđ dicitur esse peccatū in actibus humanis pp̃ inordinationem. Nã bonū actus humani in ordine quodam consistit, ut ex supra* dictis patet. Est aūt hic debit* ordo, ut appetit* regimini rõnis subdatur: Rõ aūt dictat aliqua effugienda, & aliqua esse prosequenda: & inter fugiēda, quædam dictat magis fugiēda, q̃ alia. Et sĩr ēt inter prosequenda, quædã dictat esse magis prosequenda, q̃ alia: & quãtum est bonum prosequendū, tñ est aliquod oppositum malum fugiendum. Inde est q̃ ratio dictat quædam bona magis esse prosequenda, q̃ quędã mala fugienda. [m] Qñ ergo appetitus fugit ea, quæ rõ dictat esse sustinenda, ne desistat ab alijs q̃ magis prosequi debet, timor inordinatus est, & habet rõnē peccati. Qñ aūt appetitus timēdo fugit id, qđ est secūdum rõnem fugiendum, tūc appetitus nō est inordinatus, nec pctm̃ [n].

AD PRIMVM ergo dicēdū, q̃ timor cõiter dictus ſm suam rõnem importat uniuersaliter fugam: unde quantum ad hoc nō importat rõnē boni, vel mali, & sĩr est de qualibet alia passione. Et ideò *Phil. dicit, q̃ passiones non sunt laudabiles, neque uituperabiles, quia. s. non laudantur, neque uituperantur qui irascuntur, uel timent: sed qui circa hoc aut ordinate, aut inordinate se habent.

AD II dicendū, q̃ timor ille, ad quē inducit Apostolus, est conueniens rõi, ut scilicet seruus timeat ne deficiat in obsequiis, quę dño debet īpēdere.

AD III dicendum, q̃ mala, quibus homo resistere nō pōt, & ex quorum sustinentia nihil boni prouenit homini, ratio dictat esse fugienda: & ideò timor talium non est peccatum.

ARTICVLVS II.

Vtrum peccatum timoris opponatur fortitudini.

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr̃ q̃ peccatū timoris nō opponatur fortitudini. Fortitudo. n. est circa pericula mortis, ut supra* habitum est: sed peccatum[b] timoris nō semper ptinet ad pericula mortis. quia super illud Ps. 127. Beati omnes qui timent Dominum. † glos. dicit, q̃ humanus timor est, quo timemus pati pericula mortis, uel p̃dere mūdi bona:

c. 109. art. 2. & q. 114. art. 1.

Concl. m

¶ Ad primã aūt obiectionē dr̃, q̃ litera nō accipit legē diuinam hoc in loco, ut distinguitur ab aliis legib*: qđ ex duobus patet. Primò, ex eo q̃ sequeret̃, q̃ ex timore mortis facere contra ius naturale, esset solū pctm̃ ueniale, qđ ridiculū est imponere tãto doctori. Et patet sequela, q̃a ius naturale distinguit̃ cõtra diuinū p̃priè sumptū, ut patet in p̃cedenti lib. scđo. ex eo q̃ sequeret̃, q̃ ex timore cuiuscūq; tpalis mali trãsgredi ius positiuū solū esset ueniale, qđ est ridiculū. puta, q̃ aliq̃s ex timore ne pdat palliū, celebrando missã sine sacris vestibus, & sine altari, & uasis sacris, solū peccaret uenialiter. Et patet sequela, q̃a in litera dr̃, Propter timorē, quo refugit periculū mortis, uel qđcunq; aliud tpale malū. Constat. n. q̃ perdere palliū, quoddam tpale malū est. Intelligit ergo author per legem diuinam, ipsam diuinam institutionem, ut firmat & ius naturæ, & ius positiuum, & pręcepta hominum, datque omnibus uim obligatiuam in foro conscientię. Hoc. n. omnia iura, & pręcepta habent ex eo, q̃ à Deo immediatè, uel mediatè procedunt. Et pręterea, ex hac litera firmatur doctrina data: quoniam hinc habes, q̃ quicunq; contra p̃cepta hominis, uel positiui, aut cuiuscunque iuris facit, contra legem diuinã facit, ac per hoc timor siue mortis, siue alterius mali, non excusat à toto licet à tanto, ut in 4. Eth. cor. habes.

Li. 2. Eth. ca. 5. 10. 5.

Porrecta p totum.

1. 2. q. 23. artic. 5.

†glo. ordi. psal. 127.

& super illud Mat. 26. Orauit tertio eundē sermonem & c. dicit *glo. ꝙ triplex est malus timor, s. timor mortis, timor doloris, & timor utilitatis. nō ergo peccatum timoris opponitur fortitudini.

Est Aug. li. 1. q. Euang. q. c. 47. t. 4

¶2 Pręt. Pręcipuū qđ cōmendatur in fortitudine, est ꝙ ipsa exponit se periculis mortis: sed quãq; aliqs ex timore seruitutis, vel ignominiæ exponit se morti, sicut Aug. in 1. de ciu. Dei narrat de Catone, q ut nō incurreret Cęsaris seruitutem, morti se tradidit. ergo peccatū timoris non opponit fortitudini, sed magis habet similitudinē cū ipsa.

Lib. 1. c. 23 to. 5

¶3 Pręt. Omnis disperatio procedit ex aliquo[h] timore: sed disperatio non opponitur fortitudine, sed magis spei, ut supra *habitum est, ergo neque peccatum timoris opponitur fortitudini.

*q. 20. ar. 1 & 1. 2. q. 40. ar. 4
†c. 7. to. 5

SED CONTRA est, ꝙ †Phil. in 2. & 3. Eth. timiditatem ponit fortitudini oppositam.

Sup q. 19. a. 3. & 1. 2. q. 43. a. 1

RESP. Dicendū, ꝙ sicut s. *dictū est, oīs timor ex amore procedit: nullus enim timet nisi contrariū eius qđ amat, amor aūt nō determinatur ad aliqđ genus uirtutis, uel uitii: sed amor ordinatus includit in qualibet uirtute, quilibet. n. uirtuosus amat proprium bonum uirtutis: amor aūt inordinatus includitur in quolibet peccato. Ex amore. n. inordinato procedit inordinata cupiditas: ūn similiter[m] inordinatus timor includit in quolibet peccato[n], sicut auarus timet amissionem pecunię, intēperatus amissionē uoluptatis, & sic de aliis: sed timor pcipuus est periculorū mortis, ut probatur in* 3. Eth. & iō talis timoris inordinatio opponit fortitudini, q̄ est circa pericula mortis & pp hoc[o] antonomasice dr, timiditas fortitudini opponi[q].

Concl. m
Lib. 3. c. 6. to. 5
Concl. p

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ authoritates ille loquuntur de timore inordinato communiter sumpto, qui diuersis uirtutibus opponi potest.

AD II dicendum, ꝙ actus humani pręcipuè diiudicantur ex fine, vt ex supra* dictis patet. Ad forte aūt pertinet, ut se exponat periculis mortis pp bonum: sed ille qui se periculis mortis exponit, vt fugiat seruitutem, uel aliquid laboriosum, a timore uincitur, qđ est fortitudini contrarium. Vndè* Phil. dicit in 3. Eth. ꝙ mori fugientem inopiā, uel captionem, uel aliquid triste, non est fortis, sed magis timidi. Mollities est enim fugere laboriosa.

1. 2. q. 1. a. 3. & q. 18. art. 6

AD III dicendū, ꝙ sicut s* dictum est, sicut spes est principium audaciæ, ita timor est principium desperationis. Vñ sicut ad fortem, qui utitur audacia, moderatè præexigitur spes, ita econuerso desperatio ex aliquo timore procedit. Nō aūt oportet, ꝙ quęlibet desperatio procedat ex timore quolibet, sed ex eo qui est generis sui. Desperatio autē quę opponitur spei, ad aliud genus refertur, scilicet ad res diuinas: timor autē qui opponitur fortitudini, ptinet ad picula mortis. Vñ rō ñ sequtur.

2. 2. q. 45. art. 2

ARTICVLVS III.

Vtrum timor sit peccatum mortale.

Porrec. per ter. 634

AD TERTIVM sic procedit. Vr ꝙ timor nō sit peccatum mortale. Timor. n. ut s* dictū est, est in irascibili, quæ est pars sensualitatis: sed in sensualitate est tm̄ peccatum ueniale, ut supra† habitum est[h]. ergo timor non est peccatum mortale.

1. 2. q. 23. art. 1.
†1. 2. q. 74 art. 4.

¶2 Pręt. oē peccatum mortale[i] totaliter cor auertit à Deo: hoc aūt nō facit timor, quia super illud Iud. 7. Qui formidolosus est & c. dicit* gl. ꝙ[k] timidus est qui primo aspectu cōgressum trepidat, nō tamen corde terretur, sed reparari & animari potest. ergo timor non est peccatum mortale.

Gl. ord. ibi ex Isid.

¶3 Pręt. Peccatum mortale non solum retrahit à pfectione, sed ēt à pręcepto, sed[l] timor nō retrahit à pcepto. sed solū à perfectione, quia super illud Deut. 20. Quis est hō formidolosus, & corde pauido & c dicit* gl. Docet non posse quenquam pfectionē contemplationis, vel malitiæ spiritualis accipere, qui adhuc nudari terrenis operibus pertimescit. ergo timor non est peccatum mortale.

Gl. ord. ibi ex Isid.

SED CONTRA est, ꝙ pro solo peccato mortali debet pęna inferni, quę tñ debetur timidis, śm illud Apo. 21. Timidis, & incredulis, & execratis & c. pars erit in stagno ignis & sulphuris: qđ est mors secunda. ergo timiditas est peccatū mortale.

RESP. Dicēdum, ꝙ sicut supra* dictū est timor peccatum est śm ꝙ est inordinatus, prout scilicet refugit, qđ nō est śm rōnem refugiendū. Hæc aūt inordinatio timoris quandoque quidem cōsistit in solo appetitu sensitiuo non superueniente consensu rōnalis appetitus &[m] sic non pōt esse peccatū mortale, sed solum ueniale[n]. Quandoque verò hmōi inordinatio timoris pertingit usque ad appetitū rōnalem, qui dr uoluntas, quę ex libero arbitrio refugit aliquid non śm rōnem: &[p] talis inordinatio timoris qñque est peccatum mortale, quandoq; ueniale[q]. Si enim aliquis pp timorem, quo refugit periculum mortis, uel quodcunque aliud temporale malum si dispositus est, ut faciat aliquid prohibitum, uel prætermittat aliquid qđ est pręceptum in lege diuina, talis timor est peccatum mortale: alioquin erit peccatum ueniale.

Art. 1. huius q.
Concl. m
Concl. p

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ ratio illa procedit de timore secundum ꝙ cōsistit infra sensualitatē.

AD II dicendū, ꝙ ēt gl. illa potest intelligi de timore in sensualitate existente: uel potest melius dici, ꝙ ille toto corde terretur, cuius animum timor vincit irreparabiliter. Pōt aūt contingere, ꝙ ēt si timor sit peccatum mortale, non tamen aliquis ita obstinatè terretur, quin persuasionibus reuocari possit: sicut quandoque aliquis mortaliter peccans, concupiscentię consentiendo, reuocatur, ne opere impleat quod proposuit facere.

AD III dicendum, ꝙ glo. illa loquitur de timore reuocāte hominem à bono, ꝙ non est de necessitate pręcepti, sed de perfectione consilij. Talis aūt timor non est peccatum mortale, sed quandoque ueniale, quandoque ēt non est peccatum. puta, cum aliquis habet rationabilem causam timoris.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum timor excuset à peccato.

Porrec. per terum. 635

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd[a] timor non excuset à peccato. Timor enim est peccatum, ut* dictum est: sed[b] peccatum nō excusat a peccato, sed magis aggrauat ipsum. ergo timor non excusat à peccato.

Art. 1. huius q.

¶2 Pręt. Si aliquis timor excusat à peccato, maximè excusaret timor mortis, qui dr cadere in constātem virum: sed hic timor non[b] vr excusare, quia cum mors ex necessitate immineat oībus, non vr esse timenda. ergo timor non excusat à peccato.

¶3 Pręt. Oīs timor aut est mali tpalis, aut spūalis: sed timor mali spūalis nō pōt excusare pctm, quia non inducit ad peccandū, sed magis retrahit à peccato[h]. Timor ēt mali tpalis non excusat à peccato, quia sicut* Philos. dicit in 3. Ethi. inopiam non oportet timere, neque ægritudinem, neque quæcū que non à propria malitia procedunt. ergo videtur ꝙ timor nullo modo excuset à peccato.

Li. 3. ca. 6. ante med. tom. 5.

SED CONTRA est, quod dr in* Decreta. 1. q. 1. Vim passus, & inuitus ab hæreticis ordinatus, colorem habet excusationis.

1. q. 1. cap. Constat.

RESP. Dcdm, ꝙ sicut supra* dictum est, timor intantum habet rōem peccati, inquantum est contra ordinem rationis. Ratio aūt iudicat quædam mala esse magis aliis fugienda: & ideò [m] quicumque, vt fugiat mala, quæ śm rōem sunt magis fugienda, non refugit mala, quæ sunt minus fugienda[r], non incurrit peccatum:[s] sicut magis est fugienda mors corporalis, q̄ amissio rerum tpalium. Vñ si quis pp timorem mortis, latronibus aliquid promitteret, aut daret, excusat à peccato quod incurreret, si sine causa legitima prætermissis bonis, qui bus esset magis dādum, peccatoribus largiretur.[p] Si aūt aliquis per timorem fugiens mala quæ śm rōem sunt minus fugienda, incurrat mala quæ śm rōnem sunt magis fugienda, non posset totaliter à peccato excusari, quia timor talis inordinatus esset. Sunt aūt magis timenda mala aīæ, q̄ mala corporis: corporis aūt magis, q̄ mala exteriorum rerum. Et iō si quis incurrat mala aīæ, idest, peccata, fugiens mala corporis, puta, flagella, vel mortem, aut mala exteriorum rerum, puta, damnum pecuniæ, aut si sustineat mala corporis, vt vitet damnum pecuniæ, non excusatur totaliter à peccato.[p] Diminuitur tñ śm aliquid eius peccatū,[q] quia minus voluntarium est, quod ex timore agitur. Imponitur. n. homini quædam necessitas aliquid faciendi pp timorem imminentem. Vnde* Philosophus huiusmodi, quæ ex timore fiunt, dicit esse non simpliciter voluntaria, sed mista ex voluntario, & inuoluntario.

Art. 1. huius quæst.
Concl. m
Concl. p
Conclus. 2. post.
Li. 3. Ethi. ca. 1. to. 5.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ timor non excusat ex ea parte qua est peccatum, sed ex ea parte qua est inuoluntarium.

AD II dcdm, ꝙ licet mors omnibus immineat ex necessitate, tñ ipsa diminutio tēporalis vitæ est quoddam malum, & per consequens timendū.

AD III dcdm ꝙ śm Stoicos, qui ponebant bona temporalia non esse hominis bona, sequitur ex consequenti, ꝙ mala temporalia non sint hominis mala, & per consequens nullo modo timenda: sed secundum* Aug. in lib. de liber. arbit. huiusmodi temporalia sunt minima bona, quod etiam Peripatetici senserunt. & ideo contraria eorum sunt quidem timenda, non tamen multum, vt pro eis recedatur ab eo, quod est bonum secundum virtutem.

Li. 2. c. 18. & 19. to. 1.

QVÆSTIO CXXVI.

De vitio intimiditatis, in duos articulos diuisa

DEINDE considerādū est, de vitio intimiditatis. Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primò, Vtrum intimidum esse sit peccatum.

¶ Secundò, Vtrum opponatur fortitudini.

ARTICVLVS I.

Vtrum intimiditas sit peccatum.

AD PRIMVM sic procedit. Vr ꝙ intimiditas non sit pctm.[h] Quod. n. ponitur in cōmendationem viri iusti, nō est peccatum: sed in commēdationem viri iusti dr Prou. 28. Iustus quasi leo cōfidens absque terrore erit. ergo esse impauidum non est peccatum.

¶2 Præt. Maximum terribilium est mors, śm* Phil. in 3. Eth. sed nec mortem oportet[h] timere, śm illud Matt. 10. Nolite timere eos qui occidūt corpus & c. nec etiā aliquid quod ab hōie posset inferri, śm illud Isa. 51. Quis tu, vt timeas ab homine mortali? ergo impauidum esse non est peccatum.

Li. 3. c. 6. a medio, tom. 5.

¶3 Præt. Timor ex amore nascitur, vt supra* habitū est: sed nihil[i] mundanū amare ptinet ad pfectionē virtutis, q a ut† Aug. dicit 14. de ciui. Dei, amor Dei vsque ad contemptum sui facit ciues ciuitatis cælestis. ergo nihil humanum formidare, videtur non esse peccatum.

Ar. præce. art. 2.
†lib. 14. ca. 28. i princ. tom. 5.

SED CŌTRA est, quod de iudice iniquo dicitur Luc. 18. ꝙ nec Deum timebat, nec hominem reuerebatur.

RESP. Dicendum, ꝙ quia timor ex amore nascitur, idem iudicium videtur esse de amore, & timore. Agitur autem nunc de timore, quo mala temporalia timentur[r], qui prouenit ex temporalium bonorum amore. Inditum autem est vnicuique naturaliter, vt propriam vitam amet, & ea quæ ad ipsam ordinantur cum debito modo, vt scilicet amentur huiusmodi non quasi finis constituatur in eis, sed secundum quòd eis vtendum est propter vltimum finem. Vnde quòd aliquis deficiat à debito modo amoris ipsorum, est contra naturalem inclinationē, & per consequēs est peccatum. Numquàm tamen à tali amore aliquis totaliter decidit, quia id quod est naturale, totaliter perdi non potest: propter quod Apostolus dicit ad Ephe. 5. Nemo vnquam carnem suam odio habuit. Vnde ēt illi qui seipsos interimunt. ex amore carnis suæ hoc faciunt, quam volunt a præ-

Inclinatio naturalis ad temporalia qualis.

SVP. QV. CXXVI.

IN tot. q. 126. nihil aliud occurrit scribendū, nisi attentos reddere lectores, ꝙ author in ar. 2. in cōsione ad tertium, in calce nō dicit, ꝙ fortitudo sm diuersa media hēat diuersa extrema, ut Martinus imponit sibi ex hac ratione, bis, sm q. 1. & q. 22. Sed dicit, ꝙ non est incōueniens, ꝙ fortitudo sm diuersa, habeat diuersa extrema. Aliud est. n. dicere, sm diuersa: & aliud, sm diuersa media fortitudo nāque unum tm̄ medium habet formaliter, s. ad maxima, & optima pericula inclinare sm ꝙ oportet, qñ ubi, sicut & c. Sed qa hoc medium in pluribus passionibus ponit tamq̄ i materiis: iō nō inconuenit sm diuersas passiones habere diuersa extrema, & hic est sensus litteræ. Vñ inferius in q. 131. artic. 2. ad primum, author ponens plura extrema p excessum, respectu magnanimitatis, clarius hanc sniam replicat dicens, Non est incōueniens sm diuersa, esse plures excessus unius medii. hæc ille: sed de his latior erit in quæstio. 128. sermo, vbi Martino respondebitur.

Porrec. per terum. 636

Universidad de Deusto Biblioteca

præsentibus angustiis liberare. Vñ cõtingere põt, q̃ aliqs minus, q̃ debeat timeat mortẽ, & alia tpalia mala, pp hoc, q̃ minus debito amet ea: sed q̃ nihil horũ timeat, nõ põt ex totali defectu amoris cõtingere, sed ex eo, q̃ æstimat mala opposita bonis q̃ amat, sibi subuenire nõ posse. Qđ qñq; cõtingit ex supbia animi de se præsumentis & alios cõtẽnentis, sñm q̃ dr̃ Iob 41. Factus est, ut nullũ timeret, oẽ sublime videt. Qñq; ãt cõtingit ex defectu
Lib. 3. c. 7. tom. 5. Concl. m rõis, sicut* Philoso. dicit in 3. Eth. q̃ stulti pp stultitiã nihil timẽt. Vñ patet q̃m eẽ ĩpauidũ ẽ uitiosũ siuè causeť ex defectu amoris, siue causeť ex elatione animi, siue causetur ex stoliditate, quæ tamẽ excusat à peccato si sit inuincibilis.

AD PRIMVM ergo dcẽm, q̃ iustus cõmẽdať à timore ñ retrahẽte eũ à bono, ñ q̃ sit absq; oĩ timore. Dicitur enim Eccl. 1. Qui sine timore est, non poterit iustificari.

AD II dcẽm, q̃ mors, ut q̃cqđ aliud ab hoĩe mortali põt iferri, ñ est ea rõe timendũ, ut à iustitia recedať. Est tñ timendum, inquantũ p hoc hõ põt impediri ab operibus virtuosis uel quantũ ad se, uel quantum ad profectum, quem in aliis facit. Vnde diciť Prouer. 14. Sapiẽs timet, & declinat a malo.

Ad III dcẽm, q̃ bona tpalia dẽnt cõtẽni inquantũ nos impediunt ab amore, & timore Dei: & sñm hoc ẽt non debent ameri. unde dr̃ Eccl. 34. Qui timet Deum, nihil trepidabit. Non aũt debent contemni bona tpalia, inquãtũ instrumentaliter nos iuuant ad ea quæ sunt diuini timoris, & amoris.

ARTICVLVS II.

Vtrum esse impauidum opponatur fortitudini.

Por. per re. 637 AD SECVNDVM sic procediť. Vr̃ q̃ eẽ ĩpauidũ nõ opponatur fortitudini. De habitibus
2. di. 26. q. 2. art. 1. ad 4. Et di. 34 q. 1. arti. 2. cor. fin. Et di. 44. q. 2. art. 1. ad 4. .n. iudicamus p actus: sed nullus actus fortitudinis impediť p hoc, q̃ aliquis est impauidus, remoto .n. timore aliqs & fortiter sustinet, & audacter aggrediť. ergo eẽ ĩpauidũ ñ opponiť fortitudini.

¶2 Præt. Esse impauidum est vitiosum uel pp defectum debiti amoriss, vel propter superbiam, vel pp stultitiam: sed defectus debiti amoris opponitur charitati, superbia autem humilitati, stultitia autem prudentiæ, siue sapientiæ. ergo vitium impauiditatis non opponitur fortitudini.

¶3 Præt. Virtuti opponunť vitia sicut extrema medio: sed vnũ mediũ ex vna parte non hãt nisi vnũ extremũ. Cum ergo fortitudini ex vna parte opponať timor, ex alia verò parte opponatur ei audacia, vr̃ quod impauiditas ei non opponatur.

Lib. 3. c. 7. tom. 5. SED CONTRA est, quòd* Philoso. in 3. Eth. ponit impauiditatem fortitudini oppositam.

q. 123. art. 3. RESPON. Dicendum, q̃ sicut supra* dictũ est, fortitudo est circa timores, & audacias. Ois autẽ virtus moralis ponit modum rõis in materia circa quam est. Vñ ad fortitudinem pertinet timor moderatus sñm rõem, ut. s. homo timeat q̃ oportet, & qñ oportet, & similiter de aliis. Hic ãt modus rõis corrũpi põt, sicut per excessum, ita & per
Concl. m defectum. Vnde sicut timiditas opponiť fortitudini per excessum timoris, inquantũ. s. hõ timet, q̃ non debet, vel sñm quòd non debet, vel secũdum quòd non oportet: ita etiam impauiditas opponiť ei per defectum timoris, inquantum scilicet aliquis timet, quod oportet timere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd actus fortitudinis est timorem sustinere, & aggredi non qualitercunque, sed secundum rationem, quod non facit impauidus.

AD II dicendum, q̃ impauiditas ex sua specie corrumpit medium fortitudinis, & iõ directè opponitur fortitudini: sed secundum suas causas nihil prohibet, quin opponatur aliis virtutibus.

AD III dicendum, quòd vitium audaciæ opponiť fortitudini, sñm excessum audaciæ: impauiditas autem secundum defectum timoris: fortitudo autem in vtraque passione medium ponit. Vnde non est inconueniens, quòd secundum diuersa habeat diuersa extrema.

QVÆSTIO CXXVII.

De audacia, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de audacia.
Et circa hoc quæruntur duo.
¶Primò, Vtrum audacia sit peccatum.
¶Secundò. Vtrum opponatur fortitudini.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum audacia sit peccatum.

AD PRIMVM sic procediť. Vr̃ quòd audacia non sit pctm. Dr̃. n. Iob. 39. de equo per quẽ designať bonus pdicator, sñm* Gregor. in Moral. q̃ audacter in occursum pergit armatis: sed nullum vitiũ cedit in cõmendationẽ alicuius. ergo esse audacem non est peccatũ.

¶2 Præt. Sicut* Philos. dicit in 6. Ethi. oportet consiliari quidẽ tarde, operari autem velociter consiliata: sed ad hanc velocitatem operãdi iuuat audacia. ergo audacia non est peccatũ, sed magis aliquid laudabile.

¶Præt. Audacia est quædã passio, q̃ cãtur a spe, ut supra* habitum est, cũ de passionibus ageret: sed spes nõ poniť peccatũ, sed magis virtus. ergo nec audacia debet poni peccatum.

SED CONTRA est qđ dicitur Eccl. 8. Cum audaci nõ eas in uia, ne fortè grauet mala sua in te: nullius aũt societatis est declinanda, nisi pp peccatum. ergo audacia est peccatum.

RESPON. Dicendum q̃ audacia, sicut supra* dictum est,

SVP. QV. CXXVII.

IN tota quæstione 127. duo tantum dubia occurrunt circa responsionem ad tertium secundi articuli. Primum est. An secundum rem inueniatur vitium defectus passionis audaciæ, oppositum fortitudini propter defectum audaciæ, & similiter oppositum vitio audaciæ. Secundum est. An author in litera reddat rationem, quòd tale vitium non inuenitur simpliciter, aut quare non inueniať positum ab aliis.

¶Ad horum euidentiam sciendum est, q̃ nõ vertitur in dubium, An inueniatur peccatum in audendo minus quã oportet in materia fortitudinis: quoniã hoc clarum est dari. Ita q̃ cõstat quadruplex peccatum committi contra fortitudinis actum, s. nimis timere, & nimis audere, parum seu nihil timere, & parum seu nihil audere: sed in dubium vertitur, An peccatum quod committitur deficiendo in audacia, sit solum: peccatũ ex consequẽtia, seu concomitãtia ad excessum timoris. Ita quòd solũm peccans directè & principaliter in nimis timendo, peccet ex consequenti in nihil, aut parum audendo. & propterea tali pctõ non audendi non assignetur proprium vitium: quoniã hic, quę ex aliorum solum concomitantia sunt, nec propria art. nec propria idea. nec pprĩũ genetans, & consequẽter nec pprĩũ vitiũ assignať, ut patet de subiecto & ppria passione. Põt ãt dubitatio ista dupliciter solui. Primò, tenẽdo partẽ affirmatiuã. s. q̃ defectus audaciæ solũ cõtingit ex nimio timore, ut author in hac litera sentire vr̃, dũ dicit, q̃ motus audaciæ consistens inuadẽdo contrariũ, q̃a sequiť inclinationem naturalẽ, qua vnumquodque potẽs inuadit suũ cõtrariũ, nisi p timorẽ impediať, officiũ naturalis inclinationis exequiť & ppea infert non inueniri vitiũ oppositũ audaciæ p defectũ. Sed qũi defectus audaciæ nõ solũ ex nimio timore, sed ex parua, uel nulla spe superandi contraria mala q̃q; sit: nã sicut spes est cã audaciæ, ita defectus spei est cã defectus audaciæ: iõ aliter dubitatio hęc soluiť tenẽdo partẽ negatiuam, & dicendo, sicut dať quadruplex pctm̃ contra actũ fortitudinis, ita & quadruplex vitiũ contra virtutem fortitudinis, quorum tria sũt nominata ab Ari. & in litera: Quartũ sũt, đ quo est qõ ab aliquibus nominať vecordia, & merito, pro quãto uel in compositione sumiť pro sine, quia qui ñ audet, quasi sine corde est, & vecors dici põt. Nec oportet aliã rõem huius vitii reddere, q̃ q̃ actus eius. s. ñ audere, qñ, aut quantũ oportet, est actus sñm se ex ppria specie contrarius fortitudini directè, & non solum ex concomitantia alterius vitii exurgens, vt pbatum est. Et cõfirmať, quia si hõ nõ timeret, & tñ diffideret de victoria, deficeret in audendo, & hoc pctm̃ incurreret. Videmus quoq; in aliis, hõies quosdã, qui nõ timore principaliter acti, sed quadã animi paruitate, nõ audent attentare aliquid: q̃ oĩa ostendunt defectũ audaciæ aliunde q̃ ex timore principaliter quãq; cãri. Author ãt rõem reddit in litera, quare nõ inueniť hoc uitiũ positũ ab authoribus, q̃a ut in pluribus pctm̃ tale cõmittiť ex consequenti ad pctm̃ timoris. Posset quoque dici, q̃ author reddit rõem, quare non inueniť tale vitiũ, referendo ad merita propria obiecti proprii ipsius audaciæ & timoris, & referẽdo hominẽ ad illud obiectum: nãq; vtriusq; obiectũ pprĩũ ẽ malũ arduũ. Ex ppriis ãt meritis malũ non fugat aut minuit inuasionẽ contra se, nisi ingerẽdo timorẽ. Nec homo inuadens desistit ab inuadẽdo malũ contrariũ, sola mali contrarii rõne habita, nisi q̃a malũ ingerit hoi timorẽ: cũ quo tñ stat, q̃ referendo hominem ad obiectũ audaciæ compositũ ex malo & bono, sicut audacia ex hac parte cãť ex spe, ita defectus audaciæ à defectu spei. Siue ergo intelligas literã hanc, quare ñ inuenitur tale vitium positum, siue quare ñ inueniť referẽdo solum ad pprium obiectum ex reuerẽtia aliorum, quã author inatã habuit, dictum puto.

D. 258. Por. per 638. Lib. 31. ca. 18. circa fi. Lib. 6. ca. 9. tom. 5. 1. 2. q. 40 ar. 2. q. 124. art. 3. & 1. 2. q. 23. ar. 1. & 3. & q. 45. q. 53. ar. 3. Li. 2. ca. 7. a medio, & li. 4. c. 4. 6. & 7. to. 5. Portec. per tot. 636.

est quædã passio. Passio aũt qũque quidẽ est moderata sñm rõnẽ, quæque autẽ caret moderatione uel per excessum, vel per defectum: & sñm hoc est passio vitiosa. Sumuntur aũt qñq; nomina passionum à superabundanti, sicut ira dr̃ nõ quæcũq;, sed superabundans, prout. s. est vitiosa: & hoc ẽt modo. audacia per superabundantiam dicta, ponitur esse peccatum.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q̃ audacia ibi sumiť, sñm qđ est moderata rõne: sic enim pertinet ad virtutem fortitudinis.

AD II dicendũ, q̃ operatio festina commendabilis est post consilium, quod est actus rõis: sed si quis ante cõsilium vellet festinè agere, non esset hoc laudabile, sed vitiosum. Esset. n. q̃dã præcipitatio actionis, qđ est vitiũ prudẽtiæ oppositũ vt supra* dictũ est: & ideò audacia q̃ operať ad velocitatem operandi, in tãtũ laudabilis est, inquantum a ratione ordinatur.

AD III dicenddũ, q̃ q̃dam vitia innominata sunt, & similiter q̃dã virtutes, ut patet per* Philoso. in 4. Eth. & ideò oportuit quibusdã passionibus uti nomine virtutũ, & uitiorum. Præcipuè autẽ illis passionib⁹ vtimur ad vitia designãda, quorum obiectũ est malum, sicut patet de odio, timore, ira, & audacia. Spes autem & amor habent bonum pro obiecto: & ideò magis eis vtimur ad designanda nomina virtutum.

ARTICVLVS II.

Vtrũ audacia opponatur fortitudini.

AD SECVNDVM sic pceditur. Vr̃ q̃ audacia nõ opponatur fortitudini. Superfluitas. n. audaciæ vr̃ ex animi præsumptione procedere: sed præsũptio pertinet ad superbiã, q̃ opponitur humilitati. ergo audacia magis opponitur humilitati, quãm fortitudini.

¶2 Præt. Audacia nõ vr̃ eẽ vituperabilis, nisi inquantũ ex ea puenit uel nocumẽtũ aliqđ ipsi audaci, q̃ se piculis inordinatè ingerit, vel ẽt aliis, quos per audaciã aggrediť, uel in piculũ pcipitat: sed hoc vr̃ ad iniustitiã ptinere. ergo audacia sñm q̃ est pctm̃, nõ opponiť fortitudini, sed iustitiæ.

¶3 Præt. Fortitudo ẽ circa timores & audacias, vt* dictũ est, sed q̃a timiditas opponiť fortitudini sñm excessũ timoris, hẽt aliud vitiũ oppositũ timiditati sñm defectũ timoris. Si ergo audacia opponať fortitudini pp excessũ audaciæ, pari rõe opponeť ei aliqđ vitiũ pp audaciæ defectum: sed hoc nõ inueniť. ergo nec audacia debet poni vitiũ oppositum fortitudini. q. 123.

SED CONTRA est q̃* Philo. in 3. & 4. Ethic. ponit audaciã fortitudini oppositam. Li. 3. ca. 7. tom. 5.

RESPON. Dicendũ, q̃ sicut supra* dictũ est, ad virtutẽ moralẽ ptinet modũ rõis seruare in materia circa quã est: & iõ oẽ vitiũ, q̃ iportat imoderantiã circa materiã alicuius virtutis moralis, opponiť illi uirtuti morali, sicut imoderatũ moderato. Audacia ãt, sñm q̃ sonat i vitiũ, iportat excessũ passionis, q̃ audacia dr̃: undè manifestũ ẽ, q̃ opponiť virtuti fortitudinis, q̃ est circa timores & audacias, ut supra* dictum est. q. præced. art. 2. Concl. m D. 255.

AD PRIMVM ergo dcẽm, q̃ oppositio vitii ad virtutẽ non attendiť principaľr sñm cãm uitii, sed sñm ipsam vitii spẽm: & iõ ñ oportet q̃ audacia opponať eidẽ virtuti, cui opponitur præsumptio, q̃ est causa ipsius. q. 123. art. 1.

AD II dicendũ, q̃ sicut directa oppositio vitii non attẽdiť circa eius cãm, ita etiam non attendiť sñm eius effectum. Nocumentum autẽ quod puenit ex audacia. est effectus ipsius: unde nec etiã secundum hoc attenditur audaciæ oppositio.

AD III dicendũ, q̃ motus audaciæ consistit in inuadendo id quod est hoi contrarium, ad qđ natura inclinat, nisi inquantum talis inclinatio impeditur per timorem patiendi nocumentum ab eo: & ideò vitium quod excedit in audacia, non habet contrarium defectum, nisi timiditatem tantum: sed audacia non semper concomitatur tantum defectum timiditatis, quia sicut* Philoso. dicit in 3. Ethico; audaces sunt præuolantes, & uolẽtes antè picula, sed in ipsis discedũt, s. p timore. Li. 3. ca. 7. non mul. tum a fin. tom. 5.

QÆSTIO CXXVIII.

De partibus fortitudinis.

DEINDE cõsiderãdũ ẽ. de partibus fortitudinis.
¶Et primò, cõsiderandum est, quæ sint fortitudinis partes.

SVP. QVÆST. CXXVIII.

ARTICVL. I.

IN q. 128. arti. vnico dubia multa ex Martino occurrunt. Primũ est circa illud, Fortitudo ut ẽ spãlis virtus,

¶Secūdò, De singulis partibus est agendum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum partes fortitudinis conuenienter enumerentur.

AD PRIMVM sic ꝓcedit. Videtur ꝙ inconuenienter partes fortitudinis enumerent̄. *Tullius.n.in sua Rhetor. ponit fortitudinis quatuor partes, s. magnificentiā, fiduciam, patientiā, & perseuerantiā. & vr̄ ꝙ inconuenienter. Magnificentia.n.vr̄ ad liberalitatem ptinere, quia vtraque est circa pecunias, & necesse est magnificum liberalem esse, ut † Philos. dicit in 4. Eth. sed liberalitas ē pars iustitiæ, ut supra † habitū est. ergo magnificentia non debet poni pars fortitudinis.

¶2 Præt. Fiducia nihil aliud videt̄ esse, q̄ spes: sed spes non vr̄ ad fortitudinē ptinere, sed potius p se ē uirtus. ergo fiducia nō det̄ poni pars fortitudinis.

¶3. Præt. Fortitudo facit hominē bñ se habere circa picula: sed magnificentia, & fiducia ñ important in sui rōe aliquā habitudinē ad picula, ergo, ñ ponunt̄ puenienter partes fortitudinis.

¶4 Præt. Patiētia fm * Tullium iportat difficiliū perpessionē, quod ēt ipse attribuit fortitudini. ergo patientia est idem fortitudini, & nō est pars eius.

¶5 Præt. illud qđ requirit̄ i qualibet virtute, nō dēt poni pars alicuius specialis virtutis: sed perseuerantia reqritur in qualibet virtute. dr̄.n. Matt.24. Qui pseuerauerit vsq; in finē, hic saluus erit, ergo pseuerātia nō debet poni pars fortitudinis.

¶6 Præt.* Macrobius ponit septem partes fortitudinis, s. magnanimitatē, fiduciā, securitatē, magnificentiā, cōstantiā, tolerantiam, firmitatem. Andronicus ēt ponit septem uirtutes annexas fortitudini, quæ sunt eupsychia, lenia, magnanimitas, uirilitas, perseuerantia, magnificentia, *andragathia. ergo vr̄ ꝙ insufficienter Tullius partes fortitudinis enumeret.

¶7 Præt.† Arist. in 3. Eth. ponit quinq; partes fortitudinis quarum prima est politica, quę fortiter operatur ꝓp timorem vel exhonorationis, uel penæ. Secunda est militaris, q̄ fortiter operatur ꝓp artē, uel experientiā rei bellicæ. Tertia est fortitudo, q̄ fortiter operat̄ ex passione, pręcipuè irę. Quarta est fortitudo, q̄ fortiter operat̄ ꝓp consuetudinē uictorię. Quinta est fortitudo, quæ fortiter operatur ꝓp inexperiētiā periculorum: has aūt fortitudines nulla prędictarum enumerationū cōtinet, ergo prædictę enumerationes partium fortitudinis uidentur esse inconuenientes.

RESP. Dicēdum, ꝙ sicut s. *dictum est, alicuius uirtutis pōt esse triplices partes, s. subiectiuę, integrales potentiales. Fortitudini aūt fm ꝙ est specialis uirtus nō pōt assignari partes subiectiuę, eo ꝙ non diuiditur in multas uirtutes specie differentes, quia est circa materiā ualde specialē. Assignant̄ aūt ei partes quasi integrales, & potentiales. Integrales quidem fm ea quæ oportet cōcurrere ad actum fortitudinis: potentiales aūt fm ꝙ ea quę fortitudo obseruat circa difficillima, scilicet, circa pericula mortis, aliquæ aliæ uirtutes obseruant circa quasdā alias materias minus difficiles, quæ qdē virtutes adiunguntur fortitudini sicut secundarię principali. Est aūt sicut supra* dictū est, duplex fortitudinis actus. s. aggredi, & sustinere. Ad actū aūt aggrediendi duo requiruntur, quorū primū pertinet ad animi præparationem, ut. s. aliqs promptum aīum habeat ad aggrediendum: & quantum ad hoc, ponit* Tullius fiduciam. Vndè dicit, quòd fiducia est,

virtus, non hēt partes subiectiuas. Contra hoc siquidē arguit Martinus & in q.1. & in q.11. directè contra hanc literam. Primò, quia fortitudinis sicut cuiuslibet alterius virtutis sūt tres gradus specie differentes. s. continentia, temperantia, heroica ergo. Secundò, qa aliqui habitus fortitudinis habēt circūstantias pro obiectis: sed illis variatis, quacumque circumstātia semper variatur habitus ergo. Tertio, Duo sūt actus principales fortitudinis, s. aggredi & expectare, qui sunt specie distincti, ergo duo sunt, vel esse pñt habitus fortitudinis specie distincti. secunda pars antecedentis ꝓbat̄. Primo. Multi laudabiliter se hēnt in vno & nō in alio, ergo. Secundo, Prudētiæ directiuæ talium actuū sunt distinctæ specie. ergo habitus morales virtuosi inclinantes ad illos sūt distincti specie. Antecedens probat̄, qa sūt aliæ, & aliæ disciplinę militares de aggrediendo, & de expectando. Tertio, Cū obliquatione in aggrediendo stat rectitudo in expectando. ergo rectitudo vtriusque non est eadem specie. Quarto, Rectitudini in aggrediendo nō contrariatur obliquitas in expectando, sed in aggrediendo ergo non sunt eiusdem speciei. Et tenet sequela, quia in indiuiduis eiusdem speciei, quicquid contrariatur vni, contrariatur & reliquo. Quintò, Vbicunq; est alia & alia medietas, ibi sunt habitus morales distincti specie sed hic sunt duæ medietates. ergo. Probatur minor, quia alia est medietas in expectando, & alia in aggrediendo. Et confirmatur, qa sunt quatuor extrema & duo media. s. intimiditas & timor extrema medietatis in expectando, & audacia & cerecordia extrema medietatis in aggrediendo. Et hæc potest esse quarta rō ad principale, Quia virtus habens duas medietates specie distinctas cum suis extremis non est vna specie specialissima: sed fortitudo est hmōi. ergo. Et confirmatur, quia timor & audacia non sunt contraria, qa pñt esse in eodē simul. Quintò, principaliter arguitur, qa hoc vr̄ sensisse S. Th. in q. 126. ar. 2. ad 3. dicens, ꝙ nō est inconueniens, ꝙ fm diuersa media habeat diuersa extrema. Est, inqt, mihi omnino non intelligibile, ꝙ eadē fortitudo fm speciem habeat diuersa media fm speciem. ¶Secundū dubium est, circa rōem in litera subiunctam, s. Quia fortitudo est circa materiā valde specialem. Arguit contra hoc Martinus q. 12. Circa eandem materiam quantūcunq; specialem possunt esse actus moraliter boni specie distincti. ergo & habitus virtuosi specie distincti. Antecedens probatur ex dictis S. Th. quia fiducia, magnificentia, patientia, & perseuerantia, circa materiā fortitudinis habent actus bonos specie distinctos, alias tres eorū superfluerent. ergo. Secundo, Circa materiā fortitudinis reperiunt̄ ista quatuor, & sunt habitus boni, & specie distincti. & cōtinent̄ sub fortitudine sicut inferiora sub superiore. ergo. Primæ duæ partes antecedentis patent, tertia probatur, qa aliter non essent partes integrales heterogeneæ ipsius fortitudinis, qđ est cōtra S. Th. hic. Quarta pars probat̄, quia continētur sub hoc cōi, qđ est virtus, & non immediatè, ergo mediante aliquo genere virtutis: sed non nisi fortitudine, ergo continentur sub fortitudine tamq̄ inferiora sub superiori. & confirmatur ex dictis S. Tho. hoc dicentis de istis quatuor, si coarctent̄ ad propriā materiam fortitudinis. s. pericula mortis, sunt quasi partes integrales, si autē referantur ad alias materias, sunt virtutes adiunctæ fortitudini, distinctæ ab ea fm speciem, ex quibus, inquit, verbis arguo sic Istæ quatuor uirtutes arctatæ ad materiam fortitudinis, nō sunt virtutes adiunctæ fortitudini, nec sunt virtutes alno separatæ à fortitudine. quia tunc nullo mō partes integrales eius dici deberent. ergo sunt virtutes sub fortitudine cōtentæ. Tertio, Quæcūq; sunt distincta inter se specie, & nō sunt distincta specie à fortitudine, sunt diuersę species sub fortitudine: sed istæ quatuor ad materiā fortitudinis arctatæ sunt hmōi. ergo. Minor pro secūda parte est S. Th. ꝓ prima ꝓbata est. Quarto, Ista quatuor nec sunt eadē specie cū fortitudine, nec diuersa spē à fortitudine: & ipsa sūt spēs. ergo fortitudo non est spēs specialissima. ergo fortitudo ē genus ipsarū. Antecedēs ꝓ prima parte ꝓbat̄, quia nō sūt eadē specie specialissima inter se. ergo nec cū fortitudine. Secūda pars ꝓbat̄, qa distincta specie à fortitudine cōtinent̄ sub iustitia, tēperātia &c, sed ista arctata ad materiā fortitudinis nō cōtinent̄ sub aliis. ergo nō sunt distincta à fortitudine. Prima consequentia ꝓbat̄, qa quorumcunq; multorū, quorū qdlibet est species, illa sunt eadem specie, aut distincta specie. Scda verò cōsequentia ꝓbat̄, qa ista continentur sub vno genere, puta, virtus, & nō æq immediatè: qa fortitudo nec genere, nec specie ab eis distiguitur. ergo uel fortitudo continet̄ immediatius, q̄ ista quatuor & hr̄ intentū, qa immediatius supremo est superius ad media tē contenta: vel ē cōtra, quod constat esse falsum, quia sic fortitudo esset pars istorum.

¶Tertiū dubiū est circa eādem rōem literæ. Nā dupliciter deficit. Primò, qa ex valde spāli materia infert fortitudinem indiuisibilem formaliter, quasi vnitas, & distinctio specifica ex materia sumat̄, qđ rōi non consonat. Scdo, qa aut est sermo đ specialissima materia in esse naturæ, aut in esse morali: nō in esse naturæ, qa picula maxima sūt diuersarū specierū, ut cōburi, submergi, percuti, iugulari: nec in esse morali, tū, quia hoc erat ꝓbandū: tū quia picula maxima optima diuersarū sunt specierū moraliū, si pp iustitiam, vel pp pietatem, uel religionē, vel propter castitatem, & cætera, imminent.

¶Quartum dubium est in eodem ibidem circa literā, inquantum posuit partes integrales fortitudinis distinctas à partibus potentialibus eiusdem. Contra hanc siquidem literā directè & nominatim arguit. Primo, Omnis pars ordinata ad aliquem actū alicuius uirtutis non habens in se totā ptātem illius virtutis, est pars potentialis eius: sed omnis pars integralis fortitudinis est huiusmodi respectu fortitudinis. ergo omnis pars integralis fortitudinis est pars potentialis. Maior est nota, & minor ꝓbatur, quia fm Sanctum Thomam ad perfectum actum fortitudinis, & aliarum virtutum necesse est multa concurrere, immò etiam concurrunt multi habitus, quorum quilibet dicitur pars integralis. Aut ergo primò primus illorum habituum cōtinet totam potestatem fortitudinis, & tunc reliqui superfluūt: aut non, & tunc habetur intentum.

¶Ad hanc rōem, inquit Martinus, potest respondere Beatus Thomas negando maiorem, quia ad partem potentialem requirit̄, ꝙ ordinet̄ ad aliquos secundarios actus, uel materias, ut ipse superius in qōne quadragesimaoctaua articulo primo dixit, & consequenter diceret, ꝙ fiducia, magnificentia, patiētia, & perseuerantia ordinant̄ ad principales fortitudinis actus & non ad secundarios. Contra. Primò, quia fm eum ibidem, nutritiuum & sensitiuum sunt partes potentiales animæ, & tamen constat quòd non ordinantur ad secundarios, sed principales actus animæ. Secundò, quia secundum eum ibidem, sinesis, & eubulia, & gnome sunt partes potentiales prudentię, & tamen ordinantur ad principales actus prudentiæ. Probatur, quia licet aliquis actio, puta, præcipere sit principalior, tamen alii sunt etiam principales. Sicut intelligere est principalior actus animæ, & tamen sentire, & vegetare sunt & iam principales, & intellectiuum est etiam pars potentialis animæ. Tertio. Partes potentiales prudentiæ sunt circa actus magis principales, quàm partes prudentiæ integrales apud ipsum ibidem. ergo nihil restat, per quod partes potentiales distinguantur ab integralibus. Cōsequētia patet & assumptū probatur, quia eubulia, sinesis, & gnome sunt circa principaliores actus prudentiæ, q̄ memoria, intellectus, eustochia, docilitas, & ratio, qa hęc ordinantur ad prudentiam quatenus cognoscitiua est illa verò habent perficere cognitiones ipsas. s. consilium, & iudicium.

¶Si dicatur, inquit Martinus, ꝙ eubulia, sinesis, & gnome sūt partes potētiales respectu prudentiæ propriissimè acceptę, hoc est, fm ꝙ est præceptiua, & ideò actus earum sunt secundarii ad actū prudentiæ. Cōtra dupliciter. Primò, quia fm hoc, partes integrales adhuc essent circa actus magis secundarios, & remotiores ab actu præcipiendi, ac per hoc stat argumētū. Secūdò, quia fm hoc nutritiuum, & sensitiuū dicerent̄ partes potētiales actus intelligēdi, quia est principalior, & illi sunt ordinati ad ipsum.

¶In eodem articulo dubiū quintū occurrit circa calcē corporis articuli, An fm autoritatē ponendæ sint duæ patiētię, & duæ pseuerantiæ. ita ꝙ una sit arctata ad materiā fortitudinis, & altera ad quascunq; materias difficiles: an una & eadē ut respicit materiā fortitudinis, sit pars integralis eius, & ut respicit quascunq; materias difficiles, sit pars eius potētialis. Et est rō dubii, quia in litera iste ut partes potentiales, ponūtur uirtutes specie distinctę à fortitudine, ac ꝓ hoc ut integrales, contra istas distinctæ, nō uirtutes specie distinctæ à fortitudine, & cōsequēter ponēdæ sunt duæ patiētiæ. In oppositū aūt est, qa patientia, uel pseuerātia, ut respicit quascūque res difficiles, respicit ēt materiā fortitudinis ut aliqd cōtentū sub reb⁹ difficilibus. ergo ipsa sufficit ad adiuuādū fortitudinē, nec ponenda est superflue alia patientia, uel perseuerantia.

¶Ad primum dubium de partibus subiectiuis fortitudinis, dicitur cum authore, ꝙ fortitudo est species specialissima non habens aliquam sub se speciem.

¶Et ad primum argumentum In oppositum, negatur ꝙ illi sint gradus fortitudinis, & ꝙ sint specie distincti quoniam fortitudo, si qua est secūdum gradum continentiæ, non est uirtus, sed imperfectum quid in genere uirtutis: secundum autem gradus temperantiæ, & heroicum non distinguntur specie. & sic ambæ propositiones assumptæ sunt falsæ.

¶Ad secundum negatur maior. Nullus enim habitus fortitudinis, habet pro obiecto circunstantiam obiecti fortitudinis: immò hoc uidetur implicare.

¶Ad tertium dr̄, ꝙ aggredi, & sustinere non sunt specie distincti in genere moris, quamuis distinguātur specie in genere naturę. Ex eodem siquidem more procedit circa maxima & optima pericula aggredi, uel sustinere, quando, ubi sicut &c. oportet & propterea si antecedens intelligatur in genere moris, negatur. Et ad primam probationem eius negatur sequela, similiter ad tertiam & quartam: quoniā ex specifica distinctione in esse naturæ talium actuum, & ex imperfectione habitus, q non est fortitudo, sed imperfectum quid in genere uirtutis, aliquando ꝓuenit, ꝙ aliqui laudabiliter se habēt in uno, & nō alio: & similiter ꝙ sit rectitudo in uno, & non in alio, & ꝙ nō contrariatur semp rectitudo unius, obliquitati alterius: sed si esset sermo de rectitudine, quæ in vera uirtute consistit, falsa sunt omnia assumpta, quia non laudabiliter laude uirtutis fortitudinis pōt se habere quis in uno, & non in alio, inconueniū est ex parte uirtutis. Et similiter cū rectitudine unius nō stat obliquitas alterius, quātū est ex parte uirtutis: & similiter quicquid ex parte uirtutis repugnat rectitudini unius, repugnat rectitudini alterius. Quia non distinguit inter rectitudinē uirtutis & rectitudinē actus, ideò fallitur. Operatur namq; fortia, quidā sine uirtute fortitudinis, & iusta sine uirtute iustitię &c. ut patet in 2. Eth. sed nō operantur ut fortes, neq; ut iusti.

¶Ad secundā aūt ꝓbationē dr̄, ꝙ falsum est esse multas fm speciem prudentias directiuas aggressionis, & expectationis, quamuis sint multæ partes unius fm speciem prudentiæ: qm prudentia non est nisi unius speciei in quacunq; materia cuiuscunq; uirtutis monasticæ, ac ꝓ hoc, si disciplinæ militares sunt prudētiæ, non distinguunt̄ specie respectu diuersorum actuum fortitudinis.

¶Ad tertiā probationē negatur, ꝙ sit alia medietas formalis in utroq; actu. Vna nāque & eadem fm speciē ē medietas formalis utriusq;, quamuis materialiter, hoc est, fm ipsos actus diuersos distinguant̄ numero: & licet sint quatuor extrema, non tñ sunt duo media, sed unum tñ. Nec est uerum, ꝙ author hoc dicat, sed iste bonus homo subintellexit ly media, cum author dixerit, Non inconueniens secundum diuersa habere plura extrema ex una parte. Et per hoc patet solutio quarti & quinti principalis. Confirmatio uerò illa. Timor, & audacia possunt simul esse in eodem: ergo, non sunt contraria, nihil ualet, quia sunt simul respectu diuersorum: sicut etiam aliquis est simul prodigus, & auarus respectu diuersorum, scilicet rapiendo hinc, & effundendo illinc.

¶Ad fm dubium de ratione allata in litera, s. Quia fortitudo est circa materiam valde specialem, dicitur unica distinctione præmissa, ꝙ aliud est loqui de distinctione specifica simpliciter, & aliud est loqui de distinctione specifica secundum quid, v.g. In naturalibus dicimus, ꝙ mas & fœmina in qualibet specie sunt eiusdem speciei: & rursus dicimus, ꝙ mas & fœmina cuiuscunque speciei distinguuntur specie, ut sunt in genere sexus. Primum enim est verum simpliciter: secundum, fm quid, hoc est, cum ista additione, vt sunt sub genere sexus. Similiter dicimus, quòd caro, ossa, nerui &c. hominis, distinguuntur specie à carne, ossibus, neruis &c. leonis, loquendo de distinctione specifica simpliciter: sicut anima hominis distinguitur specie ab anima leonis, iuxta illud Auerrois primo de Anima cōmenta. 65. Membra hominis non distinguuntur à membris leonis, nisi quia hominis anima distinguitur ab anima leonis. Et rursus dicimus, ꝙ caro, & ossa inter se distinguuntur specie ut partes integrales, quia sunt partes heterogeneæ, & hoc est verum, loquendo de distinctione specifica secundum quid, hoc est, ut partes sunt. Vnde caro, ossa, & nerui hominis, non sunt multæ species simpliciter, quod patet de duobus, tum ex eo, ꝙ sunt unius speciei simpliciter, scilicet humanæ: tum ex eo, quòd si ossa constituerent unam per se speciem simpliciter, sequeretur quòd ossa hominis, & ossa leonis, & caro hominis & caro leonis, esset simpliciter unius speciei: sed sicut hęc

Porrec. per ror.

640

In q.129. art.5. & q.134. art.4. & q.136. ar.4. & q.161. art.4. ad 3. Et 3. di.33. q.3. ar.3. q.1.2 & 4.

*lib.2. de inuentione in fol.3. ante finem lib.

†lib.4. c.2. tom.5.

†q.117. ar.5.

Li.3. de inuentione fol.3. ante finē libri.

Lib.1. in somn. Scip. in fo.2. an med. lib.

*al. andragathenia.

Lib.3. c.8. to.5

q.48.

Concl. m

Concl. p

q.123. art. 3. & 6

Loco citato id arg. 1

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

per quã magnis, & honestis rebus multum ipse animus in se fiduciæ cum spe collocauit. Secũdũ aũt ptinet ad operis executioné, ne. s. aliquis deficiat i executione illorum: quæ fiducialiter inchoauit: & quãtũ ad hoc ponit* Tullius magnificẽtiã. Vñ dicit, q magnificentia est rerum magnarum, & excelsarum cum animi ampla quadã, & splendida propositione cogitatio, atq; administratio, id est, executio, ut. s. amplo pposito administratio nõ desit. Hęc ergo duo si coarcentur ad ppriã materiã fortitudinis, s. ad pericula mortis, erũt quasi partes integrales ipsius, sine quibus fortitudo esse nõ põt. Si ãt referantur ad aliquas alias materias, in quibus est minus difficultatis, erunt uirtutes distinctę à fortitudine sm spẽm suã: tñ adiungentur ei, sicut secundariũ principali. Sicut magnificentia à *Phil. in 4. Ethi. ponit circa magnos sumptus: magnanimitas aũt, quę vr idem esse fiducię, circa magnos honores. Ad aliũ aũt actũ fortitudinis, qui est sustinere, duo requiruntur, quorũ primũ est, ne difficultate imminentiũ malorũ animus frãgat p tristitiã, & decidat à sua magnitudine: & quãtũ ad hoc ponit patientiã. Vñ dicit q patientia est honestatis, aut utilitatis causa, rerũ arduarũ, aut difficiliũ uoluntaria ac diuturna ppessio. Aliud aũt ẽ, ut ex diuturna difficiliũ passione hõ non fatigetur usque ad hoc, q desistat, sm illud Heb. 11. Non fatigemini, animis uestris deficiẽtes: & quantũ ad hoc ponit pseuerãtiã. Vñ dicit, q perseuerantia est in ratione bñ considerata, stabilis & perpetua pmãsio. Hęc ẽt duo si coarcent ad propriã materiam fortitudinis, erunt partes quasi integrales ipsius: si ãt ad quascũque materias difficiles referant, erũt uirtutes à fortitudine distinctę, & tñ ei adiũgent sicut secũdariæ principali.

AD PRIMUM ergo dicendũ, q magnificentia circa materiã liberalitatis, addit quandã magnitudiné, quę pertinet ad rõnem ardui, qd est obiectũ irascibilis, quam principaliter pficit fortitudo, & ex hac parte pertinet ad fortitudinem.

AD II dcdm, q spes quaquis de Deo cõfidit, ponitur uirtus theologica, ut supra* habitum est: sed p fiduciã, quę nũc ponitur fortitudinis pars, homo habet spẽ in seipso, tñ sub Deo.

AD III dicendũ, q quascũq; res magnas aggredi, vr periculosum esse, q a i his deficere est ualde nociuũ. Vnde etiã si magnificentia, & fiducia circa q-cumq; magna operãda, uel aggrediẽda ponant, habent quãdã affinitaté cum fortitudine ratione periculi imminentis.

in qualibet animali a specie secundum multarum specierum, ut partes & minus species simpliciter, & pp hoc distinguunt specie simpliciter a similibus in leone. Ex naturalibus igit ad moralia procedendo, dicimus q sicut circa materiam fortitudinis sunt illę quatuor partiales uirtutes, non tñ sequitur ergo circa illam sunt multæ uirtutes specie distinctæ. Et cũ arguit, Pht esse circa cã plures actus moraliter bonos specie distinctos, dr, q loquẽdo de distinctione specifica simpliciter, falsum assumitur loquendo aũt de distinctione specifica sm qd, uerũ dr. Et hoc probat per authoritatem S. Thom. ponẽtis illas quatuor partes fortitudinis unius speciei simpliciter, & diuersarum, ut partes eius; ac per hoc nulla superfluit.

¶ Ad sm dr, q tertia pars antecedentis. s. Et sunt specie distincti, iam distincta est, quo vera, & quo falsa est, ac p hoc quarta pars eiusdẽ e simpliciter falsa. s. q contineat sub fortitudine, vt inferiora sub superiore essentiali, sicut nec cor, & hepar hominis sub homine.

¶ Ad probationẽ cũ dr, Continentur sub hoc cõi, qd est virt*, negatur. Vt. n. patet ex verbis authoris ab arguẽte allatis nihil horum quatuor est propriè uirtus. Ad cõfirmationem ex uerbis authoris dr, q illa quatuor contracta ad materiam fortitudinis, non sunt uirtutes propriè loquendo, nec sunt uirtutes adiunctæ, nec separatæ, nec contentæ sub ea sed sunt conditiones uirtutis uelut partes ipsius.

¶ Ad tertiũ dicitur, q distincta inter se, & specie, dupliciter sunt simpliciter, & ut partes. Ista quatuor sunt scdo mõ tñ distincta inter se specie, & sunt indistincta specie simpliciter à fortitudine: & propterea non sequitur conclusio, quę accipit distingui specie uno modo, scilicet simpliciter.

¶ Et per hoc patet responsio ad quartum, distinguendo de distinctione, & identitate specifica absolutè, & ut partes sunt.

¶ Ad tertium dubium dr, q procuidubio sermo est de materia specialissima in esse morali. Ex materię enim circa quam est uirtus unitate i esse morali, [illegible] q vnitas rationis formalis materiæ circa quam, dat unitatem uirtuti. Et quoniam esse morale attenditur penes esse secundum rõne, ideò ex hoc q pericula maxima, & optima, ut subsunt rectæ rationi, vnam indiuisibilem formaliter habent rationem, quare hõ uiriliter se habet ad ea sustinendo, timendo, ac [illegible] specialissima species ponitur fortitudo. Et cum cõtra hoc obiicitur, q hoc erat probandum, respõdetur q quia hoc est confessum communiter, & à principe peripateticorum ex 3. Eth. acceptum, author ut confessum communiter assumpsit, absq; probatione alia. Et quidẽ q pericula maxima nõ habeant moralem diuisibilitatem secundum speciem inquantũ maxima, ex eo patet, q unius mortis est, quomodolibet sin est: naturæ hmõi pericula patientur, sustinere. Non. n. refert formaliter ad rectã rõnem, si ferro, si ligno, si igne, aut aqua imminẽt maxima pericula, ad quæ oporteat uiriliter se habere: sed materialiter hæc se hñt. Et similiter ad malẽ dr iam* spectat, q maxima pericula sunt optima ex ordine ad hãc uel illã uirtuté, puta, castitaté, vel iustitiã. Consistit. n. formale huius materię in hoc, q pericula sũt maxima, & optima. Vnde cũq; aũt sunt optima materialiter, cõcluditur sub illa vnica rõne formali, q sunt pericula maxima, & optima, & vocantur optima respectu bonorũ delectabiliũ, q utiliũ. Optimũ. n. genus boni est bonũ honestũ, magnã tñ habẽs infra suũ genus latitudiné. Vñ patet solutio secũdę obiectionis. Istæ nãq; differẽtiæ uirtutũ, ex qbus pericula maxima sũt optima, licet sint morales, & formales, in se, nõ sunt tñ formales, sed materiales respectu huius. s. materiæ circa quã fortitudinis. Quẽadmodũ masculinũ, & fœminũ sunt in se differẽtiæ materiales, & formales, respectu tñ speciei humanę sũt differentię materiales.

¶ Ad quartũ dubiũ ex Martino cõtra distinctioné partiũ integraliũ à partib* potẽtialibus fortitudinis, dr, q maior ẽ falsa: & hñ ibidẽ videt ad illã maioré. Partes siquidẽ potẽtiales ordinant ad perficiendũ actũ secundariũ, uel in materia secundaria: ita q fortit propriã pfectionem in illo actu, uel materia. Et si per intellectũ abstraheremus ordiné ad actũ, seu materiã principalem, ut pates de eubulia respectu consilii, & potentia uegetatiua respectu aię intellectiuę. Pars uerò integralis actũ suũ ponit circa actũ, seu materiã principalẽ: ita q sine actu, seu materia principali, nihil quodãmodo est, ut patet de memoria respectu cõsilii, seu iudicii &c. & cautela ac circumspectione respectu pręcepti. Et ad primum in oppositum dr, q nutritiuum, sensitiuum, & intellectiuum tripliciter sumuntur. Primo, vt sunt aię: secundo, vt sunt gradus uiuentium: tertio, vt sunt potentię. Primo mõ sunt partes subiectiuę aię: secundo, sunt partes subiectiuę gradus uiuentium: tertio, sunt partes subiectiuæ potentiarum aiæ, vt alibi diffuse habes.

¶ In proposito ergo nutritiuum, & sensitiuum, ut continentur in intellectiua anima, quemadmodum trigonũ in tetragono, vt dicitur in 2. de anima, dicuntur partes potentiales animę intellectiuę: & sic constat, q ordinantur ad actus secundarios animę intellectiuę, quoniam ad actus sermientes animę intellectiuæ vt sic. Quãuis sensitiuum, vt est anima, seu gradus, secũdũ ordinetur ad principalem actum.

¶ Ad secundum dr, quòd falsum est, q eubulia, synesis, & gnome ordinentur ad actus principales prudentiæ: ordinantur. n. ad actus ministrantes prudentiæ. Constat autem actus ministeriales esse non principales, sed secundarios. Et ad probatio-

nem

Loco citato in arg.

Lib. 4. c. 2. & 3. to. 5.

q. 17. art. 5 & 1. 2. q. 62 art. 3

AD IIII dcdm q patientia non solũ patitur pericula mortis, circa q est fortitudo, absq; superabundanti tristitia, sed ẽt quæcũq; alia difficilia, siue periculosa: & smhoc ponit virt* adiuncta fortitudini. Inquantum aũt est circa pericula mortis, est pars integralis ipsius.

AD V dicendum, q perseuerantia, sm q dicit continuitatem boni operis vsq; in finem, circũstãtia oĩs virtutis esse põt. Ponitur autem pars fortitudinis, secundum q dictum est.*

AD VI dcdm, q Macrobius ponit quatuor prędicta à Tullio* posita, s. fiduciã, magnificẽtiam, tolerantiã, quã ponit loco patientiæ: & firmitaté, quã ponit loco perseuerantiæ. Superaddit aũt tria, quorũ duo. s. magnanimitas, & securitas, à Tullio sub fiducia comprehendunt: sed Macrobius* magis p specialia distinguit. Nã fiducia importat spem hois ad magna. Spes aũt cuiuslibet rei psupponit appetitũ in magna protensum p desiderium, quod pertinet ad magnanimitaté. Dictũ est. n. s.* q spes psupponit amoré, & desiderium rei speratæ. Vel põt melius dici, q fiducia ptinet ad spei certitudiné: magnanimitas aũt ad magnitudiné rei speratę. Spes aũt firma esse nõ põt, nisi amoueat contrariũ. Qñq;. n. aliquis, quantũ ex seipso est, sperat aliquid: sed spes tollit pp impedimentum timoris. Timor. n. quodammodo spei contrariat, vt supra habitum est: * & iõ Macrobius addit securitaté, quę excludit timorem. Tertium aũt addit, s. constantiam,* quæ sub magnificentia comprehendi põt. Oportet. n. in his, q magnifice aliquis facit, constanté aium habere: & iõ * Tullius ad magnificentiã ptinere dicit non solũ administrationé rerũ magnarũ, sed ẽt animi amplã excogitationem ipsarum. Põt ẽt constantia ad perseuerantiam pertinere, vt perseuerans dicat aliquis ex eo, q nõ desistit pp diuturnitaté: constans aũt ex eo, q non desistit pp quæcumque alia repugnantia. Illa ẽt, q Andronicus ponit, ad eadem pertinere vñr. Ponit. n. perseuerantiã, & magnificentiã cum * Tullio, & Macrobio: magnanimitaté aũt cum Macrobio. Lenia aũt est idem, q patiẽtia, uel tolerantia: dicit. n. q lenia est habitus promptus tribuens ad conari qualia oportet, & sustinere, quæ rõ dicit. Eupsychia aũt, idest, bona animositas, idẽ ur esse quod securitas, dicit. n. q est robur aiæ ad perficiendũ opera ipsius. Virilitas auté ur idem esse, quod fiducia. Dicit. n. q uirilitas est habitus per se sufficiens, tributus in his, quæ sm uirtutem sunt. Magnificentiæ auté addit andragathian, quasi uirilem bonitaté, q apud nos strenuitas põt dici. Ad magnificentiã aũt pertinet, non solum, q hõ consistat in executione magnorum operũ, quod pertinet ad constantiam, sed etiam cum quadam uirili prudentia, & solicitudine ea exequatur, quod pertinet ad andragathiam, siue strenuitatem, unde dicit, quòd andragathia est uiri uirtus adinuentiua cõicabilium operum. Et sic patet, quòd omnes huiusmodi partes

nẽ. s. Intelligere est actus principalior, tñ sẽtire est actus ẽ principalis ipsi aiæ, iam dictũ est, q sentire, & intelligere, respectu aiarum, intellectiuæ scorsim, & sensitiuæ scorsim, sunt principales actus aię: sed respectu aiæ intellectiuæ continentis id, qd est sensitiuum, sentire est secundarius actus, quia adminiculũ intellectus est. Intelligere aũt, & velle, & vniuersaliter actus intellectiuæ partis, solum sunt principales act*.

¶ Ad tertiũ negãtẽ vniuersaliter. Ad cuius euidentiã oportet aduertere, q illas octo partes integrales prudentiæ superius assignatas, nõ deputauit author prudentiæ vt distinguit contra adiunctas sibi virtutes, s. gnomen, synesim, & eubuliã; sed quasdam, s. tres earũ tñ posuit integrare prudentiã propriè dictã distinctã ab aliis, vt principalis virtus distinguitur à sibi adiunctis. Et ppea de illis tribus, puta, circumspectione, cautela &c. loquendo, dr, q sunt circa actũ prudentiæ principalẽ. s. præcipere, circa quẽ nulla est pars potentialis. Et ppea istæ partes integrales sũt multò propinquiores prudẽtiæ propriè dictæ, q partes potentiales, quia sunt circa potentialem actum. Potentiales aũt sunt circa actus secundarios, s. consiliari, & iudicare. Remanet ergo distinctiuum ab authore assignatum inter partes integrales, & potentiales virtutis, quia. s. illę circa principalẽ actũ: istæ circa secundarium actum, vel secundariam materiam versantur. De aliis verò quinque partibus integralibus prudentiæ loquẽdo dicimus cũ authore ibidem, q sunt circa cosdẽ actus circa quos sunt virtutes, quas integrant: ita q vt concurrunt ad rectum cõsilium, sunt partes integrales eubuliæ: & prout concurrunt ad iudicium sunt partes integrales gnome, vel syneis. Ex quo patet, q referendo singula singulis sp inueniuntur distinctæ partes integrales, & potentiales prudentiæ cum suis distinctiuis. Est ergo antecedens vniuersaliter falsum, s. q partes potentiales prudentiæ sint circa actus magis principales, q partes integrales: q̃s loquendo de prudẽtia pro priè dicta, & suis integralibus partibus, ipsa cum dictis partibus est circa præcipere: potentiales verò sunt circa consiliari, & iudicare. De reliquis verè partibus conceditur, q ipsæ partes potentiales sint principalius circa suos actus, q partes integrales sint, quæ communi vocabulo appellatæ sunt partes integrales prudentiæ. Ad primum autem argumentum contra positionẽ ibi recitatam, quæ bona est, s. q eubulia, synesis, & gnome sunt partes potentiales respectu prudentiæ propriè dictæ vt est præceptiua, dr falsum esse, q partes integrales propriè prudentiæ sic sumptæ, restent remotiores ab actu principali prudentiæ. Vt. n. iã dictum est, circumspectio, cautio, & prouidentia, circa ipsum actũ pcepti sunt, circa quẽ nõ sunt potentiales.

¶ Ad sm verò negat sequela, vt iacet: sed deberet inferri sic, Ergo nutritiuũ, & sensitiuũ essent partes potentiales respectu aiæ intellectiuæ: & hoc iã ex dictis patet esse verum. Neque. n. dicimus, q intellectiuum est pars potentialis præcepti, sed prudentiæ, quæ est præceptiua. Et propterea non respectu actus intelligẽdi, sed aiæ intellectiuæ, sensitiuum ponitur pars potentialis.

¶ Ad quintũ dubiũ, de duplici potentia &c. rñdetur, q sine dubio apud authoré ponendæ sunt duę patientiæ, duæ perseuerantiæ, duæ magnanimitates, duæ magnificentię, quę inter se specie distinguuntur, non sicut species perfectæ, sed vna cuiusq; combinationis est verè virtus. Altera modus, seu conditio virtutis, & non propriè virtus, vt author expressè dicit in seq. q. ar. 6. ad tertium, de fiducia, quã magnanimitatem vocauit: & idẽ est de aliis iudicium. Distinguuntur aũt inter se ista quatuor vt virtutes sunt & vt partes virtutis, vt dictũ est, quantum ad materiam: quia vt partes virtutis habent pro materia solam materiam fortitudinis: vt uirtutes verò, habent suas proprias materias disparatas à materia fortitudinis: ita q virtus patientiæ est non circa oẽs tristitias: quia non circa tristitias, quæ sunt in periculis maximis, & optimis, quę sunt fortitudinis materia, sed circa alias tristitias, vt author in responsione ad quartum dicit: & simile est de perseuerantia &c. Inter se verò istæ quatuor partes integrales fortitudinis sic distinguũtur, quòd duæ earum sunt respectu boni, & duæ respectu mali. Fiducia siquidem, & magnificentia, vt partes sunt fortitudinis, sunt respectu boni sed illa respectu boni vt pmii, seu finis sperati: ista respectu boni ut operis quod fit. Oportet enim virum fortem in aggrediendo habere spem firmam, quam fiducia facit habere de bono sperato: sic enim magnanimi consistit aggressum. Spes. n. est causa audaciæ aggredientis. Et oportet rursus, quam prius concepit spem de fortiter operando, indefessi animo seruare, id fortiter agit, quod magnificentia facit: ita q vtraq; circa spem ponenda videtur respectu boni diuersimodè, vt dictum est. Et

consonat

In cor. art.

Loco citato in arg. 1

Loco citato in arg. 6

1. 2. q. 40. art. 7.

2. 2. q. 40. art. 4. ad 1.

D. 387.

Li. 2. de inuẽtione in fol. 3. ante fin.

Locis citatis in arg. 4. & 6.

εὐψυχία

ἀνδραγαθία

Universidad de Deusto
Biblioteca

conionat litera ponenti ambas circa aggressum alteram respectu præparationis, alterã respectu executionis. Patientia verò, & perseuerantia respectu mali, quod tristitia importat, sunt: illa quidem, ne animus frangatur tristitiis, quæ sunt in periculis mortis &c. ista verò, ne ipsum diu sustinere talia tristã, quæ sunt in periculis mortis &c. animum fatigãt. Et propterea hæ partes in concupiscibili potendæ sunt, in qua est tristitia. Vnde fortitudo, licèt sit in irascibili, in qua sunt timor, & audacia, exigit tñ modificatam spem & tristitiam ad actum suum perfectionem: & ppea vocantur moditicantia hęc partes integrales. Et per hoc patet, q̃ non superfluũ, sed necessario multiplicantur hmõi moraleſ dispositiones, & habitus, vt scilicet in qualibet materia propria virtus cũ conditionibus requisitis inueniatur, quasi totum cum suis partibus heterogeneis, & euitetur confusio indistinctas relinquens naturas totorũ, & partiũ. Ac per hoc patẽ ratione est totum, fiat pars, aut econtra.

¶. 123. a. 1 ad 2.

SVP. QV. CXXIX. ARTIC. I.

IN art. 1. q. 129. dubium occurrit, An magnanimitas sit circa magna operari, tanquam proprium actum, & obiectum an sit circa magna operari, vt circumstantiam rectè sperandi honores magnos. Et est ratio dubii, quia de magnanimitate diuersa dicuntur. Dr namque hic, & in 4. Ethicorum, q̃ est virtus circa honores magnos, vt propriã materiã, & in litera hac exprimitur, q̃ propriũ actus eius est vse ctè vti magnis honoribus. Dr rursus in 4. Ethicorum, q̃ magnanimi est, quod in vnaquaq; virtute magnum. Vbi author exponendo dicit, quòd per hoc magnimodo est specialis virtus distincta ab alia, quia tendit ad rationem magni in cuiusliber virtutis opere. verbi gratia. Fortitudo intendit fortiter agere: magnanimitas intendit magna operari in fortiter agẽdo, & sic de alijs. In eodem quoque quarto dicitur, quòd magnanimus moderatè delectatur de honore, nec ipsum multum æstimat, & quòd mediocrita in appetitu honoris consistit, si appetitur, vnde oportet, & vt oportet. Ex quo apparet, quòd quia magna operari est, vnde oportet appetere honorem, ideo magnanimitas attendit ad magna operari, vt circumstantiam, vnde magnos honores appetat, vnde oportet, & vtitur vt oportet. Ex altera autem parte apparet, q̃ magnanimitas principaliter intendit ad operandum magna, & ex consequenti ad rectè appetendum magnos honores, quibus magna opera sunt digna.

¶ Ad huius difficultatis euidentiam oportet cautè in consideratione procedere, ne dum ab excellentia Aristotelis, & diui Thomæ deficimus, declinemus in proprias phantasias, nonaque eudamus, quia vetera non intelligamus. Sciendum est ergo, quòd sicut fortitudo aliter se habet ad materiam quam modificat, puta, timorem mortis, & aliter ad proprium actum, quia proprius actus est fortitudinis proprius finis: materia autem moderata, vt propter finem: moderatè siquidem timet, & audet fortis, vt fortiter aggrediatur, & sustineat, & non econtrario: ita proportionaliter contingit in magnanimitate. Actus siquidem proprius eius est operari magna, sicut fortis proprius agere. Sed quoniam hic actus ex spe magnorum, puta, honoris, & gloriæ, impeditur, & promouetur, & ideo oportet moderari spem honoris: multi enim propter spem honoris excessiuam à magna operando desistunt, vt ambitiosi, & mania gloriæ cupidi, qui aliunde, quàm vnde oportet hoc sperantes, & habentes, quandoque de operibus vere magnis non curãt. Alii propter incuriã honoris similiter nõ operantur magna, adeò vt magnanimitas moderatur appetitum honoris magni, vt magna in qualiber virtute operetur. Vnde magnus honor non est obiectum, sed materia magnanimitatis: obiectum autem est magnum in cuiusuis virtutis opere, ex vtroque tamen magnanimitas dicitur. Ex obiecto quidem, quia formale obiectum eius, est magnum in cuiusque virtutis opere: ex materia verò, quia magnus honor inter omnia exteriora bona, bonum maximum est. Et sicut obiectum eius distinguitur à materia eius, ita actus eiusdem circa obiectum ab eiusdem circa materiam. Nam obiectum suum attingit in hoc ipso, quòd operatur magna: materiam autem attingit in hoc, quòd assumit spem moderatam magni honoris fiuiri: & similiter moderatam delectatio eiu magni honoris præsentis, vt patet in 4. Ethicorum. Est autem vtriusque actus necessitas, quia nisi magnanimus tenderet directè in magna, quæ sunt non in genere mminnorum bonorum, qualia tunc exteriora bona, sed verè magna bona, quæ sunt solæ animi bona, non esset verè magnanimus, vtpotè non tendens in verè & simpliciter magna

Porret. p. 641 Sup. q. 7. 2. cor. & infra præsenti q. art. 4. & 8. cor. & q. 131. ar. 2. cor. Et d. 26. q. 2. ar. 2. ad 4. Et di. 33. q. 3. art. 3. q. 1. cor. & ad 2. Et d. 34. q. 1. ar. 2. cor.

*Li. 3. tex. 42. to. 2.

Li. 4. ca. 4. ante medium to. 5

magna bona: & nisi appetitũ, delectationemq; magni honoris gloriæq; humanæ moderaretur, non esset circa honores vt propriam materiã. Ex quibus patet, quid ad qõnem dicendum sit, f. q̃ simpliciter, & absolute loquẽdo, operari magna spectat ad magnanimũ vt principalis eius actus. Secũdum quid aũt, hoc est, loquendo de magnanimitate in ordine ad actũ eius circa materiã ipius, operari magna est circũstãtia, aut quasi circũstãtia, vñ sũt cur. Finis namq; proprius alicuius non est proprie inter circunstantias. Proprius autem finis, quare aliquis est magno prosequẽdus honore, est, q̃ magnũ virtutis opus fecit, fait, custodit &c. Testimoniũ.n. virtutis ad virtutẽ, & virtuosum ordinat vt finẽ. Vñ rectus loquendo, dicendũ esset, q̃ nec ẽt respectu secũdarii actus est circũstãtia, sed est proprius finis: & q̃ Arist. posuit ly vñ, inter requisita ad rectũ appetitũ honoris, nõ inter circunstantias, nisi largo vocabulo circunstantias appellãdo oia requisita ad rectitudinẽ actus. Ex his quoq; patet solutio alterius qõnis, f. An magnitudo, q̃ est obiectũ magnanimitatis, sit illius formale obiectũ, vt relata ad magnum honorem: an absolutè, inquantum f. est excellentia in opere virtutis. Patet, inquam, solutio: q̃a hinc patet, q̃ magnanimitas non habet honorẽ pro obiecto. Et si tenderet in magna formaliter, in quantum sunt digna magno honore, iam haberet honorẽ magnum pro obiecto, q̃a sub eius ratione tenderet in quæcunque. Sed qm̃ habet magnum in cuiusuis virtutis opere pro formali obiecto, & sic magnum est suapte natura dignum magno honore: ideo magnanimitas est circa magna vtroque modo, sed principaliter prout sunt absolutè magna. Et hinc proueniet, q̃ habeat pro materia, appetitus, & delectationes magnorum honorum. Quocirca eius dicitur, quòd magnanimus est magnis dignus, intelligitur & de magnis operibus, de magnis honoribus. Expresè siquidem in 4. Ethicorum dicitur, quòd pusillanimus priuat se magnis virtutum operibus, & admirationibus, quibus dignus est. Solus namque magnanimus est, cui magna operari proportionatum est, nec præsumptionis argui potest, quòd magnis virtutis operibus se dignificat, hoc est, tamquãm dignum talia se exhibet, & quòd magnis se honoribus dignum æstimet, speret, velit, ac faciat. Nec obstant dictæ decisioni verba authoris in art. 4. huius q. vbi dicit, quòd magnanimus intendit magna operari in qualibet virtute, inquãtum tendit ad ea, quæ sunt digna magno honore. Et rursus, quia honor est cuiusq; virtutis præmium, id eo ex consequenti rõne suæ materiæ respicit oẽs virtutes, hæc illæ. Sunt.n. hæc intelligenda ex ea parte, qua magnanimitas distinguitur ab alijs virtutib. f. ex parte spãs materiæ cum quo efficiat, q̃ ve distinguit ab eis ex parte formalis obiecti, aliter se habeat vtroq; nanq; mõ ab alijs virtutibus magnanimitas distinguitur, vt satis l. sum patebit.

Fancl. in

SVP. QV. C. XXIX ARTIC. II.

¶Ad hoc dubium dr̃, ꝙ securitas optimè ponit' vltra fiduciã. Et cum dr̃, Habita fiducia habetur quies à timore, respõdetur dupliciter. Primò, quia cũ spes sit de bono, & timor de malo, quãto firmior est spes alicuius boni, tantò minor est timor oppositi mali, hoc est, priuationis, seu carentiæ illius boni: & ꝙ sine negatione boni sperati non oportet ponere ultra fiduciam, securitatem, sed ratione aliorum malorũ. ver. gra. In materia fortitudinis ponitur fiducia ratione victoriæ, & nõ oportet ponere securitatẽ respectu priuationis uictoriæ: sed ponitur securitas respectu malorũ, s. sustinenda imminentium, puta, vulnerum &c. Et sic fiducia, & securitas ponũtur respectu diuersorum obiectorum. Dr̃ nihilominus secundo, ꝙ est alia necessitas ponendi virtutes ex parte diuersarum passionũ. Nam fiducia respicit spem, securitas timorem. Et oportet virtutem passionum habere proprium rectificatiuũ. Vnde ex hoc ipso, ꝙ fiducia & securitas ponitur, ostenditur nec superfluitas, nõ identitas, sed concomitantia respectu eiusdem, si cõcurrunt. Prima in dictio, quæ cathegorica est, sufficienter diluit quin diuersis passionibus respectu diuersorum obiectorũ partialiũ oportet ponere plures modos, seu conditiones uirtuosas. Et per hoc patet solutio secundi.

¶Ad tertium dicitur, ꝙ maior est falsissima, nec probatio aliquid apparentiæ habet.

¶Ad quartum, licet possit negari maior,

Virtuosus est cælestis beatitudinis particeps: licet deficiẽte — *1.2. q.5. art.3. & 7. — Porrecta per totum. 648 — *Art.4. huius quæst. — *Lib.1. in capite magnanimi in duob' posit. sit est. — *Eodẽ loco — *Li.4. c.3. ante medium to.5.

vtitur audacia, ita & securitas A ex consequenti pertinet ad magnanimitatem, inquantum repellit desperationem.

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ fortitudo non præcipuè laudatur ex hoc, ꝙ non timeat, quod pertinet ad securitatem: sed inquantum importat firmitatem quandam in passionibus. Vnde securitas nõ est idẽ quod fortitudo, sed est qđã conditio eius.

Ad II dicendũ, ꝙ non qlibet securitas est laudabilis, sed qñ deponit aliquis curam, put decet, & in qbus timere nõ oportet: & hoc mõ est conditio fortitudinis, & magnanimitatis.

Ad III dicendũ, ꝙ in virtutibus est qđdam similitudo, & participatio futuræ beatitudinis, ut supra habitũ est:* & iõ nihil prohibet securitatẽ quãdã esse conditionem alicuius uirtutis, quamuis perfecta securitas ad præmium uirtutis pertineat.

Articvlvs VIII.

Vtrum bona fortunæ conferant ad magnanimitatem.

Ad octavvm sic proceditur. Vr̃ ꝙ bona fortunæ nõ cõferãt ad magnanimitatẽ: quia, vt Seneca dicit in lib. de ira. Virtus sibi n sufficiens est: sed magnanimitas facit omnes uirtutes magnas, ut dictum * est. ergo bona fortunæ non conferunt D ad magnanimitatem.

¶2 Præt. Nullus uirtuosus cõtẽnit, ea qbus h iuuat: sed magnanimus contẽnit ea, q̃ pertinent ad exteriorẽ fortunam. Dicit n. Tullius in libro de Offic.* ꝙ magnus animus in externarum rerum despicientia commendatur. ergo magnanimitas non adiuuatur à bonis fortunæ.

¶3 Præt. Ibidem Tullius * subdit, ꝙ ad magnanimũ pertinet ea, E quæ uidentur acerba ita ferre, ut nihil à statu naturæ discedat, nec à dignitate sapientis. & Aristot. dicit in 4. Ethicorum,* ꝙ magnanimus in infortunijs nõ est tristis: sed acerba, & infortunia opponũtur bonis fortunæ, quilibet enim tristat de subtractione eorum quibus iuuatur. ergo exteriora bona fortunæ nõ cõferũt ad magnanimitatẽ.

Sed contra est, quod Philosoph. dicit in 4. Ethicorum,* ꝙ bona fortunæ uidentur conferre ad magnanimitatem.

Respon. Dicẽdũ, ꝙ sicut ex supra dictis patet, magnanimitas ad duo respicit, ad honorẽ quidem sicut ad materiam, & ad aliquid magnum operandũ sicut ad finem: ad utrumq; autẽ istorum bona fortunæ cooperantur. Quia enim honor uirtuosis non solũ à sapientibus, B sed etiã à multitudine exhibetur, q̃ maxima reputat huiusmodi exteriora bona fortunæ, fit ex cõsequẽti ut ab eis maior honor exhibeatur his, qbus adsunt exteriora bona fortunæ. Sic etiam ad actus virtutũ organicè bona fortunæ deseruiũt, quia per diuitias, & potentiãs, & amicos datur nobis facultas operandi: & ideò manifestum est, quod bona m fortunæ conferunt ad magnanimitatem n.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ uirtus sibi sufficiens esse dicitur, quia sine his etiam exterioribus C bonis esse potest: indiget tamen his exterioribus bonis ad hoc, quod expeditius operetur.

Ad II dicendũ, ꝙ magnanimus exteriora bona contemnit, inquantum non reputat ea bona magna, pro quibus debeat aliquid indecens facere. Non tamen quantum ad hoc contemnit ea, quin reputet ea utilia ad opus uirtutis exequendum.

Ad III dicendum, ꝙ quicumq; non reputat aliquid magnum, neque multum gaudet, si illud obtineat, neq; multũ tristatur, si illud amittat. Et ideò quia magnanimus non æstimat exteriora bona, D scilicet, bona fortunæ, quasi aliqua magna, inde est quòd nec de eis multum extollitur si adsint, neque in eorum amissione multum deijcitur.

quia partes illæ sunt positæ respectu fortitudinis, non magnanimitatis, prout ibi dicitur ad quintum, ꝙ securitas cõprehẽsa est sub fiduciæ nomine. Nõ ꝙ securitas sit inferior respectu fiduciæ, quia fiducia est boni, securitas à malo: sed propter concomitantiam earundẽ respectu oppositorũ. Securitas enim à malo aliquo infert quãdã fiduciã de bono opposito, & econtra. ¶Ad sextũ dicitur, ꝙ securitas nec est actus intellectus, nec uolũtatis: sed est in irascibili habitus quietatiuus à timore.

*Li.4 c.3. nõ multũ ante medium to.5. — *Ar.1. huius quæst. — Conclu. m

QVAESTIO CXXX.

De præsumptione, in duos articulos diuisa.

Deinde cõsiderandum est de vitijs oppositis magnanimitati.

¶Et primò de illis quæ opponũtur sibi per excessum, quę sunt E tria, scilicet præsumptio, ambitio, & inanis gloria.

¶Secũdò, de pusillanimitate, quę opponit ei per modũ defectus.

Et circa primũ quærũtur duo.

¶Primò, Vtrũ psũptio sit pctm.

¶Secundò, Vtrum opponatur magnanimitati p excessum.

Articvlvs I.

Vtrum præsumptio sit peccatum.

Ad primvm sic proceditur. Videtur quòd præsumptio nõ sit peccatum. Dicitur enim

SVPER Q. CXXX. ART. I.

In Art.1. q.130. in responsione ad primũ circa illud, Præsumptuosum esse, ꝙ aliquis in statu imperfectæ uirtutis attentaret ea, q̃ statim ea, quę sunt perfectæ uirtutis, dubium occurrit ex Martino, intra sit dicto q.1. de præsumptione, ubi explicite contra hoc dictũ uniuersaliter intellectum arguit. Primò, Quia historijs ecclesiasticis nõ consonat, cũ multos legimus in statu imperfectæ uirtutis volasse ad eremum, aut religionem, alios exposuisse se martyrio pro fide Christi. Secũdò, Quia non consonat rationi morali. Nã

Porrecta per totum. 649 — Sup. q.21. ar.2. ad 1. & q.70. a.3. ad.2.

...unusquisque virtutis moralis actus, est in plena facultate liberi arbitrij, absque speciali auxilio a Deo. ergo existens in statu imperfectae uirtutis, pōt appetere opus perfectae virtutis. Tertio, quia opus perfectum, per quod generatur perfectus habitus, praecedit habitum perfectum. ergo opus perfectum hic proponere, pro quo nō habitum nisi habitus imperfectus. Non est ergo praesumptuosum vniuersaliter, quod aliquis habens imperfectum habitum, attentet opus perfectae virtutis.

*Li.10.c.7 circa fin. tom.5.

*Li.1.c.2. declinando ad finē id innuit, t.5.

¶Ad hoc dubiū dicitur, ꝙ verba authoris sunt vniuersaliter uera, sane tamen intellecta, ut intelligi debent: notanda siquidē sunt uerba literae. Vnde ad primam obiectionē dicitur, ꝙ illi, qui ad eremum, aut religionem absque praesumptione ingressi sunt, nō attentabant statum assequi ea, quae sunt perfectae uirtutis, sed attentabant uiam perfectae uirtutis, sicut in litera approbatur manifeste. Religio enim schola est uirtutis perfectae, nō professio perfectae uirtutis. Qui aūt martyrio se exposuerunt, licet quo ad nos uiderentur esse imperfectae uirtutis, vtpote inchoantes: quo ad Deū tamen erant perfectae uirtutis, ipso Domino attestante, Maiorem charitatē nemo habet. Charitas siquidē unius incipientis potest esse maior charitate alterius, qui multo tempore profecit: quoniā vnicuique datur charitas secundum mensurā donationis Christi, & non est mensura alicuius... Similiter illi, qui statim ad solitariā uitam recte processerunt, a perfecta uirtute inceperunt, ut Antonius, & Benedictus, propter singularē diuinae largitatis mensurā, quā tamen tribuit... alios post quadraginta annos religione.

*Gl.inter linealis.

¶Ad secundum dicitur, ꝙ soluit seipsam litera, quod dicit, Specialiter adiutus a Deo. Quilibet enim quantumcunque imperfectae

Concilia. m

Apost. ad Philippen. 3. Quae retro sunt obliuiscens, ad anteriora me extendo: sed hoc vř ad praesumptionē ptinere, ꝙ aliqs tendat ī ea, quae sunt supra seipsum: ergo psumptio non est pctm.

¶2 Praet. Philos. dicit in 10.* Eth. ꝙ oportet nō ẛm suadētes humana sapere hominem entem, neque mortalia mortalē, sed inquātū cōtingit immortalē facere. & in 1.* Metap. dicit, ꝙ hō dēt se trahere ad diuina inquantū pōt: sed diuina, & immortalia maxime vř esse supra hominē. Cū ergo de rōne praesumptionis sit, ꝙ aliqd tēdat in ea, quae sunt supra seipsum, vř ꝙ presumptio non sit peccatum, sed magis sit aliquid laudabile.

¶3 Praet. Apo. dicit 2. ad Cor. 3. Nō sumus sufficientes aliqd cogitare a nobis quasi ex nobis. Si ergo psumptio, ẛm quā aliqs nitit in ea, ad quae nō sufficit, sit pctm, vř ꝙ hō nec cogitare aliqd bonum licite possit: quod est inconueniens. non ergo prę sumptio est peccatum.

SED CONTRA est, qđ dř Eccl. 37. O psumptio nequissima, vñ creata es? Vbi rñdet gl.* de mala, s. voluntate creaturae: sed omne quod procedit ex radice malae uoluntatis est peccatum. ergo praesumptio est peccatum.

RESPON. Dicēdū, ꝙ cum ea, quae sunt ẛm naturam, sint ordinata rōne diuina, quam humana rō dēt imitari, quicquid ẛm rōnē humanam fit, quod est cōtra ordinem cōiter in naturalibus rebus inuentū, est uitiosum & pctm. Hoc autem communiter in omnibus rebus naturalibus inuenitur, ꝙ quęlibet actio cōmensuratur uirtuti agentis. Nec aliquod agēs naturale nititur ad agendū id, quod excedit suam facultatē, & iō uitiosum est, & pctm, quasi contra ordinem naturalem existens, ꝙ aliquis assumat ad agendum ea, quae praeferuntur suae uirtuti: quod pertinet ad rōnē praesumptionis, sicut & ipsum nomen manifestat. Vnde manifestum est, ꝙ praesumptio est peccatū*.

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ nihil prohibet aliquid esse supra potētiam actiuam alicuius rei naturalis, quod nō est supra potentiā passiuā eiusdem. Inest enim aeri potentia passiua, per quam pōt transmutari in hoc, qđ habeat actionem, & motū ignis, quae excedunt potentiam actiuā aeris. Sic et uitiosum esset, & praesumptuosum, ꝙ aliquis in actu imperfectae uirtutis existēs, attētaret statim assequi ea, quae sunt perfectae uirtutis: sed si qs ad hoc tendat, ut proficiat in uirtutē perfectam, hoc nō est praesumptuosum, nec uitiosum. Et hoc mō Apostolus in anteriora se extendebat, scilicet per continuum profectum.

AD II. dicendū, ꝙ diuina, & immortalia ẛm ordinem naturae sunt supra hominem. Homini tamen inest quaedam potentia naturalis, scilicet, intellectus, per quam potest coniungi immortalibus, & diuinis: & secundum hoc Phil.* dicit, ꝙ oportet hominem se trahere ad immortalia, & diuina, non quidem ut ea operetur, quae decet Deum facere, sed ut eis uniatur p intellectum, & uoluntatem.

AD III. dicendū, ꝙ sicut Philos. dicit in 3. Ethico.* Quae per alios possumus, aliqualiter per nos possumus: & ideo quia cogitare, & facere bonum possumus cum auxilio diuino, non totaliter hoc excedit nostram facultatem. Et ideo non est prę sumptuosum, si aliquis ad aliquod opus virtuosum agendum intendat: esset autem praesumptuosum si ad hoc aliquis tenderet absque fiducia diuini auxilij.

ARTICVLVS II.

Vtrum praesumptio opponatur magnanimitati per excessum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod praesumptio non opponatur magnanimitati per excessum. Prę sumptio enim ponitur species peccati in Spiritumsanctum, ut supra habitū est:* sed peccatum in Spiritumsanctum nō opponitur magnanimitati, sed magis charitati. ergo nec etiam prę sumptio opponitur magnanimitati.

¶2 Praet. Ad magnanimitatem pertinet, ꝙ aliquis se magnis dignificet: sed aliquis dicitur prę sumptuosus, etiam si se paruis dignificet, dūmodo hoc excedat propriam facultatem. non ergo directe praesumptio opponitur magnanimitati.

uirtutis, si specialiter adiuuatur a Deo ad opus aliquod quantumcunque magnū, pōt absque psumptione tendere in illud. Author autem loquitur de imperfectae uirtutis homine absque alia appositione auxilij specialis.

¶Ad tertiam autem dicitur primo, ꝙ falsum est opus perfectum praecedere habitum perfectum. Est n. oppositum uerum. Fabricando siquidem imperfecte, fabri simus, & fabricamus post perfecte. Et similiter cantando, & pulsando imperfecte, musici simus, & cantamus, & pulsamus perfecte, ut experientia testatur. Generat autē imperfectus actus habitum perfectum in uirtute superioris principij, ut in praecedenti libro dictum est. Dicitur nihilominus secundo, ꝙ aliud est habere actū perfectum ante perfectum habitum: & aliud est post imperfectam uirtutem statim attentare ea, quae sunt perfectae uirtutis. Stat n. ꝙ post imperfectam uirtutem multo studio, exercitio & conatu, habeat quis aliquem actum quasi perfectum ante perfectam uirtutem, & tamen non praesumat, quia nō statim attentat.

*Loco citato 1 argum.

*Li.3.c.3 a medio tom.5.

SVPER QV. CXXX. ART. II.

IN art. 2. eiusdē q. in solutione ad primū, dubiū occurrit ex Marino ibi q. circa oppositionem praesumptionis, de qua in litera fit mentio, ad magnanimitatem, & charitatem. Et primo arguit, ꝙ talis praesumptio qualis in litera describitur, nō opponatur magnanimitati: quia nullus sibi attribuit diuinae iustitiae contemptum tam honorabi-

Porrecta per totum 650

Inf. q. 14. art. 1. & in malis 8. artic. 1 ad 1.

*q.14.art.2. & q.21. art.1.

honorabilē. ergo nō est psumptio opposita magnanimitati. Secūdo, ꝙ nō opponitur proprie charitati, quia magis opponitur spei. Secūdū n. authorē in q. de malo, praesumptio est inordinata spes. Tertio, Inordinata confidētia de diuina misericordia nō opponitur magnanimitati ergo. Probat assumptū, quia nō est respectu ardui agendorum, sed respectu impunitatis in extremo iudicio.

*Li.4.c.3. circa medium.t.5.

Lib.2.c.7. & li.4.c.3. ad fin. t.5

¶Ad hoc dicitur ꝙ psumptio, qua quis ex inordinata confidētia de diuina misericordia, contēnit diuinā iustitiā & rōne radicis, & rōne ipsius cōtēptus manifeste opponitur magnanimitati. Radicis quidē, quia talis ut sic, dignificat se magnis, quibus nō est dignus. Dignificat se siquidē diuina adoptione, & visione, quibus nō est dignus. Rōne verò contēptus: quia ipsum contēnere est actus magnanimi excedēs facultatē hois talis: quia cōtēnere uindicatiuā iustitiā est hois sancti, & iusti. Vñ patet responsio ad primū. Quilibet. n. psumptuosus cōtēnēs, exercet ipsū actū ut magnū, & honorabilē, utpote, ut actū sit secum Deo. Et similiter patet responsio ad tertiū: quia arduissimū agendū, est regnare cū Christo, videre Deū, assequi opera felicitatis aeternae, quae iste sperat. Ad secūdū verò ex litera patet, ꝙ nō dicitur opponi simpliciter charitati, sed rōne materiae, inquantū est aliquid diuinū: quod nō impugnat ab argumento.

*q.praec. ar.1.ad 1.

Concil. m

Concil. p

¶3 Praet. Magnanim* exteriora bona reputat quasi parua: sed ẛm Phil. in 4. Ethi.* psumptuosi pp exteriorē fortunā fiunt despectores, & iniuriatores aliorū, quasi magnū aliqd aestimantes exteriora bona. ergo psumptio nō opponit magnanimitati p excessū, sed solū p defectū.

SED CONTRA est, ꝙ Phil. dicit in 2. & 4. Eth.* ꝙ magnanimo opponit p excessum chaynus*, i. furiosus, uel uentosus, quē nos dicimus praesumptuosum.

RESP. Dicēdū, ꝙ sicut supra dictū est,* magnanimitas consistit in medio nō quidē ẛm quātitatē eius, in qđ tendit, qa tendit in maximū: sed cōstituit in medio ẛm pportionē ad ppriā facultatē. Nō. n. in maiora tendit, q̄ sibi cōueniant.* Praesumptuosus aūt quantū ad id, in qđ tēdit, nō excedit magnanimū: sed multū qñq; ab eo deficit.* Excedit autem ẛm proportionē suae facultatis, quā magnanimus nō trāscendit: & hoc mō opponitur praesumptio magnanimitati per excessum.

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ nō quaelibet psumptio ponitur pctm in Spiritumsanctum, sed illa, qua qs diuinā iustitiam cōtēnit ex inordinata cōfidentia diuinae misericordiae. Et talis psumptio rōne materiae, inquantum. s. per eam cōtemnit aliqd diuinum, opponitur charitati, vel potius dono timoris, cuius est Deum reuereri. Inquantum tū talis cōtemptus excedit proportionē ppriae facultatis, potest opponi magnanimitati.

AD II. dicendū, ꝙ sicut magnanimitas, ita & psumptio in aliquod magnum tēdere videt. Non. n. multum consueuit dici aliqs praesumptuosus, si in aliquo modico uires pprias transcendat. Si tamen talis praesumptuosus dicatur, haec praesumptio nō opponitur magnanimitati: sed illi virtuti, q̄ est circa mediocres honores, ut dictū est.*

*q.praec. artic.1.

AD III. dicendum, ꝙ nullus attentat aliquid supra suam facultatem, nisi inquantum facultatem suam aestimat maiorem, q̄ sit. Circa quod pōt esse error dupliciter. Vno mō secundùm solam quantitatem, puta, cum aliquis aestimat se habere maiorem uirtutem, scientiam, uel aliquid aliud huiusmodi, q̄ habeat. Alio modo, secundū genus rei, puta, cum aliquis ex hoc aestimat se magnum, & magnis dignum, ex quo non est, puta, propter diuitias, uel propter aliqua bona fortunae. Vt n. Philos. dicit in 4. Eth.* qui sine uirtute talia bona habent neq; iuste magnis seipsos dignificant, neque recte magnanimi dñr. Similiter et illud, ad quod aliqs tendit supra uires suas, quandoq; quidem secundùm rei ueritatem est magnū simpr: sicut patet de Petro, qui tēdebat ad hoc, ꝙ pro Chro pateretur, quod erat supra uirtutem suam: qñq; uerò non est aliquid magnum simpliciter, sed solùm ẛm stultorum opinionem, sicut pretiosis uestibus indui, despicere, & iniuriari aliis: quod quidē ptinet ad excessum magnanimitatis non secundùm rei ueritatem, sed ẛm opinionem. Vnde Seneca dicit in lib.* de quatuor uirtutibus, ꝙ magnanimitas si se extra modum suum extollat, faciet uirum minacē, inflatum, turbidū, inquietū, & in quascunque excellētias dictorū, factorumq; neglecta honestate, festinū. Et sic patet, ꝙ praesumptuosus ẛm rei ueritatem, quandoque deficit a magnanimo: sed secundùm apparentiam in excessu se habet.

*Li.4.c.3. circa medium, to.5.

Iniuriari alijs est se lū secundum stultorum opinionem aliquid magnum.

*In ea de moderata fortitudine.

QVAESTIO CXXXI.

De ambitione, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerādum est de ambitione.

Et circa hoc quaeruntur duo.

¶Primò, Vtrū ambitio sit pctm.

¶Secundò, Vtrū opponat magnanimitati per excessum.

ARTICVLVS I.

Vtrum ambitio sit peccatum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ ambitio non sit peccatum. Importat. n. ambitio cupiditatē honoris: honor aūt de se quodam bonū est, & maximū inter exteriora bona. vñ & illi, q de honore non curant, uituperant. ergo ambitio non est peccatū, sed magis aliquid laudabile, secūdum ꝙ bonum laudabiliter appetitur.

¶2 Pręt. Quilibet absque uitio pōt appetere illud, qđ sibi dēbetur pro praemio: sed honor est praemium uirtutis, ut Philo. dicit in 1. & 8. Ethi.* ergo ambitio honoris non est peccatum.

¶3 Praet. Illud, per qđ ho prouocatur ad bonū, & reuocatur a malo, nō est pctm: sed p honorē homines prouocantur ad bona facienda, & mala uitāda, sicut Phil. dicit in 3. Ethi.* quod fortissimi uident eē, apud quos timidi sūt ihonorati, fortes autē honorati. & Tullius* dicit in lib. de Tusculanis quęstionibus, quòd honor alit artes. ergo ambitio non est peccatum.

SVP. QV. CXXXI. ART. I.

IN art. 1. q. 131. dubiū primo occurrit circa illud, Id in quo homo excellit, dat homini a Deo, ut ex eo aliis profit. Videtur enim dici hoc sine ratione aliqua: nec apparet uerum, quoniam quandoque datur homini, ut in seipso perfectior sit.

Porrecta per totum 651

¶Dubium secundò occurrit circa distinctionem trimembrē inordinati appetitus honoris, an sit sufficiens. Inquit enim Martinus in prima quaestio. de ambitione, quòd uidentur sibi esse alij modi praeter istos. Vndè quatuor modos ponit, scilicet ratione quantitatis, finis, mediorum, & uehementiae. Sub his siquidē modis tribus in litera assignatis, non comprehēditur ambitio digni secundùm se aliquo honore, sed indigni quia habet digniorem scilicet honorē, qui non potest utrique dari, ut est honor episcopalis &c. Et similiter nec ambitio eius, qui per quaecunque media quaerit honorē, quo dignus est. Et similiter nec ambitio eius, qui uehementius affectat, vel quaerit, quàm oportet.

*Li.3.c.1. & li.4.c.3 tom.5.

*Li.3.c.8. tom.5.

*Li.1. non remote a pri.

¶Dubium tertio est, circa ueritatē tertij membri distinctionis

dictæ. Videtur siquidem rationi consonum, quod si quis appetat honorem suæ uirtuti debitum, ea ratione, quia sibi est debitus, vt habenti talem virtutem, non referendo aliter ad vtilitatem aliorum, in nullo à rectitudine declinet. Sicut appetens pecuniam sibi debitam, quia est sibi debita, in nullo peccat.

¶ Dubiũ quartum est, An illæ relatiões honoris in Deũ, & proximũ in lra positæ requirant actualiter, an habitualiter. Et est ratio dubij, quia requirere actualiter nimis durũ est, & intolerabile: cũ frequẽtissimè honoremur absq; cogitatione aliqua de Deo, & proximo. Habitibus aũt nec meremur, nec demeremur, ut patet in dormientibus, & vigilantibus, quã non actualiter utunt habitibus, quos habẽt.

*q.63.ar.3. & q.103.ar.1.

¶ Ad primũ dubium dr, quod cũ bonũ sit naturaliter suipsi* diffusiuũ, ex hoc ipso quod aliqs cõstituit à Deo i aliquo bono excelleẽtiori, constituitur ad hoc, ut psit alijs. Debẽt.n. superiora inferiora diffundi. Et quia idẽ ista in propatulo clara erat, idẽ author nõ adiecit rõnẽ in dicto tã uero, & tã stabili: psertim cũ Deus vniuersi curam habens, vniuersi partes diffundat, ut suapte natura cõicabiles sint. Cõstat aũt, quod psectiora a seipsis nata sunt alijs prodesse. Ad hoc igitã Deo facta sunt perfectiora, vt alijs psint, & non solum, ut in seipsis perfectiora sint. Ex hoc.n. ipso, quod constituta sunt superiora ratione excellẽtiæ, instituta sunt, ut inferioribus non solum præsint, sed prosint, ut sic omnia suauiter disposita inueniantur.

Autoritas ab unde in tantũ et e. prosit.

SED CONTRA est, quod dr. 1. ad Cor. 13. quod charitas nõ est ambitiosa, non q̃rit q̃ sua sunt: nihil aũt repugnat charitati, nisi peccatũ. ergo ambitio est peccatũ.

RESP. Dicẽdũ, quod sicut supra dictũ est,* honor importat quãdã reuerentiã alicui exhibitã in testimonium excellẽtiæ eius. Circa excellentiã aũt hoĩs duo sunt attendenda. Primo quidẽ, quod illud secundùm quod homo excellit, nõ habet hõ à seipso, sed est quasi quiddã diuinũ in eo: & idẽ ex hoc non debetur sibi principaliter honor, sed Deo. Secũdò, considerandũ est, quod illud in quo hõ excellit, datur homini à Deo, ut ex eo alijs prosit. unde intantũ debet homini placere testimoniũ suæ excellentiæ, qđ ab alijs exhibetur, inquãtũ ex hoc paratur sibi uia ad hoc, quod alijs psit. Tripliciter aũt appetitum honoris cõtingit eẽ inordinatũ. Vno mõ per hoc quod aliquis appetit testimoniũ de excellentia quã non hẽt, quod est appetere honorẽ supra suam proportionem. Alio mõ per hoc, quod honorẽ sibi cupit nõ referẽdo in Deũ. Tertiò per hoc, quod appetitus eius in ipso honore quiescit non referens honorẽ ad utilitatem aliorum. Ambitio aũt importat inordinatũ appetitũ honoris: vñ manifestũ est, quod ambitio semper est peccatum.*

Concl.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod appetitus boni dẽt regulari sm rationem, cuius regulam si trãscẽdat, erit uitiosus: & hoc mõ uitiosum est, quod aliquis honorẽ appetat nõ sm ordinem rõnis. Vituperantur autem qui nõ curant de honore, secundũ quod ratio dictat, ut s. non uitent ea, quæ sunt contraria honori.

AD II. dicẽdũ, quod honor non est pmiũ uirtutis quo ad ipsum virtuosum, ut s. hoc pro pmio expetere debeat: sed pro pmio expetit beatitudinem, q̃ est finis uirtutis. Dicitur aũt esse pmium uirtutis ex parte aliorũ, q nõ habent aliquid maius, qđ virtuoso retribuant, quàm honorem, qui ex hoc ipso magnitudinem habet, quod perhibet testimonium uirtuti. unde patet, quod non est sufficiens præmium, ut dicitur in 4. Ethicor.*

D. 71

AD III. dicendũ, quod sicut per appetitũ honoris, quãdo debi-

*Li. 4. c. 3. ante medũ to. 5.

delectet, oportet quod referatur in debitũ finẽ, ad quẽ ordinãdus est. Et quia ordinatur ad excellentiã hoĩs, est.n. honor testimoniũ excellentiæ, & excellentia ordinatã ad utilitatẽ aliorum: idẽ de primo ad ultimũ honor mihi exhibitus ordinatã ad utilitatẽ aliorũ. Et similiter, quia excellẽtia mea est principaliter a Deo, idẽ honor exhibitus meæ excellentiæ, ordinatã principaliter ad Deum vt authorẽ excellentiæ illi*. Et hæc sunt procul dubio uera. Sed quod difficultatem ingerit est, quia nõ oportet omnem rectum usum alicui referre in omne id, ad quod natũ est referri: sed sufficit quod referat illud ad aliquẽ licitum finẽ, in quẽ est natum ordinari. verbi gratia. Pecunia ordinatur principaliter ad communicationẽ, & potest secundario ordinari ad dispositionem, uel aliquid aliud. Nec oportet quod quilibet vtẽs pecunia, cõmutet: sed sufficit, quòd ordinet ad aliquem licitum finem. Ita in proposito, honor ordinatur ad tres, scilicet ad Deũ, vt actorẽ excellentiæ: & ad personã excellentem, vt habentem illã: & ad proximos, ut prosit illis. Si is qui excellit, appetit honorem, aut delectatur honore infra proprios limites, scilicet præcisẽ, vt habens excellentiã, ex hoc ipso referuat locum suũ Deo, ut authori: & proximis, ut quibus prosit: quoniam relinquit honori relationes, quas habet, ex hoc ipso, quod non usurpat, aut despicit relationem illius honoris ad Deum, aut proximos. Intelligo igitur ego, esse inordinatum appetitũ honoris propter non referre in Deum, ut actorem: & proximos, ut quibus prosit, si non referre sumitur contrariè, aut priuatiuè: & non si sumitur purè negatiuè. Notanter autem dico in Deum, ut actorẽ excellentiæ, hoc est, ut ipse principaliter honoretur tanquàm author excellentiæ, quoniam non est hic sermo de Deo, ut est finis ultimus omnium. Hoc enim non est de proprijs huiusmodi quæstionis, sed de communibus circũstantijs omnium humanorum operum. Non enim uideo me, cũ honoror, teneri ad aliud quàm ad referendum honorem mihi exhibitum in finem proportionatum. Constat autem, quod ego, ut habens excellentiam dignam tali honore ab hoc, tunc sum proximus, & commensuratus finis, ad quam suapte natura honor ordinatur. In nullo igitur pecco, si omitto relationes ad Deum ut actorem, & proximos: quoniam præceptum affirmatiuum de his relationibus exercendis nulla ratione probatur, quòd obliget pro tunc, nisi aliqua alia necessitas subsit. Sicut cum appeto, aut recipio pecuniam mihi debitam, teneor referre eam ad talem, uel talem usum: peccatum autem esset, si homo in tantum delectaretur honore, ut non curaret, an honoretur Deus ut actor, dummodo ipse habens honoretur. Et similiter pro nihilo haberet, an honor utilis esset proximis, dummodo ipse honoraretur. Hoc enim esset quasi priuare, quantũ est ex parte sui affectus, Deum, & proximos relationibus debitis ad illos, dum in affectu contemnuntur: hoc enim esse, quiescere in ipso honore, & proprios egredi limites cum affectu ad demolitionẽ aliorum. Vnde patet solutio tertij dubij, & quarti, s. quòd illæ relationes non exiguntur actualiter, nec habitualiter in speciali ad euitandum peccatum: quàmuis exigi videantur uirtualiter ad hoc, quòd appetitus honoris sit meritorius

¶ Ad secundũ dubium dicitur, quod distinctio trimembris in litera facta, sufficiẽs videtur ita quod omnis inordinatus appetitus honoris ad aliquod membrũ illius reducitur. Nã appetitus honoris, quo quis secundũ se dignus est, sed ratione præiudicij alterius dignioris redditur illicitus, ad primum membrum spectat, quo quis appetit honorari de excellentia, quam non hẽt. Multipliciter siquidem contingit non habere excellentiam aliquam, primò, absolutè: secundò, relatiuè: uerbi gratia. Ego absolutè sum dignus episcopatu, quia tamen est alter magis dignus illo episcopatu, ego non sum dignus respectiuè ad illum. Ac per hoc si tunc appeto honorem episcopalem, appeto testimonium excellentiæ, quam non habeo: quia appeto testimoniũ dignioris, cum tñ non sim dignior. Et similiter cum quis absolutè dignus multis dignitatibus, quia tñ sunt multi digni, qui ex coaceruatione dignitatum in unum hominem, priuantur illis, non appetit licitè tot dignitates, quia appetit testimonium excellentiæ, quam non habet, s. dignioris: cum non sit dignus respectiuè ad tot dignos, qui propterea cõtemnuntur. Qui autem per indebita media affectat, aut quærit honorem, sub eodem membro clauditur quandoquidem eo ipso, quod per illicita media appetit, aut quærit, indignus fit: ac per hoc quærit honorem, quo non est simpliciter dignus nunc, licet aliàs esset dignus, si non per talia media quæreret. Qui demum magis affectat honorem, quàm oporteat, ad idem membrum reducitur, pro quanto excellentia quam habet, vehementiam appetitus non adæquat, sed exceditur ab ipsa.

¶ Ad euidentiam tertij, & quarti dubij aduertendum est, quod honor cum sit in genere bonorum utilũ quo ad hoc, quòd propter aliud est appetibilis, ad hoc quòd ordinatè appetatur, aut

torius

torius æternæ vitæ: quia charitas virtualiter omnia meritoria suauiter disponit. Sed declinare ab aliqua harum relationum siue contrariè, siue priuatiuè, peccatum constituit ambitionis.

*In eodem primo articulo in responsione ad secundũ, dubiũ occurrit ex Martino ibidẽ, in q. 1. de ambitione, dicente, quod hæc rñsio nõ placet, tum quia non est uerũ, quod virtutis præmium sit beatitudo æterna, sed solũ uirtutis meritoriæ: tum quia solutio hæc nõ eneruat, sed corroborat argumentum. Nã si honor est præmiũ insufficiens virtutis, nõ sequitur quod appetitus eius sit inordinatus: immò oppositũ, quia si aliud non obstet, vr sequi, quod quantũcunq; honor appeti possit ab habente exiguam virtutem.

¶ Ad hoc dr, quod prima obiectio peccat, tum quia author non dicit, Virtutis pmiũ est beatitudo æterna, sed beatitudo: sicut Philosophus posuit finem oĩs virtutis felicitatẽ. Nec obstat, quod ipsa felicitas sit actus uirtutis pfectissimæ: quia sicut inordinatus* actus sibi ipsi non est pœna, ita felicitas est pmium felicis animi: tum quia apud Theologum uirtus non meritoria nõ est uirtus, nisi secundum quid in statu naturæ lapsæ: quia nõ est dispositio perfecti ad optimum simpliciter.

*In cõiuratiõe Catilinæ nõ remote à prin. in c. cuius initiũ: Vrbẽ Romam a medio. Respon. 2. Vide non virtuosis. *Li. 3. c. 8. tom. 5.*

Perfectio per totum. 652

*q. præc. art. 2.

¶ Ad secundam uerò obiectionem dr, quod ex hoc ipso, quod honor negatur uirtutis præmium simpliciter, & affirmatur virtutis pmium secundũ quid ex parte aliorũ, satis habetur, quod honor nõ ẽ de numero bonorum simpliciter, sed virtutis: ac per hoc appetitus eius nõ est ordinatus, si est appetitus eius ut finis. Et hoc sufficit ad solutioné argumenti uolẽtis, quòd appetitus honoris sit appetitus beatus, quia est appetitus præmij uirtutis, quod habet rõnẽ finis. Habetur nihilominus ad pfectionem doctrinæ hinc, quòd appetitus honoris si debet esse ordinatus, debet esse ut appetitus boni utilis, qui debet esse secundum cõmensurationem ad finẽ, & nõ in infinitum, vt patet uniuersaliter de recto appetitu utilium. Et propterea non põt quicunq; habens uirtutẽ, appetere quantumcumque honorem, sed commẽsuratum secundum patriæ morẽ uirtuti illi. Honor enim cum ab alijs exhibeatur excellentiæ alicui, diuersis excellentijs diuersi honores accõmodati sunt: & propterea appetitus rectus non est, qui incommensuratum suæ virtuti honorem appetit. Et quàmuis nullus honor sit cuicumque uirtuti sufficiens simpliciter vt præmium, est tamẽ tali virtuti, ab hominibus talib*. talis honor sufficiens ut testimoniũ humanũ: & tali virtuti, talis alius honor, & sic de alijs. Et propterea uitiosum eẽt, si doctor theologiæ uellet honorari ut imperator triumphans, & sic de alijs.

*Lib. 1. in c. Fortitudinem, si ab honestate recedat.

to mõ appetitur, aliqui prouocãtur ad bonũ, & reuocantur à malo: ita èt si inordinatè appetatũ, pt esse homini occasio multa mala faciẽdi, dũ s. aliquis non curat qualitercũq; honorẽ consequi possit. vñ Sallustius* dicit in Catilinario, quod gloria, & honorẽ, & imperiũ bonus & ignauus æq; sibi exoptãt. Sed ille, s. bon⁹, vera via vtit: huic s. ignauo, quia bonæ artes desunt, dolis, atq; fallacijs cõtendit. Et tñ illi, qui solum propter honorẽ vel bona faciũt, uel mala uitãt, nõ sunt uirtuosi, ut patet p Philos. in 3. Ethico.* vbi dicit, quòd non sunt verè fortes, qui propter honorem fortia faciunt.

ARTICVLVS II.

Vtrum ambitio opponatur magnanimitati per excessum.

AD SECVNDVM sic procedit. Vr quod ambitio non opponatur magnanimitati p excessum. Vni enim medio non opponit ex una parte nisi unũ extremũ: sed magnanimitati per excessum opponit psumptio, vt dictum est.* ergo non opponitur ei ambitio per excessum.

¶ 2 Præt. Magnanimitas ẽ circa honores: sed ambitio vr pertinere ad dignitates. dicitur enim 2. Mach. 4. quod Iason ambiebat sũmũ sacerdotiũ. ergo ambitio nõ opponitur magnanimitati.

¶ 3 Præt. Ambitio vr ad exteriorem apparatũ pertinere. dr enim Act. 25. quod Agrippa, & Bernice cum multa ambitione introierunt prætorium. & 2. Paralipomenon 16. quod super corpus Asa mortui cõbusserũt aromata, & vnguẽta ambitiõe nimia: sed magnanimitas ñ ẽ circa exteriorẽ apparatũ. ergo ambitio nõ opponitur magnanimitati.

SED CONTRA est, quod Tullius in 1. de Offic.* dicit, quod sicut quisq; magnitudine animi excellit, ita maximè vult omnium princeps esse solus: sed hoc pertinet ad ambitionem. ergo ambitio pertinet ad excessum magnanimitatis.

RESP. dicẽdum, quod sicut dictum est,* ambitio importat appetitum inordinatum honoris. Magnanimitas autem est circa honores, & utitur eis secundum quòd oportet. Vnde manifestum est, quòd ambitio opponitur magnanimitati, sicut inordinatum ordinato.

*Preced. art.

Conclu.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod magnanimitas ad duo respicit, ad vnum quidem, sicut ad finẽ intentum, quod est aliquod magnũ opus, quod magnanimus attentat sm suam facultatem: & quantum ad hoc opponitur magnanimitati per excessum præsumptio. Præsumptio.n. attentat aliquod magnũ opus supra suam facultatẽ. Ad aliud autẽ respicit magnanimitas, sicut ad materiã, qua debitè utit, s. ad honorẽ: & quãtũ ad hoc opponit magnanimitati p excessum ambitio. Non est autem inconueniens secundum diuersa esse plures excessus unius medij.

AD II. dicẽdũ, quod illis, q sunt constituti in dignitate, pp quãdam excellentiam status debetur honor: & sm hoc inordinatus appetitus dignitatum pertinet ad ambitionẽ. Si quis enim inordinatè appeteret dignitatem non ratione honoris, sed propter debitũ dignitatis usum suam facultatem excedentem, non esset ambitiosus, sed magis præsumptuosus.

AD III. dicẽdũ, quod ipsa solẽnitas exterioris cultus ad quendam honorẽ pertinet: vñ & talibus cõsueuit honor exhiberi. Qđ significatur Iacob. 2. Si introierit in conuentũ uestrũ vir anulũ aureũ habens in ueste cãdida, & dixeritis ei: Tu sede hic &c. Vñ ambitio non est circa exteriorẽ cultum, nisi secundum quòd pertinet ad honorẽ.

SVP. QV. CXXXI. ART. II.

IN art. 2. eiusdẽ q. in rñsione ad primum, dubium occurrit ex Martino ibidẽ in q. 2. discedente ab hac solutione, propterea quia distinguit magnanimitatẽ in multas magnanimitates, puta, in eam, quæ habet pro obiecto rem honorabilem, puta, dignitatem: & eam quæ habet pro obiecto honorem, sicut illa, qua quis cupit honorem suæ dignitati debitum. & ideo concludit quod nec ambitio, nec psumptio cuilibet magnanimitati opponitur &c.

¶ Ad hoc dicitur, quod iste homo in hoc videtur deceptus, quòd distinguit magnanimitatem in species, ubi debet distinguĩ in actum ut est circa obiectum, & actũ ut est circa materiam, vt in litera fit. Magnanimitas siquidem ut est appetitus magnorum operum, habet pro excessu præsumptionem: Et ipsamet, & non alia vt appetitus est honoris, habet pro excessu ambitionem. Et similiter ut est appetitus gloriæ, habet pro excessu inanem gloriam. Eadẽ siquidem est magnanimitas habens pro fine opus magnum, & pro materia honorem, & gloriam, rectèque ad omnia hæc se habet: ac per hoc ex cuiusque horum defectu corrũpitur. Vnũ est ergo medium magnanimitatis constitutum ex causa integra: plures autem sunt excessus diuersorum concurrentiũ ad perfectionem illius unius medij. Si verò essent diuersæ magnanimitatem secundum speciem, non esset medium unum, sed quælibet haberet suum medium.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

SVP. Q. CXXXII. ART. I.

IN art. 1. q. 132. dubium ex Martino in 1. q. de inani gloria occurrit, impugnante quod gloria largiori vocabulo significat etiā notitiā solius ipsiusmet, qui gloriatur, [...] secundum omnes gloria importat alienā opinionem [...] 3. Rhetoricæ frequenter valeat [...] bona opinio p gloria: tum quia gloria inter externa bona habita est.

¶ Ad hoc dicitur, q oīa hæc facilè vnico verbo excluduntur, dicēdo, quòd loquūtur de gloria pprie. Largiori autem uocabulo, sicut author quis sibi ipsi, ita gloriosus est quis in sua opinione.

¶ In eodē primo articulo circa sufficientiam trium modorū in litera positorū de inani gloria, dubium ex Martino ibidē occurrit, dicente dari alios modos, scilicet, cum quis gloriā suā quærit cū alienæ gloriæ detrimēto: & cum securè quis nimis ardet amore gloriæ.

¶ Ad hoc dicitur, q hi duo modi spectant ad tertium modum in litera positum, q est ex parte ipsius, q gloriam appetit. Oēs siquidem defectus, & deformitates annexę non ex parte rei, de qua, vel ex* à quo gloria quęritur, siue finis, siue modi, siue damni, siue vtilis, & huiusmodi, ex parte inordinati affect* illius, qui gloriam appetit, se tenent: quas author solam circumstantiam finis, & vtilis, utpote principalem in hoc membro expressit. per hæc enim insinuantur reliqua ex eodem capite procedentia, scilicet ex parte appetentis. Sicut ad primū membrum, scilicet, ex parte rei, reducuntur omnis defectus ex parte rei, de qua maior gloria quæritur.

¶ In eodem 1. art. dubiū occurrit circa secundum membrum inanis gloriæ, scilicet, q gloria est inanis ex parte eius, à quo quis gloriā quærit: puta, hominis, cuius iudicium nō est certum. Videtur siquidē hoc falsum. Nam si gloria quæsita ab homine ex hoc ipso quòd quęritur ab homine, est uana, ac per hoc deformis, sequitur q nulla rōne siue peccato potest quæri gloria ab homine: ac per hoc non liceret appetere gloriam humanam propter profectum aliorū, nec propter profectum proprium, nec propter honorem Dei: quod est inconueniens, cū gloria humana sit quoddam bonū utile referibile in bonū finem.

¶ Ad hoc dicitur, q quærere gloriam ab homine, ut homine, non est secundum se prauum vt allata ratio probat. Sed si quia aut gloria humana vltra humanos limites, uel quia quæritur ab homine tamq̄ à certo, vel magno testimonio, aut etiam vltimo testimonio, tunc uitium est inanis gloriæ: & hoc modo intelligenda uidetur litera. Gloria siquidem humana si quæratur tamquam magnum, aut certū aliquid, cum minimū quid, & incerti sit testimonij, uana est ex parte eius, à quo quęritur. Si uerò quærat infra humanæ magnitudinis, & certitudinis limites, uana non est ex parte ei* à quo quęritur. Et hoc si aduertisset Martinus in q. 3. non posuisset oppositū esse de mente authoris, ut in sequenti art. verba authoris ad primum, manifestant.

¶ In eodem art. in responsione ad primū, cum dicitur, q Deus quærit gloriā suam non pp se, sed pp nos, non intelligitur vt ly pp. denotat causam finalē qa Deus gloriā suā, & oia vult pp se tamq̄ finē oīum creatorum, & creabiliū: sed intelligitur ly pp vt denotat terminū vtilitatis. Nos n. sumus ad quos ii vtilitatē, Deus quærit suā gloriā. Nā de ipso scriptū est, Bonorū nostrorū, inter quæ est gloria, non indiget.

Porrecta per totum. 653 Mal. q. 9. ar. 1. & 2. cor.

QVAESTIO CXXXII. De inani gloria, in quinque articulos diuisa.

DEINDE cōsiderandum est de inani gloria.

ET CIRCA hoc quæruntur quinque.

¶Primo, Vtrum appetitus gloriæ sit peccatum.

¶Secundo, Vtrum magnanimitati opponatur.

¶Tertio, Vtrū sit pcm̄ mortale.

¶Quartò, Vtrum sit vitium capitale.

¶Quintò, De filiabus eius.

ARTICVLVS I.

Vtrum appetitus gloriæ sit peccatum.

AD PRIMVM sic proceditur. Vr q appetitus gloriæ nō sit pctm̄. Nullus enim peccat in hoc, q Deo assimilatur, quinimmo mandatur ad Eph. 5. Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi: sed in hoc, q hō quærit gloriam, vr̄ Deum imitari, q ab hominibus gloriā quærit. vnde dr̄ Isai. 43. Affer filios meos de lōginquo, & filias meas ab extremis terræ, & omnē, q inuocat nomē meū, in gloria meam creaui eum. ergo appetitus gloriæ non est peccatum.

¶2 Præt. Illud, p qd aliquis pnocatur ad bonum, non videt esse peccatum: sed per appetitū gloriæ homines prouocantur ad bonum. dicit enim Tullius* in 1 libro de Tuscula. qstionibus, q homines ad studia impelluntur gloria. In sacra ēt scriptura pmittitur gloria pro bonis operibus, sm illud ad Roma. 2. His quidem, qui sunt secundum patientiam bon. operis, gloriam, & honorē. ergo appetitus gloriæ non est peccatum.

¶3 Præt. Tullius** dicit in sua Rhetorica, q gloria est frequens de aliquo fama cum laude, & ad idem pertinet quod Ambr. dicit, * q gloria est quasi clara cū laude notitia: sed appetere laudabilem famam non est pctm̄, quinimmò vr̄ esse laudabile, secundum illud Eccl. 41. Curā habe de bono nomine. & ad Roma. 12. Prouidētes bona non solum coram Deo, sed etiam corā oibus hominibus. ergo appetitur inanis gloriæ non est pctm̄.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit 5. de ciuitat. Dei. Sanius videt, qui amorem laudis, uitium esse cognoscit.

RESP. dicēdum, q gloria claritatem quādam significat: vnde gloriari idem est, q clarificari, ut Aug.* dicit super Io. Claritas aūt, & decor quandam habent manifestationem: & iō nomē gloriæ, pprie importat manifestatione alicui* de hoc, qđ apud homines decorum vr̄, siue illud sit bonū corporale aliquod, siue spirituale. Quia verò illud quod simpliciter clarū est, à multis conspici pōt, & à remotis: iō proprie per nomen gloriæ designatur, q bonū alicuius deueniat in multorū notitiam, & approbationem, secūdum q Sallustius dicit in Catilinario: Gloriari ad unū non est. Largius tamen accepto glorię nomine non solum consistit in multitudinis cognitione, sed ēt paucorū, uel unius, aut sui solius, dū scilicet aliquis propriū bonū considerat, ut dignū laude: quod aūt aliquis bonum suū cognoscat, & approbet, nō est peccatū. dr̄ enim 1. ad Cor. 2. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus, quæ à Deo donata sunt nobis. Similiter etiam non est peccatum, q aliquis velit bona opera sua ab alijs approbari. dicit enim Matt. 5. Luceat lux uestra corā hominibus: & ideò appetitus gloriæ de se non nominat aliquid uitiosum. Sed appetitus inanis, uel uanæ gloriæ uitium importat: nā quodlibet uanū appetere vitiosum est, sm illud Ps. 4. Vt qd diligitis vanitatē, & qritis mēdaciū? Pōt aūt gloria dici uana tripliciter. Vno mō, ex parte rei, de qua quis gloriam quærit, puta, cum quis quærit gloriam de eo quod non est, uel de eo quod non est gloria dignum, sicut de aliqua re fragili, & caduca. Alio modo, ex parte eius, à quo quis gloriam quærit, puta, hominis, cuius iudicium non est certum. Tertio, ex parte ipsius, qui gloriam appetit, qui uidelicet appetitum gloriæ suæ nō refert in debitū finem, puta, ad honorem Dei, uel pximi salutē.

AD PRIMVM ergo dicendum, q sicut August.* dicit super illud Ioann. 13. Vos uocatis me magister, & Domine, & benedicitis. Periculosum ē sibi placere, cui cauendum est superbire. Ille aūt q super oīa est, quantūcunq; se laudet, nō extollit se. Nobis nāque expedit Deū nosse, nō illi: nec eū quisq; cognoscit, si nō se indicet ipse q nouit. Vndè patet, q Deus suā gloriā nō quærit pp se, sed pp nos. Et similiter etiā homo laudabiliter pōt ad aliorum vtilitatem gloriam suam appetere, sm illud Matt. 5. Videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est.

AD II. dicendū, q gloria q hr̄ a Deo, non est gloria vana, sed vera: & talis gloria bonis operibus in præmiū repromittit, de qua dr̄ 2. ad Cor. 10. Qui gloriatur, in Dño glorietur: nō enim qui seipsum comēdat, ille probatus est, sed quē Deus cōmendat. Prouocant ēt aliqui ad virtutū opera ex appetitu gloriæ humanæ, sicut ex appetitu aliorū terrenorū bonorū: nō tñ est verè uirtuosus qui propter humanam gloriam opera uirtutis operatur, ut Aug. probat in 5. * de ciuita. Dei.

AD III. dicendū, q ad perfectionē hominis pertinet, q ipse cognoscat: sed qđ ipse ab alijs cognoscat, nō pertinet ad eius pfectionē, & ideò nō est p se appetendū. Pōt tñ appeti inquantū est utile ad aliqd ue ut hoc q Deus ab hominibus glorificetur: uel ad hoc q homines proficiant ex bono, qđ in alio cognoscunt, uel ex hoc q ipse homo ex bonis quæ in se cognoscit per testimoniū laudis alienæ, studeat in eis perseuerare, & ad meliora pficere: & sm hoc laudabile est, q curam habeat aliquis de bono nomine, & q puideat bona corā Deo, & hoībus: nō tñ q in hominum laude inaniter delectetur.

* Li. 1. nō remote à princip.
*Lib. 1. de Inuentione fol. 1. ante fi. li.
*Id habet Aug. (libi 83. quæst. q. 31. circa fi. to. 4.
Li. 5. c. 19. in princ. tom. 5.
*Tra. 104. & 100. nō longe à pri. & 104 non procul à fi. tom. 9.
Conclu.
Conclu.
Conclu.
Gloria uana tripliciter.
*Trac. 58. non multū procul à princ. tom. 9.
*Lib. 5. c. 12. tom. 5.

¶ In eodē art. in rñsione ad secundū, vbi de prouocatione ad virtutū opera ex gloriæ appetitu tractatur, scito q si gloria vt finis virtutū ponitur, virtutē destruit: si autē vt calcar, ad virtutem excitat, ad virtutē acquirendā humanū animū adiuuat magis q̄ cætera bona vtilia: quoniam in genere vtilium, gloria tenet principatum.

¶ In eodē art. in rñsione ad tertiū, dubiū occurrit: qm̄ appetere gloriā humanā, vt debitā suæ virtuti, quæ in veritate illi debet, nullū peccatum est: & tñ talis appetitus humanæ gloriæ sistēs in ea, vt habet rōnem debiti sibi ratione virtutis, quā habet, aut fecit, non habet aliqđ triū in litera numeratorū: quia nec ad hoc, q Deus honoretur, nec ad hoc q proximi pficiant, nec ad hoc q ipsemet proficiat, tēdit: sed ad hoc, q gloria sibi debita ab hominibus, detur ab illis. Vt si quis appetat gesta suæ virtutis conscribi, aut manifestari, vt debitas sibi laudes habeat nō plus quàm oportet.

¶ Ad hoc dr̄, q ex hoc ipso, q gloria ordinatur immediatè ad virtutē, & habentē ipsam vt sic, sequitur q ordinet mediatè ad Deū, qui est ordinatiua finis virtutis, & habentis ipsam vt sic. Ac p hoc talis appetitus gloriæ est appetitus gloriæ vt vtilis ad hoc q Deus ab hominibus glorificetur: licet non immediatè, tamen mediatè.

SVP. Q CXXXII. ART. II.

IN art. 2. eiusdem 132. q. dubium occurrit ex Martino, vbi supra q. 3 impugnante literā huius rationis, q non concludat: quia ista consequentia nihil valet. Hæc se habent sicut causa, & effectus: igitur ad eandem virtutem pertinent: qđ tamen præsupponit ratio illa. Fortitudo enim bellica est causa honoris, & tamen ad diuersas virtutes spectant fortitudinis actus, & honor.

¶ Ad hoc dicitur, q consequentia literæ non præsupponit illā vniuersalē propositionem, scilicet Causa, & effectus spectant ad eandem virtutem, sed tenet consequentia in his specialibus terminis, gloria scilicet, & honore, ratione similitudinis vltra connexionem causalem [...] quasi [...] honoris (qđ potest declarari in multis ad ppositū) tenet tō. Ambo siquidē sunt bona externa, dubia, testimonij, ac quasi pmia virtutis suprema inter humana, eadē rōne appetibilia. Ex hoc siquidē q honor est causa talis effectus, sequitur q vnamet virtus hēt p materia vtrumq;.

¶ In eodē 2. artic. dubiū occurrit. An sicut distinguitur honor in magnū & mediocrē sic vt spectent ad diuersas virtutes, ita distinguenda sit gloria in magnā, & mediocrēm: q magna spectet ad magnanimitatē, & mediocris ad aliā virtutē, ac p hoc inanis gloria magna opponatur magnanimitati, mediocris verò alteri virtuti. Et si sic est, cur author hoc tacuit?

¶ Ad hoc dr̄ primò, q sicut de honore distinctū est, ita de gloria distinguendū est: ita q magna gloria est materia magnanimitatis, parua autem est materia illius uirtutis, cuius materia est paruus honor. Tacuit aūt hoc author, dimittēs hoc p claro, & apto ex hoc, q gloria cōsequitur ad honorē, & proportionabiliter illi respondet.

¶ Dicitur secundò, quòd gloria simpliciter dicta non consequitur nisi magnos honores, reuerētias, & laudes: quoniam qui mediocriter honore, aut laude digni sunt, non sunt simpliciter clari, sed secundum quid. Et propterea inanis gloria est unum tantum uitium, ad quod reducūtur spectat quæcumque mala gloriatio: sicut secundum quid tale, reducitur ad simpliciter tale. & hæc solutio est uera. Ideò author non distinxit de honore, sicut nec de gloria: quia gloria simpliciter sumpta, non est distinguibilis in magnam & mediocrem, quāmuis una gloria sit maior altera: sicut etiam inter magnos honores unus est maior altero honore.

¶ In eodem artic. in responsione ad primū, nota illa verba. Magnitudini animi repugnat, q aliquis glorietur in testimonio laudis humanæ, quasi hoc magnum aliquid æstimetur. Ex his namq; ultimis verbis apparet Martinum non penetrasse literam hanc, & propterea dixisse, q secundum S. Tho. quærere gloriam humanam semper uidetur uanum: cum author hic expressè dicat tunc esse peccatum, seu uanum, quando humana gloria quæritur ut aliquid magnum, ut superius probauimus.

ARTICVLVS II.

Vtrum inanis gloria magnanimitati opponatur.

AD SECVNDVM sic procedit. Videt q inanis gloria magnanimitati nō opponat. Pertinet. n. ad inanē gloriā vt dictū est, * q aliquis glorietur in his quæ non sunt, qđ pertinet ad falsitatē, vel in rebus terrenis & caducis, qđ pertinet ad cupiditatem: vel in testimonio hominum, quorū iudiciū non est certum, qđ pertinet ad imprudentiam: huiusmodi autem vitia non opponuntur magnanimitati. ergo inanis gloria non opponitur magnanimitati.

¶ Ad euidentiam horum scito, quòd primum dubium, licet spectet ad tractatum de magnanimitate, vbi adhuc non aduerterã ibi cum tanto labore traditam doctrinam haberi, in hac tẽpõ noua ab authore tam breuiter; sed quoniam ibi explanata est diffusè, & hic ab authore explicatur, & à Martino hic impugnatur: ideò hic quoq; respondendum est, ꝙ quẽadmodum simitas significat curuitatem non simpliciter, sed in naso, & non significat vtrumq; scilicet curuitatem & nasum, sed formaliter curuitatem, in hac tamen materia cõtractam: ita magnum qđ est obiectum magnanimi, non est magnũ absolutẽ, sed est magnum in opere virtutis, ita quòd magnitudo est id qđ formaliter significat, & respicit à magnanimitate. Opus autem virtuosum, in cõi nõ cõtractum ad speciẽ huius virtutis, vel illius magnitudinis, ẽ proxima materia illius magnitudinis contrahens magnitudinẽ, materialiter in, ad obiectum magnanimi tantum: sicut nasus contrahit curuitatem, & contraheret ad obiectum scientiæ propriæ de simitate, si qua esset. Recolendũ rursus ex supradictis, ꝙ magnitudo virtuosi operis, vt habet rationem conditionis consequentis quantitatẽ virtutis ꝓducentis ipsam, non habet rationem ardui, & ideò à qualibet pfecta virtute fit. Et ipsa tamen, vt induit rõnẽ formæ, habet rõnem ardui: & ideo à sola magnanimitate respicitur in opere virtuoso, vt in materia. Vnde magnanimitas dicitur ornatus virtutũ, quarto Ethi. quia magnitudo ipsa, rationem habet formæ ornantis omnes virtutes.

¶ Ad argumenta primi dubij respondendo conceditur, quòd omne opus virtuosum quatenus magnum formaliter, & ex intentione directa spectat ad magnanimũ, nec aliquod tale vt sic spectat ad magnificum.

¶ Ad secundum dicitur, ꝙ magnanimus dupliciter respicit ad bonitatem. Primò materialiter, quia materia suæ formæ est opus bonum. Et propterea vt dicitur in 4. Ethicor. oportet magnanimum esse virtuosum. Secundò formaliter, sicut qualibet virtus in actu suo eligit sciẽter bonum &c. Cum ergo in litera dicitur, quòd magnanimus respicit solam magni rationem circa hoc, notandum est ꝙ ly, circa hoc, quia denotat materiã primam, scilicet opus virtuosum, ita quòd circa opus virtuosum tendant vt materiam, ac per hoc non indifferenter se habet ad ipsam bonitas materiæ. Notandum est etiam, quòd respicere sumitur pro directẽ & primò intendere, & quòd ly, so-K la, non excludit concomitantia omnes virtutes, quæ in 2. Ethicorum numerantur, puta, quòd sciens, & eligens, & propter hoc &c. sed excludit speciales, seu differentiales rationes virtutum, puta, iustitiæ vt sic, mansuetudinis vt sic, & sic de alijs. Et per hoc patet responsio ad omnia argumenta de respectu solius magnitudinis.

¶ Ad tertium autem de productione dicitur, ꝙ magnanimus facit magnitudinem vt formam, & iustus iustitiam, & magnitudinem vt conditionem. Nec est verũ ꝙ idem sit opus magnum, & sua magnitudo, præcipuẽ vt formam immò distinguuntur genere in esse morali, vt actum ab antiquis est appensũ.

¶ Ad reliqua verò dicitur, ꝙ magnanimus faciẽdo magnum in opere iustitiæ attingit de facto opus iustum, materialiter tñ, sed solam magnitudinem formaliter. Et ad omnia quę afferuntur, conceditur, ꝙ scienter ex intentione & electione eligit magnũ & bonum dupliciter, vt priùs dictum est, s. formaliter quoad formale proprij actus, & materialiter quoad materiam propriæ

magnũ operant̃, non principaliter dirigunt intentionẽ suam ad magnũ, sed ad id qđ est proprium unicuiq; uirtuti. Magnitudo aũt cõsequitur ex quantitate uirtutis. Ad magnificentiam verò ptinet nõ solũ facere magnũ, sm̃ ꝙ facere ꝓpriẽ sumit̃, sed ẽt ad magnum faciendũ tẽdere animo. Vndẽ Tullius dicit *in sua rhetorica, ꝙ magnificẽtia est rerũ magnarum & excelsarum, cum animi quadam ampla, & splẽdida ꝓpositione cogitatio atque administratio: ut cogitatio referat̃ ad interiorẽ intentionẽ, administratio autẽ ad exteriorẽ executionẽ. Vnde oportet ꝙ sicut magnanimitas intendit aliquod magnũ in omni materia, ita & magnificentia in aliquo opere factibili.

AD III. dicẽdum, ꝙ magnificẽtia intẽdit opus magnũ facere: opera aũt ab hominib. facta C ad aliquẽ finẽ ordinant̃. Nullus aũt finis humanorum operum est adeò magnus, sicut honor Dei: & iõ magnificentia præcipuẽ magnũ opus facit in ordine ad honorẽ Dei. Vñ Philo. dicit in 4. Eth.* ꝙ honorabiles sũptus sunt maximẽ, q̃ ptinẽt ad diuina sacrificia, & circa hos maximẽ studet magnific⁹. Et iõ magnificẽtia cõiũgit sanctitati, q̃a pcipuẽ eius effect⁹ ad reliD gionẽ, siue ad sc̃itatẽ ordinat̃.

ARTICVLVS III.

Vtrum materia magnificentiæ sint sumptus magni.

AD TERTIVM sic procedit̃. Vr̃ ꝙ materia magnificentiæ nõ sint sumptus magni. Circa eadẽ.n. materia nõ sũt duæ virtutes: sed circa sumpt⁹ ẽ liberalitas, ut sup. habitũ est.* ergo magnificẽtia nõ ẽ circa sũpt⁹.

¶ 2 Præt. Oĩs magnificus ẽ liberE ralis, ut dr̃ in 4. Eth.† sed liberalitas est magis circa dona, q̃ circa sumptus. ergo ẽt magnificentia non præcipuẽ est circa sumptus, sed magis circa dona.

¶ 3 Præt. Ad magnificẽtiã pertinet aliqđ opus exterius facere. Nã aũt quibuslibet sumptib. fit aliquod exterius opus, ẽt si sint sumptus magni, puta, cũ aliqs multa expendit in xenijs mittẽdis. ergo sumptus non sunt ꝓA pria materia magnificentiæ.

¶ 4 Præt. Magnos sumptus non pñt ħ facere nisi diuites: sed oẽs virtutes pñt habere ẽt pauperes, q̃a uirtutes non ex necessitate idigent exteriori fortuna, sed sibi ipsis sufficiũt, ut Seneca dicit in li. de Ira. ergo magnificẽtia ñ ẽ circa magnos sũptus.

SED CONTRA est, ꝙ Phil. dicit in 4. Ethi.* ꝙ magnificẽtia non extẽdit̃ circa oẽs operationes B q̃ sunt ĩ pecunijs, sicut liberalitas, sꝫ circa sũptuosas solũ, ĩ qb. excellit liberalitatẽ magnitudine. ergo ẽ solũ circa magnos sũpt⁹.

RESP. Dicẽdũ, ꝙ ad magnificentiã, sicut dictũ est,* ptinet intẽdere ad aliqđ magnũ opus faciendum. Ad hoc autem ꝙ aliqđ magnum opus cõuenienter fiat, reqrũtur ꝓportionati sumptus. Nõ.n. pñt magna opera fieri, nisi cũ magnis expẽsis. Vñ ad magnificẽtiã ptinet magnos sumptus facere ad hoc, ꝙ opus magnũ cõuenienter fiat. Vñ & Philo. dicit in 4. Eth. ꝙ magnificus ab æquali. i. a ꝓportionato sumptu, opus faciet magis magnificum. Sumptus aũt est quædam pecuniæ emissio, à qua põt aliqs prohiberi per supfluum amorem pecuniæ. Et iõ p̃ materia magnificentiæ pñt dici & ipsi sumptus, quib. utit̃ magnificus ad opus magnũ faciendum: & ipsa pecunia, qua utit̃ ad sumptus magnos faciendos, & amor pecuniæ quem moderat̃ magnificus, ne sumptus magni impediantur.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ sicut sup. dictũ ẽ,* virtutes illę q̃ sunt circa res exteriores, hñt aliquã difficultatẽ ex ipõ gñe rei, circa quã ẽ uirt⁹, & aliã difficultatẽ ex magnitudine ipsi⁹ rei: & iõ oportet circa pecuniã & usum eius, esse duas uirtutes, s. liberalitatẽ, q̃ respicit cõiter usum pecuniæ, & magnificẽtiã, quę respicit magnum pecuniæ usum.

AD II. dicendũ, ꝙ usus pecuniæ aľr ptinet ad liberalẽ, & aľr ad magnificum. Ad liberalẽ.n. ptinet sm̃ ꝙ ꝓcedit ex ordinato affectu circa pecunias. Et ideò omnis usus debitus pecuniæ, cuius impedimentum tollit moderatio amoris pecuniæ, ptinet ad liberalitatẽ. s. & dona, & sumptus: sed vsus pecuniæ pertinet ad magnificum in ordine ad aliquod magnum opus quod faciendum est, & talis vsus non potest esse sine sumptu, siuẽ expensa.

AD III. dicendũ, ꝙ magnificus ẽt dat dona, vel xenia, ut dr̃ in 4. Ethi.* nõ tñ sub ratione doni, sed potius sub ratione sumptus ordinati ad aliquod opus faciendũ, puta, ad honorandum aliquẽ, uel ad faciendũ aliquid, undẽ proueniat honor toti ciuitati: sicut cũ facit aliqd, ad qđ tota ciuitas studet.

AD IIII. dicẽdũ, ꝙ principalis act⁹ uirtutis ẽ interior electio, quã uirt⁹ põt hr̃e absq; exteriori fortuna, & sic ẽt pauper pt̃ eẽ magnific⁹: sed ad exteriores act⁹ uirtutũ reqrunt̃ bona fortunæ, sicut q̃dã instr̃a, & sm̃ hoc pauper nõ pt̃ actũ magnificẽtię exteriorẽ exercere ĩ his q̃ sunt magna simplr̃, sed fortẽ in his q̃ sunt magna p cõparationẽ ad aliqđ opus, qđ etsi in se sit paruũ, tñ pt̃ magnificẽ

*Lib. 2. de inuẽtione fol. 3. ante finem.

*Li. 4. c. 2. paulo ante mediũ tom. 5.

Confunditur a Philosopho paganus templorum &c. destructores & huiusmodi. Porrecta per totum.

663

Inf. q. 152. art. 3. cor. & q. 160. ar. 2. co. Et 1. 2. q. 60. art. 5. cor. Et 3. d. 34. q. 1. art. 3. Et 4. di. 7. q. 2. art. 2. q6. 2. cor. & dist. 17. q. 1. art. 2. q. 3. co. & di. 33. q. 3. ar. 2. cor. Et 4. Eth. lec. 8.

*q. 117. artic. 1.

†Li. 4. c. 1. parũ post principiũ. to. 5.

*Li. 4. c. 2. ante medium. to. 5.

*Ar. præc.

Concl.

*Li. 7. c. 2. ante mediũ, to. 5.

Conclu.

*q. 124. artic. 2.

*Li. 4. c. 2. tom. 5.

Responsio.

[Commentary:] priæ formæ & finis principaliter intẽti. Ex qbus patet, ꝙ positio authoris in nullo deficit, dicẽs oẽ opus bonũ, quatenus magnũ, ex principali intẽtione spectare formaliter ad magnanimitatem. Ad id verò qđ addit de materia magnanimitatis, dr̃ ꝙ minor est falsa, & probatio nihil ualet: qui seclusa ʒ administratione publica dr̃ quis magnanimus, si magnũ opus virtutis facit ex intẽtione: pusillanimus, si non audet ad illud, ut patet de seruo, q abscõdit talẽtũ: & præsumptuosus, si attẽtat actus supra uires, ut Petrus, Si oẽs scãdalizati fuerint &c. Vñ iste homo propriũ magnanimi, extraneũ fecit, s. operari magnũ in qualibet uirtute, & extraneũ s. administrationẽ publicã, ꝓpriam facit: cum tamẽ in 4. Eth. solum primum didicerit.

Ad aliud dubiũ secũdo loco motũ dr̃, ꝙ magnanimitas tẽdit in magnũ, & facit illud ẽt in operatiõe magnifici. Nec cõtra hoc obstant obiecta, qm̃ alia est materia, in qua magnific⁹ appetit, & facit magnũ alia in qua magnanimus appetit, & facit magni. Magnificus siquidẽ facit magnũ in materia exteriori, s. in aliquo opere factibili, puta, domo, tẽplo, nuptijs &c. Magnanimus aũt facit magnũ in actu electionis ipsius magnificentiæ, ita ꝙ act⁹ magnificentiæ, sicut & aliarũ uirtutũ act⁹, sunt quos magnanim⁹ ornat magnitudine. Nõ est ergo eadẽ magnitudo directẽ intẽta ab utraq; uirtute: sed magnificentia intendit ad magnum in materia exteriori, magnanimitas autẽ ad magnum in ipso actu magnificentiæ, & hoc per se primò, inquantum est actus virtuosus, & nõ inquantũ est actus magnificẽtiæ. Obiectio aũt secũda similiter ĩ æquiuoco laborat: qm̃ magnificẽtia cõuenit cũ alijs uirtutibus in hoc, ꝙ non per se primò tendit ad magnũ in operatione sua, sed ũ facit operationẽ suam magnã facit, ut cõsequẽter cõsequenter ex sua uirtutis, quia. s. est pfecta in actu. Oportet siquidẽ magnanimitatẽ adesse ad hoc ut per se primò intẽdatur ad magnũ in operatione magnificentię. Facere autem magnum in re exterius factibili spectat ad magnificẽtiam.

fieri secũdum proportionem illius generis. Nam parũum & magnum dicuntur relatiuè, vt Philoso. dicit in prædicamentis.*

*In prędicamento ad aliqd. to. 1.

SVP. Q. CXXXIIII. ART. IIII.

Porrecta per totum. 664

Supp. q. 23 &locis ibi mutatis.

IN art. 4. eiusdé q. 134. dubiũ occurrit ex Martino dicẽte tripliciter argućte, q, illę duæ conditiones quæ in litera ponuntur, non sufficiunt ad esse uirtutem adiunctam vt secundariam principali. Primò, quia sic omnis uirtus excessa à fortitudine est sit secundaria uirtus respectu eius. Probatur, quia habet ambas conditiones. f. & q conuenit cum ea (omnis. n. excessum cõuenit in aliquo cũ excedente) & q excedituralteo. Secũdò, qa sic liberalitas, eutrapelia, & sic d mul tis alijs, esset secũdaria uirtus respectu fortitudinis, quia ambas habet conditiones. Tertiò, quia iustitia, & omnis uirtus respectu prudentiæ ...

†Ar. prec.

*Li. 4. c. 2. paulo a princ. t. 1. tom. 5.

*Tulli. in fine rhet. & Sempronia in fol. 2. ante lib. medium.

Concl. m

Conclu. p

* q. 80. & 128.

D. 831.

*Ad 2 iiij ...

ARTICVLVS IIII.

Vtrum magnificentia sit pars fortitudinis.

AD QVARTVM sic ꝓcedit. Vr̃ ꝙ magnificẽtia nõ sit pars fortitudinis. Magnificentia.n. conuenit in ꝗ materia cum liberalitate, ut dictum est:† sed liberalitas non est pars fortitudi-G nis, sed iustitiæ. ergo magnificẽtia non est pars fortitudinis.

¶2 Præt. Fortitudo est circa timores & audacias: magnificentia aũt in ñ nullo vr̃ respicere timorẽ, sed solùm sumptus, qui sunt operationes quædã. ergo magnificentia magis vr̃ pertinere ad iustitiã, q̃ est circa operationes, quàm ad fortitudinẽ.

¶3 Præt. Phil. dicit in 4. Ethic.* ꝙ magnificus scienti assimilat; H sed ʰ scientia magis conuenit cum prudentia, quàm cum fortitudine. ergo magnificẽtia nõ debet poni pars fortitudinis.

SED CONTRA est, ꝙ Tulli*, & Macrobius, & Andronicus * magnificentiam partem fortitudinis ponunt.

RESP. Dicẽdũ, ꝙ ᵐ magnificẽtia fm ꝙ est specialis uirtus, nõ pt poni pars subiectiua fortitudinis, ⁿ qa non conuenit cũ ea i materia: sed ponit pars ei* inquantũ adiũgitur ei sicut uirtus secundaria principali. ᵖ Ad hoc aũt ꝙ aliqua uirtus adiungat alicui principali, duo reqrunt, ut sup. dictũ est,* quorum unũ est, ut secũdaria conueniat cũ principali: aliud aũt est, ut i aliquo excedat ab ea. Magnificẽtia aũt conuenit cũ fortitudine in hoc, ꝙ sicut fortitudo tendit i aliqđ arduũ & difficile, ita K ẽt & magnificẽtia. Vñ ᵈ ẽt vr̃ esse in irascibili, sicut & fortitudo: sed magnificentia deficit a fortitudine i hoc, ꝙ illud arduũ in qđ tẽdit fortitudo, hẽt difficultatẽ pp periculũ qđ imminet psonæ. Arduũ aũt in quod tendit magnificentia, hẽt difficultatẽ pp dispendiũ rerũ, qđ est multo minus, quàm periculum personæ: & ideò magnificentia ponit pars fortitudinis.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ iustitia respicit operatiões fm se, ꝓut in eis considerat rõ debiti: sed liberalitas, & magnificẽtia cõsiderãt operatiões sũptuũ fm qđ cõparant ad passiones aiæ, diuersimodè tñ. Nã liberalitas respicit sumpt⁹ p cõparationẽ ad amorẽ, & cõcupiscẽtiã pecuniarũ, q̃ sunt passiones cõcupiscibilis, qb. nõ impedit liberalis ᵈ a dationib. & sũptib. faciendis, vñ est i cõcupiscibili. Sed magnificẽtia respicit sumptus p cõparationẽ ad spem, attingendo ad aliquid arduũ nõ simpl'r sicut magnanimitas, sed in determinata materia. s. in sumptibus: unde magnificentia uidetur esse in irascibili, sicut & magnanimitas.

ad alterum, sub ratione debiti moralis tamen. Eutrapelia autem pars ponitur temperãtiæ, ut infra patebit, quia modestia quædã est actionum ludicrarum.

•Ad tertiũ dicitur, q consequentia non ualet, nec sequitur ex dictis literæ sanè intellectis. Et hæc de hac quæstione, & sequenti, de paruificẽtia, & cõsumptione, dicta sufficiunt.

D. 815.

AD II. dicendũ, ꝙ magnificentia, etsi non conueniat cum fortitudine in materia, conuenit tamen cum ea in conditione materiæ, inquantum. s. tendit in aliquid arduum circa sumptus, sicut & fortitudo in aliquid arduum circa timores.

AD III. dicẽdum, quòd magnificentia ordinat vsum artis ad aliquid magnum, ut dictum est: ars autem est in ratione. Et ideo ad magnificum pertinet benè uti ratione in attendẽdo proportionem sumptus ad opus, quod faciendũ est. Et hoc præcipuè necessarium est propter magnitudinẽ utriusque, quia nisi diligens consideratio adhiberetur, immineret periculum magni damni.

QVAESTIO CXXXV.

De Paruificentia, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de uitijs oppositis magnificentiæ.

ET CIRCA hoc quæruntur duo.

¶Primò, Vtrum paruificentia sit vitium.

¶Secundò, de vitio ei opposito.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum paruificentia sit uitium.

Porrecta per totum. 665 4. Ethic. lect. 7.

AD PRIMVM sic proceditur. Vr̃ ꝙ paruificentia nõ sit uitium. Virtus. n. sicut est ᵘ moderatiua magnorum, ita etiam est moderatiua paruorum, vñ & liberales, & magnifici aliqua parua faciunt: sed magnificentia est uirtus. ergo similiter paruificentia magis est uirtus quàm uitium.

¶Præt. Phil. dicit in 4. Eth.* ꝙ diligentia rõcinij est paruifica: sed ʰ diligentia ratiocinij vr̃ esse laudabilis, qa bonũ hoĩs est fm rõnẽ esse, ut Dion. † dicit in 4. c. de diui. no. ergo paruificẽtia nõ est vitiũ.

¶4 Præt. Phil. dicit in 4. Eth.* ꝙ paruificus ʰ consumit pecuniam tristatus: sed hoc pertinet ad auaritiã, siuè ad illiberalitatem. ergo paruificentia non est uitium ab aliis distinctum.

SED CONTRA est, ꝙ Phil. in 2. & 4. Ethic.* ponit paruificentiã spãle uitiũ magnificẽtiæ oppositũ.

RESP. dicẽdum, ꝙ sicut supra dictum est,* moralia speciẽ a fine sortiuntur: unde & a fine ut plurimum nominantur. Ex hoc ergo dr̃ aliquis paruificus, ꝙ intendit ad aliquid paruum faciẽdum. Paruum autem & magnum fm Philoso. in prædica-

*Li. 4. Eth. aliquãto a princip. t. 5. † Cap. 4. par. 4. *Li. 4. c. 2. in fi. tom. *Li. 2. c. 7. & li. 4. c. 2. tom. 5. *1. 2. q. 1. ar. 3. & q. 18. ar.

*In pdicamẽto ad aliqd, t. 1.

mẽtis* relatiuè dñr. Vñ cũ dr̃, ꝙ paruificus intẽdit A aliqđ paruũ facere, intelligẽdũ est in cõparatione ad genus operis qđ facit: in quo qdem paruum & magnũ põt attendi dupl'r. Vno mõ, ex parte operis fiẽdi: alio mõ, ex parte sumptus. Magnificus ergo principaliter intẽdit magnitudinẽ operis, secũdario intẽdit magnitudinẽ sumptus, quã nõ uitat, vt faciat magnũ opus. Vñ & Phil. dicit in 4. Eth.* ꝙ magnific⁹ ab equali sumptu op⁹ facit magis magnificũ. Paruificus aũt ecõuerso, principal'r qdẽ intẽdit paruitatem sumptus. Vñ & Phil. dicit in 4. Eth.* ꝙ intẽdit qualiter minimũ cõsumat: ex cõsequenti aũt intẽdit paruitatẽ operis, quã. s. non recusat, dũmodo paruũ sumptũ faciat. Vñ Phil. dicit ibidẽ,* ꝙ paruificus maxima cõsumẽs in paruo. s. ꝙ nõ vult expendere, bonũ pdit. s. magnifici operis. Sic ergo patet ꝙ paruificus deficit à ꝓportione, quæ debet esse secundum rationem inter sumptus, & opus. Defectus autem ab eo quod est secũdum rationem, causat rationem uitij. Vnde manifestum est, quod ᵐ paruificentia uitium est ⁿ.

*Li. 4. c. 2. tom. 5.

*Li. 4. c. 2. non procul a fine tom. 5.

* Li. 4. c. 2 nõ remote a fine, tom. 5.

Conclu. m

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ virtus moderatur parua fm regulã rationis, à qua deficit paruific⁹, vt dictũ est.* Nõ enim dr̃ paruificus qui parua moderatur, sed qui in morãdo magna, uel parua, defi C cit à regula rationis: & ideò habet vitij rationem.

*In corp. art.

AD II dicendũ, ꝙ sicut Phil. dicit in 2. Rhetor.* Timor facit cõsiliatiuos: & iõ paruificus diligenter rõcinijs intẽdit, qa iordinatè timet bonorum suorũ cõsumptionẽ, ẽt in minimis. Vñ hoc nõ est laudabile, sed uitiosũ & uituberabile: qa non dirigit affectum suum fm rationem, sed potius rationis usũm applicat ad inordinationem sui affectus.

*Li. 2. c. 5. parum a med. t. 6.

AD III. dicẽdũ, ꝙ sicut magnificus cõuenit cũ liberali i hoc, ꝙ promptè & ďlectabiliter pecunias emittit: ita ẽt paruificus cõuenit cũ illiberali, siue auaro in hoc, ꝙ cũ tristitia, & tarditate expensas D facit. Differt aũt in hoc, ꝙ illiberalitas attenditur circa cões sumptus: paruificẽtia aũt circa magnos sumptus, quos difficilius est facere. & iõ minus uitiũ est paruificẽtia, q̃ illiberalitas. Vñ Phil. dicit in 4. Eth.* ꝙ q̃uis paruificentia & uitium oppositum sint malitiæ, non tamen opprobria inferunt: quia nec sunt nociua proximo, nec sunt ualdè turpes.

*Li. 4. c. 2. in fine, tom. 5.

ARTICVLVS II.

Vtrum paruificentiæ aliquod vitium opponatur.

Porrecta per totum. 666 4. Ethico. lect. 7.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ paruificentiæ nullum uitium opponatur. Paruo. n. opponit ʰ magnum: sed magnificẽtia nõ est uitiũ, E sed uirtus. ergo paruificẽtiæ nõ opponitur uitiũ.

¶2 Præt. Cũ paruificentia sit uitium ex defectu, ut dictum est,* vr̃ ꝙ si aliquod uitium esset paruificẽtiæ oppositum, ꝙ consiste. et solum. n superabundanti consumptione: sed illi qui cõsumunt multa, vbi pauca consumere oporteret, consumunt pauca ubi multa oporteret cõsumere, ut dicitur in 4. Eth.* & sic habent ʰ aliquid de paruificentia. non ergo est aliquod uitium paruificentiæ oppositũ.

*Ar. prec.

*Li. 4. c. 2. circa finem, t. 5.

¶3 Præt. Moralia sortiuntur speciem ex ʰ fine, ut dictũ est:* sed illi qui superfluè consumunt, hoc faciunt cã ostentationis diuitiarum, ut dicitur in 4. Etic.† hoc autem pertinet ad inanem gloriam, quæ* opponitur magnanimitati, ut dictũ est.* ergo nullum uitium paruificentiæ opponitur.

*ar. prec. & 1. 2. q. 1. ar. 3.

†Li. 4. c. 2. circa finẽ *q. 131. artic. 2.

SED CONTRA est authoritas Philo. qui in 2. & 4. Ethi.† ponit magnificentiam medium duorum oppositorum uitiorum.

† Li. 2. c. 7 & li. 4. c. 2. tom. 5.

RESP. Dicẽdũ, ꝙ paruo opponit magnũ. Paruũ aũt & magnũ relatiuè dñr, ut dictũ est*. Sicut autẽ cõtingit sumptũ esse: paruũ p cõparationem ad opus, ita ẽt cõtingit sumptũ esse magnũ in cõparatione ad op⁹, ut s. excedat ꝓportionẽ, q̃ esse dẽt sumptus ad opus fm regulã rõnis. Vñ manifestũ est ꝙ ᵐ uitio paruificẽtiæ, qua aliqs deficit à debita ꝓportione expẽsarum ad opus, intẽdẽs minus expẽdere q̃ dignitas operis requirat, opponit uitiũ, quo aliqs dictam ꝓportionẽ excedit, ut s. plus expendat, q̃ sit operi proportionatum ⁿ: & hoc uitium Græcè quidem dr̃ banausia à furno dicta, qa ß ..... uidelicet ad modum ignis qui est in furno omnia consumit. Vel dr̃ apyrocalia. i. sine bono igne, qa ad modũ ignis oia cõsumit non pp bonum. Vnde latinè hoc uitium potest nominari consumptio.

*ar. prec.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ magnificẽtia dr̃ esse ex eo ꝙ facit magnum opus: nõ aũt ex eo ꝙ in sumptu excedat proportionem operis. Hoc enim pertinet ad uitium, quod opponitur paruificẽtię.

AD II dicendũ, ꝙ idẽ uitiũ cõtrariat uirtuti, q̃ est in medio, & cõtrario uitio. Sic ergo uitiũ consumptionis opponit paruificẽtiæ in eo, ꝙ excedit i sumptu operis dignitatẽ expẽdẽs multa, ubi pauca oporteret expẽdere. Opponit aũt magnificentiæ ex parte operis magni, quod præcipuè intendit magnificus, inquantum scilicet, ubi oportet multa expendere, nihil, aut parum expendit.

AD III dicendum, ꝙ consumptor ex ipsa specie actus opponitur paruifico, inquantũ trãscẽdit regulã rationis, à qua paruificus deficit. Nihil tñ prohibet, quin hoc ad finem alterius uitij ordinetur, puta, inanis gloriæ, uel cuiuscumq; alterius.

QVAESTIO CXXXVI.

De Patientia, in quinque articulos diuisa.

DEINDE cõsiderandum est de patientia.

Et circa hoc quærũtur quinq;.

¶Primò, Vtrũ patiẽtia sit uirt⁹.

¶Secundò, Vtrum sit maxima uirtutum.

¶Tertiò, Vtrum possit haberi E sine gratia.

¶Quartò, Vtrum sit pars fortitudinis.

¶Quintò, Vtrum sit idem cum longanimitate.

ARTICVLVS I.

Vtrum patientia sit virtus.

AD PRIMVM sic ꝓcedit. Vr̃ ꝙ patiẽtia nõ sit uirtus. Virtutes. n. ꝓfectissimè ʰ sunt i patria, ut Aug. dicit in 4. de Tri.* sed ibi nõ est patientia, qa nulla sunt

SVP. Q. CXXXVI. ARTIC. I.

IN art. 1. q. 136. dubiũ occurrit Martini in eodẽ tractatu I q. 1. de patiẽtia cõtra rõnẽ literæ in corpore huius articuli, dicẽtis, q hæc rõ intellecta ut iacet, nimis pplexa est. Quod. n. primo concludit, vr̃ falsum, & cõsequentia multum obscura. Argui. n. sic. Inter alias passiones tristitia impedit bonum rõnis. ergo necessaria est uirtus, qua bonũ rõnis cõseruetur contra tristitias. Contra. Tum primò, quia uolũtas hoc uirtutis habitu hoc posset ergo. Antecedens probatur, quia alioquin quàm posset esse in primum actum. Tũ secũdò quia dicetur

Porrecta per totum. 667 Infra art. 5. cor. & supra. 128 cor.

*Li. 14. de tri. cap. 9. tom. 3.

Ss 2 quòd

Universidad de Deusto Biblioteca

omnis virtus conseruat bonũ rõnis cõtra tristitias, & sic per hoc medio nõ probatur q̃ vltra alias uirtutes sit necessaria patientia. Tertiò deficit, qa non assignat nisi vnam passionem quam moderetur, s. tristitiam: & tñ oĩs virtus moralis est media inter duas passiones, aut saltẽ dupliciter circa eandẽ passionem: sicut mansuetudo ẽ media inter excessum & defectũ iræ. Quartò, qa oĩs uirtus pugnat cõtra tristitiã impedientẽ bonũ rõnis directiuæ sui, ut patet de pseuerantia. Quintò, quia secundũ sanctos patientia est utilis ad tollendã insensibilitatẽ, & inducendã tristitiam, ubi nulla esset ex malis sequutura tristitia, sicut de facto Christus suscepit tristitiã. Tristis, inquit, est anima mea. Vnde patientia nõ solum est cohibitiua tristitiæ excedentis, sed excitatiua tristitiæ deficiẽtis: q̃ patet ex mansuetudine respectu iræ, q̃ vtrũq; facit, & ex hoc q̃ oĩs virt⁹ moralis est media inter duo extrema uitia, & ex authoritate Greg. in Moralibus super illud, Surrexit Iob, scidit vestimẽta sua & tonso capite adorauit. Vbi cõtra nimiũ dolorum sensum contraponit insensibilitatem, & vtrũq; damnat, afferens contra secundos illud prophetæ. Percussisti eos, nec doluerũt: attriuisti eos, & noluerũt accipere disciplinã: & similitudinẽ mẽbrorum stupidorum, quæ incisa dolere non possunt.

Patientia missa a paratione.

† 1. 2. q. 70. art. 1. ad 3. præcipue.

* Ca. 1. in prin. t. 4.

* q. 123. ar. 1.

¶ Ad hoc dr̃, q̃ rõ sancti intellecta, bona est & ad primam obiectionem dr̃, q̃ aliud est posse in actu uirtutis, aliud est posse in illum actum eo modo quo uirtuosus exercet. Non.n. ponitur iustitia ut uirtus ut uoluntas possit uelle iustũ, sed ut possit eo modo quo iusti uolunt iusta. & simile est de alijs uirtutibus. Et ideò oportet poni patientiam contra tristitias, ut homo se habeat in tristitijs uirtuosè, quod sine uirtute moderatiua tristitiarum fieri nequit. Si namque indomitæ essent, licet homo posset, non tamẽ posset, ut patientes soli sunt, rectitudinẽ in aduersis seruare.

* Ca. 2. in prin. t. 4.

¶ Ad secundã uerò obiectionẽ, quæ coincidit cũ quarta, & multũ hẽt apparentiæ, adeò q̃ vt sufficienter suadere rõni liceat, quælibet uirtus sicut moderatur timorẽ contrariorũ suorum, ita & tristitiã eorundem. Liberalitas siquidẽ moderatur timorem amissionis pecuniarũ, & tristitiã amissarũ. Similiter tẽperantia moderatur timores & tristitias contrarias delectabilibus sensus tactum, & sic de alijs. Verumtamen uidetur cum authore, q̃ quia nulla alia uirtus est directè moderatiua tristitiæ, & tristitia est passio ualidè impeditiua boni rõnis, ideo conueniens est ponere unam uirtutẽ circa tristitiam directè. Rursus singulæ uirtutes sunt circa singulas tristitias oppositas in ordine ad quoddã particulare bonũ rõnis: ista aũt uirtus ponit̃ circa tristitiã i ordine ad bonũ rõnis absolutè, vt s. sic moderetur tristitias, ut in nullo mẽs à bono auertatur, seu declinat pp tristitiam quamcumq;, præcipuè uero pp tristitiam illatã ab extra. Demum cum uirtus illa ponatur principaliter pp bonum supernaturale, ut s. hõ pp tristitias quæ occurrunt, non declinet à bono suo supernaturali, qd ẽ maximũ bonum rõnis, seu superioris partis nostræ scilicet intellectus & uoluntatis. & tristitiæ passio materia ppria sit moralis, & non theologalis uirtutis, rõnabilius est ponere q; charitas mediãte patientia moderatur tristitias, q̃ q; per seipsam ad illas descendat. Oportet nãque charitati attribuere pugnam cõtra tristitias impedientes amorem excessis patriæ. Rõnabilius tamẽ hoc, ut dictum est, facit mediante p uirtutẽ patientiæ, quæ directè circa tristitias sit in ordine ad bonum rõnis supernaturale principaliter: & cõsequenter ad bonum rõnis simpliciter & absolutè. Vt autẽ inferi⁹ patebit, author patientiã ponit directẽ virtutem circa tristitias, ut ratio in bono supernaturali cõtra tristitias conferuetur.

¶ Ad tertiam dr̃, q̃ sufficit uirtuti una passio, ut propria materia moderanda, ut patet de mansuetudine, cui ut propria materia assignatur ira. Quod aũt patientia sit circa tristitias media inter duo uitia extrema, non repugnat literæ, neq; authori, qui inferius expresse in sequenti libro q. 46. ar. 6. ad secundum, dicit q̃ uirtus moralis mitigat tristitiam, pcedẽdo in ea medium rationis, sequẽs Peripateticos contra Stoicos omnino tristitiam ab animo sapientis remouentes. Vnde cum tristari de malo sit secundum naturalẽ ordinem nostræ naturæ, respectu talis obiecti approprinquanti, uitiosum quæ uidetur uitiosum. s. & plus tristari quàm oportet, & minus tristari quàm oportet. Nulla siquidem tristitia de malo coniuncto, cognita naturæ nostræ derogat: ac per hoc patientia est circa tristitiam, sicut mansuetudo circa irã: & est in medio duarum malitiarum, ut aliæ uirtutes morales, quæ sunt circa passiones. Et ex his patet, quòd quinta obiectio non est contra doctrinam authoris.

¶ In eodem 1. ar. in responsione ad primum, dubium occurrit ex Martino ibidem reprehendente respõsionem hanc in hoc, quòd ponit patiẽtiam remanere in patria ratione illius actus, qui est frui bonis, ad quæ per patientiam peruenire uolebant*. & duo impugnat. Primò, ipsa uocabula: secundò, rationem. Inquit primò, q̃ est abusio uocabulo patientiæ, ita q̃ esset multo rõnabilius dicere album nigrũ, aut calidũ frigidum, quia ista sibi aliquos se cõpatiuntur in aliquibus gradibus: patientia autem & summa delectatio, non. Et hic multa inculcat. Inquit secundò, q̃ exemplũ de iustitia qd remanet in pria nõ respõdet emptionũ &c, sed quo ad hoc, qd est esse subditum Deo, nõ valet: qm est una species iustitiæ, cuius actus est esse subditum Deo. Nulla aũt est patiẽtia, cuius actus sit illa fruitio, q̃ est in patria.

¶ Ad hæc dr̃, q̃ nulla est abusio vocabulorũ: quia cum patiẽtia habeat pro proximo fine fruitionem boni, pro quo tristitia sustinet, dicere quòd non remanet in patria ipsa patientia in seipsa, sed in suo fine, nullus abusus, nulla obscuritas interuenit. Sed sicut dicim⁹, q̃ militia in uictoria remanet, & in triũpho: ita patientia in fruitione bonorum patriæ, pro quibus quis passus est in uia.

Porrecta per totum. 668

1. 2. q. 66. art. 3. ad. 1

¶ Ad secundam verò obiectionem dicitur, quòd similitudo de iustitia tenet quo ad hoc, quòd ẽ remanere respectu finis & ad hoc ẽ allata ab authore. Vnde non oportet fingere patiẽtiam, cuius actus sit fruitio patriæ: quoniam expressè author dicit in litera, q̃ non remanet secundum seipsam, sed secundum suum finẽ tantũ, qui attribuitur patiẽtiæ, sicut triũphare attribuitur militiæ.

ibi mala tolerãda, ſm illud Isa. 49. & Apo. 21. Nõ esuriẽt, neq; sitiẽt, & nõ pcutiet eos æst⁹, neq; Sol. ergo patiẽtia nõ est uirtus.

¶ 2 Præt. Nulla virtus in malis põt inueniri, qa uirtus est q̃ bonũ facit habẽtem: sed patientia qñq; in malis hominibus inuenit, sicut patet in auaris q multa mala patienter tolerant, ut pecunias congregent, ſm illud Eccl. 5. Cunctis diebus uitæ suæ comedit in tenebris, & in curis multis, & in ærumna atq; tristitia. ergo patiẽtia nõ est uirtus.

¶ 3 Præt. Fruct⁹ a virtutib⁹ differũt, vt s. habitũ ẽ: sed patiẽtia ponit inter fructus, ut patet ad Gal. 5. ergo patiẽtia nõ ẽ uirt⁹.

SED CONTRA ẽ, qd Aug. dicit in lib. de patiẽtia.* Virt⁹ animi q̃ patiẽtia dr̃, tã magnũ Dei donũ est, ut ẽt ipsius, qui nobis eã largitur, patientia prædicetur.

RESP. Dicẽdũ, q̃ sicut dictũ est supra,* uirtutes morales ordinant ad bonũ, inquãtũ cõseruãt bonũ rõnis cõtra impetus passionũ. Inter alias aũt passiones tristitia efficax est ad impediẽdũ bonũ rõnis, ſm illud 2. ad Cor. 7. Sæculi tristitia mortem operat. & Eccl. 30. Multos occidit tristitia, & nõ est utilitas in illa. Vñ necesse est hẽre aliquã virtutẽ, p quã bonũ rõnis conseruet cõtra tristitiã, ne s. rõ tristitiæ succũbat: hoc aũt facit patiẽtia. Vñ Aug. dicit in lib. de patiẽtia,* q̃ patiẽtia hois est, qua mala æquo aĩo toleram⁹, i. sine pturbatione tristitiæ, ne aĩo iniquo bona deseram⁹, p q̃ ad meliora pueniamus. Vñ manifestũ est patientiã esse uirtutem.

Conclu.

AD PRIMUM ergo dicendũ, q̃ virtutes morales nõ remanent ſm eũdẽ actũ in patria, quẽ habent in uia. s. p cõparationẽ ad bona pñtis uitæ, q̃ nõ remanebũt in patria, sed p cõparationẽ ad finẽ, q erit i patria, Sicut iustitia nõ erit in patria circa emptiones & uẽditiones, & alia q̃ ptinent ad pñtem uitã, sed i hoc, qd ẽ subditũ eẽ Deo. Sic actus patiẽtiæ in patria nõ erit in sustinẽdo aliqua, sed in fruitione bonorũ, in quo peruenire uolebamus patiendo. Vñ Aug. dicit in 14. de ciuit. Dei,* q̃ in patria nõ erit ipsa patiẽtia, q̃ necessaria non est, nisi ubi tolerãda sũt mala: sed æternũ erit id, quo p patientiam peruenit.

*Li. 14. c. 9 declinando ad finem, to. 5

AD II dicẽdũ, q̃ sicut Aug. dicit i lib. de patiẽtia,* patiẽtes ppriè dr̃, q̃ malũt mala nõ cõmittẽdo ferr̃, q̃ ñ ferẽdo cõmittere. In illis aũt, q mala sustinẽt ut mala faciãt nec mirãda, nec laudãda ẽ patiẽtia, q̃ nulla est, sed mirãda duritia, negãda patiẽtia.

* Ca. 2. in medio, & c. 5. a medio to. 4. *Vera patientia, & falsa.*

AD III dicẽdũ, q̃ sicut supra dictũ ẽ,† fructus i sui rõne importat quãdã delectationẽ. Sũt aũt operõnes uirtutũ delectabiles ſm seipsas, ut dr̃ in 1. Eth. Cõsuetũ est aũt, ut nomine uirtutis ẽt virtutũ actus significent, & iõ patiẽtia quãtũ ad habitũ ponit virtus, quãtũ aũt ad delectationẽ quã hẽt in actu, ponit fructus. Et præcipuè quantũ ad hoc, q̃ per patientiã animus pseruatur, ne obruatur tristitia.

† 1. 2. q. 11 art. 1.

Eth. 1. c. 8. a medio tom. 5.

ARTICVLVS II.

Vtrum patientia sit potissima uirtutũ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ patientia sit potissima uirtutum, Id.n. quod est perfectum, est potissimum in unoquoque genere: sed patientia habet opus perfectum, ut dicitur Iacobi 1. ergo patientia est potissima uirtutum.

¶ 2 Præt. Omnes uirtutes ad bonum animæ ordinãtur: sed hoc præcipuè uidetur pertinere ad patientiam dicitur.n. Luc. 21. In patiẽtia uestra possidebitis animas uestras ergo patientia est maxima uirtutum.

¶ 3 Præt. Illud, qd est conseruatiuũ, & cã aliorum, uidetur potius esse, sed sicut Greg. dicit in quadã Homil.† Patiẽtia est radix, & custos oĩum uirtutũ. ergo patiẽtia ẽ maxima uirtutũ.

† Hom. 35 in euang. nõ remote ab medium.

SED CONTRA est, q̃ nõ enumeratur inter quatuor uirtutes, quas Grego.* 22. Moral. & Aug.† in lib. de moribus Ecclesiæ, uocant principales.

* Greg. li. 22. c. 1. † Au. c. 15 & 22. t. 1.

RESPON. Dicẽdũ, q̃ uirtutes ſm suam rõnem ordinantur ad bonum. Est.n. uirtus q̃ facit bonũ habentẽ, & opus eius bonũ reddit, ut dr̃ in 2. Ethic.* Vndè oportet, q̃ tãto pricipalior sit uirt⁹ & potior, quãtò magis & directi⁹ ordinat hoĩem i bonũ. Directius aũt ad bonũ ordinãt hominem uirtutes q̃ sunt cõstitutiuæ boni, q̃ illæ quæ sunt impeditiuæ eorũ, quæ abducunt a

*Li. 2. c. 6. circa principium.

¶ Quartum dubium est rursus de iustitia, q. s. patientia est pfectior q̃ iustitia, q̃ est ad proximum. Probatur. Melius est esse patientem, & carere iustitia, q̃ esse iustum, & carere patiẽtia. ergo. Probatur assumptum: qa patiens non iustus, est dispositus ad iustitiam, ad mansuetudinẽ, & omnem honestam conuersationẽ. Qui verò est iust⁹ & non patiens, non est dispositus ad patientiam, cum multi iusti sint in aduersis impatientissimi. Secundo, quia iustus non patiẽs nõ est dispositus ad illã uirtutem secundũ gradũ pseuerantiæ, nisi primò iclinetur ad actũ patiẽtiæ: sed patiẽs sine iustitia est disposit⁹ ad oẽm uirtutẽ secundũ gradũ pseuerãtiæ igit.

¶ Quintum dubium est in rñsione ad primum circa gl. illius. Patientia opus perfectũ hẽt, nõ simpliciter, sed in aduersorũ toleratione. Dupliciter siquidem hoc impugnat. Primò, Ordinẽ passionũ in lucta ex aduersis. s. primò tristitia, inde ira, inde odiũ, inde iustitia, seu iniustum nocumentũ. Nã cũ ira sit appetitus uindictæ, ac per hoc iniusti nocumenti, ira sine quocunq; modo fertur in iniustum nocumentum. Secundò, ex hac solutione probat excellẽtiam patientiæ. Multò difficilius est rectè se habere circa aduersa in tota uita humana, quàm circa prospera: sed in aduersis tolerandis patientia est perfectior, ut ipse Tho. dicit, ergo. Probatur maior, tũ quia aduersa multò frequentius contingunt q̃ prospera: quoniam & in ipsis prosperis multa aduersa cõmiscẽtur. Minor probatur tũ ex ipso Thoma: tũ quia habita patientia ex aduersis nec ira, nec odiũ, nec iniustũ nocumentum facimus: habita uerò iustitia, adhuc hẽ odiũ, ira, & tristitia. Habita quoq; charitate, quantũ est ex parte habitus, adhuc hẽ ira, & tristitia. Habita ẽt mansuetudine, adhuc hẽ tristitia. Et confirmatur: quia quicquid habet optimum perfectum, ita ut habẽs ipsum in nullo deficiat, est perfectissimum simpliciter sed patientia est huiusmodi, ut patet authoritate Iacobi. ergo.

¶ Sextum dubium est in responsione ad secundum circa glo. illius, In patientia uestra possidebitis, quod. s. intelligitur per remotionem aduersitatum inquietantium possessionem animæ. Possessio.n. importat quietum dominium. Contra, inquit Martinus, hanc solutionẽ arguitur similiter ut prius. Si aliqua virtus, etiam circa prospera, est perfectior patientia, sequitur q̃ per patientiam non possidemus animas nostras. Probatur, quia carẽs uirtute perfectiore non habet quietum dominium supra animam suam. Nulla ergo uirtus est perfectior patientia.

¶ Septimum dubium est in responsione ad tertium circa gl. illius dicti Greg. Patientia est radix, & custos omnium uirtutum non directè causando & promouendo, sed solũ remouẽdo phibens. Contra, inquit Martinus ibidem, uolo q̃ aliquis hẽat patientiam perfectam, & nõ in agendorũ. & careat omni alia uirtute. Tunc sic, Talis rectè aget in materia, cuius uirtutẽ nõ habet. ergo. Assumptum probatur, quia non peccabit in materia iustitiæ, nisi aut odio, aut amore, aut aliqua simili passione, sed in huiusmodi semper interuenit non sufferre aliquod malum uel in se, uel in alio. ergo. Et tandem dicit, q̃ hoc. s. respectu omnium aliarum uirtutum a se habere radicaliter uel remouendo prohibẽs, uel effectiuẽ causando, nulli alteri uirtuti morali conuenit: & ideò patientia est cæteris uirtutibus ad uitam humanam transigendam accommodatior. Multa quoque affert ad probandum excellentiam patientiæ, quæ omitto: quoniam ex hac elucidatione omnia clara reddi puto.

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd falsum est antecedẽs assumptum ab arguente. Eodem siquidem modo respõdendum est hic, sicut superius respõsum est de fortitudine in principio tractatus huius. Vndè ad primam, secundam, & tertiam probationes illius dicitur, quòd patientia per se primò moderat tristitias in cõcupiscibili, & mediante hac moderatione cõstituit æquanimẽ, inclinat ad bonum, & firmat in bono. Arguens.n.

SVPER Q. CXXXVI. ART. II.

IN ar. 2. eiusdẽ q. multa occurrunt ex Martino dubia in q. 4. Primum est de comparatione iustitiæ ad patientiam contra hoc, quòd ideò iustitia est perfectior patientia, quia iustitia cõstituit hominem in bono: patientia autem seruat tantum contra impedimenta boni. Arguitq; sic. Patientia non tantũ impedit ea quæ a bono retrahunt, sed etiam constituit animum in bono principaliter, propriè, & per se. ergo. Antecedens probatur. Primò, quia patientia constituit hominem in æquanimitate, quæ est bonum magnum. Secundò, quia patientia inclinat hominem ad sequelam rectæ rationis: hoc autem est bonũ ergo. Tertiò, quia huiusmodi uirtutes firmant animum in bono propter quod subimus pericula, sustinemus tristitia &c.

¶ Quartò arguitur, q. illa propositio, Omnis uirtus constituens animum in bono, excellentior est uirtutibus tollentibus impedimenta boni, non est uniuersaliter uera, tum quia tollere impedimenta magnorum bonorum est multò melius quàm constituere in paruis bonis: tum quia fortitudo excellit affabilitatem, eutrapeliam, & ueritatem, quæ tamen constituunt animum in bono communicationis humanæ: & similiter potest argui de mansuetudine respectu earundem.

¶ Secundum dubium est de comparatione fortitudinis ad patientiam, quod non ideo fortitudo est excellentior patiẽtia, quia tollit maiora impedimenta, s. pericula mortis: quia patiẽtia firmat animum contra pericula mortis cum incumbunt. Quod probatur dupliciter. Primò, quia pericula mortis sunt inter aduersa. Secundò, quia hoc dicit expressè Thomas in artic. 4. q. de patientia. & hoc supposito, multiplicat hic & tanta Martinus, quæ taceo: quia falsum hoc supponit.

¶ Tertium dubium est de comparatione temperantiæ ad patiẽtiam, quod. s. temperantia est fortior patientia. Probatur. Secũdum Arist. difficilius est pugnare contra tristitias, quàm cõtra delectationes: sed patientia contra tristitias, temperantia contra delectationes pugnat. ergo. Antecedens probatur, quia cruciatus, & comminationes &c. plus retrahunt à bono opere, q̃ delectationes & promissiones. Et confirmatur, quia omnium vulgata uox ac sententia est, quòd timor malorum in constantem uirum cadens excusat ab impletione præceptorum. Concupiscentia autem, aut delectatio carnalis & ciborum &c. non excusat. Plus sunt igitur retractiua à bono mala contristãtia, quàm bona delectantia, cuius contrarium dicit hic Tho. volẽs quòd delectationes tactus plus retrahunt à bono, quàm tristitia aduersorum, quæ est patientia.

Universidad de Deusto Biblioteca

[illegible] probare nō q patientia hæc det aliquo mō, sed q prin cipaliter, & immediatè &c. cōstituat in bono, nō mediāte moderatione tristitiæ, sicut facit iustitia, & prudētia, quarū utraq; directè & primò cōstituunt bonū uoluntatis & intellectu. Quat [illegible] q est cōtra illā uniuersale. Virtus cōstituēs i bono præstat uirtute tollente impedimētū, excludit dicendo, q est uera cæteris paribus. & rursus ē uera quo ad nobilitatē substātialē: ita q patiētia se cundū sui gñis rōnē ē ignobilior iustitia acquisita: quia tollat impedimenta maioris boni. s. supnaturalis. & rursus patiētia absolutè ignobilior est iustitia infusa, q cætera sūt paria: & hæc iustitia cōstituit i bono gratuito. Patiētia st tollit boni gratuiti impedimēta tristitię. Nec est inconueniēs, q ueritas sit secūdū gñis sui conditionē hanc nobilior fortitudine, quæ in abūdē pemineat ueritati. De eutrapelia &, & affabilitate oportet solicitari, q sunt circa delectationes, & nō directè cōstituūt hominem in bono,

bono. Et sicut inter eas, q̄ sunt cōstitutiuę boni tātò aliqua potior ē, quāto i maiori bono statuit hoiem, sicut fides, spes, & charitas, q̄ prūdētia, & iustitia: ita & inter illas, q̄ sunt impeditiuę retrahētiū a bono, tātò aliqua est potior, quāto id qđ ab ea ipedit, magis a bono ītrahit. Plus aūt a bono retrahūt pericula mortis circa q̄ ē fortitudo vel delectationes tact⁹, circa q̄ ē tēperātia, q̄ quis aduersa, circa q̄ est patiētia. & iō[m] patiētia nō est potissima uirtutū, sed deficit nō solū a uirtutib. theologicis, & prudētia, & iustitia, q̄ directè statuūt hoiem ī bono: sed et à fortitudine, & tpātia, q̄ ītrahūt a maiorib. īpedimētis.[n]

Ad primvm ergo dicēdū, q patientia dr habere opus pfectum in aduersis tolerandis, ex quib. primo procedit tristitia, quā moderatur patientia: secūdò ira, quā moderatur mansuetudo: tertiò odiū, qđ tollit charitas: quartò iniustū nocumentū, quod prohibet iustitia. Tollere n. principium uniuscuiusque est pfectius. Nec tū seq̄t, si in hoc patiētia est perfectior, q sit perfectior simpliciter.

Ad ii. dicēdum, q possessio importat quietū dñium: & iō p patientiam dr homo suam animam possidere, inquantū radicitus euellit passiones aduersitatum, quibus aīa inquietatur.

Ad iii. dicēdū, q patientia dr esse radix & custos omnium uirtutum non quasi directè eas causando, & conseruando, sed solùm remouendo prohibens.

Canel. m

ad proximū dr, q si uirtutes possent separari, & cōpararē patientia acquisita, de qua loquit̄ arguēs, ad iustitiā respū proximi, &c acquisitā, negat assumptū. s. q melius est. qm melius est esse iustū, q̄ patientem. Qm ut dr in 5. Eth. in hoc maximè commēdatur bonus homo, quòd etiam aliis est bonum. Iustus autem talis est, patiens autē sibi soli bon⁹ est. Nec est uerū q iustus sit minus dispositus ad uirtutes, q̄ patiens: immò iustitia magnū est principium & patētiæ, & omium uirtutū: qm uolens, & reddēs unicuiq; quod suū est, totā legē implet. Propter quod oīa pcepta legis sunt præcepta iustitiæ, ut supe rius patet, & ad fortitudinē se accingit, ut debitum patriæ reddat: & ad temperantiā, a nō sua mulere abstinendo: & ad patientiā, superiori parti animæ suæ reddēs quod debet. s. cōseruationē boni ipsius. Quod autem dicit, quòd aliq iusti sunt impatientissimi, quia de facto loquit, negandum est: quoniā si uerè sunt iusti, habent tantum patientiæ, ut nisi ïo impauētiæ careant, ac per hoc non sunt impatientissimi: quāmuis nō oporteat omnes iustos habere patientiam perfectam, ut patet de his, quæ de connexione uirtutum dicta sunt.

sub ponitur medium in passionib. sicut patientia, & fortitudo.

¶ Ad secundum dubium dicitur, q patientia, quæ est specialis uirtus, non est circa pericula mortis: & ad primam probationē negatur, q patientia, ut est uirtus specialis, sit circa omnia aduersa: quoniam est solum circa aduersa alia ab his, quæ mortis sunt, circa quæ est patientia pars integralis fortitudinis. Et p hoc patet responsio ad secundam: quoniam id, quod author dicit in illa responsione, quam allegat arguens, declarat īndē in responsione ad ultimum, distinguendo de patientia parte integrali fortitudinis, & patientia speciali uirtute: primæ attribuendo mala mortis, secundæ cætera mala.

¶ Ad tertium dubium de temperantia respectu patientiæ dicitur, q si arguens benè aduertisset ordinem, qui ponitur in litera inter impedimenta bonum rationis, non dixisset ea q̄ dicit. [illegible] namque author ponit plus impedire mala mortis & cruciatus, quæ opponuntur bono corporis, q̄ delectabilia secūdùm tactum: & ideò præponitur fortitudo temperantię. Vnde quod iste obiicit de tormentis, & cruciatibus, non est cōtra authorem, nisi quis adeò rudis sit, ut putet timorem huiusmodi malorum poni ab authore primo loco, & nō tristitiā eorundem: sed quoniam rudium est, non meretur audiri. Est ergo mēs authoris, q quia bonum corporis naturaliter plus amat q̄ bonū externum iō, & timor, & tristitia malorum corporis maximè impediunt bonum rationis. Quia autem delectabilia secūdum tactum naturaliter sunt nobis magis cōnaturalia & sensibilia, ac percepta, q̄ bona extrinseca, ideo cōtra magis nati sumus impediri ab illis bonis, quam a bonis aliis, & eorum contrariis, circa quæ est patientia. Vnde delectabilia secundum tactum non præponuntur ab authore in impediendo bonis bonum omnibus aduersis, sed quibusdam, illis. s. quorū bona, q̄ tollunt, sunt minus connaturalia, sensibilia, & percepta. Vnde cum dicitur, quòd difficilius est pugnare contra tristitias q̄ cōtra delectationes, uerum est cæteris paribus: quia facilius est abstinere uoluntaria, quàm nolita. Q. n. nobis inuitis non contingunt, non sunt in potestate nostra, sicut ea quæ uolentibus nobis accidunt. Constat autem q tristitia de nolito, delectatio de amato est: & propter hanc ratione, metus & tristitia excusant, & non delectatio: quia dū ī sunt de nolito, ista de uolito: ac p hoc delectatio est in potestate nostra longe plus quàm tristitia, & metus. Cum ita sit, q delectatio carnalium magis impediat rationis bonum, quàm tristitia exteriorum bonorū, quantum est ex natura delectabilium, & tristabilium. Quod dico, q p accidens ex parte hominis auari, uel aliter dispositi cōtinget oppositum: sed doctrina datur secundùm ea quæ sunt per se.

¶ Ad quartum dubium de comparatione patientiæ ad iustitiā

¶ Ad quintum dubiū, Quomodo patientia habeat opus perfectum, dicitur quòd id quod primo obiicitur contra ordinem passionum, nihil obstat. Nam non dicit author q oportet irā causare prius odium, & deinde iniustū nocumētū: ita q odiū oporteat mediare, ut iste intellexit. sed dixit quòd naturalis pgressus mali moris in animo nostro ex aduersis præsentib. est, quòd primo tristitia &c. Præter quem tamen naturalem progressum potest aliquis malè se habere in aduersis. Nullus siquidem dubitat, quòd ira crescat in odium, non tamen opus est omnem iram peruenire ad odium. Ad id uerò, quod secundo loco obiicitur ad probandum patientiæ excellentiam, dicitur, quòd si per prospera iste intelligit omnia non aduersa, circa q̄ est patientia, antecedens est falsissimum: quoniā multò difficilius est habere reliquas uirtutes, iustitiā, magnanimitatē &c. quàm patientiam. Si autem per prospera intelligit quædā bona delectabilia, nihil ualet consequentia inferens patientiam esse perfectiorem simpliciter cæteris uirtutibus: quoniam dato quòd esset perfectior illis, quæ essent circa tales prosperitates, non sequitur: ergo est perfectior cæteris simpliciter. Peccat quoque dicta ratio & in hoc, quia præsupponit patientiæ uirtutem esse circa omnia aduersa, cum circa summe aduersa. s. mortis pericula, sit fortitudo. Peccat & tertio, quia perfectionē uirtutis sola difficultate graduat, cum perfectio uirtutis, de qua dicitur in 2. Ethic. quod est circa bonum, & difficile, magis pendeat ex bono, quàm ex difficili. Quæ uerò addit, quòd habita patientia habent̄ illæ uirtutes, puta, mansuetudo, charitas, & iustitia, non est uerum, si secludatur connexio uirtutum nisi negatiuè, hoc est, quia habita patientia, tollitur iracundia, odium, & iniustitia non simpliciter, sed quantum est ex tristitia aduersorum. Possent. n. patientia sola præditos ex alio capite, odio habere proximum, & illi nocere, puta, ex crudelitate, uel auaritia, uel tyrānide, seu libidine dominandi, excellēdi &c. Quod uerò econtra dicitur de charitate, quòd quantum est ex parte habitus, sit sine patientia, falsum est. Nā teste Apostolo, Charitas patiēs est: & probatur ratione, quia charitas ex sui ppriij habitus ratione præfert Deum omnibus, ac per hoc omnibus contristantibus: & propterea Apostolus posuit primogenitam charitatis patientiam. Et nc hic occupemus tēpus, [illegible] argumentum satis abundat falsitatibus. Vltima demū probatio. s. Quicquid habet opus perfectū, ita ut habens ipsum in nullo deficiat, est perfectissimum simpliciter, concludit, quòd patientia est Deus. illa enim maior, ut iacet, soli conuenit diui-

næ perfectioni: habere namque opus perfectum sic ut nullo indigeat, solius Dei est. Omnis enim creatura sic est perfecta, ut alio indigeat: & ideò aut Martinus corrigat maiorem, aut fateatur patientiam esse deitatem.

¶ Ad verificandum verò de aliquo actu, q est perseuerantia cōsumata, oportet terminū consumationis expectare, & tunc pōt primò dici, q est perseuerātia cōsumata, qñ sc. est in suo termino, nec aliud esse requirit. Sicut motus consumatus non nisi in termino pōt primò dici motus consumatus, nō curando in proposito quō terminetur positiuè, vel negatiuè. Negatur ergo q sectantes diui Thomæ doctrinā de pseuerātia, oporteat illa cōcedere, quæ arguens affert. Actus siquidē perseuerādi vsque ad mortē habuit hanc ueritatē in uita, q ille perseuerat. Nec per mortē fit perseuerantia, sed in illo instanti fit consumata. Et pptereà patet, q propterea est fit actus uirtutis perseuerantiæ. ab illa denominatur perseuerantia, & est perseuerātia qñ est in successione. Nec obstat q adhuc nō sit finis: qa nō exigitur nisi ad cōsumatā perseuerantiā. Ad ratium demū quinto loco dr, q de illo qui moritur, verificatur perseuerātia cōsumata, qa tūc est instans cōsumationis eius. In alio uerò uerificatur q perseuerat, sed nō cōsumatè, qa adhuc nō est in termino. Vnde nullū inconueniēs hic accidit, ex quo ponit vnius terminus, & alterius non. Vnde patet, q non sequuntur ex sancti Thomæ opinione quę arguēs dicit, & q rationabiliter ponit illa virtus sicut magnanimitas.

*Loco citato in argum.

¶ Ad secundum dubium dicitur, q sicut per se cōuenit homini, qd gñet hominem, & q leo gñet leonem, & tamē potest impediri: ita per se conuenit perseuerantię virtuti, quòd intendat persistere vsque ad finem. Si tamen impediatur ab extra, hoc est, per accidens, & nihil obstare cōstat naturæ virtutis, cui ex propria natura conuenit inclinare i hoc quod persistat vsq; in finem. Argumentum

Porrecta per totum. 673
Sup. q. 128 cor. & ad 1. & 6. Et addit. 51. q. 3. ar. 3. q. 1. & 4. cor.
*Li. 7. c. 4.

ficare, & non compleat domū. Sic ergo dicendū est, q nomen perseuerantiæ quandoq; sumitur pro habitu quo quis eligit perseuerare: qñq; aūt pro actu quo quis perseuerat: & qñque quidē habens habitū perseuerantiæ, eligit quidē perseuerare, & incipit exequi aliquandiu persistendo nō tñ cōplet actū, quia nō persistit vsq; ad finem. Est autē duplex finis. Vnus quidem, qui est finis operis, alius aūt qui est finis humanæ vitæ. Per se aūt ad perseuerantiā pertinet ut aliquis perseueret vsq; ad terminū virtuosi operis: sicut q miles Perseueret usq; ad finē certaminis, & magnificus vsq; ad cōsummationē operis. Sunt aūt quædā uirtutes, quarum actus per totā uitā debēt durare, sicut fidei, spei, & charitatis, qa respiciunt vltimum finē totius uitæ humanę. Et ideò respectu harū uirtutū, quę sunt principales, non consumatur actus perseuerantiæ vsq; ad finem uitæ. Et ſm hoc Aug.* accipit perseuerantiam pro actu perseuerantiæ consumato.

AD III. dicēdū, q virtuti potest aliqd cōuenire dupliciter. Vno modo, ex ppria intētione finis: & sic diu persistere vsq; ad finē in bono, ptinet ad specialē virtutē, q dr perseuerātia, quę hoc intendit, sicut specialē finem. Alio modo ex cōparatione habitus ad subiectū: & sic immobiliter persistere cōsequitur quālibet uirtutem, inquantum est qualitas difficilē mobilis.

ARTICVLVS II.

Vtrū pseuerātia sit pars fortitudinis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videt q perseuerantia nō sit pars fortitudinis. Quia ut Philos. dicit in 7. Ethic.* perseuerantia est circa tristitias tactus: sed huiusmodi pertinet ad temperantiam.[b] ergo perseuerantia magis est pars temperantiæ, quàm fortitudinis.

¶ 2 Præt. Ois pars virtutis moralis est circa aliquas passiones, quas virtus moralis moderatur: sed perseuerātia[h] nō importat moderantiā passionum, quia quantò vehemētiores fuerint passiones, tātò aliquis secūdū rōnem perseuerās laudabilior videtur. ergo videt q perseuerantia non sit pars alicuius uirtutis moralis, sed magis prudentiæ, quæ perficit rationem.

¶ 3 Præ. Aug.† dicit in lib. de pseuerātia, q[h] perseuerantiam nullus pōt amittere, alias autē virtutes pōt homo amittere. ergo pseuerātia est potior oibus alijs uirtutibus: sed uirtus principalis est potior q eius pars. ergo perseuerantia non est pars alicuius uirtutis, sed magis ipsa est uirtus principalis.

SED CONTRA est, quòd Tullius* ponit perseuerātiam partem fortitudinis.

RESP. Dicendū, q sicut supra dictū est,* virt⁹ principalis est, cui principaliter ascribitur aliquid qd pertinet ad laudē virtutis, inquantū. s. exercet illud circa propriā materiā, in qua difficillimū & optimū est illud obseruare. Et secūdū hoc dictū est,* q fortitudo est principalis virtus: quia firmitatē seruat in his, in qbus difficillimū est firmiter persistere, s. in periculis mortis. Et iō necesse est, q fortitudini adiungatur sicut secundaria uirtus principali oīs illa uirtus, cuius laus consistit in sustinēdo firmiter aliqd difficile. Sustinere aūt difficultatē, q puenit ex diuturnitate boni operis, dat laudē perseuerātiæ: nec hoc est ita difficile, sicut sustinere picula mortis. Et iō[m] pseuerātia adiungit fortitudini, sicut[d] uirt* secūdaria principali.[n]

AD PRIMVM ergo dicēdū, q annexio secūdariæ uirtutis ad principalē nō solū attendit ſm materiā, sed magis secūdū modū: qa forma i unoquoq; potior est, q materia. Vñ licet perseuerantia magis uideatur conuenire in materia cū tēperantia, q cū fortitudine, tñ in modo ma-

A ergo nil obstat doctrinæ authoris, nisi apud eos qui putant naturales, & morales operationes, si possunt impediri, non per se conuenire suis principijs: quod est puerile, & satis rude.

SVPER Q. CXXXVII. ART. II.

IN art. 2. eiusdē quæst. dubiū ex Martino ibidē occurrit circa rōnem in corpore articuli ad conclusionē principalem, scilicet, Omnis illa uirtus, cuius laus consistit in sustinendo aliqd difficile, est adiuncta fortitudini sicut secundaria principali: sed laus perseuerātiæ est in sustinēdo difficultatem ex diuturnitate boni operis, ergo. Probatur maior: qa fortitudo firmat animum in sustinendo difficillima, quę sunt pericula mortis. Contra, inquit Martinus, maior est falsa. quod probatur, qa aliàs sequeretur, q omnis virtus esset adiuncta fortitudini: quia omnis virtus est circa difficile, & aliū firmat contra aliquid difficile. Probatio quoq; maioris non infert apparenter, nisi virtutes quę sunt circa eandem materiam, esse adiunctas. Et adhuc quęstio est, an hoc sufficiat. Iustitia enim perseuerās facit sustinere diuturnitatem operis iusti, & sic de alijs.

† Ex ca. 1. lib. & c. 5. to. 7.
*Lib. 2. de inuētione 1 fol. 5 ante fin. lib.
* Q. 123. ar. 11. & 3. & q. 61. ar. 3. & 4.
* q. 123. art. 11.

¶Ad hoc dicitur, q maior est verissima, & negatur sequela. Et ad probationem dicitur, quòd falsum est omnis virtutis laudem principaliter consistere in sustinendo aliquid difficile, cum iustitiæ laus consistat in rectè operando ad aliū, & temperantiæ laus in moderatione. Et vt excludantur omnes apparentiæ, notato quod dicitur, scilicet, q laus virtutis illius cōsistat principaliter in sustinendo difficile. Nam dato quòd omnis uirtus aliquo modo sustinendi actum participaret, vel haberet, non tamen principaliter consistit circa sustinendum. Iam autem dictum est, quòd virtutes ex principali intentione pensantur. Et per hoc patet solutio obiectorū de iustitia, & alijs uirtutibus perseuerātibus ex conditione, non ex principali intentione, ut prędictū est.

Concl. ar
D. 1025.

¶ Super.

SVP. Q. CXXXVII. ARTIC. III.

IN art. 3. eiusdē q. dubiū ex Martino ibidē, quæst. 1. occurrit circa differentiam inter perseuerantiā, & constantiā. Arguit siquidē dupliciter. Primo sic, Continuet aliquis aliquem virtutis actum, & deinde sola diuturnitate victus deserat, talis nec pseuerās, nec cōstans est. ergo cōstantia nō respicit extrinseca impedimēta, vt dr. Secūdo, Aristoteles expresse ponit pseuerantiā circa vehementes tristitias &c. ergo f. vsu terminorum debemus conformari antiquis doctoribus, nisi constet de abusu.

D. 1025.

¶ Ad hoc dr, q duppliciter aliquis pōt continuare actū virtutis, primo ex intentione diuturnitatis, Et sic inchoās, & aliquanto tēpore cōtinuās, & victus post à diuturnitate desistēs, habuit quidē perseuerātiæ actū, sed adueniēte opposito, factus est mollis. Si vero cōtinuauit actū ex cōditione virtutis, & post occurrente diuturnitate superante, deficit, in mollitiē declinans non ex cōtrario, sed ex priuatiuo, hoc est, non ex perseuerantia, sed ex non mollitie.

Porrecta per totum, 674

* q. præc. art. 5.

¶ Ad secundum verò dr, q licēt Arist. perseuerātiæ nomine vsus fuerit in habitu cohibitiuo tristitiarū imperfecto in genere virtutis: ex hoc tñ nō sequit q sit abusus vti eodē vocabulo in habitu virtutis circa diuturnitatē, quā vocabulū perseuerātiæ respicere magis constat, q̄ tristitias. Perseuerans enim cōmuni, & frequēti vsu dr, qui diu durat in aliquo. Et simpliciter perseuerans, qui vsq; ad finē durat in opere.

* Lib. 1. in fōn. Scipionis in fol. 2. ante med. lib.

* q. 128. argum. 6.

gis conuenit cū fortitudine, inquantū firmitatē seruat cōtra difficultatem diuturnitatis.

Ad II. dicendū, q illa perseuerātia, de qua loquitur Philos. nō moderat aliquas passiones, sed cōsistit solùm in quadā firmitate rōnis, & volūtatis. Sed perseuerantia sm q ponit uirtus, moderat aliquas passiones, scilicet timorē fatigationis, aut defectus propter diuturnitatē. Vnde hæc uirtus[d] est in irascibili, sicut & fortitudo.

Ad III. dicēdū, q Aug. ibi loquit de pseuerātia nō sm q nominat habitū uirtutis, sed sm q nominat actū uirtutis cōtinuatū usq; in finē, sm illud Matth. 24. Qui perseuerauit usq; in finē, hic saluus erit. Et ideò contra rōnē perseuerantiæ sic accepta esset, q amitteretur, quia iam non duraret usq; in finem.

Articvlvs III.

Vtrum constantia pertineat ad perseuerantiam.

Ad tertivm sic procedit. Vr q cōstantia nō ptineat ad perseuerātiā.[h] Cōstantia.n. pertinet ad patientiā, ut supra dictū est:* sed patientia differt à perseuerātia. ergo constantia non pertinet ad perseuerantiā.

¶ 2 Præ. Virtus est circa difficile bonū: sed in paruis operibus cōstantē esse,[h] nō uī esse difficile, sed solū in operibus magnis, q̄ pertinent ad magnificentiā. ergo cōstātia magis ptinet ad magnificantiā, q̄ ad perseuerātiā.

¶ 3 Præ. Si ad pseuerātiā ptineret constātia,[h] in nullo uideret à pseuerātia differre, qa utrūq; immobilitatē quādā importat: differunt aūt. Nā Macro.* condiuidit cōstātia firmitati, per quā intelligitur pseuerātia, ut supra dictū est.† ergo cōstantia non pertinet ad perseuerantiam.

Sed contra est, q aliquis dr esse constans ex eo, q in aliquo stat: sed immanere aliquibus pertinet ad perseuerantiā, ut patet ex diffinitione quam Andronicus ponit. ergo constantia pertinet ad perseuerantiam.

Respon. Dicendum, q[m] perseuerantia, & constantia cōueniūt quidē in fine:[n] quia ad utrumque pertinet firmiter persistere in aliquo bono.[m] Differunt autem secundū ea, quæ difficultatē afferunt ad persistendū in bono.[n] Nā uirtus perseuerantiæ propriè facit firmiter persistere hominem in bono

Concl. m

Concl. 1. pars.

contra difficultatem, quæ prouenit ex ipsa diuturnitate actus. Constantia autem facit firmiter persistere in bono contra difficultatem, quæ prouenit ex quibuscumq; alijs exterioribus impedimentis. Et ideò p principalior pars fortitudinis est perseuerantia, q̄ cōstantia:[q] quia difficultas quæ est ex diuturnitate actus, est essentialior actui uirtutis, quàm illa quæ est ex exterioribus impedimentis.

Conclu. p

Ad primvm ergo dicendū, q exteriora impedimenta persistendi in bono præcipuè sunt illa, quæ tristitiā inferunt: circa tristitiā aūt est patiētia, ut dictū est.* Et ideò constantia sm finem conuenit cum perseuerantia: sm autem ea quæ difficultatē inferunt, conuenit cum patientia. Finis autem potior est. & ideò constantia magis pertinet ad perseuerantiam, quàm ad patientiam.

* q. præc. art. 1.

Ad II. dicendū, q in magnis operibus psistere, difficilius est: sed in paruis, & mediocribus diu persistere habet difficultatem, & si non ex magnitudine actus quam respicit magnificentia, saltem ex ipsa diuturnitate quam respicit perseuerantia. Et ideò constantia potest ad utrumque pertinere.

Ad III. dicendū, q constātia pertinet quidē ad perseuerantia, inquantum conuenit cū ea, non tñ est idem ei, inquantum differt ab ea, ut dictum est.

Articvlvs IIII.

Vtrum perseuerantia indigeat auxilio gratiæ.

Ad quartvm sic procedit. Vr q pseuerātia non indigeat auxilio gratiæ. Perseuerantia.n. est quædā uirtus, ut dictū est:* sed uirtus, ut Tullius dicit in sua Rhet.† agit in[h] modum naturæ. ergo sola inclinatio uirtutis sufficit ad perseuerandū. Non ergo ad hoc requiritur aliquod auxilium gratiæ.

¶ 2 Præ. Donū gratiæ Christi est maius q̄ nocumentū, qd Adam intulit, ut patet ad Rom. 5. sed antè peccatum sic cōditus fuit homo, ut posset pseuerare p id qd acceperat, sicut Aug. dicit i lib. de correct.* & gratia. ergo multò magis hō p gratiā Christi reparatus, potest perseuerare[h] absq; auxilio nouæ gratiæ.

¶ 3 Præ. Opera peccati quæque sunt difficiliora, q̄ opera uirtutis. undè ex persona impiorū dr Sap. 5. Ambulauimus uias difficiles: sed aliqui perseuerant in operibus peccati absq; alterius auxilio.[h] ergo ēt in opibus uirtutū pōt homo perseuerare absq; auxilio gratiæ.

Sed contra est, qd Aug. dicit in lib. de perseuerantia. Asserimus donum Dei esse perseuerantiam, qua usque ad finem perseueratur in Christo.

* Cap. 1. in prin. to. 7.

Respon. Dicendum, quòd sicut ex dictis patet,

SVP. Q. CXXXVII. ARTIC. IIII.

Ferr. 3. cont. c. 155.

IN ar. 4. eiusdē q. in rñsione ad 1. dubiū occurrit ex Martino ibidē quæst. 4. cōtra hāc rñsionē arguēte, q nō satisfacit: qa nemo dubitat, an opus virtutis sit de necessitate efficiendum, quia si esset necessariū, nō esset meritoriū. Qstio ergo est (concesso q nō sit necessariū) q habens habitū virtutis immobiliter vtatur eo vsque ad mortem. Vtrū tñ possit habitu suo vti cum auxilio generali Dei vsq; ad mortē, & si nō, vndè prouenit, maximè cū possit vti illo per vnū, aut duos dies, & per hoc habitus augeatur, & fortificetur.

¶ Ad hunc euidenti solutio, q actualis perseuerantia vsq; ad finē, de qua est q̄, cū nō sufficienter causet à volūtate ex virtute naturæ, & libertatis, vt patet ex eo q volūtas est ad opposita, & vertibilis ad bonum & malum.

Porrecta per totum, 675

1. 2. q. 109. a. 9. & 10. & q. 114. ar. 2. cor. Et 2. d. 29. in expos. & ad 2. Et 3. cōtra c. 155. Et ue ri. q. 24. ar ti. 13. & q. 27. art. 5. ad 3. Et psal. 31. Et Ioan. 1. lectione 2. principio.

* Artic. 1.

† Lib. 2. de inuētiōe, in fol. 4. ante fin. libri.

* Cap. 11. in medio to mo 7.

& malum, & ad malum quidem sufficienter, ad bonum autem non, iuxta illud: Perditio tua Israel ex te, salus autē ex me, oportet q causetur vel ab habitu, vel ab extrinseca causa. Et si ab aliquo habitu causari sufficienter ponitur, necesse est q habitus ille sic perficiat voluntatem, vt immobiliter ipsam in appetitu boni: aloquin nūq̄ sufficiens causa pseuerātiæ ponit. Nā si nō immobiliter liberū arbitriū, remanebit vertibile ad malū, & cōsequēter nō sufficiēte tali habitu ad retrahēdū ab appetitu mali, appetet quādoque malū, & sic nō pseuerabit vsq; ad mortē. Efficacia ergo requisita ad habitū, sufficientē causam perseuerātiæ actualis vsq; ad mortē in nostra noīatione, ē imobilitare liberū arbitriū ad bonū. Et ppea inquirit hoc author, quia qstio erat, an posito habitu virtutis pseuerātiæ &c. remaneret indigētia alicuius grē Dei, radicalem causā attulit, quare habitus relinquit indigēnam talē, quia, scilicet non immobilitat voluntatē ad bonū: sed relinquit ipsam vertibilem ad malū. Ex hoc aūt q nō sufficiēter causat talis pseuerātia à volūtate informata charitate sub intellectu generali auxilio Dei, manifestē patet duo. Primū est, q remanet homini indigētia speciali Dei auxilio protegentis, & custodientis hominē ne declinet ad malū: quoniā hoc maximū bonum esse constat, & ab extrinseco oportet causari, ex quo ab intrinseco sufficientē causam via hac nō habet, nisi quis tale, & tantum bonum à casu ponat, aut absque propria causa sufficiente, quod est ridiculum. Secundum est, q sol authoris responsio directè satisfacit argumento radicalem causā assignans, quare habitus uirtutis non sufficit causare perseuerantiam actualem vsque ad mortem: ac per hoc, quare relinquit indigentiam diuini auxilij ad talem perseuerantiam. Vndè cum arguens dicat, Nemo dubitat, an opus virtutis sit necessario efficiendum, dicimus quòd licēt non dubitet de hoc dubitari sumito, an habitus virtutis sit tantæ efficaciæ, quòd sit sufficiens causa perseuerandi vsque ad mortem. Et ad declarandum, quòd omnis noster in via habitus est insufficiens, redditur optimè est ratio, quia non immobilitat ad bonum. Et si hoc penetrasset arguens, non opposuisset quæstionem alio modo, quàm ab authore formetur. Dicta enim ratio omnem difficultatem excludit, & causam assignat indigentiæ extrinsecæ causæ, quæ proculdubio est Deus.

*Ar. 1. ad 2. & ar. 2. ad 3.

Conclu. m

* 1. 2. qu. 109. artic. 10.

* ca. 11. in medio to mo 7.

†Donum Chri maius, q̄ delictum. Rom. 5.

¶ In eodem quarto ar. in responsione ad tertium, dubiū occurrit ex Martino ibidem arguente contra hanc responsionem, q nō satisfacit: quia supponit vnum, cuius cōtrariū arguens nititur probare, nec tamē illud solutio euacuat. Supponit enim quòd homo pōt de se peccare, & tamē nō potest per se resurgere à peccato, imò nec bonum facere. Cōtra quod directè procedit argumentum quo arguitur, quòd opera peccati sunt difficiliora quàm opera uirtutis, & ideò videtur mihi, quòd nisi ad hoc respondeatur, non est sufficienter solutum.

[h] pseuerantia dupliciter dr. Vno mō, p ipso habitu pseuerātiæ sm q ē virt[m]: & [m] hoc mō indiget dono habitualis grē,[n] sicut & cæteræ virtutes infusæ. Alio mō, pōt accipi p actu pseuerātiæ durāte vsq; ad mortē.[p] Et secūdū hoc nō idiget solū grā habituali, sed ēt gratuito Dei auxilio cōseruātis hoiem in bono vsq; ad finē vitæ,[q] sicut supra dictū ē,* cū d grā ageret. Quia cū lib. arb. de se sit vertibile, & hoc ei nō tollat p habituale grām psētis uitæ, nō subest potestati liberi arb. ēt p gratiā reparati, vt se imobiliter in bono statuat, li cēt sit in ptāte ei[r] q hoc eligat. Plerūq;.n. cadit in nra potestate electio, sed non executio.

Ad I. ergo dicēdū q virtus pseuerātiæ quātū est de se, inclinat ad pseuerādū: qa tñ habitus est quo qs vtit cū voluerit, non est necessarium, q habēs habitum virtutis, immobiliter, vtatur eo vsque ad mortem.

Ad II. dicēdū, q sicut Aug. dicit i lib. d cor. & grā,† primo homini datū est nō vt pseuerarer, sed ut perseuerare posset per lib. arbi. qa nulla corruptio tūc erat i humana natura, q pseuerandi difficultatē pberet. Sed nunc pdestinatis p grām Chr. nō solum dat vt pseuerare possint, sed ut pseuerēt. Vñ primus hō, nullo terrēte cōtra Dei terrētis īperiū lib. ausus arbit. nō stetit in tanta felicitate cū tāta nō peccādi facilitate: isti aūt seuiēte mūdo ne starēt, steterūt i fide.

¶ Ad III. dicēdū, q homo p se pōt cadere ī pctm, sed nō potest per se resurgere à peccato sine auxilio grē. Et ideò ex hoc ipso q hō cadit in pctm,* quātū de se ē, facit se in peccato pseuerātē, nisi grā Dei liberet. Nō autē ex hoc q facit bonū, facit se pseuerātē in bono, quia d se potens est peccare: & ideò ad hoc indiget auxilio gratiæ.

* Ad quod dicitur, quòd respōsio authoris directè tendit, & satisfacit argumento quo ad principalem difficultatem eius, scilicet, quare homo potest seipsum peccando facere perseuerantem in peccato, & non potest benè operando facere se perseuerantem in virtute vsq; ad mortem. Hæc enim difficultas euacuatur per hoc, quòd homo peccando constituit se in statu, vnde non potest resurgere, & propterea remanet perseuerās in malo vsque ad mortem, quantum est ex se: sed virtuosè agendo non potest se statuere in statu, vndē non possit ex seipso declinare. Ex hac autem vniuersali conditione cuiusque peccati mortalis, & cuiuscumque operis meritorij patet, quòd nihil obstare relinquitur illud assumptū, scilicet, opera peccati sunt quandoque magis difficilia, quam opera uirtutis. Hæc est enim vna particularis in nullo obstās vniuersali conditioni mortalis peccati, & meriti, ex qua satif fit in litera argumento. Et propterea non opus fuit, quòd author in litera aliter responderet.

* Qd hoc, semel et, morabiliter peccāt æternā pœnā meret.

QVAESTIO CXXXVIII.

De vitijs oppositis perseuerantiæ, in duos articulos diuisa.

Deinde cōsiderādū est de vitijs oppositis perseuerantiæ.

Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primò, De mollitie.

¶ Secundò, De pertinacia.

Articvlvs I.

Vtrū mollities opponatur pseuerantiæ.

Ad primvm sic procedit. Vr quòd mollities nō opponatur pseuerāntiæ, qa sup illud 1. ad Corin. 6. Neque adulteri, neque molles, neque masculorum cōcubitores, glo.* exponit molles, i. pathici, hoc est, muliebria patientes: sed hoc opponit castitati.[h] ergo mollities nō est uitium oppositum perseuerātiæ.

SVP. Q. CXXXVIII. ARTIC. I.

IN arti. 1. q. 138. dubia multa occurrunt ex Martino in eodem tractatu in q. de mollitie. Primum est circa illud qd in corpore articuli dicitur, scilicet, Secundū Philosophū propriè mollis dicitur, qui recedit à bono ex tristitia causata ex defectu delectationum, quasi cedens debili motui. Contra hoc siquidem dupliciter procedit. Primò, arguendo quòd non solùm tali tristitiæ cedens est mollis, sed ēt cedens aliquibus tristitijs, ex positiuis causis afflictionis, causatis. Secundò, quòd non omnis cedens tali tristitiæ, ita vt recedat à bono, est mollis. & ad primum quidem multa affert. Sed quoniam primum non est contra authorem, quamuis arguēs putauerit, & dixerit se impugnare in hoc. San. Thom. ideò non affero sua argumenta, sed ostendo vndè non intellexerit authorem. Ly enim, propriè, in hac litera æquiualet ad ly principaliter, & non æquiualet ad ly solùm, vt iste interpretatur: ita quòd non est sensus literæ, quòd mollis est solùm recedens à bono propter tristitiam ex carentia delectationum causata, sed est sensus quòd mollis est principaliter recedens à bono propter huiusmodi tristitias. Vndè in hac eadem litera dicitur, quòd mollis est, qui de facili recedit à bono propter difficilia, quæ sustinere non potest. Per hæc enim verba in principio corporis articuli, author diffinit mollem. Et postmodū excludens eum, qui à magnis tristitiis vincitur à numero mollium, tres gradus retrahentium à bono ponit, scilicet metum, delectabile, & carentiam delectationum, concludens quod ex his propriè, hoc est, principaliter aliquis dicitur mollis secundùm Philosophum, quod est verum. Cum hoc tamē stat, quòd etiam ille qui à mediocribus tristitijs, ex aliquibus contristantibus illatis vincitur, sit etiam mollis. Dictum enim est supra, quod propriè fortitudo est circa pericula mortis in bello, & per

Porrecta per totum, 676

Infra. ar. 2. cor.

Glo. inter linearis. ibidem.

Universidad de Deusto Biblioteca

per hoc declaratum non est excludi, quin secundario sit etiam circa alios mores sustinendas. Aduertere quoq; hic expedit, q sicut author aliter perseuerantiæ nomine vtitur quàm Aristot. ita & mollitiem aliter accipit. Nam apud authorem pro vero vitio sumitur, apud Aristo. autem pro imperfecto in genere vitij, vt patet ex oppositis bonis, i. perseuerantia in virtute, & perseuerantia in imperfecto genere virtutis, sicut etiam & continentia.

*Lib.7.c.7.tom.5.

¶Quod autem secundo loco confutatur, est contra authorem in hoc loco in respõsione ad primum, & ideo afferenda sunt argumenta eius. Primum ex authoritate Aristo. 7. Ethic. quòd vinci à carentia delectabilium propter naturam generationis, aut propter ægritudinem, nõ est mollitiei. ¶Secundum est, quia secundum Aristo. aliquę delectationes sũt necessariæ, & propter carentiam talium delectationũ recedere à bono non est mollities, sed propter carẽtiam superfluarum delectationum.

*Lib.7.Ethi.cap.7. post med. tom.5. †Lib.4.ca.8.to.5. *Lib.4.ca.8.to.5. *Q. præc. art.1.& 2. D.1025. Conclu. m

¶Tertium dubium ex eodem est circa responsionem ad secundum. Hæc, inquit, solutio non mihi placet, tum quia si delitia est quædam mollities, ergo est species mollitiei, ergo non habent illas diuersas connotationes, quas dicit Thomas: tum quia ex nominibus ipsis videtur oppositum, & propriè delitiosus est, qui non potest sustinere absentiam delectationum. Tertiò, quia omnis delitia pertinet ad intemperantiam: & per hoc si est quædã mollities, pertinet ad intemperantiam: ergo mollities non est totaliter opposita perseuerantiæ.

*Lib.7.ca.7. à med. tom.5. *Li.1.c.ca. Vera magnanimitas i duobus sita ē.

¶Quartum dubium est circa responsionẽ ad tertium. Hæc, inquit, responsio nõ videtur consona dictis eiusdem doctoris. Arguo. n. sic. Appetere remissionem secundum q huiusmodi, aut est delectabile, aut carentia laboris. Si primum, ergo lusiuus ut appetẽs remissionẽ, non est dicendus mollis, sed incontinens, quia propter delectationem deserit bonum. Si secundum, ergo mollities nõ est vniuersaliter circa tristitiam ex defectu delectationis, cuius oppositũ determinat idem doctor. Patet consequentia, quia lusiuus vt appetit remissionem, fugit laborem contristantem & molestantem.

¶Ad obiecta secũdi dubij dr̃, q sermo Aristo. formaliter intelle-F ctur non infert, qd arguens intendit: quia Aristot. vult non posse carere delectationibus quibusdã, propterea quia sic nutriti sunt vt reges Scytharum, vel propter infirmitatẽ cõplexionis, vt mulieres, nõ est vitij. Et verũ est, qui recta rõ habet, vt cõplexionis, & consuetudinis rõ habeat, ita q id qd est mollities vitium in vno, nõ est mollities i alio: sicut & qd esset ebrietas in vno, esset sobrietas in alio. Sed. vt patet, ex hoc nõ sequit' cõclusio arguentis, s. Nõ oĩs cedẽs tristitiæ ex carẽtia delectationum, ita vt recedat à bono, ẽ mollis. Scdã quoq; obiectio nil obstat, quia sequi delectationes necessarias nõ est vitiosum. Sed si pp carẽtiã superfluarũ declinet à bono, ẽ manifestè mollis. Si verò pp carẽtiã necessariarũ aliqs declinaret à bono, ita q nõ propter carẽtiam subtracti, sed ipsius delectationis vt sic, à bono recederet, mollis quoq; esset: sin delectationes necessariæ non sũt ppter se, sed pp substracta, puta, cibo, vel potũ. Vñ q declinaret à virtute, qa cibus nõ delectat eũ, q̃ si pdest, mollis esset. Quis delectatio ei bi sit necessaria pp ei bationẽ, & vitã aĩalẽ: nõ esset aũt mollis si cibo nõ delectati ppo nit delectiũẽ, qa nõ p hoc recedit à virtutis bono. Et si in hoc excederet, ad gulæ vitium spectaret.

*Lib.7. Ethi.ca.7. à med. eiusdẽ tom.5. *Lib.7.ca.7. à med. tom.5.

¶Ad tertiũ respondẽdo dubiũ, dicitur ad primum, q delitia est species, vel quasi species mollitiei. Et negatur cõsequentia. Ergo nõ differt penes cõnotata, vt dicit Tho. Stat n. q aliqd exprimat speciẽ, qd nõ exprimit superius. Ad iẽm vero dr̃, q male exponitur delitia. Ad tertiũ negat aũtĩ pũ. s. q cũ delitia spectat ad intẽperantiã, nisi confundendo vitia.

¶Ad quartũ dubium dr̃, q appetere remissionẽ in pposito ẽ appetere negationem laboris. Et cum dr̃, ergo lusiuus vt mollis, fugit laborẽ contristãtẽ, cõcedit. Et cũ dr̃, Mollities nõ ẽ perse circa tristitias ex absentia delectabilium, conceditur. Et cũ dr̃, q author oppositum determinauit, negatur, vt patet ex supradictis, & ex hac litera, vbi expresse dicit, quòd nõ posse sustinere laboriosa pertinet ad mollitiem.

¶2 Præt. Philosophus dicit in 7. Ethi.* q delitia, mollities quędã est: sed esse[h] delitiosum vr̃ pertinere ad intemperantiam. ergo mollities non opponit perseuerantiæ, sed magis temperantiæ.

¶3 Præt. Philosophus ibidẽ dicit,* q lusiuus est mollis: sed esse immoderatè[h] lusiuum opponit eutrapeliæ, quæ est virtus circa delectationes ludorum, vt dicit in 4. Ethic.† ergo mollities non opponitur perseuerantiæ.

Sed contra est, quod Philosophus dicit in 7. Ethic.* quòd molli opponitur pseuerantiuus.

Respon. Dicẽdum, q sicut supra dictum est,* laus pseuerãtię[i] in hoc consistit, q aliquis non recedit à bono propter diuturnã tolerantiã difficiliũ, & laboriosorũ[m] cui directè vr̃ opponi, q aliquis de facili recedat à bono pp aliqua difficilia, quę sustinere non põt: & hoc ptinet ad rõnẽ mollitiei.* Nã molle dr̃, q facilè cedit tangenti. Non autẽ iudicatur aliquid molle ex hoc, q cedit fortiter impellẽti, nam & parietes cedũt machinæ percutiẽti: & ideò nõ reputatur aliquis mollis, si cedat aliquib' valdè grauiter impellentib'. Vnde Philo. dicit in 7. Ethic.* q si quis à fortibus, & superexcellentib' delectationibus vincit, vel tristitijs, nõ est admirabile, sed cõdonabile, si contra tẽdat. Manifestũ est aũt, q grauius impellit metus periculorũ, q̃ cupiditas delectationũ. Vnde Tullius dicit in primo de Offic.* Nõ est consentaneũ qui metu non frangatur, eũ frangi cupiditate: nec q inuictũ se à labore pstiterit, vinci à voluptate. Ipsa ẽt voluptas fortius mouet attrahẽdo, q̃ tristitia de carẽtia voluptatis retrahẽdo: quia carentia voluptatis est purus defect'. Et ideo sm Philosophũ* ,pprie mollis dr̃, qui recedit à bono pp tristitias causatas ex defectu delectationũ, quasi cedẽs debili mouenti.

Ad 1. ergo dicẽdũ, q prædicta mollities causat dupliciter. Vno modo, ex cõsuetudine. Cũ enim aliquis consuetus est voluptatib' frui, difficilius põt earũ absentiã sustinere. Alio mõ, ex naturali dispositione, qa videlicet hẽt animũ min' cõstantẽ pp fragilitatẽ complexionis: & hoc modo comparantur fœminę ad masculos, vt Philoso. dicit in 7. Ethico.* & ideò illi qui muliebria patiuntur, molles dicuntur, quasi muliebres effecti.

Ad 11. dicendũ, q voluptati corporali opponit labor: & iõ res laboriosę tãtũ impediũt voluptates. Delitiosi aũt dñr, qui non pñt sustinere aliquos labores, nec aliquid qd' voluptatem diminuat. Vndè dr̃ Deut. 28. Tenera mulier, & delicata, q̃ super terrã ingredi nõ valebat, nec pedis vestigiũ figere pp mollitiẽ: & iõ delitia mollities quædam est. Sed mollities ,pprie respicit defectũ delectationũ, delitię autẽ cãm ipeditiuã delectationis, puta, laborẽ, vel aliquid huiõi.

Ad 111. dicẽdum, q in ludo duo est cõsiderare. Vno quidem modo delectationẽ, & sic inordinatè lusiuus opponitur eutrapeliæ. Alio mõ, in ludo considerat quędam remissio, siuè quies, q̃ opponit labori: & ideò sicut non posse sustinere laboriosa pertinet ad mollitiem, ita etiam nimis appetere remissionem ludi, vel quamcumque aliquam quietem.

Articvlvs II.

Vtrum pertinacia opponatur perseuerantiæ.

Ad secvndvm sic procedit. Videtur quòd pertinacia

Pertina per totum. 677

SVP. QVÆST. CXXXVIII. ART. II.

In art. 2. eiusdem q. 138. dubium ex Martino occurrit ibidem, in q. xxii. de pertinacia, arguente quòd conclusio nõ sit cõformis

mis alijs dictis eiusdẽ Thomæ. Nã secundũ eum non oĩs persistens in sñia secundũ q oportet, est pseuerans, sed ille tñ q persistit non obstante molestia diuturnitatis. Si ergo ptinacia directè opponitur perseuerantiæ, oportet q nimis persistat contra diuturnitatis molestiam, sed secundũ eum pertinacia non est tale uitiũ: sed aliquis dr̃ pertinax, esto q nihil ex diuturnitate sentiat molestiæ. Nõ conuenit ergo cõclusio cum alijs dictis Thomę. Secundò, qa sequeretur nullũ vitiũ esse pertinaciam nisi vbi diuturnitatis circunstantia de bono malum trãsferret. Et tenet cõsequẽtia, quia si directè opponitur perseuerantiæ, oportet q includat in sua cõnedinrnitatem, sicut pseuerantia. Tertiò, qa pertinax secundum Isid. est qui immanet sententiæ, cui nõ dẽt immanere. Talis aũt excedit pertinacẽ oppositum perseuerantiæ, quia perseuerans est nõ obstante tristitia, & similiter suus pertinax. ergo pertinacia accepta ab Isido. & Thoma, non opponitur perseuerãtiæ. Quarto, quia pertinax ut de eo loquitur Thomas, immanet sñiæ pp delectationẽ. ergo nõ opponitur perseuerantiæ sed continentiæ. Probatur assumptũ, qa ptinax immanet sententiæ propter victoriam, ergo propter delectationem. Probatur hoc ultimum antecedens, tum ex ipso Tho. hic: tũm ex Aristo. 7. Ethic. dicente, quod isti propriæ sententiæ uincuntur à delectationibus. Gaudent n. vincentes si nõ transuadeantur: & concludit, quòd sunt magis similes incontinẽtibus, q̃ continẽtib.

*Li.31.ca.11. † q.132. art.2. *Li.7.c.9. ante me. tom.5. *Lib.2.de inuentione in fol. 4. ante fi. libri. *q.92.artic.1. *Li.10.c.15. & incipit iprudẽs quasi, partũ ante medium. †Li.7.c.9. tom.5.

¶Ad horum euidentiam scito, quòd licet magnanimitas, & facit magnum in qualibet virtute, & ponit medium in appetitu magnorũ honorũ nec oportet quodlibet oppositũ illi vitiũ respicere appetitũ honoris, sed sufficit q magnum honorẽ respiciat uel per excessum, uel per defectũ, ut patet de præsumptione, quę non excedit in appetitu honoris, sed actus incõmẽsurabilis proportionabiliter perseuerantiæ & facit ex intẽtione psistẽtiã opportunã in qualibet uirtute, & medium ponit in sistendo in sententia. Et propterea uitia opposita eidẽ, si extrema sunt eius quod est sisteris in sententia, perseuerãtiæ opponuntur. Sicut ambitio, & eius oppositum extrema sunt magnanimitatis, quia extrema sunt eius, quod est appetere magnos honores.

¶His prælibatis ad primum in oppositum dicitur, q persistere in sententia bene operando, aut malum uitando, contingit dupliciter. Vno modo, ex conditione habitus operantis: & sic persistens A non est pseuerãs secũdũ authorẽ. Alio mõ, ex principali intentione, & sic psistẽs est pseuerãs: qui sic psistere intendẽs, directè intẽdit tã diu insistere, q̃ diu oportet. Hoc. n. importat psistere, sicut puigilare est vsq; ad finem vigilare. Vnde cũ dicitur, q actus perseuerantiæ est persistere in sententia cũ executione, nõ oportet addere cõtra molestias diuturnitatis: quia ipsum persistere hoc importat, s. q si est directè intẽtũ, super molestiam causabilẽ à diuturnitate. Et cum ex hoc infertur, ergo pertinacia perseuerantiæ opposita nõ est, nisi nimis psistat cõtra diuturnitatis molestias, negat sequela: sed sufficit, q nimis ex itẽtione persistat in sententia vndecunq; hoc accidat: sicut sufficit ad intemperatũ q excedat in delectationibus tactus, undecũq; ad hoc ueniat, puta, ex auaritia, ut meretrix: vel ex vindicta, ut occisor &c. Et iõ est quia ad positionẽ vitij alicuius non requirit, quòd principalis intẽtio hois sit diuertendi à medio ,pprio, sed sat est q ipsum unũ ex propria natura sit primo recessiuum à medio proprię uirtutis. Mediũ aũt i pseuerãtia, ut dictũ est, est psistere in sententia. Pertinax aũt ex intẽtiõe excedit hoc, qa immanet sententiæ, qñ non oportet, uel cui nõ oportet. Hoc aũt est recedere à psistẽtia secũdũ q oportet siue molestiæ diuturnitatis faciãt hũc recessum, siue nõ. Et similiter mollis est undecũq; quia ex intentione non persistet in sentẽtia secũdũ q oportet, & nõ solũ si pp laborẽ diuturnitatis nõ psiet in sententia pp eãdẽ rationẽ. s. quia ex natura sua talis nõ psiãs recedit à psistẽtia sedm q oportet. Iã. n. dictũ est, q in psistẽtia clauditur diuturnitas. Et p hoc patet responsio ad secundum, dicendo q recessus à persistẽtia includit recessum à diuturnitate secundum q oportet: & per hoc patet rñsio ad 3. Aliud est. n. loqui de recessu uitij a medio, & aliud de recessu operantis uitiosè: qñ cã mouens vitiosum põt esse multiplex & non tollit naturam uitij. Pertinax. n. est, qui nimis ex intentione perstat undecunq; iste bõ moueat ad immanẽdũ sñiæ qñ, uel cui nõ oportet. Ad quartũ dr̃ cũ autore, q ptinax ex parte delectationis appetitæ est similis incõtinẽti, ut Ari. dicit: sedm id qd directè intẽdit. s. immanere propriæ sententiæ, opponitur perseuerantiæ: & secundum finẽ opponitur magnanimitati, pro quanto est inanis gloriæ.

*q.127.arti.2. ad 1. & q. 134. art.2. Concl. m

non opponat perseuerãtiæ. Dicit. n. Greg. 31. Moral.* q pertinacia orit ex inani gloria: sed inanis gł̃ia non opponit pseuerãtiæ, sed magis magnanimitati, ut sup. dictũ ẽ.† ergo[k] ptinacia non opponit pseuerantiæ.

¶2 Præt. Si opponit pseuerãtię, aut opponit ei p excessum, aut per defectum: sed non opponit ei per [ii] excessum, quia ẽt pertinax cedit alicui delectationi, & tristitiæ, qa ut dicit Philos. in 7. Eth.* Gaudent uincẽtes, & tristantur si sñiæ eorũ infirmæ appareant: si aũt per defectũ, erit idem quod mollities, quod patet esse falsum. nullo ergo mõ ptinacia opponitur pseuerãtię.

¶3 Præt. Sicut pseuerãs psistit i bono cõtra tristitias, ita[h] cõtinẽs & tẽperatus cõtra delectationes, & fortis cõtra timores, & mãsuetus cõtra iras: sed ptinax dr̃ aliquis ex eo, q nimis in aliquo persistit. ergo pertinacia non magis opponitur perseuerantia, quàm alijs uirtutibus.

Sed contra est, q Tul. dicit in sua rhetor.* q ita se habet ptinacia ad perseuerãtiã, sicut superstitio ad religionẽ: sed superstitio opponitur religioni, ut sup. dictum est.* ergo & pertinacia perseuerantię.

Resp. Dicendũ, q sicut Isid. dicit in lib. Ety.* pertinax dicit aliquis, q est impudẽter tenax, quasi omnia tenẽs. Et hic idem dicitur pertinax, eo q in ,ppo sito suo ad uictoriam perseueret. Antiqui. n. dicebant uitiam, qua nos uictoriam: & hos Phil. uocat in 7. Eth.† is chyrognomones. i. fortis sñiæ, uel idiognomones, i. proprię sñiæ, qa. s. pseuerant in propria sñia plus q̃ oportet. Mollis aũt minus q̃ oportet: perseuerans autẽ secundum q oportet. Vnde patet q [m] perseuerantia laudatur sicut in medio existens: pertinax aũt vituperatur sm̃ excessum medij, mollis aũt sm̃ defectum.[n]

Ad primvm ergo dicendũ, q ideò aliquis nimis persistit i propria sentẽtia, quia per hoc vult suã excellentiam manifestare: & iõ orit ex inani gł̃ia sicut ex cã. Dictum est aũt sup.* q oppositio uitiorum ad uirtutes non attenditur sm̃ cãm, sed secundùm propriam speciem.

Ad 11. dicendum, q ptinax excedit quidem in hoc, q inordinatè persistit in aliquo contra multas difficultates: hẽt tamen aliquã delectationẽ in fine, sicut & fortis, & ẽt perseuerans. Quia tñ illa delectatio est uitiosa ex eo q nimis appetit eã, & contrariã tristitiã fugit, assimilat incõtinẽti, uel molli.

Ad 111. dicendum, q aliæ uirtutes, etsi psistant contra impetus passionum, non tñ propriè laus earũ est ex psistendo, sicut laus pseuerãtiæ. Laus verò continẽtiæ magis vr̃ ex uincendo delectationes: & iõ ptinacia directè opponitur perseuerãtiæ.

QVAESTIO CXXXIX.

De Dono fortitudinis, in duos articulos diuisa.

Deinde cõsiderãdũ est de dono, qd' rñdet fortitudini, quod est fortitudinis donum.

Et circa hoc quęruntur duo.

¶Prio, Vtrũ fortitudo sit dõnũ.

SVPER QV. CXXXIX. ET CXL.

In q. 139. & 140. de dono, & preceptis fortitudinis nihil occurrit scribẽdum. nisi q aduertas donũ fortitudinis, nõ arctari

Universidad de Deusto Biblioteca

ad materiã fortitudinis, specialis uirt*, sed extẽdit ad totam materiã fortitudinis ut est uirt^ gñalis, ut in ar. 1. ad 3. in litera hẽs,& excedere illam quoad finẽ tã respẽ bonorũ, q̃ malorũ, ut in corpore littere hẽc,& hęc deformitate dicta sufficiant.

Perrecta per totum. 678
3. dist. 34. q. 1. art. 2. cor. & q. 3 art. 1. q. 1.

¶ Secundo, Quid rñdeat ei in beatitudinibus,& fructibus. F

ARTICVLVS I.

Vtrum fortitudo sit donum.

AD PRIMVM sic procedit. Vr̃ q fortitudo nõ sit donum. Virtutes enim a donis differunt: sed fortitudo est uirtus. ergo non debet poni donum.

*1. 2. q. 68 art. 6.
¶ 2 Præt. Actus donorũ manet in pñia, ut sup. habitũ est: * sed actus fortitudinis nõ manet in pñia. dicit. n. Greg. in 1. Moral.† q fortitudo dat fiduciã trepidãti contra aduersa, q̃ nulla erunt in patria. ergo fortitudo non est donum. G

† Lib. 1. c. 32. ante med.

¶ 3 Præt. Aug. dicit in 2. de doctri. Christ. * q fortitudinis est ab omni transeuntium mortifera iucũditate seipsum sequestrare: sed circa noxias iucunditates, seu delectationes magis consistit temperantia, q̃ fortitudo. ergo uidetur quòd fortitudo non sit donum respondens uirtuti fortitudinis.

*Li. 2. c. 7. in medio tom. 3.

SED CONTRA est, q Isa. 11. fortitudo inter alia dona Spiritussancti computatur.

RESP. dicẽdum, q fortitudo importat quandã animi firmitatem, ut sup. dictum est: * & hæc quidẽ firmitas animi requirit & in bonis faciendis,& H in malis perferendis,& præcipuè in arduis bonis, uel malis. Homo autem ẽm proprium,& connaturalem sibi modũ hanc firmitatem in utroque põt habere, ut non deficiat à bono pp difficultatẽ vel alicuius ardui operis implendi, uel alicuius grauis mali perferendi: & ẽm hoc fortitudo ponit uirtus specialis, uel gñalis,* ut supra dictum est. Sed altius a Spũsancto mouetur animus hoĩs ad hoc, q perueniat ad finẽ cuiuslibet operis inchoati,& euadat quæcunq; pericula imminentia: quod qdẽ excedit naturam humanam. Quãdoq; n. nõ subest potestati hoĩs, ut cõsequatur finem sui operis, uel I euadat mala, seu pericula, cum qñque opprimat ab eis in morte: sed hoc operatur Spiritussanctus in homine, cum perducit eũ ad uitam æternã, quę est finis omnium bonorũ operum, & euasio omniũ periculorum. Et huius rei infundit quãdã fiduciã menti Spiritussanctus contrarium timorẽ excludẽs: & secundũm hoc fortitudo donum Spiritussancti ponitur. Dictum est. n. supra, q dona respiciunt motionem animæ à Spiritusancto.

*q. 123. ar. 1. & 2. q. 61. ar. 3.
Conclu. 3m
* q. 123. art. 2.
Conclu. p

1. 2. q. 68. art. 2.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q fortitudo, quæ est virtus, perficit animum ad sustinendum quęcunque pericula, sed non sufficit dare fiduciam euadendi K quæcunque pericula, sed hoc pertinet ad fortitudinem, quæ est donum Spiritussancti.

AD II. dicendum, q dona non habent eosdem actus in patria quos habent in uia, sed ibi habent actus circa pfruitionem finis. Vñ actus fortitudinis ibi ẽ pfrui plena securitate a laborib. & malis.

AD III. dicendum, q donum fortitudinis respicit virtutem fortitudinis non solùm secundùm q cõsistit in sustinendo pericula, sed etiam secundũ q consistit in quocunque arduo opere faciendo. Et ideò donum fortitudinis dirigitur a dono cõsilij, quod uidetur præcipuè esse de melioribus bonis.

ARTICVLVS II.

Vtrum quarta beatitudo, scilicet Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, respondeat dono fortitudinis.

Perrecta per totum. 679
Inf. q. 83. ar. 9. ad 3. Et 12. q. 6. 69. art. 3. ad 3. Et 3. di. 34. q. 1. ar. 4. & 6. cor.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd quarta beatitudo. s. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, non respõdeat dono fortitudinis. Donum enim fortitudinis non respondet uirtuti iustitiæ, sed potius donum pietatis: sed esurire,& sitire iustitiam pertinet ad actũ iustitiæ. ergo beatitudo illa magis pertinet ad donum pietatis, q̃ ad donum fortitudinis.

¶ 2 Præt. Esuries, & sitis iustitiæ importat desiderium boni: sed hoc propriè pertinet ad charitatem, cui non respondet donum fortitudinis, sed magis donum sapientiæ, ut supra habitum est.* ergo illa beatitudo non respondet dono fortitudinis, sed dono sapientiæ.

*q. 45. in diuisione quæstio.

¶ 3 Præt. Fructus consequuntur ad beatitudines, quia de ratione beatitudinis est delectatio, ut dicitur in 1. Ethic.* sed in fructibus non uidetur aliquid poni, quod pertineat ad fortitudinem. ergo neque beatitudo aliqua ei respondet.

*Li. 1. c. 8. a medio, to. 5.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. de sermone Dom. in monte.* Fortitudo congruit esurientibus: laborant enim desiderãtes gaudium de veris bonis, amorem à terrenis auertere cupiẽtes.

*Li. 1. c. 9. ante me. tom. 4.

RESPON. Dicẽdum, q sicut sup. dictũ est,* Aug. † attribuit beatitudines donis ẽm ordinẽ enumerationis, cõsiderata tñ aliqua cõueniẽtia: & ideo quartã beatitudinẽ. s. de esurie, & siti iustitiæ, attribuit quarto dono. s. dono fortitudinis. Est tñ ibi aliqua cõueniẽtia, qa sicut dictum est, fortitudo in arduis consistit. Est autem ualde arduum, quòd aliquis non solùm opera uirtuosa faciat, quę communiter dicuntur opera iustitiæ: sed quòd faciat ea cum insatiabili quodam desiderio, quod potest significari per famem,& sitim iustitię.

* q. 68. art. 3.
† Loco citato sed cõtra.
Concl. m
*Ar. pręce. ad 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, q sicut Chrys. dicit super Matth.† Iustitia hic potest accipi nõ solum particularis, sed etiam vniuersalis, quę se hẽt ad omnium uirtutum opera, ut dicitur in 5. Ethic. in quibus arduum intendit fortitudo, q̃ est donũ.

† Hom. 6. ex uarijs locis in Matt. 5. Li. 5. ethic. c. 1. & 2.

AD II. dicẽdũ, q charitas est radix oium donorũ & uirtutũ, ut sup. dictũ est † & iõ quicqd pertinet ad fortitudinẽ, põt ẽt ad charitatem ptinere.

† q. 23. ar. 8. ad 3. & 1. 2. q. 68. ar. 4. ad 3.

AD III. dicendum, q inter fructus ponuntur duo, quę sufficiẽter correspondent dono fortitudinis, scilicet patiẽtia, quę respicit sustinentiam malorum,& longanimitas, quę respicere potest diuturnam expectationem, & operationem bonorum.

QVAESTIO CXL.

De Præceptis fortitudinis, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de præceptis fortitudinis.

¶ Et Primò, De pręceptis ipsius fortitudinis.

¶ Secundò, De pręceptis partium eius.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum conuenienter in lege diuina, præcepta fortitudinis tradantur.

Perrecta per totum 680

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non conuenienter in lege diuina, pręcepta forti-

tudinis

tudinis tradantur. Lex enim non perfectior est ue A teri lege: sed in ueteri lege ponuntur aliqua præcepta fortitudinis, ut patet Deute. 20. ergo & in noua lege aliqua præcepta fortitudinis danda fuerunt.

¶ 2 Præt. Præcepta affirmatiua vñr esse potiora pceptis negatiuis, qa affirmatiua includũt negatiua, sed non econuerso. Inconuenienter ergo in lege diuina ponuntur præcepta fortitudinis solum negatiua timorem prohibentia.

¶ 3 Præt. Fortitudo est una de uirtutibus principalibus, ut supra habitũ est*: sed pcepta ordinantur ad virtutes sicut ad fines, vñ debẽt eis pportionari. ergo & pcepta fortitudinis debuerũt poni iter pcepta decalogi, q̃ sunt principalia legis pcepta.

* q. 123. art. 11. & 1. 2. q. 61. ar. 2.

SED CONTRARIVM apparet ex traditione sacrę B scripturæ.

RESP. Dicẽdũ, q pcepta legis ordinant ad intẽtionẽ legislatoris. Vñ ẽm diuersos fines, quos intẽdit legislator, oportet diuersimodè pcepta legis institui. vñ & in rebus humanis alia sunt pcepta democratica, alia regia, alia tyrãnica. Finis aũt legis diuinæ est, ut hõ inhæreat Deo: & iõ pcepta legis diuinæ tã de fortitudine, q̃ de alijs uirtutibus dant ẽm q cõuenit ordinatiõi mẽtis i Deũ. Et pp hoc Deut. 20. dr: Nõ formidetis eos, qa dñs De^ vester in medio uestri est, & p uobis cõtra aduersarios dimicabit. Leges aũt humanæ ordinant ad ali C qua mũdana bona, ẽm quorũ conditionem præcepta fortitudinis in humanis legibus inueniuntur.

Conclu. m
Conclu. p

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q vetus testamẽtũ habebat tẽporalia pmissa, nouũ aũt spũalia & æterna, ut Aug. dicit cõtra Faust.* & iõ necessariũ fuit ut i ueteri lege popul^ istrueret qualiter pugnare dẽret ẽt corporaliter p terrena possessionę acqrẽda. In nouo aũt testamẽto istruẽdi fuerũt hoies qualiter spũaliter certãdo ad possessionem uitæ ęternæ puenirẽt. ẽm illud Matt. 11. Regnũ cęlorũ vi patit, & uiolẽti rapiũt illud. Vñ & Petr^ pcipit. 1. Pet. vlt. Aduersari^ uester diabol^ tanq̃ leo ru- D giẽs, circuit q̃rẽs quẽ deuoret, cui resistite fortes i fide. & Iac. 4. Resistite diabolo, & fugiet à uobis. Quia tñ hoies ad spũalia bona tẽdẽtes, ab eis retrahi possent p corporalia pericula, fuerũt ẽt in lege diuina danda fortitudinis præcepta ad sustinenda fortiter temporalia mala, secundum illud Matt. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus.

*Li. 4. c. 2. in princ. tom. 6.

AD II dicẽdum, quod lex in suis præceptis debet habere communem instructionem. Ea uero q̃ sunt agenda in periculis non possunt ad aliquod commune bonum reduci, sicut ea quæ sunt uitanda: & ideò præcepta fortitudinis magis dantur ne E gatiuè, quam affirmatiuè.

AD III dicendum, quòd sicut dictum est*, præcepta decalogi ponuntur in lege sicut prima principia, quæ statim debent esse omnibus nota. Et iõ præcepta decalogi debuerunt esse principaliter de actibus iustitiæ, in quibus manifestè videtur esse ratio debiti: non autem de actibus fortitudinis, quia non ita manifestè uidetur esse debitum, q aliquis pericula mortis non reformidet.

* q. 122. ar. 1.

ARTICVLVS II.

Vtrum conuenienter tradantur præcepta in lege diuina de partibus fortitudinis.

Perrecta per totum. 681

AD SECVNDVM sic pcedit. Vr̃ q incõuenienter tradant pcepta i lege diuina de partib^ fortitudinis. Sicut. n. patiẽtia, & pseuerãtia sunt partes fortitudinis, ita magnificẽtia, & magnanimitas, siue fiducia, ut ex supradictis patet*: sed de patientia ineniũt aliqua pcepta tradita i lege diuina, sir ẽt & d pseuerãtia. ergo pari rõe de magnificẽtia, & magnanimitate aliqua pcepta tradi debuerũt.

* q. 128.

¶ 2 Præt. Patiẽtia ẽ uirt^ maximẽ necessaria, cũ sit custos aliarũ uirtutũ, ut Gre. dicit.† sed de alijs uirtutib. dant absolutẽ pcepta. n ergo d patiẽtia fuerũt dãda pcepta, q̃ itelligant solũ ẽm pparõnẽ animi, ut Aug. dicit in lib. de sermon. Dñi in monte*.

† Homil. 35. sub. nõ tem. te ãn medium.
*Lib. 1 de ser. dom. in monte ca. 34. 35.

¶ 3 Præt. Patiẽtia,& pseuerãtia sunt partes fortitudinis, ut dictũ est: sed de fortitudine nõ dant pcepta affirmatiua, sed solũ negatiua, ut supra habitũ est. † ergo & ẽt neq; dẽ patiẽtia,& pseuerantia fuerũt dãda pcepta affirmatiua, sed solũ negatiua.

& 36. 14. q. 128. & 136. a. 4. & 137. ar. 2.
† ar. pręc. ad 2.

SED CONTRARIVM habetur ex traditione sacræ scripturæ.

RESP. Dicẽdũ, q lex diuina pfectè i format hominẽ de his, q̃ sunt necessaria ad rectè uiuẽdũ. Indiget ãt hõ ad rectè uiuẽdũ n solũ uirtutib. principalib^, sed ẽt uirtutib^ secũdarijs,& adiũctis: & iõ i lege diuina sicut dant cõueniẽtia pcepta d actibus uirtutũ pricipaliũ, ita ẽt dant cõueniẽtia pcepta de actibus secũdarũ uirtutũ, & adiũctarũ*.

Conclu. m

AD PRIMVM ergo dicẽdum, q magnificẽtia,& magnanimitas nõ ptinẽt ad gen^ fortitudinis, nisi ẽm quãdã magnitudinis excellẽtiã, quã circa propria materiã cõsiderãt. Ea ãt q̃ ptinẽt ad excellentiã, magis cadũt sub cõsilijs pfectionis, q̃ sub pceptis necessitatis: & iõ d magnificẽtia, & d magnanimitate nõ fuerũt dãda pcepta, sed magis consilia. Afflictiones ãt, & labores psentis uitæ ptinẽt ad patiẽtiã, & pseuerãtiã nõ rõne alicui^ magnitudinis i eis cõsideratæ, sed rõe ipsi^ gñis: & iõ de patiẽtia,& perseuerantia fuerũt danda pręcepta.

AD II. dicẽdũ, q sic s. dictũ ẽ*, pcepta affirmatiua etsi sp obligẽt, nõ tñ obligãt ad sp, sed p loco, & tẽpore: & iõ sicut pcepta affirmatiua, q̃ de patiẽtia dantur, sunt accipienda ẽm præparationem animi, ut scilicet homo sit paratus ea adimplere cum opus fuerit, ita etiam & præcepta patientiæ.

* q. 3. ar. 2.

AD III. dicẽdũ, q fortitudo, ẽm q distinguit à patiẽtia, & perseuerantia, est circa maxima pericula, in q̃bus est cautius agẽdũ. Nec oportet aliqd determinari in particulari quid sit faciendum, sed patiẽtia & pseuerãtia sunt circa minores afflictiones,& labores, & iõ magis sine periculo pt in eis determinari qd sit agẽdũ, maximẽ i uniuersali.

QVAESTIO CXLI.

De tẽperãtia, in octo articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de temperãtia. Et primò quidem de ipsa tẽperantia. Secundò, de partibus eius. Tertio, de præceptis ipsius.

SVP. Q. CXXXXI. ARTIC. I.

Septima pars huius libri hic incipit, in qua de tẽperãtia tractatur. Et q̃a Martinus ... eius ... tractatũ de tẽperãtia, ubi doctrinam

Universidad de Deusto Biblioteca

tiā authoris ex ppoſito impugnātiō ſicut in tractatu de fortitudine eidem reſpondimus, ita quoq; in p̄ſenti diuum Thomā ab eius obiectis tueri intendimus.

IN I. ar. q. 141 nota in corpore artic. q cū ibi legis, tēperātiā iō eſſe uirtutē, q̄a inclinat ad bonū, non aliter intelligiť q̄ ſuperius dictū eſt, ubi poſita eſt differentia inter prudētiā iuſtitiamq; ex vna, & fortitudinē ac tēperantiā ex alia parte. ſ. q̄ illæ directè faciūt bonū rōnis, iſtæ bonū rōnis tuentur contra paſſionū impet⁹. Inclināt ergo oēs in bonum, ſed diuerſimodè. Illæ directè faciendo illud, iſtæ tuendo idem. Nam temperātia modificādo paſſiones concupiſcibilis, bonam uoluntatem cuſtodit, fouet, implet, & p hæc facere quodammodo dr. ¶ In eodē articulo in rīſione ad primū nota, q̄ cāte author loquitur, dicēs, q̄ tēperātia nō cōtrariatur inclinationi naturæ humanæ: cū ſecus eſt de inclinationib⁹ complexionū indiuidualium aliquorum hominū. Contrariat ſiquidē tēperātia naturali inclinationi illius, q natus eſt ad luxuriādum, &c. Naſci namq; quoſdā iracūdos, quoſdā intēperatos, quoſdā beſtiales, clarū ē ſicut quoſdam cōtemplatiuos, quoſdā pictores &c. ¶ In eodē articulo in rīſione ad tertium, aduerte, q̄ q̄a de nullo reſtat dono tractādū, ō author in principio tractatus huius expedit ſe de correſpōdētia doni ad uirtutem temperantiæ.

Porrecta per totum. 682 Inf. q. 186 art. 1. cor. Et vir. q. 1. art. 12. ad 33. Et 3. Eth. le. 19. *Lib. 2. in prin. lib. tom 5. †1. 3. & 5. * 1. 2. q. 63. ar. 1. †1. 2. q. 68 *Lib. 6. c. 15. circa medium tom. 1. †1. 2. q. 55 ar. 4. *C. 4. par. 4. non remote à fine.

Circa tēperātiā āt primò cōſiderare oportet de ipſa tēperantia. Secūdò, de vitijs oppoſitis. Circa primum quærūtur octo.

¶ Primò, Vtrū tēpantia ſit uirt⁹

¶ Scd̄ò, Vtrum ſit uirtus ſpālis.

¶ Tertiò, Vtrū ſit ſolū circa cōcupiſcētias, & delectatiōes.

¶ Quartò, Vtrum ſit ſolum circa delectationes tactus.

¶ Quintò, Vtrū ſit circa delectationes guſtus, inquantum eſt guſtus, uel ſolum inquātum eſt tactus quidem.

¶ Sextò, Quæ ſit regula temperantiæ.

¶ Septimò, Vtrum ſit uirtus cardinalis, ſeu principalis.

¶ Octauò, Vtrum ſit potiſſima virtutum.

ARTICVLVS I.

Vtrum temperantia ſit virtus.

AD PRIMVM ſic pcedit. Vr̄ q̄ tēperātia nō ſit virt⁹. Nulla. n. virtus repugnat inclinationi naturæ, eo q̄ in nobis eſt naturalis aptitudo ad uirtutē, ut dr̄ 2. Eth.* ſed temperātia retrahit à delectationibus, ad quas natura inclinat, vt dr̄ in 2. Eth. † ergo tēperātia non eſt uirtus.

¶ 2 Præt. Virtutes[h] ſunt cōnexæ adinuicem, ut ſ. habitū ē, * ſed aliq hēnt tēperātiā, q nō hēnt alias virtutes. multi. n. inueniunť tēperati, q tñ ſunt auari, uel timidi. ergo tēperantia nō eſt uirtus.

¶ 3 Præt. Cuilibet uirtuti rñdet aliqd̄ donum, ut ex ſupradictis patet: † ſed tēperantiæ nouū vr̄ aliquod donum rñdere, quia iā in ſuperioribus dona oīa ſunt alijs uirtutibus attributa. ergo temperantia non eſt uirtus.

SED CONTRA eſt, quod Aug. dicit in 6. muſicæ.* Ea eſt uirt⁹, quæ temperantia nominatur.

RESP. Dicēdū, q̄ ſicut ſ. dictū eſt †, de rōne uirtutis eſt ut inclinet hoīem ad bonū. Bonū āt hoīs eſt ſm rōnē, eſſe, vt Dio. dicit 4. c. de diui. no.* & iō uirtus humana eſt q̄ inclinat ad id, qd̄ eſt ſm rōnē. Maximè āt ad hoc inclinat temperantia: nam in eius nomine importatur quædam moderatio, ſeu temperies quam ratio facit: & ideò[m] temperātia eſt uirtus*.

Conclu. m

AD PRIMVM ergo dicēdū, q̄ natura inclinat ī id, qd̄ eſt cōueniēs vnicuiq;. Vn̄ hō naturaliter appetit delectationē ſibi cōuenientē. Quia verò hō, inquantum hmōi, eſt rōnalis, conſequens eſt q̄ delectationes ſint homini conuenientes, q̄ ſunt ſm rationem. & ab his non retrahit tēperantia, ſed potius ab his quæ ſunt contra rationem. Vnde patet q̄ temperantia non cōtrariatur inclinationi naturæ humanæ, ſed conuenit cū ea. Contrariatur tñ inclinationi naturæ beſtialis non ſubiectæ rōni.

Natura vnū ſe inclinat in vnicuique conueniens.

AD II. dicēdū, q̄ tēperātia ſm q̄ pfectè hēt rōnē uirtutis, nō ē ſine prudētia, qua carēt qcūq; uitioſi. Et iō illi, q carēt alijs uirtutib⁹ oppoſitis uitijs ſubditi, nō hēnt tēperātiā, q̄ ē uirtus, ſed operant act⁹ tēperātię ex quadā naturali diſpoſitiōe, put uirtutes qdā iperfectæ ſunt hoīb⁹ naturales, vt ſ. dictū eſt*. Vel p conſuetudinē acqſitā, q̄ ſine prudētia ñ hēnt pfectionē rōis, ut ſupra dictū † ē.

AD III dd̄m, q̄ tēperātię ēt rñdet aliqd̄ donū. ſ. timoris, quo aliqs refrenat à d̄lectatiōnib. carnis, ſm illud Pſ. 118. Cōfige timor tuo carnes meas. Donū āt timoris principaliť qdē reſpicit Deū cui⁹ offenſā uitat: & ſm hoc corrñdet uirtuti ſpei, ut ſ. dictū ē*. Scd̄ario āt pt reſpicere qcūq; aliqs refugit ad uitāda Dei offenſā. Maximè āt hō īdiget timorē diuino ad fugiēdū ea, q̄ maximè alliciūt, circa q̄ ē tēperātia: & iō tpantię ēt corrñdet donū timoris.

*1. 2. q. 63 ar. 1. †1. 2. q. 65 ar. 1. & q. 58. ar. 4. *q. 19. ar. 9. ad 1.

ARTICVLVS II.

Vtrum tēperantia ſit ſpecialis uirtus.

AD SECVNDVM ſic procedit. Vr̄ q̄ tēperātia ñ ſit ſpālis virtus. Dicit. n. Aug. in li. de moribus Eccl.* q̄ ad tēperātiā ptinet Deo ſe[h] itegrū icorruptūq; ſeruāř: ſed hoc cōuenit oī uirtuti. ergo tpantia eſt uirt⁹ gn̄alis.

¶ 2 Præt. Amb. dicit ide offic. † q̄ ī tēperātia[h] maximè trāquillitas animi ſpectat, & quærit: ſed hoc ptinet ad omnē uirtutem. ergo tēperātia eſt gn̄alis uirt⁹.

¶ 3 Præt. Tulli. dicit in 1. de offic. * q̄ decorū ab honeſto neqt ſeparari, & q̄ iuſta oīa[h] decora ſūt: ſed decorū p̄priè cōſiderat in tēperantia, ut ibidē dr̄. ergo tēperātia non eſt ſpālis uirtus.

SED CONTRA eſt, quòd Philoſoph. in 2. & in 4. Eth.* ponit eam ſpecialem uirtutem.

RESP. Dicēdū, q̄ ſm cōſuetudinē humanæ, locutionis, aliqua nomina cōia reſtringuntur ad ea, q̄ ſunt pcipua īter illa q̄ ſub tali cōitate cōtinenť, ſicut nomē urbis accipiť antonomaticè p Roma. Sic ergo nomē tēperātiæ dupľr accipi pt.[m] Vno mō, ſm cōitatem ſuæ ſignificationis, & ſic tēperātia non eſt uirtus ſpālis, ſed gn̄alis[n]: q̄a nomē tēperātiæ ſignificat quādā tēperiē. i. moderationē, quam rō ponit in humanis operationibus, & paſſionib⁹, qd̄ eſt cōe in oī uirtute morali. Differt tñ rōne tēperantia à fortitudine

SVPER QV. CXLI. ARTIC. II.

IN ar. 2. eiuſdē 141. q. dubiū occurrit ex Martino in tractatu de tēperantia. q. 1. circa differētiā ī corpore articuli poſitā inter tēperātiā & fortitudinē, ut ſunt uirtutes gn̄ales. Hæc inquit, opinio mihi nō placet & cōtra eā tripliciter arguit. Primò, Fortitudo ſcd̄m q̄ hmōi, hēt modum ponere timori & audaciæ. ergo eſt tēperantia hoc mō accepta. Scd̄o. Aut operatio fortitudinis ut ſic hēt circunſtātiā debiti modi, aut non. Si nō, ergo operatio fortitudinis ut ſic, nō eſt uirtuoſa. Si ſic, ergo fortitudo ut ſic, eſt tēperātia. Tertio, Audacia q̄hq; nimia eſt ad ſubeūdū pericula belli. Tūc ſic. Aut moderatio audaciæ ſpectat ad fortitudinē ut ſic, aut ut eſt tēperātia. Si ſcd̄m q̄ tēperātia, ergo fortitudo vt ſic, non eſt mediocritas inter timorē & audaciā. Si ſecūdū q̄ fortitudo, ergo fortitudo, ut retrahit ab his quæ cōtra rōnem appetitum alliciūt, & ſic non ſaluatur differentia poſita inter fortitudinē, & temperantiam. ¶ Ad hoc dr̄, q̄ arguēs æquiuocat. Nam fortitudo, & temperantia. ut ſunt uirtutes gn̄ales, non habēt diſtinctas materias, ſed diſtinguunť in eadē materia, diuerſas habēdo cōdōnes virtuoſas: & cū iſte arguēdo accipit fortitudinem ut unā ſpālē uirtutē, & ppea argumēta nil ualēt contra authorē contra quē tñ noſatūm affert. Vn̄ ad primū dr̄, q̄ fortitudo ī ol materia dat firmitatē, temperantia aūt dat modum. Negatur ergo antecedens de fortitudine ut eſt virtus generalis. ¶ Ad ſecūdū dr̄, q̄ operatio fortitudinis, ut eſt uirtus gn̄alis. ñ habet modū, niſi in temperantiam, ut eſt uirtus generalis, & cū dr̄, Operatio fortitudinis nō eſt uirtuoſa. cōcedit q̄ niſi adſit rō temperātiæ nō eſt uirtuoſa, q̄a ſimiliter opari ſine mō, non eſt uirtuoſum. ¶ Ad tertiū dr̄, q̄ moderari ſpē uictoriæ, ex qua audacia nimia fit, ſpectat ad fortitudinē ut eſt tēperātia. & cū infert, ergo fortitudo nō eſt mediocritas inter timorē & audaciam dr̄, q̄ æquiuocatur à fortitudine gn̄ali ad ſpeciē fortitudinis. Poſſet quoq; negari ſequela, dicēdo q̄ fortitudo gn̄alis uirtus, eſt mediocritas timoris & audaciæ, nō ut ppriæ materiæ, ſed ut præſtans firmitatem animi in eis ſecundū quod oportet.

Porrecta per totum. 683 Inf. ar. 4. ſecundū. *c. 15. circa finē & c. 19. to. 1. † li. 1. c. 43 in principio to. 1. *Li. 3. in c. de temperātia non procul à princip. *Li. 3. c. 7 li. 4. c. 3. *Conclu. m* *Conclu. p* *Loco citato in argumen. *ar. 4. & 5

SVP. QV. CXLI. ART. III.

IN ar. 3. eiuſdē, 141. q. dubiū occurrit circa diūam in līa poſitā inter motū appetitus ſenſitiui proſequētis bonū, & fugiētis malū: q̄ ille præcipuè cōtrariat rōni rōne immoderantiæ, iſte rōe effect⁹. Vn̄ ñ dr̄ a. q̄ eius rō nulla. Dūa quidē, q̄a ſicut cōcupiſcētia boni ſenſibilis ex hoc ē mala, q̄a nō ſecūdū rōnem eſt, ita timor mali, puta, mortis, ex hoc eſt malus, q̄a nō ſecūdum rōnē eſt. Et ita vtrobiq; immoderantia rōni repugnat & ſimiliter utrobiq; effectus rōnem deprimit. Nam ſicut ex nimio timore mali rō declinatā bono, ita ex nimio appetitu delectabilis, rō declinat à bono honeſto. Alia ea uerò rō in litera p primo mēbro, q̄a ſ. bona corporalia, & ſenſibilia ſecundū ſe ñ repugnāt rōni, ſed ſeruiūt ei inſtaliter ad bonū, ſi aliqd ualet, cōcludit idē p ſecūdo mēbro. Nam & mala corporalia & ſenſibilia ſecūdū ſe ñ repugnāt rōni; ſed fuga eorū eſt inſtrm rationis ad fęlicitatē, q̄ eſt ſecūdū uirtutē. Et propterea ex hac ratione concluditur in ſecundo membro, q̄ fuga mali eſt mala p pter immoderantiā, ſicut & appetitus boni ſenſibilis. ¶ Ad hoc dr̄, q̄ aliud eſt loqui de nimio timore, & amore ſenſibili, ſignificādo p ly nimio, exceſſum contra rōnē: & aliud eſt loqui de eodē, ſignificādo quādā magnitudinē abſolutē. Nā dubitare, an timor nimius, hoc eſt, excedēs metas rōnis ex hoc ipſo rōni aduerſeť, ñ eſt niſi propriā uocē ignorantis. Sed dubitare de timore ſenſibili magno abſolutè, an ex magnitudine, an aliunde principaliter aduerſeť rōni, ñ eſt irrōnabile. Et ſic loquitur hic author. Vñ nō intēdit, q̄ concupiſcentia ſit mala ex immoderātia, hoc eſt, ex magnitudine, & timor non: aut q̄ timor ſit malus ex effectu, & concupiſcentia non: ſed intendit q̄ ſenſibilis amor

*C. 4. par. 1. cir. me. †ar. 4. & 5 Et q. ſeq. ar. 4. *Li. 3. in c. cui⁹ titul eſt humilis. in prin. illi⁹. † q. ſeq. artic. 4. *Porrecta per totum.* 684 Sup. q. 21. artic. 1. ad primū. & q. 25. ar. 4. ad 3. & q. 95. arti. 5. ad ſecundum. Et Inf. q. 147 arti. 2. ad tertiū. Et 1. 2. q. 35. ar. 6. ad 3. Et 3. Ethi. le. 19. *In lib. 2. de inuentione, in fol. 3. ante fin. lib.

etiam ſm q̄ utraq; ſumitur vt virtus cōis. Nam temperātia retrahit ab his quæ cōtra rōnem appetitum alliciunt: fortitudo aūt impellit ad ea ſuſtinenda, vel aggredienda, pp quæ hō refugit bonum rōnis.* Si vero cōſiderēť anotomaſicè tēperātia ſm q̄ refrænat appetitū ab his q̄ maximè alliciūt hoīem ſic eſt ſpālis virtus[q] vtpotè habēs ſpecialē mām, ſicut & fortitudo.

AD PRIMVM ergo dicēdū, q̄ appetitus hoīs maximè corrūpit p ea, qbus allicitur hō ad recedēdū a rēa rōnis, & legis diuinæ: & iō ſicut ipſum tēperātiæ nomē pōt dupľr ſumi, vno mō communiter, alio mō excellenter, ita & integritas, quam temperantiæ Aug. attribuit.*

AD II. dicēdū, q̄ ea circa q̄ eſt tēperātia, maximè pñt animū inquietare pp hoc, q̄ ſunt homini eſſentialia, ut infra dicet:* & iō tranquillitas animi p quanda excellentiā attribuitur temperantię, q̄uis communiter conueniat oībus virtutibus.

AD III. dicēdū, q̄ q̄uis pulchritudo cōueniat cuilibet virtuti, excellēter tñ attribuiť tēperātiæ duplici rōne. Primò q̄dē, ſm rōnem cōem temperantiæ, ad quā ptinet q̄dam moderata, & conueniens proportio, in qua conſiſtit rō pulchritudinis, vt patet p Dio. 4. ca. de diui. no.* Alio mō, q̄a ea, a q̄b. refrænat temperātia, ſunt infima in hoīe conuenīētia ſibi ſm naturā beſtialē, ut infra dicet: † & iō ex eis maximè natus eſt homo deturpari: & per cōſequēs pulchritudo maximè attribuiť tēperantię, q̄ pręcipuè turpitudinē hoīs tollit & ex eadē rōne honeſtū maximè attribuiť temperātię. Dicit. n. Iſid. in lib. Etymolog.* Honeſtus dr̄, q̄ nil hēt turpitudinis. Nam honeſtas dr̄ quaſi honoris ſtatus, qui maximè conſideratur in temperantia, quę repellit vitia maximè opprobrioſa, vt infra dicet. †

ARTICVLVS III.

Vtrum temperantia ſit ſolum circa concupiſcentias, & delectationes.

AD TERTIVM ſic procedit. Vr̄ q̄ temperantia non ſit ſolū circa concupiſcentias, & delectationes. Dicit. n. Tullius ī ſua Rhetorica,* q̄ tēperātia eſt rōnis in libidinē,[h] atq; in alios ñ rectos impet⁹ animi firma & moderata dominatio: ſed ipet⁹ animi dñr oēs animæ paſſiōes. ergo videtur quòd temperātia non ſit ſolū circa concupiſcentias, & delectationes.

¶ 2 Pręt. Virt⁹ ē circa difficile & bonū: ſed difficili⁹ vr̄ eſſe tēperare timorē maximè circa pericula mortis, q̄ moderari cōcupiſcētias, & delectationes, quę pp dolores & pericula mortis cōtēnunť, vt Aug. dicit in li. 83. q. † h ergo vr̄ q̄ tēperantię uirtus non ſit pręcipuè circa concupiſcentias, & delectationes.

¶ 3 Pręt. Ad tēperatiam ptinet moderationis gr̄a, ut Amb. dicit ī 1. de of.* & Tulli⁹ dicit ī 1. de offi. q̄ ad tēperātiā ptinet[h] oīs ſedatio pturbationum animi, & rerū mod⁹: oportet autē modū ponere nō ſolū in cōcupiſcētijs, & in delectabilib. ſed ēt in exterioribus actibus, & q̄buslibet exteriorib. ergo tēperantia nō eſt ſolū circa cōcupiſcentias, & delectationes.

SED CONTRA eſt, q̄ Iſid. dicit ī li. Etymol. q̄ tēpantia eſt qua libido, cōcupiſcētiaq; refrēnať.

RESPON. Dicēdū, q̄ ſicut ſupra dictū eſt,* ad virtutē moralē ptinet cōſeruatio boni rōis cōtra paſſiones rōni repugnantes. Mot⁹ aūt paſſionū aię ē duplex, ut ſup. dictū eſt † cū de paſſionib. agereť. Vnus q̄dē ſm q̄ appetitus ſenſitiuus proſequitur ſenſibilia, & corporalia bona; alius autem ſecūdum q̄ refugit ſenſibilia, & corporalia mala. Primus autē motus appetitus ſenſitiui præcipuè repugnat rationi per immoderantiam. Nam bona ſenſibilia, & corporalia ſecundum ſuam ſpeciem conſiderata non repugnant rōni: ſed magis ſeruiūt ei ſicut inſtrumēta, q̄bus rō vtitur ad conſecutionem proprij finis. Repugnant autem ei pręcipuè ſecundùm q̄ appetitus ſenſitiuus in ea tendit non ſecundùm modū rōnis, & ideò ad virtutem moralem pertinet propriè huiuſmodi paſſiones moderari, quę importat proſecutionem boni. Motus autem appetitus ſenſitiui refugientis mala ſenſibilia pręcipuè cōtrariatur rationi non quidem ſecundùm ſuam immoderantiam, ſed maximè ſecundum ſuum effectum, prout ſcilicet, aliquis refugiendo mala ſenſibilia, & corporalia, quę interdum concomitantur bonum rationis, per conſequens diſcedit ab ipſo bono rationis: & ideò ad virtutem mo-

*Li. 83. q. q. 36. to. 4. *Li. 1. c. 43 in princi. tom. 1. *q. 123. a. 11. 1. & 1. 2 & q. 131. art. 1. †1. 2. q. 23 art. 2.

talem pertinet in hmōi firmitatē præstare in bono rōnis. [m] Sicut ergo uirtus fortitudinis, de cuius rōne est firmitatē præstare, pcipuè cōsistit circa passionē pertinentē ad fugā corporaliū malorum, s. circa timorē ex consequenti aūt circa [l] audaciā, quę aggredit terribilia sub spe alicuius boni: ita ēt temperantia, q̄ importat moderationem quandā, præcipuè consistit circa passiones tendentes in bona sensibilia. s. circa cōcupiscētiā, & delectationē: ex cōsequenti aūt circa tristitias, q̄ contingūt ex absentia taliū dlectationū. [n] Nam sicut audacia præsupponit terribilia, ita etiam tristitia talis prouenit ex absentia prędictarum delectationum.

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ sicut sup. dictū ē* cū de passionibus agerēt, passiones q̄ ptinent ad fugā mali p̄supponūt passiones q̄ ptinēt ad p̄secutionē boni, & passiones irascibilis p̄supponūt passiones cōcupiscibilis. Et sic dum tēperantia directè modificat passiones cōcupiscibilis tēdētes in bonū, p quādā cōsequentiā modificat oēs alias passiones, inquātū ad moderātiā priorū passionū seq̄t moderantia posteriorū. Qui. n. nō imoderatè cōcupiscit, cōsequēs est ut moderatè speret, & moderatè d abūtia cōcupiscibiliū tristet.

AD II. dicēdū, ꝙ cōcupiscētia iportat impetū quēdā appetitus ī delectabile, q indiget refrenatione, qd ptinet ad tēperātiā: sed timor importat retractionē quādā animi ab aliqbus malis, cōtra qd idiget hō animi firmitate, quā p̄stat fortitudo. Et ideo temperātia propriè est circa concupiscentias, fortitudo circa timores.

AD III. dicēdū, ꝙ exteriores actus procedunt ab interioribus animæ passionibus: & iō moderatio eorū depēdet a moderatione interiorū passionū.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum temperantia sit solū circa concupiscentias, & delectationes tactus.

AD QVARTVM sic procedit. Vr ꝙ tēperātia nō solū sit circa cōcupiscētias, & delectationes tactus. Dicit. n. Aug. in li. de moribus Ecclæ, * ꝙ uirt' tēperātiæ est in coercēdis sedandisq; cupiditatib. qb. uertimur in ea, q̄ nos auertūt a legib. Dei, & a fructu bonitatis ei'. & post pauca subdit, † ꝙ officiū tēperātiæ est contemnere oēs corporales illecebras, laudemq; popularē: sed [h] non solū cupiditates delectationū tactus auertūt nos a legib. Dei, sed ēt cōcupiscētiæ delectationū aliorū sensuū, q̄ ēt pertinēt ad illecebras corporales, & sir cupiditates diuitiarū, uel ēt mūdanæ glīæ. Vn dr 1. ad Timoth. vlti. ꝙ radix oīum malorū ē cupiditas. [h] ergo tpantia nō est solū circa concupiscētias delectationum tactus.

Porrecta per totum 685

Infr. par. q. 55. ar. 4. ad 3. Et 1. 2. q. 61. ar. 3. co. Et 3. d. 33. q. 2. ar. 2. q. 2. Et 4. di. 49. q. 3. ar. 5. qō. 2. coc. Et Vir. q. 1. ar. 12. ad 23. & 26.

* C. 19. circa pri. † Eo. li. & ca. dict.

D. 255. · * 1. 2. q. 25. art. 1. & 2.

ami... & sensibilis timor in hoc differunt, ꝙ uterq; si ponat' absolute magnus, statim ut amor dr nimius, sonat ex ipsa magnitudine aliquid rōni aduersum. Sed cum timor dr nimius, anteq̄ aliquid aduersum rōni insinuetur, recurrimus ad effectū, an s. declinare faciat timentē a recto. Et hoc in nris quotidianis iudicijs experimur laudando, uel uituperando. Nimis. n. concupiscentem statim uituperamus, ad nil aliud spectantes, q̄ ad ipsam concupiscentiæ magnitudinē. Nimis autem timentes, nō statim uituperam', sed prius intuemur, an ex timore declinent a bono. Hæc. n. præfecerunt differentiam in litera positam: inter appetitus sensitiui motum in bonum sensibile, & motum eius de declinando mala, quòd. s. ille hoc ipso quòd nimius est, qđ in litera uocat' ex immoderantia, primò, & principaliter aduersatur rationi: iste autem nō primò, & principaliter aduersatur rationi ex hoc ꝙ est nimius, sed ex hoc ꝙ a recto abducit. Laus. n. & uituperium, quæ sunt ad extra, sunt signa eorū q̄ sunt intus. Ex his autē patet, ꝙ non oportet obiectis aliter respōdere, quā ex falso sensu sic procedunt. ¶ Ad obiectionē autē contra rationem dicitur, ꝙ ratio illa nō est allata ad concludendam differentiā intentā, sed ad ostendendum, ꝙ appetitus sensitiui motus in bonum sensibile nō est malus ex obiecto. Et hoc optimè probat. Et ex hoc consequenter sequitur, quòd sit malus ex excessu rationis. Sed an sit principaliter malus ex excellētia, an ex effectu nōdū deductū est ex illa rōne, & propterea non obstat proposito. Cū aūt legis fortitudinē firmitatē præstare in bono rōnis, non intelligas aliter q̄ supra, quasi fortitudo ponat aliquam firmitatem in uoluntate, aut rōne. Hoc. n. aduersatur supradictis. s. quoniam firmando appetitum inferiorem, uoluntas in recta uolitione solidatur, sicut dum temperantia moderatur inferiorem appetitum, uoluntas in bonum rationis inclinationem protendit. ¶ In responsione ad secundum eiusdem articuli aduerte, quòd responsio consistit in hoc, ꝙ timor non eget temperatione, qa non consistit in prosecutione: sed eget firmitate, quia consistit in fuga. Et ideo licet sint difficiliora refrenatu, non tamen spectant ad temperantiam, cuius est moderari prosecutiones delectabilium.

SVPER QV. CXLI. ARTIC. IIII.

IN art. 4. eiusdem q. 141. dubium ex Martino occurrit in eodem tractatu de temperantia, q. 4. contra rationē in articulo allatam. Arguit siquidem quadrupliciter contra eā. Primò, Aristoteles intelligens circa quas delectationes est temperantia, non ex eo quòd sunt maximæ, seu ex magnitudine, sed ex vsu loquentiū inuestigat, quia. s. tales appellantur intemperati. Secundò, quia magnanimitas, & fortitudo, cardinalis uirtus est circa pericula, & tamen non circa maxima tm̄. Et similiter mansuetudo circa iras, & tn̄ non tm̄ circa maximas iras. Et similiter iustitia, & prudentia nō sunt tm̄ circa maxima. ergo nec tēperantia circa maximas delectationes ponēda. Tertiò, Delectationes animæ, saltem aliquæ, uidētur multo maiores, q̄ delectationes corporis, & tn̄ circa eas nō est tēperantia. Antecedēs patet de felicitate delectatione. Quartò, Quia Arist. 7. Eth. pbat, ꝙ tales nō sunt delectationes, nisi p accidens, quia consequuntur indigentiā: illæ uerò sunt uerę: & per se delectationes, quæ nullam indigētiā cōsequūtur. ¶ Ad horū euidentiā aduerte duo. Primò, ꝙ cōclusio literæ, est ꝙ temperantia est solum circa delectationes tactus principaliter & propriè, ut patet ex ratione ad primum, ubi istæ limitationes opponuntur. Ex eo. n. patet, ꝙ temperantia secundariò potest extēdere se ad alias delectationes. Secūdò, ꝙ quia temperātia est uirtus cardinalis, seu principalis, ac per hoc omnium moralium uirtutū, q consistunt in moderādo, caput est, sicut fortitudo respū uirtutum cōsistentium in firmitate animi, iō oportet temperantię tanquam principali uirtuti principalem materiam respondere. Principalis autē materia inter delectabilia, est delectabile secundum tactum, ut in litera probatur, & iō tēperātiæ tribuit. ¶ Ad primum autē argumentum Martini dicitur, quòd lecta ab authoritate negatiuē nihil ualet. Male siquidem cū humano ingenio actum esset, si nihil scire possemus, nisi quæ Aristotel. dixit. ¶ Ad secundum dicitur, quòd fortitudo uirtus cardinalis est circa maxima pericula tantum principaliter & propriè, ut patet in 3. Ethic. Et similiter dicimus de temperantia. De iustitia autem & prudentia non est ad propositum, quia illa est circa operationes, & non circa passiones: ista autem est circa omne agibile. Sermo autem præsens est de uirtutibus principalib. circa passiones, ut propriam & principalem materiam. Et propterea etiam patet exclusio mansuetudinis, quæ non est uirtus cardinalis. Quamuis falsum sit, quòd mansuetudo sit non principaliter, & propriè circa maxima illius generis, ut ex supradictis patet. ¶ Ad tertium dicitur cum authore in litera, quòd non ex hoc quòd delectatio est maxima, sed ex hoc quòd delectatio in tali genere. s. sensibilium ac regulabilium est maxima, ponitur materia temperantiæ. Et per hoc patet responsio ad quartum. Gratis siquidem concedimus, corporales delectationes esse imperfectas, & minores secūdum se spiritualibus: sed nobis sunt maximæ, & ualde ac crebrò à bono nos abducunt.

¶ 2 Præt. Phi. dicit in 4. Eth.* ꝙ ille, q est paruis dignus, & his dignificat seipsum, est [h] tēperat', nō āt magnanim': sed honores parui, uel magni, de qbus ibi loquit, nō sūt delectabiles, sm tactū, sed sm apphēsionē aīalē. ergo tēperātia nō ē solū circa cōcupiscētias delectationū tact'.

¶ 3 Præt. Ea q̄ sunt unius [h] gn̄ris. vr eadē rōne ptinere ad materiā alicuius uirtutis: sed omnes delectationes sensuum uidētur esse uni' generis. ergo pari rōne ptinēt ad materiā tēperātię.

¶ 4 Præt. Delectationes spūales sunt [h] maiores q̄ corporales, ut supra habitū est*, cū de passionibus agerēt: sed qnq; pp cōcupiscētias delectationū spūaliū aliqui discedunt à legibus Dei, & à statu uirtutis, sicut pp curiositatem sciētiæ. vn & primo homini diabol' sciētiā pmisit, Gene. 3. dicens, Eritis sicut dij scientes bonum & malum. ergo non solum temperantia est circa delectationes tactus.

¶ 5 Præt. Si [h] delectationes tact' essent ppria materia tēperantiæ, oporteret ꝙ circa oēs delectationes tactus tēperantia esset: non aūt est circa oēs, puta, circa eas q̄ sunt i ludis. ergo delectationes tactus non sunt ppria materia temperantiæ.

SED CONTRA est, quod Phil. dicit in 3. Ethi.* ꝙ temperantia propriè est circa concupiscentias, & delectationes tactus.

RESP. Dicēdū, ꝙ sicut supra dictū est*, ita est temperātia circa cōcupiscētias, & delectationes, sicut fortitudo est circa timores, & audacias. Fortitudo āt est circa timores, & audacias respectu maximorū malorū, q̄bus ipsa nā extinguit, q̄ sunt pericula mortis. Vn sir tēperantia oportet ꝙ sit circa cōcupiscētias maximarum delectationū. Et qa delectatio cōsequitur operationē naturalē, tātò aliquæ delectationes sunt uehemētiores, quātò consequuntur operōnes magis naturales. Maximè āt naturales aīalibus sūt operōnes, qb' cōseruat natura indiuidui p cibū & potū, & natura spēi p cōiūctionē maris & feminæ: & iō circa delectationes ciborū & potuum, & circa delectationes uenereorū, ē ppriè tēperātia. Hmōi aūt delectationes cōsequunt sensum tactus: vn relinquit, ꝙ [m] tēperātia sit circa delectationes tactus*.

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ Aug. ibi vr accipere tēperantiā nō sm ꝙ est spālis uirtus habēs determinatā materiā, sed sm ꝙ ad eā ptinet moderatio rōnis i quacūq; materia, qd ptinet ad gn̄alē cōditionē uirtu'. Quamuis ēt dici possit, ꝙ ille qui pōt refrenare maximas delectationes, multò ēt magis pt refrænare minores delectationes. Et iō ad tēperātiā principaliter qdē, & ppriè ptinet moderari cōcupiscētias delectationū tact', secūdario āt alias cōcupiscētias.

AD II. dicendū, ꝙ Phi. ibi refert nomē tēperātiæ ad moderationē exteriorū rerū, dum. s. aliqs tēdit in aliqua sibi cōmensurata, nō aūt put refert ad moderationē affectionū aīæ, quæ ptinet ad uirtutē temperātiæ.

AD III dicēdū, ꝙ delectationes aliorū sensuū aliter se hēnt in hoībus, & aliter in alijs aīalibus. In alijs. n. animalibus ex alijs sensibus nō cāntur delectationes, nisi in ordine ad sensibilia tactus: sicut leo delectat uidēs ceruū, uel audiēs uocē eius pp cibum. Hō aūt delectat sm alios sensus nō solum pp hoc, sed ēt pp cōueniētiam sensibi-

* Li. 4. c. 3 circa principium. · * 1. 2. q. 31. ar. 5. · * Lib. 3. c. 10. ar. 5. · * ar. prec. · Respon. 2.

¶ In responsione ad tertiū eiusdem articuli * dubium ex Martino ibidem occurrit non morale, sed naturale, circa differentiā in litera positā inter hominem, & alia animalia erga delectationes trium sensuum, scilicet odoratus, auditus, & uisus. ¶ Arguit siquidem multipliciter Martinus, ꝙ quædam alia aīalia delectantur in istis sensibus, secluso ordine ad gustū, & tactū. Et primò inquit, nō haberi ab Arist. uniuersale illā. s. ꝙ nullum aliud aīal delectet' in illis sensibus nisi' secūdū se, quis hēatur, ꝙ hō nō cōiter conueniat cū alijs aīalibus. Deinde probat rōne. Ob potētia perceptiua alicuius obiecti, quæ tristat in proportione illius obiecti, delectatur secdm se in proportione talis obiecti: sed uisus brutorū est hmōi, qa cōtristatur in excellēti luce. ergo delectatur brutū uidendo cōuenientem lucē. Et eodē mō argui pōt de auditu excellentis soni. Arguit quoque multis signis. Primò, Aues delectantur in cantu nō solum suo, sed ēt alieno. ergo. Patet sequela, tū qa & in cantu suo, & in cātu alterius cōmasculi non pp tactū, nec pp gustū delectantur: qa delectant' in cantu, & sermone humano, ut sibilis, & imitationibus auditū diffsis, & lætē post cantant, aut loquuntur. Secūdo, quia canes delectantur in olfactu, & uisu magistrorū suorum, ut patet ex applausu. Tertiò, quia olor moriturus suauissimè aquis cātat iuxta illud Ouidij. Sic ubi fata uocant, udis abiectus in herbis, Ad uada Mæandri concinit albus olor. ¶ Ad hæc, quantum locus iste exigit, dr ꝙ ab Aristot. non solū in 3. Ethi. sed etiā in de Sensu & sensato, capite de odore, habetur expressè exclusio cæterorum animalium, dum dr. ꝙ proprium est hominis delectari in odoribus secūdum se. Et rationem reddit. Ad rationem ab arguente allatā dr primò, ꝙ si ualet, cōcludit ꝙ oīa aīalia habētia oēs sensus cōiter delectantur in oībus sensibus secdm se: qđ est cōtra arguentem. Soluatur ergo secundo p omnibus dicendo, ꝙ minor est falsa, loquēdo de tristitia animali. Quilibet enim sensus, & quælibet potētia, delectatione, hoc est, quiete naturali in sibi proportionato delectatur, hoc est, quiescit, & in opposito tristatur, hoc est, repugnat illi: sed hoc non sufficit ad delectationem, & tristitiā animalem, sed ultra hoc exigitur, quòd interiori apprehēsione cognoscatur illa cōuenientia, aut disconuenientia proportionis coniunctæ: quod esset probandum in brutis inueniri. Apparet nāque oppositum in brutis quoad odores, & fœtores, dum nil ex tare uidentur de tot fœtidis odoribus. Vnde dicit etiam Aristoteles ibidem, Contingit animalia fugere huiusmodi fœtida, si sunt contraria tāgibilibus: quēadmodū nos grauamur ex fumo, & sulfure. & eodem mō aīalia declināt oculos ab excellēti luce uel quia læderetur organi complexionē, sicut declinant a spinis. Ita. n. ut tactui cōtraria, sentiunt in oculis, in capite &c. ¶ Ad primū signū dr, ꝙ aues nō delectant in cātu quocūq, secūdū se ut est cātus, pot. s. cōsonat auditui: sed ut sunt aut affectus, aut uiæ, aut aliquo mō se habentia ad gustabilia, uel tāgibilia. Nō. n. cantāt, ut secdm auditum delectent, sed uel uocādo ad coitū, aut appetēdo, aut ex cōplexione excitata naturalia ad uoces. sicut experimur in nobis ꝙ cōgregatis multis ad cor spiritibus, cogimur clamare. Nō. n. cātat gallus qa eum sua uox delectat, sed ex necessitate naturæ, uel pp uictoriam impugnā habitā, & breuiter pp quācūq; cām inclinent' ad cātū, nō includunt pp hoc ut delectentur secūdū auditū in uoce tā sua, quām aliena. Quòd aūt lætē cātēt, hoc est qa cā cantus eos delectat, puta, qa peperit, aut cōcepit, aut coitum emisit &c. quasi ad tactum, aut gustū ptinentia, uel extra. Nec delectantur in sermone humano aliter q̄ in alienis: discunt enim aues nō solū ab homine, sed alijs auib'. Sed quia naturaliter inclinantur ad quandā disciplinabilitatē, delectabiliter illam exequuntur ex naturæ instinctu, non ex industria, nec ex aīali delectatione circa locutiones, aut uoces secundū se. Accedit quām plurimum ad hoc cibi potusq; indigentia, iuxta illud, Quis expediuit Psittaco suum chære? Quòd autem canes, & similia animalia delectentur odore, & uisu domini sui, & plaudant, in promptu causa est: quia in his est relatio ad cibū, ad uerbera, ad conseruationē, & tutelam. & propterea contra extraneos tamquam aduersantes suo pastori, & conseruatori latrant, mordent. Ad id quod ultimo de olore dicitur, eodē mō respondetur, ꝙ non propter delectationem auditus cantāt, sed ex naturæ instinctu, & complexione ad hoc mouetur.

Universidad de Deusto Biblioteca

ple rñsione ad quartum eiusdē articuli, dubium ex Martino ibidem occurrit contra secundā rñsionē hic datam arguente, dicendo q̄ nō potest stare. Primò, qa si delectatio spūalis, puta, scientiæ, retrahit à præcepto orādi, aut retrahit per se, aut per aliud. Nō p aliud, qa illud nō est dabile, & sine illo alio impediret. ergo per se. Ergo p se est refrænāda. Secūdò, Si cupiditas pecuniæ, aut honoris nō retraheret ab aliqua alia potiori, & magis debita, ipsa nō esset moderāda, nec circa eā esset ponēda virtus. Ergo ex hoc ipso, q̄ delectatio spiritualis retrahit ab alia magis debita, est moderanda &c.

Respon. 1.

¶ Ad hoc dr, q̄ delectatio spūalis non secūdū se, sed p aliud, hoc est, pp temporis concursum, quo alia debet exerceri operatio, repugnās quoque rōni. Corporalis aūt, & seclusa quacumq; alteri⁹ impeditione, est ex proprij generis excellētia immoderata, & cōtra rōnē. Et p hoc patet rñsio ad secūdū. Cupiditas. n. pecuniæ & honoris, & si non impediret alias quas operationes, est secūdū se moderanda qua hēt in ꝓprio genere extrema uitiosa. Non sic autē est de spirituali delectatione, qua solum per accidēs eget fræno, aut modo.

Porrecta per totum. 686
3. Ethico. le. 9.

¶ In rñsione ad quintū eiusdē articuli, dubiū ex Martino ibidem occurrit, cōtra hāc rñsionē arguēte, qa multę delectationes tactus ordinatæ ad conseruationē naturę, sunt præter delectationes alimenti, & ueneris. Non ergo bene determinantur quæ sunt delectationes tactus pertinentes ad temperantiam per hoc, q̄ ordinantur ad conseruationē naturę. Probatur assumptū de exercitio paruæ sphæræ, & similibus ordinatis ad conseruationē naturæ, quia ordinantur ad regimen sanitatis.

¶ Ad hoc dr, q̄ limitatio authoris. s. q̄ delectationes tactus ordinatæ ad conseruationē naturę sunt materia temperantiæ, vt scientifica, & per causam propter quā sunt maximę, ac per hoc principalis uirtutis materia.

¶ Ad obiecta in oppositū dr, q̄ aliud est ordo p se, & aliud per accidēs, seu ex parte ordinantis. Author siquidē loquitur de ordine quē delectationes p se ex parte sui habēt, nō de ordine per accidens, quē ex parte ordinantis sortiuntur. Delectatio siquidem ludi paruæ sphęræ, & similiter uenationū & hmōi, nō per se, seu ex parte sui ordinanē in cōseruationem naturę: sed animi, seu sensuum quietē, & uniuersaliter ad superueniētia natura bona, quis ab isto, uel illo ordinentur ad naturæ conseruationē. Sed delectationes alimēti, & ueneris suapte natura statutę sūt, ut natura in indiuiduo & in specie conseruetur. Vnde obiectio nil obstat doctrinæ authoris.

* art 3. & 4 præced.
* li. 2. text. 28. to. 2.
* Li. 7. c. 4 3. & 7. lib. 3. ca. 10. medio, a tom. 5.

delectationes aliorū sensuū, in quantū referunt ad delectationes tact⁹, est tēperātia, nō principaliter, sed ex cōsequēti. Inquātū āt sensibilia aliorū sensuū sunt delectabilia pp sui cōueniētiā, sicut cū delectatur homo ī sono bene harmonizato, ista delectatio non pertinet ad cōseruationē naturæ. Vñ non habent huiusmodi passiones illā principalitatem, ut circa eas antonomasicè tēperātia dicat.

Ad IIII dicēdū, q̄ delectationes spūales etsi ſm suam naturā sint maiores delectationib. corporalibus, tñ non ita percipiūtur sensu, & per consequēs nō ita uehementer afficiūt appetitum sensitiuū, contra cuius impetum, bonum rōnis conseruatur per moralem uirtutē. Vel dicendū, q̄ delectationes spirituales, per se loquēdo, sunt ſm rōnem: undè non sunt refrænādæ nisi p accidēs, inquantum s. una delectatio spūalis retrahit ab alia potiori, & magis d'bita.

Ad V. dicendum, q̄ non oēs delectationes tactus ptinēt ad naturæ conseruationē: & iō nō oportet q̄ circa omnes delectationes tactus sit temperantia.

ARTICVLVS V.

Vtrum circa proprias delectationes gustus sit temperantia.

AD QVINTVM sic ꝓcedit. Vr q̄ circa ꝓprias delectationes gust⁹ sit tēperātia. Delectationes. n. gustus sunt in cibis, & potib⁹, q̄ magis sunt necessarij ad hois uitā, q̄ delectatiōes uenereorū, q̄ ptinēt ad tactū: sed ſm prædicta* tēperantia est circa delectationes eorum, quæ sūt necessaria ad uitā hois. ergo tēperātia ē magis circa ꝓprias delectationes gustus, q̄ circa proprias delectationes tactus. ¶ 2 Præt. Tēperantia est circa passiones magis q̄ circa res ipsas: sed sicut dr ī 2. de Aia* tact⁹ vr esse sensus alimēti quātū ad ipsā substātiā alimēti: sapor āt, q̄ est ꝓpriè obiectū gustus, est sicut delectamētū alimentorū. ergo temperantia magis ē circa gustum, quàm circa tactum. ¶ 3 Præt. Sicut dr in* 7. Ethi. circa eadē sunt tēperātia & intēperātia, cōtinētia & incontinētia, pseuerātia & mollities, ad quā ptinēt deliciæ: sed ad delicias vr ptinere delectatio, q̄ ē in saporibus, q̄ ptinent ad gustū. ergo tēperātia est circa delectationes proprias gustus.

SED CONTRA est, qđ Phil. dicit,* qđ tēperantia & intēperātia vñr gustu parū, uel nihil uti.

RESP. Dicēdū, q̄ sicut dictū est*, tēperātia cōsistit circa pcipuas delectationes, q̄ maximè ptinēt ad cōseruationē humanæ uitæ vel in specie, uel in indiuiduo: in q̄bus cōsiderat aliqd principaliter, aliqd secundario. Principaliter qdē ipse usus necessariorū, puta, uel fęminę, q̄ est necessaria ad conseruationē speciei: uel cibi & potus, q̄ sunt necessaria ad cōseruationem indiuidui. Et ipse usus horū necessariorū hēt quandam essentialē delectationem adiunctā. Secundariò āt cōsideratur circa utrūq; usum aliquid quod facit ad hoc, q̄ usus sit magis delectabilis, sicut pulchritudo & ornat⁹ fęminæ, & sapor delectabilis in cibo, & ēt odor. Et iō principaliter tēperātia est circa delectationē tactus*, q̄ p se cōsequit ipsum vsum necessariarū rerū, quarum omnis usus est in tāgendo. Circa* delectationes autē gustus, uel olfactus, uel uisus, est temperantia & intemperantia secundariò, inquantum sensibilia horum sensuum conferunt ad delectabilem usum rerum necessariarum, quæ ptinent ad tactum. Quia tamen gustus propinquior est tactui, quàm alij sensus, ideò temperantia magis est circa gustum, quàm circa alios sensus.

* li. 3. Ethi. c. 10. a medio. to. 5.
* ar. pręce.
Li. 2. tex. 28. to. 2.
Conclu. 1
Conclu. 2
Conclu. 3

AD PRIMVM ergo dicēdū, q̄ ēt ipse usus ciborū, & delectatio essentialiter ipsum cōsequens, ad tactum pertinent. Vñ Phil. dicit in 2. de anima,* q̄ tactus est sensus alimēti. Nutrimur enim calido & frigido, humido & sicco: sed ad gustū ptinet discretio saporū, q̄ cōferūt ad delectationē alimenti, inquantū sunt signa conuenientis nutrimenti.

AD II. dicendum, quòd delectatio saporis est quasi superueniens: sed delectatio tactus per se cōsequitur usum cibi, & potus.

AD III dicendū, q̄ deliciæ principaliter qdem consistunt in ipsa substantia alimenti: sed secūdariò in exquisito sapore, & præparatione ciborū.

Porrecta per totum. 687

ARTICVLVS VI.

Vtrū regula temperantiæ sit sumenda secundū necessitatē præsentis vitæ.

Inf. q. 143 ar. 2. cor. Et 1. 2. q. 63. art. 4. cor. Et 4. di. 15. q. 3 ar. 1. q. 4. corīn. Et Mal. q. 14 ar. 1 ad 1.

SVP Q. CXXXXI. ART. VI.

IN artic. 6. eiusdem q. omisso quinto, dubium occurrit ex Martino in eodem tractatu in quæstio, illius tituli. An regula temperātię sumatur ex necessitate pſentis vitæ. Reprehēdit siquidē authorē in hoc, q̄ cōcludit necessitatem pſentis vitæ esse regulā tēperātiæ vtpote finē eius. Aīt. n. q̄ si necessitas est regula, oportet q̄ p oēm rectū vsum tollatur aliqua necessitas, seu indigētia: sed hoc nō est verum, vt patet de recto vsu nō necessariorū, quæ tñ nō impediūt sanitatē, aut bonā habitudinē, nec excedūt facultates, & honestatē. Affert quoq; multa cōtra eandē cōclusionem: sed quia, vt patebit, non sunt contra eam, omitto.

¶ Ad euidentiā horū nō oportet aliūde inquirere, sed ex litera ipsa resolueretq̄ clarè in rñsione ad tertiū, author explicat q̄ sit necessitas, quæ regula est tēperantiæ, s. necessitas cōgruentiæ vitæ, quam exprimit nō solùm attēdi secūdùm corporis indigētiā & dispositionem, sed etiā secundùm facultates, officia, & honestatē. Vndè qđ implicitè inchoauit ac fundauit author in corpore articuli, in solutionibus argumentorū cōsummauit. & idō nō est soluēda, sed solueda rō allata in corpore articuli. & cum obijcitur. ergo quilibet rectus usus delectabiliū secūdùm tēperantiā tollet aliquā indigentiā, rñdetur, q̄ indigentia, seu necessitas regulat nō solùm ut suppleatur qđ deficit, sed etiā ne deficiat qđ est, aut esse debet. & sic ois rectus usus delectabiliū tollit aliquā indigentiā uel corporis, uel officij, uel honestatis ſm pliciter perfectioris, alioquin nō esset rectus usus. Vñ. n. in litera patet, tēperatus utitur necessarijs ad corporis conseruationē, & bonā habitudinē, & cōgruis iuxta facultates, officia, cōsensationē, & honestatem. Hæc. n. oia tollunt ali quā indigentiā, quæ est, uel esset sine tali usu. Nā qui conuiuiū celebraret nō conforū gradui suo, & conuiuarū, iuxta facultates & honestatem, nō esset factū satis necessitati congruentiæ præsentis uitæ, ac conseruationis. Necessitas ergo congruentiæ præsentis uitæ est regula tēperantiæ, secūdùm quā etiā imperat alijs uirtutibus, puta, liberalitati, urbanitati, & si qua alia opus quandoque est.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur q̄ regula tēperātiæ non sit sumenda secundum necessitatē pſentis uitæ. Superius enim non regulaē ab inferiori: sed tēperantia cū sit uirtus aiç, est superior q̄ necessitas corporalis. ergo regula tēperantiæ non debet sumi secumdùm necessitatem corporalem. ¶ 2 Præt. Quicūq; excedit regulam, peccat. Si ergo necessitas corporalis esset regula tēperantiæ, quicūq; aliqua delectatiōe vteret supra necessitatē naturę, q̄ ualdè modicis cōtēta est, peccaret cōtra tēperantiā: qđ videtur esse inconueniens. ¶ 3 Præt. Nullus attingēs regulā peccat. Si ergo necessitas corporalis esset regula tēperātiæ, quicūq; uteret aliqua delectatione pp necessitatē corporalē, puta, pp sanitatē, esset immunis à peccato: hoc aūt uṙ falsum. ergo necessitas corporalis non est regula tēperantiæ.

SED CONTRA est, qđ Aug. dicit in lib. de moribus eccles.* Habet uir tēperatus in rebus hui⁹ uitæ regulā utroq; testamento firmatā, ut eorū nil diligat, nil p se appetēdū putet: sed ad uitæ hui⁹ atq; officiorū necessitatē, quātū satis est, usurpet utentis modestia, non amantis affectu.

RESPON. Dicēdū, q̄ sicut ex *supradictis patet, bonū uirtutis moralis præcipuè cōsistit in ordine rōnis. Nā bonū hois est secūdū rōnē esse, ut * Dion. dicit 4. ca. de di. no. Præcipuus aūt ordo rōnis cōsistit in hoc, q̄ aliqua in finē ordinat, & in hoc ordine maximè cōsistit bonū rōnis. Nā bonū habet rōnē finis, & ipse finis est regula eorū quę sunt ad finē. Oia aūt delectabilia, quæ in usum hois ueniunt, ordinātur ad aliquā huius uitæ necessitatē sicut ad finē: & ideò tēperantia accipit necessitatē huius uitæ sicut regulā delectabiliū, quibus utitur, ut. s. tm eis utatur, quantum necessitas huius uitæ requirit.

* Ca. 11. circa fin. tom. 1.
* Ar. 1. huius q. & q. 109. art. 2. & q. 123. ar. 1.
* Ca. 4. nō multum procul a fine.
Concl.
* In corp. ar.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ sicut* dictū est, necessitas huius uitæ hēt rōnē regulę, inquantū est finis. Cōsideradū est aūt, q̄ qñq; aliud est finis opantis, & aliud finis operis. Sicut patet q̄ ædificationis finis est dom⁹, sed ędificatoris finis qñq; est lucrū. sic ergo tēperantiæ ipsius finis & regula est beatitudo: sed eius rei, qua utiṫ, finis & regula est necessitas humanæ uitæ, infra quā est id qđ ī usum uitæ uenit.

AD II. dicendū, q̄ necessitas humanæ uitæ pōt attendi dupliciter. Vno modo, ſm q̄ dr necessariū illud, sine quo res nullo modo potest esse, sicut cibus est necessarius animali. Alio modo, ſm q̄ dicitur necessarium illud, sine quo res non potest conuenienter esse. Temperantia autē non solùm attendit primā necessitatem, sed etiam secundā. Vndè * Philo. dicit in 3. Ethi. q̄ temperatus appetit delectabilia propter sanitatē, uel pp bonam habitudinē. Alia uerò quæ ad hoc nō sunt necessaria, possunt dupliciter se habere. Quædā. n. sunt impedimenta sanitatis, uel bonę habitudinis, & his temperatus nullo modo utitur: hoc. n. esset peccatū contra temperantiā. Quædā uerò sunt, quæ non sunt his impedimēta: & his moderatè utitur pro loco, & tēpore, & cōgruentia eorū quibus cōuiuit. Et ideo ibidē* Philo. dicit, q̄ etiā tēperatus appetit alia delectabilia, quæ. s. nō sunt necessaria ad sanitatē, uel ad bonā habitudinē, nō impedimēta his existētia.

AD III. dicendū, q̄ sicut * dictū est, temperātia respicit necessitatē quantum ad conuenientiā uitæ, quæ quidē attenditur non solùm ſm cōuenientiam corporis: sed etiam ſm conuenientiam exteriorum rerum, puta, diuitiarū, & officiorū, & multò magis ſm conuenientiam honestatis. Et ideò * Philoso. ibi subdit, q̄ in delectationibus, quibus tēperatus utitur, non solùm cōsiderat ut nō sint impeditiua sanitatis, & bonæ habitudinis corporalis: sed etiam ut non sint pręter bonū. i. cōtra honestatē, & q̄ nō sint supra substantiā. i. supra facultatem diuitiarū. Et * Augu. dicit in lib. de moribus Ecclesiæ, q̄ tēperatus respicit non solùm necessitatem huius uitæ, sed etiam officiorum.

* Li. 3. c. 11 ad fi. to. 5.
* Lib. 3 Ethi. c. 11. nō procul a fi. to. 5.
* In corp. ar.
* Li. 3. ca. 11. to. 5.
* Cap. 11. circa fin. tom. 1.

ARTICVLVS VII.

Vtrū tēperātia sit uirtus cardinalis.

AD SEPTIMVM sic procedit. Vr q̄ tēperātia nō sit uirtus cardinalis. Bonū. n. uirtutis cardinalis à rōne depēdet: sed tēperantia est circa ea quæ magis distant à rōne, s. circa delectationes, quæ sūt nobis & brutis communes, ut dicitur in 3.* Ethi. ergo temperantia non uidetur esse principalis uirtus. ¶ 2 Præt. Quātò aliquid est magis impetuosum, tantò difficilius uidetur esse ad refrenandū: sed ira quam refrænat mansuetudo, uidetur esse impetuosior quàm concupiscentia, quam refrænat temperantia. dicitur enim Prouerb. 27. Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor: & impetum concitati spiri-

SVP. Q. CXXXXI. ART. VII.

IN ar. 7. eiusdem q. dubiū ex Martino in eodē tractatu q. 2. occurrit, arguente cōtra rōnem literæ, qua tēperātia ponitur uirtus cardinalis, q̄ a moderatio, q̄ ī omni uirtute requiritur, præcipuè laudaṫ in delectationibus tactus, quæ sunt materia tēperantiæ. Probat ergo q̄ moderatio nō est præcipuè laudabilis in delectationibus tactus. Primò, qa moderatio ardua laudabilior est non ardua: sed moderatio in delectationibus tactus non est ardua.

Porrecta per totum. 689
1. 2. q. 71. & q. 66. art. 1. & 4. cor. Et 3. dis. 33. q. 2. ar. 1. Et uit. q. 1. ar. 12. ad 24. 25. & 26. & q. 5. art. 1.
* Li. 3. ca. 10. a med. tom. 5.

Universidad de Deusto Biblioteca

ardua ergo. Secūdo. Moderatio in omni virtute est id qđ potissimè laudat: ergo si tēperantię ꝓpria est moderatio, ipsa esset excellentissima virtutū, cuius oppositū sētit author. Antecedēs probatur, qa oia quæ laudabilia sunt in uirtute, ideò laudant, q̄a ad moderationē ordinata sunt. Tertiò, Moderatio delectationū tactus nō est difficilior cæteris. ergo nō est præcipuè laudabilis. Consequētia tenet ex dictis authoris. Antecedēs verò ꝓbatur: qa difficilius est vincere retrahentia à bono in materia fortitudinis, ut ipsemet author fatetur. moderatio ergo fortitudinis est difficilior.

¶ Ad primā horū dr̄, q̄ maior est vera cæteris paribus. sed in ꝓposito nō sunt paria. Moderatio nāq; mãsuetudinis licèt sit ardua, nō tñ est ī materia ita naturali, necessaria, cōmuni, diuturna, ac vehementer motiua oppetitus nostri, qualis est materia tēperantiæ, ut in litera patet in corpore articuli, & responsionibus argumentorū.

¶ Ad secundū negat antecedēs: q̄a moderatio ꝓpriè, vt distinguitur, cōtra alias cōditiones virtutū, non est potissima. Nec est verū, q̄ quęcūq; sunt laudabilia in uirtute, laudentur in ordine ad modū, q̄uis sine modo nō laudabilia sint. Discretè siquidē agere potior est cōditio q̄ moderatè, & similiter rectitudo potior est: cū sit prima prudentiæ, secunda iustitiæ tribuatur.

¶ Ad tertiū negat assumptū. Et ad probationē dr̄, q̄ materia impediens bonū in fortitudine, non eget principaliter moderatione, sed firmitate animi. Et propterea cōcedendo q̄ difficilius vincūtur retrahētia à bono in fortitudine, nō sequitur, ergo difficilius est illa moderari: sed sequit, ergo difficilius est ibi bonū rationis habere. qđ gratis cōcedit: sed nō moderando, sed firmando, vt patet ex supradictis. Et si in

*1.2.q.25 art.4.
*Li.2.c.36 ante med.
*q.123.ar.11. & 1.2.q.61.ar.3.
*Ar.4. huius quæſ.
Concl. m

tus ferre quis poterit? ergo mā- f suetudo est principalior uirtus quàm temperantia.

¶ 3 Præ. Spes est h principalior mot* aīæ q̄ desideriū, seu cōcupiscētia, ut * supra habitū ē: sed humilitas refrænat ꝓsūptionē īmoderatæ spei. ergo humilitas uidetur esse principalior uirtus quàm temperantia, quæ refrenat concupiscentiam.

Sed contra est, q̄ * Greg. in 2. Moraliū ponit temperantiā inter uirtutes principales. G

Respon. Dicēdū, q̄ sicut* supra dictū est, uirtus principalis, seu cardinalis dr̄, q̄ principalius laudat ex aliquo eorū, quę cōiter requiruntur ad rōnē uirtutis. Moderatio aūt quæ in oī uirtute reqritur, præcipuè laudabilis est in delectationib* tact*, circa quæ est tēperantia, tū q̄a tales delectationes sunt magis nobis naturales, & iō difficilius H est ab eis abstinere, & cōcupiscētias earū refrænare: tū ēt q̄a earū obiecta magis sūt necessaria p̄senti uitæ, ut ex dictis patet. & iō m tēperātia ponit uirtus principalis, seu cardinalis. n

Ad I. ergo dicendū, q̄ tātò maior ostēditur agentis uirtus, quātò in ea q̄ sunt magis distātia, pōt suā operationē extēdere. Et ideò ex hoc ipso ostendit maior uirtus rōnis, q̄ pōt etiā I concupiscentias, & delectationes maximè distantes moderari: unde hoc pertinet ad principalitatem temperantiæ.

Ad II. dicēdū, q̄ impetus irę causat ex quodā accidēte, puta, ex aliqua lęsione cōtristāte. & ideò cito trāsit, q̄uis magnū impetū habeat. Sed impetus cōcupiscētiæ delectabiliū tactus, ꝓcedit ex causa naturali, undè est diuturnior & cōmunior: & K ideò ad principaliorē uirtutem pertinet ipsum refrænare.

Ad III. dicēdū, q̄ ea quorū est spes, sunt altiora his quorū ē cōcupiscētia, & pp hoc spes ponit passio principalis in irascibili: sed ea, quorū est cōcupiscētia & delectatio tactus, uehemētius mouēt appetitū, q̄a sunt magis naturalia. & ideò tēperantia, quę in his modum statuit, est uirtus principalis.

Articulus VIII.

Vtrū tēperātia sit maxima virtutum.

Ad octavum sic procedit. Vr̄ q̄ tēperantia sit maxima uirtutū. Dicit.n. Ambr. in 1. de * Offic. q̄ in tēperantia maximè honesti cura, decoris cōsideratio spectat, & quęritur: sed uirtus laudabilis est, inquantū est h honesta & decora. ergo tēperātia est maxima uirtutum.

¶ 2 Præt. Maioris est uirtutis operari id qđ est h difficili*: sed difficilius est refrænare cōcupiscētias, & delectationes tactus, q̄ refrenare actiones exteriores, quorū primū pertinet ad tēperantiā, secundū ad iustitiā. ergo temperantia est maior uirtus quàm iustitia.

RESPON. Dicēdū, q ſicut * ſupra dictum eſt cùm de paſſione timoris agerēt, timor ꝓpriè ē de malo arduo, quod. ſ. difficile uitat. Eſt aūt duplex turpitudo. Vna quidem uitioſa, quæ. ſ. conſiſtit in deformitate actus voluntarij: & hęc ꝓpriè loquēdo, non hēt rōnē mali ardui. Quod. n. in ſola uoluntate conſiſtit, non vr̄ eſſe arduum, & eleuatū ſuper hois poteſtatem, & pp hoc non apprehendit ſub rōne terribilis. Et pp hoc Philoſophus dicit in 2.* Rhet. q horum malorum non eſt timor. Alia autē eſt turpitudo quaſi pœnalis, quæ quidem cōſiſtit in uituperatione alicuius, ſicut quædā claritas gloriæ cōſiſtit in honoratione alicuius. Et quia hmōi uituperiū hēt rōnē mali ardui, ſicut honor habet rōnē boni ardui, verecūdia q eſt timor turpitudinis, primò & pricipr̄ reſpicit vituperiū, ſeu opprobriū. *Et qa uituperiū ꝓpriè debet uitio, ſicut honor uirtuti, iō et ex cōſequēti uerecundia reſpicit turpitudinē vitioſā: * vn̄ ſicut Phil. dicit i 2.* Rhet. minus hō uerecūdat de defectib. q nō ex ei' culpa ꝓueniūt. Reſpicit aūt verecūdia culpā dupl̄r. * Vno mō, ut aliquis deſinat uitioſa agere pp timorē uituperij. Alio mō, ut hō in turpibus quæ agit, uitet cōſpectus publicos pp timorē uituperij, quorū primū, ſm * Greg. Nyſenū ptinet ad erubeſcentiā, ſecundū ad uerecūdiā. Vn̄ ipſe dicit, q q verecundat, occultat ſe in his quæ agit: qui verò erubeſcit, timet incidere in ingloriationem.

*1. 2. q. 41 arti. & 42 art. 3. — *Li. 2. c. 5. cir. med. tom. 6. — Conclu. — Concluſionis prima pars 1. — *Li. 2. c. 6. aſi medio tom. 6. — Concluſionis ſecūda pars 2. — *Nyſen' libr. 4. de creat. hominis, ca. 14.

AD PRIMVM ergo dicēdum, q verecūdia reſpicit propriè ingloriationem ſm q debetur culpa, quæ eſt defectus uoluntarius. Vnde Phil. dicit in 2. Rhet. q omnia illa hō magis uerecūdat, quorum ipſe eſt cā. Opprobria aūt quę inferuntur alicui pp uirtutem, uirtuoſus quidem contemnit, quia indignè ſibi irrogantur: ſicut de magnanimis Philoſophus dicit in 4.* Ethi. & de Apoſtolis dr̄ Act. quinto, q ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij: quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Ex imperfectione autē virtutis contingit q aliquis uerecundetur de opprobrijs, quæ ſibi inferuntur propter uirtutem: quia quantò eſt aliquis magis uirtuoſus, tantò magis contemnit exteriora bona, uel mala. Vnde dicit Iſa. 51. Noli timere opprobrium hominum.

li. 2. ca. 6. aliquātulum ante med. t. 6. — *li. 4. c. 3. tom. 5. — A ly et ... quis ſit pfectus uel imperfectus i uirtute.

AD II. dicēdū, q ſicut honor, ut * ſupra habitum eſt, quis nō debeatur verè niſi ſoli uirtuti, reſpicit tn̄ quandam excellentiam: ita etiam uituperium, quis debeatur propriè ſoli culpæ, reſpicit tamen ad minus ſm opinionem hominum, quęcūq; defectum. Et iō de paupertate, & ignobilitate, & ſeruitute, & alijs huiuſmodi aliquis uerecundat.

*q. 63. articu. 3.

AD III. dicendū, q de operibus uirtuoſis, in ſe conſideratis, non eſt uerecūdia. Contingit tn̄ per accidens q aliquis de his verecundet vel inquantū hr̄r ut uitioſa, ſecundùm hominum opinionem, vel inquantum homo refugit in operibus uirtutis notam de præſumptione, aut ēt de ſimulatione.

AD IIII. dicēdum, q qnq; contingit aliqua grauiora peccata minus eſſe verecūdabilia, vel quia minus habent de rōne turpitudinis, ſicut peccata ſpūalia q carnalia, vel qa in quodā exceſſu tpalis boni ſe habēt: ſicut magis uerecundat hō de timiditate, q de audacia, & de furto, q de rapina, pp quandam ſpeciem poteſtatis. Et ſimile eſt in alijs.

ARTICVLVS III.

Vtrum homo magis verecundetur à perſonis coniunctis magis.

Porrecta per totum. 698
li. 2. ca. 6. circa medium & poſt me.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur q homo non magis verecundet à perſonis magis coniunctis. Dicitur enim in 2.* Rhet. q homines magis erubeſcunt ab illis, à qbus uolūt in admiratio-

Universidad de Deusto Biblioteca

ne haberi: sed hoc maximè appetit homo a melioribus, qui quandoque non sunt magis coniuncti. ergo hō non magis erubescit de magis coniūctis.

¶2 Præt. Illi vr̄ esse magis coniuncti, qui sunt similiū operū: sed hō non erubescit de suo pctō ab his, quos scit sibi pctō subiacere, q2 sicut dr̄ in 2. Rhet. Quæ qs ipse facit, hæc pximis nō uetat. ergo hō nō magis verecundat̄ à maximè coiūctis.

¶3 Præt. Philosophus dicit in 2. Rhet q hō magis verecundat̄ ab his, qui ppalant multis qđ sciunt, sicut sunt irrisores, & fabularū fictores: sed illi q sunt magis coniuncti non solent vitia propalare. ergo ab eis non maximè est verecundandum.

¶4 Præt. Philosophus ibidem dicit, q hoīes maximè uerecundantur ab eis, inter quos in nullo defecerunt, & ab eis a quibu primò aliquid postulant, & quorum nunc primò volūt esse amici: huiusmodi autem sunt minus coniuncti. ergo non magis verecundatur homo de magis coniunctis.

Li. 2. rhe to. ca. 6. med. c. 6.

SED CONTRA est, q dicitur in 2. Rheto. q eos, qui semper aderunt, homines magis erubescunt.

RESPON. Dicēdū, q cū uituperiū honori opponat̄, sicut honor iportat testimoniū quoddā de excellētia alicui', & pcipuè q ē ſm uirtutē, ita ēt opprobriū, cuius timor est uerecūdia, importat testimoniū de defectu alicui', & pcipuè ſm aliquā culpā. & iō quātò testimoniū alicui' reputat̄ maioris pōderis, tātò ab eo aliqs magis uerecūdat̄. Pōt āt testimoniū aliqđ maioris pōderis reputari, vel pp eius certitudinē ueritatis, vel pp effectū. Certitudo aūt ueritatis adest testimonio alicui' pp duo. Vno qdē mō, pp rectitudinē iudicij, sicut patet d̄ sapiētib. & virtuosis, a qb. hō & magis desiderat honorari, & magis verecūdat̄. Vñ a pueris, & bestijs null' verecūdat̄ pp defectū recti iudicij, q ē i eis. Alio mō pp cognitionē eorū de qb. est testimoniū, qa unusqsq; bñ iudicat q cognoscit: & sic magis uerecūdamur a psonis cōiūctis, q facta nr̄a magis cōsiderāt. A peregrinis aūt & omnino ignotis, ad quos facta nr̄a nō pueniunt, nullo mō verecūdamur. Ex effectu aūt est aliqđ testimoniū magni pōderis, pp iuuamētū & nocumētū ab eo pueniens: & iō magis desiderant hoīes honorari ab his q pñt eos iuuare, & magis verecūdātur ab eis qui pñt nocere. Et inde ēt est, q quātū ad aliquid magis uerecūdamur a psonis cōiūctis, cum quibus sp sumus conuersaturi, quasi ex hoc nobis ppetuum proueniat detrimentū: quod aūt puenit à peregrinis, & trāseuntibus, quasi citò pertrāsit.

AD PRIMVM ergo dicēdū, q silis rō est pp quā verecūdamur de meliorib. & magis cōiūctis: quia sicut meliorum testimoniū reputat̄ magis efficax pp uniuersalē cognitionē, quā habēt de rebus, & immutabilē sniam a ueritate: ita ēt familiariū psonarum testimoniū vr̄ magis efficax pp hoc, quia magis cognoscūt particularia, q circa nos sunt.

AD II. dicēdū, q testimoniū eorū, q sūt nobis cōiūcti i siīs idne pcti, ñ reformidam': qa ñ æstimamus q defectū nr̄m apphēdat, ut aliqđ turpe.

AD III. dicendū, q a propalantibus uerecundamur propter nocumentum indè proueniens, quod est diffamatio apud multos.

AD IIII. dicendū, q ēt ab illis, inter quos nihil mali fecimus, magis uerecūdamur pp nocumētū sequēs, qa s. p hoc amittimus bonā opinionē, quā de nobis hēbant: & ēt qa cōtraria iuxta se posita maiora vr̄. Vñ cū aliquis subito de aliquo, quem bonū æstimauit, aliqđ turpe pcipit, apphēdit hoc ut turpius. Ab istis aūt a qb. aliqđ de nouo postulamus, uel quorū nūc primò uolum' eē amici, magis uerecūdamur pp nocumētū inde pueniēs, qđ ē impedimētū iplēdę petitiōis, & amicitię cōsumadę.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum etiam in uirtuosis hominibus possit esse uerecundia.

Perrella per totum. 699

AD QVARTVM sic procedit. Vr̄ q etiam in uirtuosis hominib. possit esse verecundia. Contrariorū.n. cōtrarij sunt effectus: sed illi qui sunt supabūdātis malitię ñ uerecūdant, ſm illud Ier. 3. Frōs mulieris meretricis fcā est tibi, nescisti erubescer. ergo illi q sūt uirtuosi magis verecūdant̄.

¶2 Præt. Philosophus dicit in 2. Rhet. q homines non solum erubescunt uitia, sed etiam signa uitiorum, quæ quidem contingunt etiā esse in virtuosis. ergo in uirtuosis potest esse uerecundia.

¶3 Præt. Verecūdia est timor ingloriationis: sed cōtingit aliquos uirtuosos ingloriosos esse, puta, si falsę diffamentur, uel ēt indignè opprobria patiant. ergo uerecundia pōt esse in hoīe uirtuoso.

¶4 Præt. Verecundia est pars tēperantiæ, ut dictū est: pars aūt non separat̄ à toto. cū ergo tēperātia sit in homine uirtuoso, vr̄ q ēt uerecundia.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 4. Eth. quòd uerecundia non est hominis studiosi.

RESPON. Dicēdū, q sicut dictū est, uerecundia est timor alicuius turpitudinis. Quòd autē aliqđ malū nō timeat̄, pōt pp duplicē rōnē cōtingere. Vno mō, quia nō æstimat̄ ut malū. Alio mō, quia nō æstimat̄ ut possibile, uel ut difficile uitari: & ſm hoc, uerecundia deficit in aliquo dupl'r. Vno mō, quia ea q sunt erubescibilia, nō apphendunt̄, ut turpia: & hoc mō carēt uerecūdia hoīes in peccatis profundati, qbus sua peccata nō displicent, sed magis de eis gloriant̄. Alio mō, qa nō apphendūt turpitudinē ut possibilē sibi, uel quasi nō facilè uitabilē: & hoc mō, senes, & uirtuosi uerecundia carēt. Sūt tñ sic dispositi, ut si in eis esset aliqđ turpe, de hoc uerecūdarēt. Vñ Philosophus dicit in 4. Eth. q uerecūdia est ex suppositiōe studiosi.

AD PRIMVM ergo dicēdum, q defectus uerecūdiæ cōtingit in pessimis, & optimis uiris ex diuersis causis, ut dictū est. Inuenit aūt in his, q mediocriter se habēt ſm q est in eis aliqđ de amore boni, & tamen non sunt totaliter immunes a malo.

AD II. dicēdum, q ad uirtuosum ptinet nō solū uitare uitia, sed ēt ea q habēt spēm uitiorū, ſm illud 1. ad Thes. 5. Ab oī specie mala abstinete uos. Et Philosophus dicit in 4. Eth. q uitanda sunt virtuoso tam ea quæ sunt mala secundum ueritatē, q̄ ea quæ sunt mala secundùm opinionem.

AD III. dicendum, q infamationes, & opprobria uirtuosus, ut dictū est, cōtēnit, quasi ea quib. ipse non est dignus. Et ideo etiā nec de his multū

verecundatur. Est tñ aliquis motus verecundię pueniens rationem, sicut & cæterarum passionum.

AD IIII. dicēdū, q verecūdia non est pars tēperātiæ quasi intrās essentiā eius, sed quasi dispositiuè se habens ad ipsam. Vñ Amb. dicit in lib. de offic. q verecūdia iacit prima temperantię fundamēta, inquantū. s. incutit horrorem turpitudinis.

SVPER Q. CXLV.

IN tota q. 145. hoc unum scribendū occurrit, q honestū aliter sumitur hic, & aliter in prima parte, ubi bonum cōuertibile cum ente diuisum est sufficiēter p honestū, utile, & delectabile. Aliter autē dico, non in significatione, sed in amplitudine. Vtrobiq; siquidem significat appetibile pp se, sed ibi in tota sua amplitudine: hic verò sumit̄ appropriatè ad moralia. Et iō honestum coincidit hic cū uirtute, seu uirtuoso, & felicitas ac Deus supra honestatē, sicut supra uirtutem eminent. Rō aūt appropriationis in art. 1. in respōsione ad secundum explicatur: qa scilicet superiora sūt nobis p experiētiam incognita in uirtutibus aūt quotidie nos exercere oportet. Honestū ergo appropriatè sumptum, est idē q decorū, & concurrit in idem subiectū cum utili, q̄ cū delectabili, particulariter tamen & non uniuersaliter utroq; sumpto, quia scilicet omne honestum est aliquod utile, & aliquod delectabile.

QVÆSTIO CXLV.

De honestate, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE cōsiderandum est de honestate.

Et circa hoc quęrunt̄ quatuor.

¶Primò, Quomodo honestum se habeat ad uirtutem.

¶Secundò, Quomodo se habeat ad decorem.

Tertiò, Quomodo se habeat ad utile, & delectabile.

¶Quartò, Vtrum honestas sit pars temperantiæ.

ARTICVLVS I.

Vtrum honestum sit idem virtuti.

Perrella per totum. 700

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q honestū non sit idem virtuti. Dicit enim Tullius in sua rhetor. honestum esse qđ pp se appetitur: uirtus autem non appetitur pp seipsam, sed pp fęlicitatem. dicit enim Phil. in 1. Ethic. q fęlicitas est præmium uirtutis & finis. ergo honestum non est idem uirtuti.

¶2 Præt. Secundum Isid. honestas dr̄ quasi honoris status: sed multis alijs dētur honor q̄ uirtuti. nā virtuti propriè debetur laus, vt dicitur in 1. Ethi. ergo honestas non est idem uirtuti.

¶3 Præt. Principale uirtutis cōsistit in interiori electione, ut Philosophus dicit in 8. Eth. honestas autem magis uidetur ad exteriorem cōuersationem pertinere, secundum illud 1. ad Cor. 14. Omnia honestè, & secundum ordinem fiant in uobis. ergo honestas non est idem uirtuti.

¶4 Præt. Honestas uidetur cōsistere in exterioribus diuitijs, secundum illud Eccles. 11. Bona & mala, uita & mors, paupertas & honestas, utraque a Deo sunt: sed in exterioribus diuitijs non consistit uirtus. ergo honestas non est idem uirtuti.

SED CONTRA est illud, qđ Tullius dicit in 1. de offic. & in 2. rhetor. diuidens honestum in quatuor principales uirtutes, in quas etiam diuiditur uirtus. ergo honestum est idem uirtuti.

RESP. Dicēdū, q sicut Isid. dicit, honestas dicitur quasi honoris status. unde ex hoc uidet̄ aliquid dici honestum, quod est honore dignum. Honor aūt, ut supra dictum est, excellētiæ debetur. Excellentiæ aūt hominis maximè consideratur secundum uirtutem, quæ est dispositio perfecti, ut dicitur in 7. Physic. Et ideò honestum, propriè loquendo, in idem refertur cum uirtute.

AD PRIMVM ergo dicēdū, q sicut Philosophus dicit in 1. Eth. eorum, quæ pp se appetuntur, quędam appetuntur solum pp se, & numquam pter aliud, sicut fęlicitas quæ est ultimus finis: quædam uerò appetuntur & pp se, inquantum habent in seipsis aliquam rōnem bonitatis, ēt si nihil aliud boni p ea nobis accideret, & tñ sunt appetibilia pp aliud, inquantū. s. perducunt nos in aliqđ bonū pfectius: & hoc mō uirtutes sunt pp se appetēdæ. Vñ Tullius dicit in 2. rhetor. q quiddā est qđ sua ui nos allicit, & sua dignitate trahit, ut uirtus, ueritas, scientia: & hoc sufficit ad rōnem honesti.

AD II. dicēdum, q eorum quæ honorantur pter uirtutem, aliquid est uirtute excellentius, scilicet Deus, & beatitudo: & hmōi non sunt nobis p experientiam nota, sicut uirtutes, secundū quas quotidie operamur: & iō uirt' magis sibi uēdicat nomē honesti. Alia uerò q sunt infra uirtutē, honorant̄ inquātū coadiuuāt ad opera virtutis, sicut nobilitas, potētia, & diuitiæ. Vt n. Philosophus dicit in 4. Eth. hmōi honorant̄ à quibusdam, sed ſm veritatē solus bonus est honorandus. Bonus autē est aliquis ſm uirtutem: & ideò virtuti quidem debetur laus secūdū q est appetibilis propter aliud: honor autem prout est appetibilis propter seipsum: & secundum hoc habet rationem honesti.

AD III dicēdū, q sicut dictum est, honestū importat debitum honoris. Honor autē est cōtestatio qdam de excellentia alicuius, vt supra dictum est. Testimonium aūt non profertur nisi de rebus notis. Interior aūt electio non innotescit homini nisi p exteriores actus: & iō exterior conuersatio habet rationem honesti secundum q est demonstratiua interioris rectitudinis. Et propter hoc radicaliter honestas consistit in interiori electione, significatiuè autem in exteriori conuersatione.

AD IIII dicēdū, q quia ſm vulgarem opinionē excellentia diuitiarum facit hominem dignū honore, inde est quòd quandoque nomen honestatis ad exteriorem prosperitatem transfertur.

ARTICVLVS II.

Vtrum honestum sit idem quod decorum.

Perrella per totum. 701

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr̄ q honestum non sit idem quod decorum. Rō.n. honesti sumitur ex appetitu. Nam honestum est quod p se appetitur: sed decorum magis respicit conspectū cui placet. ergo decorū non est idem qđ honestū.

¶2 Præt. Decor quandam claritatem requirit, q ptinet ad rōnem gloriæ: honestū aūt respicit honorē. Cum ergo honor, & gloria differant, vt supra dictum est, vr̄ q etiam honestū differat à decoro.

¶3 Præt. Honestū est idē uirtuti, ut supra dictū ē: sed aliqs decor cōtrariat̄ virtuti. vñ dr̄ Ezech. 16. Habēs fiducia in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo. ergo honestū non est idē decoro.

SED CONTRA est, qđ Apostolus dicit 1. ad Cor. 12. Quæ ihonesta sunt nostra, abūdātiorē honestatē hēnt: honesta āt nostra nulli' egēt. Vocat āt ibi inhonesta, mēbra turpia: honesta aūt mēbra pul-

chræ. ergo honestū & decorum idem esse videnť.

*c.4.par.1.circa medi. illius.

Resp. Dicēdū, q̄ sicut accipi pt ex verbis* Dio. 4.c.de diui.nomi.ad rōnē pulchri, siue decori concurrit & claritas, & debita proportio. Dicit.n. q̄ Deus dr̄ pulcher, sicut vniuersorū cōsonantię, & claritatis cā. Vn̄ pulchritudo corporis in hoc cōsistit, q̄ hō hēat mēbra corporis bene ꝓportionata cū quadā debiti coloris claritate. Et siṁr pulchritudo spūalis ī hoc cōsistit, q̄ cōuersatio hominis, siue actio eius sit benè ꝓportionata ſm spūalem rōnis claritatē. Hoc aūt ptinet ad rōnem honesti, qd* diximus idē esse virtuti, q̄ ſm rōnē moderatur oēs res humanas. Et iō m honestū est idē spūali decori. Vn̄* Aug. dicit in lib. 83.q. Honestū uoco intelligibilē pulchritudinē, quā spūalē nos propriè dicimus. Et postea subdit, q̄ multa sunt pulchra uisibilia, quæ minus propriè honesta appellantur.

*ar.pręc. Conclu. m *Li.83.q. q.30. parū a prin. tom.4.

Ad primvm ergo dicendū, q̄ obiectum mouēs appetitum est bonum apprehensum: quod autē in ipsa apprehensione apparet decorum, accipit ut cōueniēs, & bonū. & iō dicit* Dio. 4.c.de diui.nomi. q̄ omnibus est pulchrum & bonum amabile. Vnde & ipsum honestum ſm q̄ habet spiritualē decorem, appetibile redditur. Vnde & * Tullius dicit in 1.de offic. Formam ipsam & tamquam faciē honesti vides, quæ si oculis cerneretur, mirabiles amores, ut ait Plato, excitaret sapientiæ.

*c.4.par.1.ası med. & par.4. circa pri. *Li.1.im mediate ante c.in quo agit de 4. uirtutibus princ.

Ad ii. dicēdum, q̄ sicut † supra dictū est, gloria est effectus honoris. Ex hoc enim q̄ aliquis honoratur, vel laudatur, redditur clarus in oculis aliorum: & ideo sicut idē est honorificum & gloriosum, ita etiam idem est honestum, & decorum.

†q.103.a.1.ad 3.

Ad iii dicēdū, q̄ obiectio illa procedit de pulchritudine corporali. Quamuis possit dici q̄ etiā ꝑ pulchritudinem spiritualem aliquis spiritualiter fornicať, inquantū de ipsa honestate superbit, ſm illud Ezec. 28. Eleuatum est cor tuum in decore tuo: Perdidisti sapientiam tuam in decore tuo.

Resp. ad 3.

Articvlvs iii.

Vtrum honestum differat ab utili, & delectabili.

Porrella per totum. 702 1.q.5.a.6.

Ad tertivm sic procedit. Vr̄ q̄ honestū non differat ab utili, & delectabili. Dr̄.n. honestū, quod ꝑ se h appetitur: sed delectatio propter se appetitur. Ridiculum.n. videtur quærere propter quid aliquis uelit delectari, vt * Philosophus dicit in 10. Eth. ergo honestum non differt à delectabili.

*Li.10.c.2. tom.5. *Lib.2.de inuent. i fo.4.ante finem li.

¶2 Præt. Diuitiæ sub bono vtili cōtinenť, dicit.n.* Tullius in 2. Rhetor. Est aliqd nō ꝑ suā uim & naturā, sed ꝑ fructū & utilitatē appetēdū, qd̄ pecunia est: sed diuitię hēnt rōnē honestatis. dr̄.n. Eccl. 11. Paupertas & honestas, idest, diuitiæ à Deo sūt. & 13.c. Pōdus sup se tollit qui honestiori, idest, ditiori se cōicat. ergo honestum nō h differt ab vtili.

¶3 Præt. * Tullius ꝓbat in lib. de offic. q̄ nihil i pōt esse utile, qd̄ nō sit honestū: & hoc idē hr̄ p* Amb. in lib. de offic. ergo utile non differt ab honesto.

*Lib.2.de offic. c.2. *Ambro. lib.2.c.6. tom.1.

Sed contra est, quod † Augu. dicit in lib. 83.q. Honestum dicitur, quod ꝑ seipsum appetendū est: vtile aūt quod ad aliquid alud referendū est.

†Li.83.q.30. circa prin. 1.4.

Respon. Dicendū, q̄ m honestū cōcurrit in idem subiecto cū vtili, & delectabili, à quibus tñ differt rōne*. Dr̄ enim aliquid honestū, sicut* dictum est, inquantū hēt quendam decorem ex ordinatione rōnis. Hoc aūt quod est ſm rōnē ordinatū, est naturaliter conueniens homini. Vnum quodq; autē naturaliter delectatur in suo conuenienti: & ideò honestū est naturaliter homini delectabile, sicut de operatione virtutis Philosophus probat in 1.* Eth. Non tñ omne delectabile est honestum, quia pōt ēt aliquod conueniens esse ſm sensum, & nō ſm rōnem: sed hoc delectabile est præter hominis rōnem, quę perficit naturam ipsius. Ipsa ēt uirtus, quæ ſm se honesta est, refertur ad aliud sicut ad finē. s. ad fœlicitatem: & ſm hoc idem subiecto est honestum, & utile, & delectabile, sed rōne differunt. Nam honestum dr̄ secundum q̄ aliquid hēt quandam excellentiam dignā honore ꝑ spūalē pulchritudinem: delectabile aūt inquantū quietat appetitū: utile aūt inquātū refertur ad aliud. In p pluribus tñ est delectabile q̄ utile, & honestū q: qa oē utile & honestū est aliqualiter delectabile, sed non conuertitur, ut dicitur in secundo* Ethicorū.

Conclu. m *ar.pręc. *Li.1.c.8. tom.5. Conclu. p *Li.2.c.3. tom.5.

Ad primvm ergo dicendū, q̄ honestum dicitur quod propter se appetitur appetitu rationali, qui tendit in id quod est conueniens rōni. Delectabile autem propter se appetitur appetitu sensitiuo.

Ad ii. dicēdū, q̄ diuitiæ uocantur nomine honestatis secundum opinionem multorum, qui diuitias honorant: uel inquantum ordinantur organicè ad actus uirtutum, ut * dictum est.

*ar.1.ad 3.

Ad iii dicēdū, q̄ intētio Tullij, & Ambrosij est dicere, q̄ nihil pōt esse simpľr & verè vtile, qd̄ repugnat honestati: qa oportet q̄ repugnet ultimo fini hoīs, qd̄ ē bonū ſm rōnē. Quāmuis possit forte esse vtile ſm qd, respectu alicuius finis particularis. Non aūt intendunt dicere, q̄ omne utile in se consideratum pertingat ad rationem honesti.

Articvlvs iiii.

Vtrum honestas debeat poni pars temperantiæ.

Porrella per totum. 703 Sup q.145 & locis ibi notatis.

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur q̄ honestas non debeat poni pars temperantiæ. Non enim est possibile, q̄ idem h respectu eiusdē sit pars & totū: sed tēperātia est pars honesti, ut Tulli* dicit in 2.* rhet. ergo honestas nō est pars tēperātię.

*Lib.2.de inuen. in fol. 5. ante fin. lib.

¶2 Præt. Secundo Esdræ c. 3. dicitur, q̄ uinum præcordia facit h honesta: sed vsus vini præcipuè superfluus, de quo ibi loqui uidetur, magis pertinet ad intemperantiam quàm ad temperantiam. ergo honestas non est pars temperantiæ.

¶3 Præt. Honestum dr̄, quod est honore dignum: sed iusti, & fortes maximè honoranť, ut dicit Phi. in 1. rhe. ergo h honestas nō ptinet ad tēperātiam, sed magis ad iustitiā, uel fortitudinē. Vn̄ & Eleazarus dixit, ut dr̄ 2. Mach. 6. Fortiter pro grauissimis ac sanctissimis legibus honesta morte perfungar.

Li.1.rhet. ca.9. non multū a prin. t.6.

Sed contra est, q̄ * Macrob. honestatem ponit partem temperantiæ. † Ambr. etiam in 1. de offic. temperantiæ specialiter honestatem attribuit.

*Lib.1.in somniū Scipionis i fol.2.ęh med. lib. †Ambro. li.1.c.43. tom.1.

Resp. Dicendum, q̄ sicut * supradictum est, honestas est quædā spūalis pulchritudo: pulchro aūt opponiť turpe. Opposita aūt maximè seinuicem manifestant: & iō ad temperantiā specialiter honestas

*ar.2.huius quęst.

nestas

nestas ptinere vr̄, quæ id quod est homini turpissimū, & indecentissimū repellit. s. brutales voluptates. Vn̄ & ipso noīe temperantiæ maximè intelľr bonum rōnis, cuius est moderari & tēperare concupiscentias prauas. m Sic ergo d honestas, put speciali quadam rōne tēperantiæ attribuitur, ponit pars eius nō qdē subiectiua, uel sicut virt* adiuncta, sed pars integralis ipsius, sicut qdā ei* cōdō. n

D. 389.

Ad primvm ergo dicēdū, q̄ temperantia ponitur pars subiectiua honesti, prout sumiť in sua cōmunitate: sic aūt non ponitur temperantiæ pars.

Ad ii. dicēdū, q̄ vinum in ebrijs facit præcordia honesta secundùm eorum reputationem, quia uidetur eis quòd sint magni, & honorandi.

Ad iii. dicendū, q̄ iustitiæ, & fortitudini debetur maior honor quàm temperantiæ, propter maioris boni excellentiam. Sed temperantiæ debetur maior honor propter cohibitionem vitiorū magis exprobrabiliū, ut ex * dictis patet: & sic honestas magis attribuiť tēperātiæ ſm rľam Apostoli, ad Cor. 12. q̄ in honesta nr̄a maiorē habēt honestatē, s. remouentem quod inhonestum est.

*In corp. art.

QVAESTIO CXLVI.

De abstinētia, ī duos articulos diuisa.

Deinde considerandū est de partib. subiectiuis tēperātiæ. Et primò, de his quæ sunt circa delectationes ciborū. Secūdò, de his quæ sunt circa delectationes venereorum.

¶ Circa primum considerandū est de abstinentia, quæ est circa cibos & pot*, & de sobrietate, quę est specialiter circa potū.

Circa abstinentiam autem considerand͞a sunt tria.

¶ Primò, de ipsa abstinentia.

¶ Secundò, De actu eius, qui est ieiunium.

¶ Tertiò, De opposito vitio, quod est gula.

Circa abstinentiam autem quęruntur duo.

¶ Primò, Vtrum abstinentia sit virtus.

¶ Secūdò, Vtrū sit uirtus spālis.

SVP. QV. CXLVI. ART. I.

IN arti. 1 q. 146 ad secundū, dubium occurrit circa distinctionē ibidē datā de moderatione ciborū secūdum diuersa, & propter fines diuersos. Nam ad abstinētiam spectat totū primum membrum, s. moderatio ciborum secundùm quantitatem, & qualitatem, ut patet ex speciebus gulæ, quæ penes hæc distinguuntur. Et rursus ad abstinentiam spectat moderatio ciborum in ordine ad sanitatē corporis, ut patet in 3. Ethico. ab Aristotele, & patet etiam superius in ar. 6. quæst. 141. ¶ Ad hoc dicit. q̄ distinctio authoris in litera intelligēda est vt in utroque membro sit sermo de propria & principali materia moderaminis, & similiter de ꝓprio & principali fine eiusdē. De his nquidē loquendo patet primū membrū non claudi sub secundo, sed ex opposito mēbro diuisionis distinguitur. Nā moderatio respiciens quantitatē, aut qualitatē ciborum in ordine ad sanitatem corporis, ut propriū, & principalē finem, non spectat ad tēperantiā, sed medicinæ artem. Sed moderatio concupiscētiæ ia-l. & talis cibi consumi, s. sanari corporis, aut saltē nō impediri illius, spectat ad tēperātiā in ordine ad bonū rōnis, ita q̄ propria & principalis materia temperantiæ est cōcupiscētia. Quantitas aūt, & qualitas cibi sunt obiecta cōcupiscētiæ, ac p hoc materia remota tempātiæ. Finis aūt proprius est bonū rōnis, sub quo tēperantia sanitatem corporis seruat mediāte naturali amore, quo nemo unq̄ carnem suam odio habuit.

Articvlvs i.

Vtrum abstinentia sit virtus.

Porrella per totum. 704 Sup.q.143 tot.

Ad primvm sic procedit. Vr̄ q̄ abstinētia nō sit uirtus. Dicit.n. Apostolus 1. ad Cor. 14. Nō est regnū Dei in sermone, sed in uirtute: in abstinētia aūt nō consistit regnū Dei. dicit.n. Aplus Ad Ro. 14. Nō est regnū Dei h esca & pot*: ubi dicit * gl. nec in abstinendo, nec in manducando esse iustitiam. ergo abstinentia non est virtus.

*Ex glos. Aug. li.2. q. Euāgel. c.11.10.4.

¶2. Præt. * Aug. dicit in 10. confes. ad Deū loquēs. Hoc me docuisti, ut queadmodū medicamēta, sic alimēta sumptur* accedā: sed medicamēta h moderari ñ ptinet ad uirtutē, sed ad artē medicinæ. ergo pari ratione moderari alimenta, quod pertinet ad abstinentiam, non est actus uirtutis, sed artis.

*li.10.c.31. ā multum post med. a pri. tom.1.

¶3 Præt. Oīs uirtus in h medio consistit, ut hr̄ in 2.* Eth. abstinentia autem non vr̄ in medio consistere, sed in defectu, cum ex subtractione nominetur. ergo abstinentia non est uirtus.

*Lib.2.Ethi.c.6.

¶4 Pręt. Nulla h virtus excludit aliam: sed abstinentia excludit patientiā: dicit.n.* Grego. in past. q̄ abstinentium mentes plerunque impatientia excutit a sinu tranquillitatis. Ibidem etiam dicit, quòd cogitationes abstinētium nonnunquàm superbiæ culpa transfigit, & ita excludit humilitatem. ergo abstinentia non est uirtus.

*parte 3. ca.20. iter princ. & med.

Sed contra est, q̄ dr̄ 2. Pet. 1. Ministrate in fide vestra uirtutem, in uirtute autem sciētiam, in sciētia autem abstinentiam: ubi abstinentia alijs virtutibus connumeratur. ergo abstinentia est uirtus.

Resp. Dicēdū, q̄ abstinātia ex suo noīe ipportat subtractionē ciborū. Dupľr ergo nomē abstinētiæ accipi pōt. Vno mō, ſm q̄ absolutè ciborū subtractionē designat: & m hoc mō abstinētia nō designat neq; uirtutē, neq; actū uirtutis, sed quoddā indifferēs. n Alio mō pōt accipi ſm q̄ est rōne regulata: & p tūc significat uel habitū uirtutis, uel actū. q Et hoc significatur in * præmissa authoritate Petri, ubi dicitur, in scientia esse abstinentiam ministrandam, ut s. homo a cibis abstineat prout oportet pro congruentia hominū, cum quibus uiuit, & psonæ suæ, & ꝓ ualetudinis suę necessitate.

Concl. m Conclu. p *In argu. Sed cōtra.

Ad primvm ergo dicēdū, q̄ usus ciborū, & eorū abstinētia, ſm se cōsiderata, nō ptinēt ad regnum Dei. Dicit.n. Apostolus 1. ad Cor. 1. Esca nos nō cōmēdat Deo. Neq;.n. si nō māducauerimus, deficiemus: neq; si māducauerim*, abūdabimus, s. spūaľr. Vtrunque aūt horum secundùm q̄ fit rōnabiliter ex fide & dilectione Dei pertinet ad regnū Dei.

Ad ii. dicēdū, q̄ moderatio ciborū ſm quātitatē, & qualitatē, ptinet ad artē medicinæ ī cōparatione ad ualetudinē corporis: sed ſm interiores affectiones ī cōparatiōe ad bonū rōnis, ptinet ad abstinētia. Vn̄ * Aug. dicit ī lib. de qst. euāg. Nō interest oīno, s. ad uirtutē, qd alimētorū, uel quātū qs accipiat, dummō id faciat pro cōgruētia hominū cū quibus uiuit, & personæ suæ, & ꝓ ualetudinis suæ necessitate: sed quāta facilitate & seueritate animi his caleat cū oportet, vľ necesse ē carere.

*lib.2. q. euā.c.11. ēt medi. tom.4.

Ad iii. dicendū, q̄ ad temperantiam pertinet refrænare delectationes, q̄ nimis animū ad se alliciūt, sicut ad fortitudinē ptinet firmare animū cōtra timores a bono rōis repellētes. Et iō sicut la* fortitudinis cōsistit ī quodā excessu, & ex hoc de-

Universidad de Deusto Biblioteca

SVPER QV. CXLVI. ARTIC. II.

IN ar. 1. eiusdem quæstionis, duo occurrunt. Primum est in responsione ad primum articuli secundi, quod responsio authoris non solùm dicit abstinentiam commendari ex alijs virtutibus, sed etiam non commendari, nisi adiūctam habeat laudem ex alijs virtutib*, ut authoritas Gregor. exposcit. Sumitur autem sensus iste ex eo quod in respōsione dicitur, quod oportet uirtutes esse connexas, ac per hoc abstinentiam nō esse virtutem nisi connexa sit alijs, & consequenter nō est laudabilis, nisi ex alijs cōmendetur, cum quo patet stare quòd habet propriā laudem sicut cæteræ uirtutes morales &c.

¶Secundum est in responsione ad tertiū eiusdem articuli: est siquidem in illa duplex dubium. Vnum est, quia falsum uidetur, quòd usus uestimentorum sit arte introductus: quoniā licèt vestimenta fiant per artem, quòd utamur tamē uestimentis, a natura habemus, q nos indigentes uestimentis produxit. Neque enim minus naturaliter homo est animal uestibile, quàm politicum.

¶Alterum est, quia dato quòd usus uestimentorum esset ab arte, ex hoc non rectè infertur, quod circa ipsum non sit aliqua specialis uirtus. Et obijcit Martinus in prædicto tractatu, in quæst. 1. de abstinentia, Quia neque circa pecuniam, & delectationes oppositas, neque circa magna ædificia, neque circa ludos multos, quorū vsus est ab arte, essent ponendæ spāles virtutes, quod est falsum. ergo &c.

¶Ad primum horū facile dicitur, quòd usus uestimentorū est naturalis homini secūdū quòd est animal rationale, sicut esse politicum: sed non est naturalis eidem secūdùm naturam sensitiuam, nisi inchoatiuè, pro quanto complexio corporis, propria rata est, ut uestimento melius conseruetur. Quod autem non plus quam sic naturalitatis habet, ab arte poni dicit esse.

¶Ad secundum uerò dicitur, quòd uerba authoris possunt intelligi dupliciter. Primò, vt differentia in hoc quòd usus cuiusque materiæ est a natura, uel ab arte, sit causa differentiæ in hoc, quòd in illa materia sit uirtus specialis, uel non. Et hic sensus est acceptus ab arguente, sed non est intentus ab authore.

¶Secundo modo potest intelligi, quòd differentia dicta, scilicet a natura, uel arte, posita in talibus materijs, scilicet usu alimentorum & uestimentorum, est causa quòd sit circa alimēta specialis virtus, & non circa uestimenta. Et hic sensus concedatur, quamuis etiam non habeatur plene in litera: quoniam apponitur ly magis, dicendo, Et ideò magis debet esse uirtus specialis circa alimenta, quàm circa uestimenta. Directè siquidem intentio literæ est satisfacere argumento per hoc, quòd non est paratio de uestimentis & alimentis ad specialē uirtutē sibi vendicandum. Hoc. n. soluit argumentum à sicut, seu à similitudine, & imparitatem rationis ostendit per hoc, quòd usus alimentorum est a natura, uestimētorum verò ab arte.

¶Ad cuius euidentiā sciendum est, quòd dicēdo usum alimentorū, dico vsum necessariorū simpliciter ad uitam animalis. Et si supra talium usum adiungas, quòd est a natura, habebis statim quòd natura in tali usu apposuit aliquā maximam, ac propriā tali usui delectationē: quæ sollicita circa necessaria (sic necessaria sua) ualde e. Ac per hoc, statim hēs indigentiā spālis moderationis. Dicendo autem, usus uestimentorū, significo usum rei non oīno, sed ad benè esse necessariæ. Et si super hoc apposueris quòd talis rei usus est ab arte, non habes aliquid speciale & proprium retractiuū à bono rōnis: sicut ibi erat tam magna delectatio sensibilis. Potest enim talis rei usus, qui est ab arte, concurrere cum aliqua alia materia, ad eandem formam moderaminis subinducendam. Et ideò ex hac ratione optimè illatum est in litera, quòd potius debet poni specialis virtus circa usum alimētorum moderandū, quàm vestimentorū. Et per hæc patet, quòd non oportet Martino aliter respondere, quia non contra literam sic intellectā, sed primò tantummodo arguit quàmuis falsum dicat de tot speciebus uirtutum, quas ponendas esse putat. Nec est uerum quòd aliqua uirtus specialis sit circa pecuniam: quoniam tam liberalitas, quā magnificentia sine pecunia ex commutatione naturalium diuitiarum exerceri potest, ut patet. Similiter nulla specialis uirtus moralis est circa magna ædificia, aut ludos artificiales aut delectationes appositas, sed hæc coincidunt cum similibus, sibi materiis uirtutum. Delectationes enim appositæ, coordinantur cum naturalibus, & est circa eas abstinentia, uel castitas. Ludi quoque omnes ad eutrapeliam spectant. Magna ædificia solis magnis sumptibus comprehenduntur spectantibus ad magnificentiam.

Porrecta per totum. 705

*Par. 3. c. 20. a medio.

*c. 42. cir. prin. t. 3.

*lib. 1. in somniū Scipionis in fol. 2. ante mediū libri.

*q. 141. ar. 3. & q. 146 art. 1.

Concl. m

*1. 2. q. 65 art. 1.

Vnde fortis contra gulam.

Respon. 4.

nominantur oēs partes fortitudinis, ita etiam laus temperantiæ cōsistit in quodam defectu, & ex hoc ipsa & omnes partes eius denominantur. Vnde & abstinentia, quia est pars temperantiæ, denominatur a defectu, & tñ consistit in medio, inquantū est secundum rationem rectā. G

AD IIII. dicēdū, quòd illa vitia proueniunt ex abstinētia, quæ non est sm rationem rectā. Ratio enim recta facit abstinere sicut oportet, scilicet cum hilaritate mentis, & propter quod oportet. s. propter gloriā Dei, non propter gloriam suam.

ARTICVLVS II.

Vtrum abstinentia sit specialis uirtus.

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur quòd abstinentia non sit specialis virtus. Omnis. n. virtus secundùm seipsam est laudabilis: sed abstinentia non est sm se laudabilis. dicit. n.* Greg. in pastorali, quòd uirtus abstinentiæ non nisi ex alijs virtutibus commendatur. ergo abstinentia non est specialis uirtus. H

¶2 Præt.* Augu. dicit de fide ad Petrum, quòd abstinentia sanctorum est a cibo & potu, non quia aliqua creatura Dei sit mala, sed pro sola corporis castigatione: hoc autem pertinet ad castitatē, ut ex ipso nomine apparet. ergo abstinētia non est uirt* spālis a castitate distincta.

¶3 Præt. Sicut hō dēt esse contetus moderato cibo, ita & moderata ueste, secundùm illud 1. ad Timot. vlt. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus: in moderatione autem uestium non est aliqua specialis uirtus. ergo neque abstinentia, quæ est moderatiua alimentorum.

SED CONTRA est, quòd* Macr. ponit abstinētiam specialem partem temperantiæ.

RESP. Dicēdū, quòd sicut* supra dictum est, uirtus moralis conseruat bonum rationis contra impetus passionum: & ideo ubi inuenitur specialis ratio, qua passio abstrahit a bono rationis, ibi necesse est esse spālē uirtutem. Delectationes autem ciborum natæ sunt abstrahere hominem a bono rationis, tū propter earum magnitudinem: tum etiam propter necessitatē ciborum, quibus homo indiget ad uitæ conseruationē, quā maxime homo desiderat: & ideò m abstinētia est specialis uirtus. n

AD PRIMVM ergo dicēdū, quòd virtutes oportet esse cōnexas, vt* supra dictum est: & ideò una uirtus adiuuatur, & commēdatur ex alia, sicut iustitia ex fortitudine. Et per hunc etiam modum uirtus abstinentiæ cōmendatur ex alijs virtutibus.

AD II. dicendū, quòd per abstinentiam corpus castigatur nō solū contra illecebras luxuriæ, sed et contra illecebras gulæ: I quia dū homo abstinet, magis reddit fortis ad impugnatiōes gulæ uincēdas, quæ tātò fortiores sunt, quantò magis hō eis cedit. Et tñ non prohibetur p hoc abstinentiam esse specialē virtutem, quòd ad castitatē ualet, quia una uirtus ad aliam iuuat.

AD III. dicendū, quòd usus uestimētorum est introductus ab arte, usus autem ciborum à natura. Et ideò magis debet esse K uirtus specialis circa moderationem ciborū, quā circa moderationem vestimentorum.

SVP. QV. CXLVII. ART. I.

IN artic. 1. q. 147. in responsione ad secundum, aduerte primo duo, quòd recta rō obseruari substractionē alimenti, si conseruatio nē naturæ, & potentiam ad opera debita. Ex prima siquidē habetur, quòd nō est virtutis sic abstinere, vt uita minuat quo ad tēpus, siue hoc fiat vnico actu puta, inedia multorū dierū, siue fiat frequētibus excessibus puta, crebris inedijs supra uires, ut patet ex authoritate Hier. Non differt utrū paruo, uel magno tēpore te interimas. Ex secundo aūt habes, quòd qui tenetur ad aliquod opus uel liberale, puta, ad legēdum, prædicandū, cantandum: uel mechanicū, puta, ad fodiendum, ædificandū &c. abstinētia impediens potentiā ad hæc, nō est actus virtutis. Et simile est de viro qui tenetur ad reddendum debitū coniugale uxori: abstinētia siquidem impediens hoc non est actus uirtutis.

¶Sed accidit hoc in loco dubiū deuotarū psonarū. Feruētes siquidē spiritu, aiunt se uelle mortificare, nec curare an decem annis minus uicturæ sint. Et augetur dubium ex eo, quòd personas spirituales q excesserunt in abstinētijs, & hmōi, quamuis arguendas credamus, non tñ damnamus homicidij, aut frequentiæ in seipsas, qd tñ iudicium fieret, si statim se occidissent, aut simile damnū sibi intulissent. Differt ergo an magno, uel paruo tēpore te interimas.

¶Ad hoc dī, quòd quia, vt ex dictis patet, regula tēperātiæ est necessitas uitæ præsentis & quantū ad esse, & quantū ad bene esse, etiam ordine ad alios, si quis ex intentione abstineat ut moriatur, aut infirmetur, aut impotens fiat ad debita officia peragenda, huiusmodi abstinētia directè cōtrariatur tēperantiæ, utpote ex parte regulæ & finis eius. Si quis verò abstineat ut carnē spiritui subijciat, aut ad pœnitentiam p peccatis satisagendam, & in hoc excedat, aut aduertit se excedere, & putat se benè facere, & tunc procul dubio peccat. Cōiter tñ est peccatū veniale hmōi excessus pp rectam intentionē, & nocumenti ignorātiam, quo ad notabilitatē. Apprehendimus. n. nocumēta corporis, puta, dolorem stomachi &c. quasi nihil. Et tantò plus excusantur, quātò sanitas corporis cōsideratur ab eis nō absolutè, sed in ordine ad seruitium spiritus. Et secundū morales regulas 2. Ethi. declinandū est in eā partem uitij, q est similior uirtuti. Constat aūt abstinentiæ magis assimilari nimiā abstinentiam, quā competenter se nutrire. Si aūt non aduertit se excedere mēdo illa, quam habet, discretione, nullū peccatum est.

¶Ad primā obiectionem dī, quòd uerba prædictarū personarū sunt piè interpretāda. Intendunt siquidē dicere, quòd uacādo actibus uirtutis, & rōnabili abstinentiæ non curant diminutionē uitæ, & in hoc rectè sentiunt. Et non intendūt dicere, quòd uoluntariè abstinere, ut anticipent mortē.

¶Ad confirmationē dī, quòd authoritas Hieron. non contrariat cōe iudicium: quoniā Hier. loquitur de interimentibus, uel impedientibus se ex intentione, uel aduertendo notabilem excessum nocumenti. Commune autē iudicium extra hos casus est.

SVPER

Porrecta per totum. 706

Supra. q. 146. ar. 1. Et 4. d. 15 q. 3. ar. 1. q. 2.

*In argu. Sed contra.

*Li. 1. cōtra Iouinianū in fine 5. so incipiendo a pil. tom. 5.

*In serm. 230. de tēpore circa princ. tom. 10.

Conclu. m

*parte 3 c. 20. p. rū a medio.

*In ser. 230. de tēpore. tomo 10. *Quod conferat animæ ieiunium.*

*Li. 2. c. 6. tom. 5.

*Refert de conse. dist. 5. c. Non mediocriter.

QVAESTIO CXLVII.

De ieiunio, in octo articulos diuisa.

DEINDE cōsiderandum est de ieiunio.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶Primò, Vtrum ieiuniū sit act* virtutis.

¶Secūdò, Cuius virtutis sit actus.

¶Tertio, Vtrum cadat sub præcepto.

¶Quartò, Vtrū aliq excusent ab obseruatiōe hui* pcepti.

¶Quintò, De tempore ieiunij.

¶Sextò, Vtrum semel comedere requiratur ad ieiunium.

¶Septimò, De hora comestionis ieiunantium.

¶Octauò, De cibis, à quibus debent abstinere.

ARTICVLVS I.

Vtrum ieiunium sit actus virtutis.

AD PRIMVM sic pcedit. Vr quòd ieiuniū nō sit act* uirtutis. Oīs. n. actus virtutis Deo ē acceptus: sed ieiuniū nō sp ē Deo C acceptū sm illud Isaiæ quinquagesimooctauo. Quare ieiunauimus, & non aspexisti? ergo ieiunium non est actus uirtutis.

¶2 Præt. Nullus act* uirtutis recedit a medio uirtutis: sed ieiunium recedit à medio uirtutis, qd qdē in uirtute abstinentiæ accipit sm hoc, ut subueniatur necessitati naturæ, cui per ieiuniū aliqd subtrahitur, alioquin non ieiunantes non haberent D uirtutem abstinentiæ. ergo ieiunium non est actus uirtutis.

¶3 Præt. Id quod cōiter oībus cōuenit & bonis & malis, non est actus uirtutis: sed ieiunium est hmōi. quilibet enim anteq comedat, ieiunus est. ergo ieiunium non est actus uirtutis.

SED CONTRA est, quod cōnumeratur alijs uirtutū actibus, secundæ ad Cor. 6. vbi Apostolus dicit, In ieiunijs multis, in E scientia, in castitate &c.

RESP. Dicēdū, quòd ex hoc aliquis actus est uirtuosus, quòd per rōnē ordinatur ad aliquod bonum honestū: hoc aūt conuenit ieiunio. Assumitur enim ieiunium principaliter ad tria. Primò quidē ad cōcupiscentias carnis reprimendas. Vñ Apostolus dicit i authoritate inducta,* In ieiunijs, in castitate: quia p ieiunia castitas conseruat. Vt enim A Hie. dicit:* Sine Cerere & Baccho friget Venus. i. p abstinentiā cibi & potus tepescit luxuria. Secūdò, assumit ad hoc, quòd mēs liberi* eleuet ad sublimia contemplāda. Vñ dr Dan. 10. quòd post ieiuniū triū hebdomadarū, reuelationē accepit a Deo. Tertiò, ad satisfaciēdū pro peccatis. Vnde dr Ioel. 2. Conuertimini ad me i toto corde uestro, in ieiunio, & fletu, & planctu. Et B hoc est quod Aug.* dicit i quodam sermone de oratione, & ieiunio. Ieiunium purgat animā, mentē subleuat, propriā carnē spiritui subijcit, cor facit contritū & humiliatum, concupiscētiæ nebulas dispergit, libidinū ardores extinguit, castitatis uerò lumē accendit. Vñ patet quòd m ieiunium est actus uirtutis n.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd cōtingit quòd aliqs actus, q ex genere suo est uirtuosus, ex aliqbus circūstātijs adiūctis reddit uitiosus. Vnde ibidem dr: Ecce in diebus ieiunij uestri inuenitur uoluntas uestra. & paulo post subdit: Ad lites, & cōtentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Quod exponens Grego. in pastorali dicit:* Volūtas ad litē pertinet, pugnus ad iram. Incassum ergo p abstinentiā corpus atteritur, si inordinatis motibus dimissa mēs uitijs dissipatur. Et Aug. in prædicto sermone dicit,* quòd ieiuniū uerbositatem nō amat, diuitias superfluitatē iudicat, superbiā spernit, humilitatem commendat, pstat homini seipsum intelligere quòd est infirmum, & fragile.

AD II dicēdum, quòd medium virtutis non accipitur secundū quantitatem, sed sm rationem rectam, ut dicitur in 2. Ethic.* Ratio autem iudicat quod propter aliquam specialem causam aliquis homo minus sumat de cibo, quàm sibi competeret secundum statum cōmunem: sicut propter infirmitatē uitandam, aut ad aliqua opera corporalia expeditius agenda. Et multò magis rō recta hoc ordinat ad spiritualia mala uitanda, & bona prosequenda: non tñ ratio recta tantum de cibo subtrahit, ut natura conseruari nō possit: quia ut Hieronymus dicit,* Non differt utrum magno, uel paruo tempore te interimas: qa de rapina holocaustū offert, q uel ciborū nimia egestate, uel māducādi, uel somni penuria immoderate

Universidad de Deusto Biblioteca

SVP. Q. CXLVII. ARTIC. II.

In art. 2. eiusdem quæstionis in responsione ad secundum, dubium ex Martino occurrit, ubi supra in quæstione de ieiunio, arguente contra authorem hac secunda solutione sic, Ieiunium nō includit negationē aliorum uitiorū tamquā actus principales, neq; tamq̃ circumstantiarum. ergo ieiuniū potius, uel remotis alijs uitijs ēne sitū oī circūstantia debita. ergo est actus virtuosus siue alia ui ponantur, siue non.
¶ Ad hoc dubiū dr, negando consequentiam: quia actus ieiunij ut actus est uirtuosus, etsi nō exigat negationes aliorum vitiorū ut actus principales, aut proprias circumstantias, exigit in eas necconcomitantem formam communem oīs uirtutis actus moralis. Est enim forma moralium prudentia: quam exigit oīs moralis uirtus, & necessario concomitatur omnem moralē uirtutē, ut patet ex his quæ de connexione uirtutum dicta sunt. Aduerte autem hic, q cōstanter dicimus, ieiunium ut est actus uirtutis, seu uirtuosus. Dicim* enim ad differentiā ieiunij ut est actus uirtutis, & ieiunij ut est actus ex proposito suum genere uirtuosus. Tripliciter siquidem contingit actum aliquē ex suo genere bonū uenire. Primō, ut ordinatum ad finē malum, puta, inanē gloriam: & tunc est imperatiuē actus illius vitij, ac per hoc est actus uitiosus. Secundo, secundū seipsum absq; tñ propria uirtute elicitiua sui, ut cum iniustus & auarus reddit creditori qd suum est, sic enim tūc actus iustitiæ absque iustitiæ uirtute. & sic de alijs & sic iniustus, & blasphemus & ieiunans, licitactum abstinentiæ ex suo genere absq; abstinentiæ uirtute. Et per hoc liberat se a pctō transgressionis pcepti Ecclesiæ de ieiunio. Tertio, ut elicitum ab ipsa uirtute, & sic solū nocet, & est actus uirtuosus seu virtutis simpliciter. Et hoc mō loquitur author in litera de ieiunio, ut est actus elicitus à virtute abstinentiæ, quæ est cōnexa cæteris uirtutibus in forma uirtutum, quæ est prudētia. Sic aūt acceptum ieiunium non cadit sub pcepto Ecclesiæ: q. a, ut superi* didicimus*, non pcipit lex modū operis, scilicet q ex habitu uirtutis operemur, sed ipsa opera, quę ex suo genere nata sunt esse opera uirtutum.

*Refert loco nūc dictū.

corpus affligit. Similiter et rō recta nō tm de cibo subtrahit, vt hō reddat impotēs ad debita opera peragenda. Vñ dicit* Hier. q rōnalis hō dignitatem amittit, q ieiuniū charitati, vel vigilias, sensus itegritati pfert.

Ad III dicendū, q ieiunium naturæ, quo quis dr ieiunus anteq̃ comedat, consistit in pura negatione, vnde non pōt poni actus uirtutis: sed solum illud ieiunium, quo quis ex rationabili proposito a cibis aliqualiter abstinet. Vnde primum dicitur ieiunium ieiuni, secundum uero ieiunium ieiunātis, quasi ex proposito aliquid agentis.

ARTICVLVS II.

Vtrum ieiunium sit actus abstinentiæ.

Porrecta per totum. 707 4. d. 15. q. 3. ar. 1. q. 4. per tot. & q. 5. ad 2. & quæ. 3. ar. 1 ad 3.

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr q ieiunium nō sit actus abstinentiæ: Quia super illud Matt. 17. Hoc genus dæmoniorum &c. dicit* Hier. Ieiunium h non solum est ab escis, sed a cūctis illecebris abstinentia: sed hoc pertinet ad omnem uirtutem. ergo ieiuniū non est actus specialiter abstinentiæ.

¶2 Præt.† Greg. dicit in Homil. Quadragesimę, q ieiuniū quadragesimale est decima totius anni: sed dare decimas est actus religionis, ut* supra habitū est. ergo ieiunium est actus religionis, & non abstinentiæ.

¶3 Præt. Abstinētia est pars temperantiæ, ut † dictū est. Temperantia aūt contra fortitudinem diuidit, ad quā pertinet h molestias sustinere: quod maxime uidetur esse in ieiunio. ergo ieiunium non est actus abstinētiæ.

Sed contra est, quod Isi. dicit, q ieiunium est parsimonia victus, abstinentiaq; ciborum.

Resp. dicendum, q eadē est materia habitus, & actus. Vnde omnis actus uirtuosus, qui est circa aliquam materiam, ad illam uirtutē pertinet, quæ mediū in illa materia cōstituit. Ieiuniū aūt attēditur in cibis, in quibus mediū adinuenit abstinētia. Vnde manifestum est, q m ieiuniū est abstinentiæ actus n.

Ad primum ergo dicendū, q ieiuniū propriè dictum consistit in abstinēdo a cibis. Sed metaphoricè dictū cōsistit in abstinendo à quibuslibet nociuis, q maxime sunt pctā*. Vel potest dici, q etiam ieiunium propriè dictū est abstinētia ab omnibus illecebris: quia per quælibet uitia adiuncta desinit esse actus uirtuosus, ut* dictum est.

* Hoc primū dictū habet formaliter Beda Marc. 9. c. 48. secundum eius ordinem tom. 2.
* Ergl. ordinaria & hoc loco.
† Homil. 16. i Eu. a medio.
* 1. 2. q. 87 & q. 141. & q. præce.
Conclu. m

Ad II dicēdum, q nihil phibet actū unius uirtutis pertinere ad aliam uirtutem, sm q ad eius finem ordinatur, ut ex* supradictis patet. Et sm hoc nihil prohibet ieiunium pertinere ad religionē, uel ad castitatem, vel ad quamcūq; aliā uirtutem.

Ad III dicēdum, q ad fortitudinem sm q est specialis uirtus, non pertinet pferre quascūq; molestias, sed solum illas, quæ sunt circa pericula mortis. Sufferre āt molestias q sunt ex defectu delectabiliū tactus, pertinet ad tēperatiā, & ad ptes ei: & tales sunt molestiæ ieiunij.

Resp. ar. 2. — * ar. præc. ad 1. — * q. præc. ar. 2. ad 2 & 1. 2. q. 18. ar. 7.

ARTICVLVS III.

Vtrum ieiunium sit in præcepto.

Porrecta per totum. 708 4. di. 15. q. 3. ar. 1. q. 4 & q. 5 ad 2. & 3. 2. q. 1.

AD TERTIVM sic pcedit. Vr q ieiuniū nō sit in pcepto. Præcepta.n. nō danť de operibus superērogationū, q cadunt sub cōsilio: sed ieiuniū ē op* supererogatiōis, alioqn vbiq; & sp æqualiter eēt obseruādū. ergo ieiuniū ñ cadit sub pcepto.

¶2 Præt. Quicūq; trāsgreditur pceptum, peccat mortaliter. Si ergo ieiuniū esset i pcepto, oēs non ieiunantes mortaliter peccarent, per quod vr magnus laqueus hominibus esse iniectus.

¶3 Præt.* Aug. dicit in lib. de uera religione, q ab ipsa Dei sapiētia homine assumpto, a quo in libertatē uocati sumus, pauca sacramēta saluberrima constituta sunt, q societatem Christiani populi, hoc est, sub uno Deo liberæ multitudinis, cōtinerēt. Sed nō minus vr libertas populi Christiani impediri per multitudinē obseruātiarū, q p multitudinē sacramētorū: Dicit enim* Aug. in lib. ad inquisitiones Ianuarij, q quidam ipsam religionem nostrā, quā manifestissimis & paucissimis celebrationū sacramētis Dei misericordia uoluit eē liberā, seruilibus pmunt oneribus. ergo vr q non debuit per Ecclesiam ieiuniū sub pcepto institui.

Sed contra est, quod* Hier. ad Lucinium dicit de ieiunijs loquens. Vnaquæque prouincia abundet in suo sensu, & præcepta maiorum leges apostolicas arbitretur. ergo ieiunium est in præcepto.

* c. 17. parum ante medium tom. 1.
* In epi 119. c. 19. circa finē, to. 2.
* Incipit hæc epist. Nec opinanti mihi, circa fi. tom. 1.

SVP. Q.V. CXLVII. ARTIC. III.

In art. 3. eiusdē quæstionis & specialiter in solutione ad secundum, dubiū occurrit. An is qui non eget ieiunij remedio ad deletionem commissorum culpæ, nec minus eleuationem, teneatur ad ieiunium Ecclesiæ ex præcepto. Et est ratio dubij, quia secundum authoris doctrinam apparet pars negatiua uera: quia & in responsione ad primū expresse dicitur, q ieiuniū absolute nō est de necessitate pcepti, sed est de necessitate præcepti unicuique tali remedio indigenti. Et in responsione ad secundum dicitur, q præcepta quæ per modum statuti communis proponuntur, non eodem mō obligant oēs, sed secundū q requiruntur ad finē, quem legislator intēdit. Affirmatiua aūt pars probat. Primō, ex cōi ratione obligationis præceptorum. Nam ut superi* didicimus, sub pcepto non cadit finis, sed id quod statuitur faciēdū q d est ordinatum ad finē. Vnde dictū est, q sub præcepto de sanctificatione festorū non cadit quies spiritualis, quæ est finis, sed quies corporalis à seruilibus, quæ est statuta pp quietem spiritualē vt finem. Et sic in proposito abstinentia est quæ cadit sub præcepto, & nō aliquod illorum trium quæ ponuntur finis abstinentiæ. At per hoc siuē finis abstinentiæ exigatur in aliquo, siuē nō, tenet implere id qd sub præcepto cadit. Secūdo, ex eo q aliter liceret cuilibet cōmutare sibi ieiunium in alia opera, verbi gratia, delere peccata eleemosyna, vel noua cōtritione cohibere peccata multa carnis, & oratione, eleuatā mentem habere parco alimēto, absq ieiunio tñ. Et tenet se quia iquia cōmutatione tali vtens nō indiget remedio ieiunii ad hos fines, sed meliori remedio vtitur. ¶ Ad hoc dr, q procul dubio quilibet non impeditus, siuē egeat, siuē non remedio ieiunii, subiacet præcepto ieiunii. Et ratio est, quia lex ieiunii data est omnibus potentibus ieiunare: quia oēs tales indigent remedio ieiunii vel pro peccato præterito delendo, vel cauendo futuro. Cōstat.n. oēs esse peccatores quādiu in vita hac sumus. Et siquis non egeret tali remedio in specie, quia tñ lex data est de tali specie remedii, qua communiter homines egent, subiacet etiam ille dictæ legi. Pro vniuersali siquidem regula est habendum, q lex quæ communiter fit ad omnes vt singulares personas, pro remedio, vel quocūq; alio medio exequendo ligat oēs non impeditos: quia licēt ratio legis sit indigentia remedij, vis tñ coactiua eius est ad non impeditos: qñ hoc expedit, & ad communem legis finem, qui est facere homines virtuosos, & communem hominum subiectioné sub lege, & est de natura vis coactiuæ legi. Obligare si impedimentum non obstat. Sicut corporis naturalibus agentibus agere efficaciter in passum non impeditum.

¶ Ad primum ergo in oppositum dicitur, quod sensus literæ est, q ieiunium, quia est de genere utilium non cadit sub præcepto, nisi in ordine ad finem. Hoc enim sonat nomen remedii: q gratis conceditur, quia ratio legis ieiunii est determinare remedium cuilibet communiter opportunum: quoniam quilibet potens eget tali remedio vel vt curatiuo, vel vt præseruatiuo, vt prædictum est.

¶ Ad secundum verò dicitur, q obligatio legis dicitur ligare vnumquēq; secundum requisitionem ad finem, quia ordo cōmunis ad finem est ratio obligandi quemlibet potentem, & impedimenta talis finis per huiusmodi medium, sunt rationes excusantes ab obseruatione legis huiusdi quód necessitas ieiunii ad finem in quolibet singulari, non ponitur causa legis nisi ex communi conditione, & non ex partiali dispositione cuiusque. Excusantia autem ex particularibus impedimentis impotentię istius, vel illius conditionis personarum, vel ipsarum personarum, sumuntur habita ratione finis.

¶ In eodem articulo in responsione ad secundum, dubium occurrit. An frangens Ecclesiæ ieiunium non in contemptum, sine causa rationabili tamen, peccet mortaliter. Et est ratio dubii diuersa diuersorum sententia.

¶ Ad huius euidentiam sciendum est, q in ieiunii ecclesiastici, de quo est sermo, obseruatione duplex uirtus inuenitur, s. obedientia, & abstinentia. Nam ieiunando exequitur homo Ecclesiæ præceptum, & per hoc obedit, & medium ab ecclesiastica prudentia determinatum in cibo & potu seruat, & per hoc abstinet. Iuxta dictas autem uirtutes duo quoq; uitia contrariantur ieiunio, s. inobedientia, & gula. Et ex parte siquidem inobedientiæ non est peccatum mortale transgredi simpliciter statuta iuris positiui, nisi pp contemptum: qñ solus contemptus est formaliter inobedientia mortalis, ut patet ex dictis in tractatu de obedientia. Ex parte verò abstinentiæ, quæ ut remedium quoddam præcepta est, nō est peccatū mortale, nisi impediatur finis intentus per talē abstinentiā. Sic.n. in hac litera de utroq; modo transgrediendi ieiuniū habes, cuius authoritatē si quis contēnat, vel hoc modo transgrediatur q impediatur finis intentus, peccat mortaliter. Verū quia in primo oēs conueniūt, s. q violās ieiuniū Ecclesiæ ex contēptu, peccat mortaliter, & in secundo consistit difficultas duplex. Prima, quæ, aut qualis est trāsgressio ieiunii impediens finē. Secunda, si talis trāsgressio cōstituit mortale peccatū, adeò verū; considerandū est. Requiruntur igitur ad primū duæ cōditiones. Altera est, vt sit transgressio medij statuti ab Ecclesia, altera est, vt sit impediens finē. Ob defectū primæ cōditionis, comedēs nimis quasi vsq; ad crapulam in die ieiunii, non incidit in casum istū: qa talis excessus nō est trāsgressio medii ab Ecclesia statuti. Nā Ecclesia nō obligauit ad quantitatē cibi in die ieiunii, sed quo ad quātitatē relinquit vnumquēq; in iure naturæ. Si.n. huiusmodi excessus contrariaretur statuto Ecclesiæ, cum habeat alterā conditionē, s. q impedit finē (nā venter plenus spumat libidinē, & mentē deprimit, & uitium facit, aut auget) sequeretur, q esset solutio ieiunii cū peccato mortali. Ob defectū secundæ conditionis, qui non seruat medium ab Ecclesia statutum, ut pascat se, gregemq; suum pane uitæ & intellectus, immunis est à peccato: quoniam talis finem ieiunii non impedit, sed promouet in se, & in aliis, ut patet. Et prima quidem conditio omnibus nota est: quoniam penès conditiones ieiunii ab Ecclesia appositas, puta, tempus, qualitatem cibi, horam, unitatemq; manducandi, consistit. Secunda uerò ab ipso authore exposita in 4. senten. distin. 15. quæst. 3. art. 1. quæstiuncula 4. ad 3. inuenitur, dum dicit, Intentioni legislatoris obuiat, qui ex contemptu, uel sine aliqua rationabili causa, ordinationem non seruat. Et hāmet expositionem hoc in loco insinuat, dum contra transgressionem uel ex contemptu, uel ex impedimento finis, distinguit non seruare ex rationabili causa, subdendo. Si autem ex aliqua rationabili causa &c. Et per hæc clarè patet quæ, & qualis est trāsgressio impediens finem. An autem sit mortale peccatum semper huiusmodi transgressio, apud authorem non uertitur in dubium: quia expressè in litera dicitur, q talis transgressio est peccatum mortale. Sed ex aliorum dictis dubium habet. Nam quidam uidentur uelle quod transgressio ieiunii ex contemptu sola est peccatum mortale: quidam autem etiam illa quæ est sine causa, est peccatum mortale. Nam illa quæ fit ex causa, non ex tamen sufficiente, peccatum ueniale est. Inter istas autem opiniones prima à ratione longè est, supposito quod Ecclesia ieiunium præcepit, quoniam solam obedientiam in Ecclesiæ præcepti considerauit: cum tamen ultra communem conditionē præceptorum, quam attendit obedientia, oporteat considerare actum uirtutis, qui sub præcepto ponitur, & finem eius. Et propterea author duas radices transgressionis posuit, alterā ex parte authoritatis præcipientis, & alteram ex parte finis intenti per actū imperatum à lege. Hæc enim duo sunt principalia in qualibet lege, ad quæ cætera ordinantur. Et propterea penès ambo transgressio mortalis, quasi principium legalis uitæ tollens, determinatur. Secunda uerò opinio multum rationi uidetur æquitati, ne lex positiua nimis dura sit: & potest ad authoris doctrinam reduci, distinguendo de causa rationabili, scilicet, simpliciter & absolutè, uel secundum æstimationē. Nam non seruare ieiunium ex causa rationabili simpliciter & absolutè, non est contra præceptum Ecclesiæ: quod intelligitur cessante rationabili causa ad oppositum. & hoc est clarum. Et similiter si non seruo ieiunium ex causa rationabili secūdum meā æstimationem absq; fraude, puta, quia uidetur mihi q sim adeò debilis, ut non comprehendar sub obligatione ad ieiunium, quamuis in ueritate non sit in me debilitas sufficiens ad eximendum me à uinculo ieiunii, excusor à peccato mortali, quamuis peccem uenialiter, si absque pastoris iudicio negligenter meas uires examinans.

RESPON. Dicēdū, q sicut ad sæculares principes ptinet pcepta legalia iuris naturalis determinatiua tradere de his q ptinēt ad vtilitatē cōem in tēporalibus rebus: ita ēt ad pl̄atos ecclesiasticos ptinet ea statutis pcipere, quę ad vtilitatē cōem fideliū ptinent in spiritualibus bonis.* dictū est aūt q ieiuniū vtile est ad deletionē, & cohibitionē culpæ, & ad eleuationem mētis in spiritualia. Vnusquisq; aūt ex naturali rōne tenet tm ieiunijs vti, quantū sibi necessariū est ad pdicta: & iō m ieiuniū in cōi cadit sub pcepto legis naturæ. Sed determinatio tpis, & modi ieiunādi sm conuenientiā, & vtilitatē populi christiani, cadit sub pręcepto iuris positiui, quod est à prælatis Ecclesiæ institutū: n & hoc est ieiuniū Ecclesiæ, aliud verò est naturę.

*art. præced. — Concl. m

AD PRIMVM ergo dicendū, q ieiuniū sm se cōsideratū nō nominat aliqd eligibile, sed pęnale qddā. Reddit aūt eligibile sm q est utile ad finē aliquē. Et iō absolute cōsideratū non est de necessitate præcepti, sed est de necessitate pcepti vnicuiq; tali remedio indigēti. Et qa multitudo hoīum ut plurimū indiget tali remedio, tū quia in multis oēs offendimus, vt dicitur Iac. 3. tùm etiam, quia caro cōcupiscit aduersus spiritū, ut dr ad Gal. 5. cōueniēs fuit ut Ecclesia aliqua ieiunia statueret ab

oībus cōiter obseruanda, non quasi præcepto subijciens id, qđ simpliciter ad supererogationē pertinet, sed quasi in speciali determinant id quod est necessarium in communi.

Ad II. dicēdū, q̃ præcepta, quæ per modū cōmunis statuti ꝓponunt, nō eodē modo obligāt oēs, sed ſm q̃ requiritur ad finē quē legislator intendit, cuius authoritatē si aliqs trāsgrediēdo statutū cōtēnat, uel hoc mō trāsgrediat, q̃ impediat finis quē intēdit, peccat mortaliter talis trāsgressor. Si aūt ex aliqua rōnabili causa qs statutū nō seruet, ꝓcipuè in casu, in quo ēt si legislator adesset, non decerneret eē seruādū, talis trāsgressiō nō cōstituit pctm̄ mortale. Et idē ē q̃ nō oēs, q̄ ñ seruāt ieiunia Ecclīæ peccāt mortaľr.

Ad III. dicendū, q̃ Aug. ibi loqtur de his, quæ neq; sacrarū scripturarū authoritatibus cōtinent, nec in cōcilijs episcoporū statuta inueniunt, nec cōsuetudine uniuersalis Ecclesiæ roborata sunt. Ieiunia uerò q̄ sūt in ꝓcepto, sunt in cōcilijs episcoporū statuta, & cōsuetudine uniuersalis Ecclesiæ roborata. Nec sunt cōtra libertatē populi fidelis, sed magis sūt utilia ad impediendū seruitutē peccati, quæ repugnat libertati spirituali, de qua dr ad Gal. 5. Vos enim, fratres, in libertatem uocati estis, tantū ne libertatem detis in occasionem carnis.

Nota uerū sensū Aug. contra impugnantes p hoc dictū præcepta Ecclesiæ.

Trāsfodit ab Apostolo libertas hæreticorum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum omnes ad ieiunia Ecclesiæ teneantur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̃ omnes ad ieiunia Ecclesiæ teneant. Præcepta n. Ecclesiæ obligant, sicut Dei pcepta, ſm illud Luc. 10. qui uos audit, me audit: sed ad pcepta Dei seruāda oēs tenent. ergo similiter oēs tenent ad seruādā ieiunia, q̄ sūt ab eccl istituta.

¶ 2 Præt. Maximè uidētur excusari pueri à ieiunio pp ætatem: sed pueri non excusantur. dr. n. Ioel 2. Sanctificate ieiunium, & postea cōgregate paruulos, & sugētes ubera. ergo multo magis oēs alij ad ieiunia tenentur.

¶ 3 Præt. Spiritualia sunt tēporalib' pferēda, & necessaria nō necessarijs: sed opa corporalia ordinant ad lucrū tēporale. peregrinatio. n. etsi ad spiritualia ordinet, non est necessitatis. Cū ergo ieiuniū ordinetur ad spiritualē utilitatem, & necessitatē habeat ex statuto Ecclesiæ, uī q̃ non sint ieiunia Ecclesię pretermittenda pp peregrinationem, uel pp corporalia opera.

¶ 4 Præt. Magis est aliqd faciendū ex ꝓpria uolūtate, q̃ ex necessitate, ut patet p Apost. 2. ad Cor. 9. sed pauperes solēt ex necessitate ieiunare pp defectum alimentorū. ergo multo magis dēnt ex ꝓpria uolūtate ieiunare.

SED CONTRA uī, q̃ nullus iust' teneat ieiunare. Præcepta n. Ecclesię ñ obligāt cōtra doctrinā Chri: sed Dñs dixit Luc. 5. q̃ nō possunt filij spōsi ieiunare quādiu cum ipsis est sponsus: est autē cū omnibus iustis spiritualiter eos ihabitās. vnde Dñs dicit Matth. ulti. Ecce ego uobiscum sum usq; ad consumationem sæculi. ergo iusti ex statuto Ecclesiæ non obligant ad ieiunandū.

RESPON. Dicēdum, q̃ sicut supra * dictū est, statuta cōia proponuntur secundū q̃ multitudini cōueniūt: & ideò legislator in eis statuēdis attēdit id, quod cōiter habetur, & in plurib' accidit. Si quid autem ex speciali causa in aliquo inueniatur, qđ obseruātię statuti repugnet, nō intendit talē legislator ad statuti obseruātiā obligare, i quo tñ est discretio adhibēda. Nam si causa sit euidēs, p seipsum licitè pōt homo statuti obseruātiā pręterire, ꝓsertim cōsuetudine interueniēte: uel si nō posset de facili recurs' ad supiorē haberi.

Porrecta per totum.

709 Inf. art. 7. ad 3. Et 4. dist. 15. q. 3. ar. 2. q. 1. 3. & 4

* 1. 2. quę. 40. arti. 1. & q. 98. arti. 2. & 6. D. 918.

Conclusio

minare ... ieiunii. Ad quæsitū ergo rñdendo dr, q̃ soluēs Ecclesiæ ieiunium sine causa rōnabili rā absolutè, q̃ secundum æstimationē suam, peccat mortaliter: q̄a talis & transgreditur medium abstinentiæ statutum ab Ecclesia, & transgreditur sic, ut impediat legislatorem à fine intento in ipso homine potenter ieiunare, dum sine omni rationabili causa medium tenuit in seipso ad finem. Hoc namque est euidenter impedire intentionem legislatoris, ut perueniat ad finem, ac per hoc est directè legi obuiare. Soluens autem illud ex causa rationabili secundum æstimationem suam absq; fraude, uel aliorum melius iudicantium scrupulosos, nō peccat mortaliter: q̄a infra latitudinē causæ rationabilis cōtinetur uterque modus rationabilitatis in tali materia, ut cōmunis opinio, & conscientia hominum timentium Deum approbare uidetur. Et scito, quòd nisi communis christianę Ecclesiæ interpretatio susciperet statutum ieiunij esse non simplex statutum, sed habere uim præcepti, strictè sumendo præceptum, uerum proculdubio esset, q̃ non nisi propter contemptum transgressio ieiunii esset peccatū mortale: quoniam in simplicium statutorum materia, transgressio medii, & impeditio finis, licèt sit mala, non tamen mortale inducit peccatum, nisi materia illa ad charitatem Dei, aut proximi necessaria sit, quod in proposito constat non habere locum: quia ieiunium huiusmodi constat nec ad Dei, nec ad proximi dilectionem esse necessarium. Et hæc dixerim, quia ex ui uerborum nullibi ieiunium ecclesiasticum inuenitur præceptum, loquendo de præcepto strictè.

¶ In eodem articulo dubiū occurrit de causa rationabili, ex qua potentes ieiunare non tenentur ad ieiunia. De impotētia namque dubium non est: & de quibusdam conditionibus personarum, an. s. reddant homines impotentes, ut pueritia, senectus, & huiusmodi, in sequenti articulo erit sermo. Nūc quæstio occurrit de causa rationabiliter excusante potentes aliàs ieiunare, an sit necessitas sola, an etiam pietas. Et est ratio dubii, quia hinc apparet q̃ sola necessitas excuset: quoniam dicitur q̃ itinerantes, & operarii, qui possunt iter, aut opus minuere, aut differre absque damno, tenentur ad ieiunia. Indè autem apparet, quòd etiam pietas: quoniam dicitur quòd peregrinatio festina ex deuotione ad aliquod festum, excusat à ieiunio.

¶ Ad hoc dicitur, q̃ rationabilis imprimis causa q̃ aliàs potentes ieiunare, non ieiunent, est necessitas alicuius impedimenti ieiunium, quod oportet fieri uel ad conseruandum uitam, uel sanitatem, uel statum temporalem, uel uitandum damnū, aut acquirendum aliquid raro contingens. Declaro singula. Si oportet aliquem laborare, quia ex solo labore uiuere potest, aut sine talis laboris mercede non potest habere omnia necessaria ad sanitatem, uel statum temporalem sui, & suorum, puta, quia est faber, & sine continuo exercitio non potest uiuere ipse cum sua familia iuxta gradum suum, & dotare filias, & tenere filium in studio, & uestire suos ut decet suam conditionem, & alia huiusmodi. Similiter ad uitandum damnum non solùm repentè occurrens, puta propter bellum imminens, sed simpliciter, puta, quia mercator si nō citò pergit, aut perficit talia opera, dānificatur in rebus suis. Et similiter si damnum lucri cessantis repentè accidit, ut de piscatione alecium dicitur. In omnibus enim dictis casibus, & similibus necessitas excusat à ieiunio Ecclesiæ, ex quo simul cum his operibus nō possunt ieiunare. Excusat quoque multò magis necessitas spiritualis. Nam si ad unam spiritualem sui, uel alterius, oportet aliquid incōpatiens ieiunii perficere, puta, longam d ... facere, aut ex officio, uel obedientia prædicare, uel cōfessiones audire, docere uerbo uel scripto, aut aliquid huiusmodi: ita q̃ talis homo non pōt ieiunando aliqđ huiusmodi adimplere, excusat à ieiunio. Et simile est de oībus quæ quis tenetur adimplere. Ecclesia n. præcipiens ieiunia, non absoluit hoīem ab his, ad quæ aliàs tenetur, ut prætermissis illis ieiunet. Et pp hanc rōnem uxor quæ ex ieiunio macilenta, minusque grata uiro suo oculis apparet, & hinc despici, aut minus amari se conspicit ab eo, excusatur à ieiunio: q̄a ipsa tenetur se cōseruare gratā uiro suo. Pincernæ quoque principū etiam mane comedētes, excusantur quo ad illos actus, quibus prægustāt aliqua pro securitate dominorū suorum, quoniā ad hoc aliàs tenebantur. Nec spectat ad eos iudicare, an domini sui excusentur à ieiunio: sed iuxta Apostoli sententiam, Qui non māducat, manducātem non iudicet, sed præsumat ipsum uel dispēsatum à Papa, uel à conditione aliqua occulta sibi. Et ex eadem radice excusantur etiam si pro huiusmodi securitate dominorū infirmorum, aut dispensatorum, credentiam facerent in cibis prohibitis, s. ouis, & carnibus. Non absoluuntur tamen illi propterea à ieiunii uinculo, sed illas sumptiones cōputare debent, ac si non fuissent ex alio capite, quia s. nō sunt manducandi gratia, sed ex necessitate seruitii cōtingunt. Pietas deinde excusat quoties ieiunium maioris boni inuenitur impeditiuum, ut habes in cap. Non mediocriter de conf. dist. 5. Et ratio est, quia ieiunium præceptum est ut medium promotiuū ad spirituale bonum. Constat autem q̃ si obseruaretur, quando est impeditiuum maioris boni, tunc contra intentionem legis ageretur, quæ ieiunium ut promotiuum, & non ut impeditiuū boni præcepit. Intentioni siquidem promouendi ad bonū obstat impedire maius bonū. Nec obstat quod de conse. dist. 5. cap. Ieiunia, Gelasius Papa dicit, Ieiunia sine rationabili necessitate non soluat: quoniam extra rationabilem necessitatem non est pietas, quoniam ualdè necessaria est, & magis q̃ corporalis ieiunii exercitatio, iuxta illud Apostoli: Exerce teipsum ad pietatem &c. Et hinc fit ut excusentur à ieiunio qui ex pietate spontè uacant operibus misericordiæ tam corporalis, quàm spiritualis, si ieiunium eos ab huiusmodi operibus impediret. Qui aūt uacant illis propter lucrum ut mercenarii, ex hoc capite nō excusantur, sed fortè ex alio capite superius dicto, s. ex necessitate: quia isti nō pietatis, sed mercedis gratia operantur. Et propter hoc illi qui prædicant, aut confessiones audiunt sua sponte ut lucrentur pecunias, si non possunt simul ieiunare, nō excusantur propterea à ieiunio. Et quia ieiunium impedire maius bonum contingit, non solùm quasi per se, hoc est, ex parte ieiunātis, sed per accidens, hoc est, ex parte alterius, cuius personæ tenetur cōuiuere, ideò si propter improbitatem uiri uxor potens ieiunare compellitur ad non ieiunandum, potest ex dispensatione ieiunium soluere: quoniam casus est talis, in quo si legislator adesset, mallet pacem domus quàm ieiunium uxoris, cōpatiendum quippe est sexui. Debet tamen per alia pia opera uxor ieiuniū suum redimere, & hoc authoritate episcopi. In utroq; autem. s. necessitatis, uel pietatis casu, scito q̃ quicquid excusaret à custodia diei festi, excusat à ieiunio, si est illi incompossibile: quoniam præceptum ieiunii minus est, & minus arctum. In omnibus autem casibus, in quibus rationabilis est causa soluendi ieiunium, si aliquid ambiguitatis habet, superioris arbitrium causa cognita, uel commutatio licitam uirè reddit solutionem ieiunii, quoniam superioris iudicium suplet defectum huiusmodi.

SVP. QVAEST. CXXXXVII. ART. IIII.

IN ar. 4. eiusdē quæst. 147. dubiū occurrit, an in causa dubia circa conseruādum ieiunium Ecclesiæ possint Ordinarii dispensare. Et est ratio dubij, quia q̃ non possint habetur ex hoc q̃ ordinarij nō habent potestatem super lege uniuersalis Ecclesiæ, qualis est lex ieiunij. Et confirmatur ex consuetudine populi Christiani recognoscentis solam Apostolicam sedem super hac lege. Oppositum autem apparet, quia secundum hoc esset minus bene prouisū populo Christiano: q̄a illi casus dubij frequenter accidunt, & authoritas prouisiua casibus istis esset inaccessibilis tēpore casus: q̄a Papa in uno tantū est loco, & impossibile esset ex toto terrarū orbe intrā sequētib' casibus recursum ad ipsū habere.

¶ Ad hoc dr, q̃ dispensare in ieiunio cōtingit dupliciter. Vno modo absolutè tollēdo, uel cōmutādo uinculum legis quō ad hanc personā: & hoc spectat ad Papā, qui solus est super uniuersalia iura positiua. Et hoc est q̃ attestatur consuetudo populi Christiani. Alio modo, in hoc particulari casu: & hoc spectat ad episcopos, & ēt ad presbiteros, curatos, & uniuersaliter ad prælatos respectu suorum subditorum pp rationem supradictā, attestante hoc authore in 4 sententiarum, dist. 15 dicēte expressè q. 3 art. 2 ad ultimū, de laborantibus, q̃ possunt secūdum dispēsationem sacerdotis sui ieiuniū soluere, & in hoc loco ad tertiū, Nisi fortè ubi est ita consuetum, quia ex hoc ipso quòd prælati dissimulant, uidentur annuere. Ex quibus uerbis patet, quòd non de solo Papa loquimur: quoniam locorum consuetudines nō præsumuntur Papam scire, sicut nec statuta municipalia. Minus ergo sapiūt prælati, qui petentibus subditis in causa dubia dispensationem cōcedendi in ieiunij Ecclesiæ, aut aliter ieiunium soluendi præueniendo horam ieiunij, remittunt eos in conscientia sua. Debēt enim compati infirmis, & commutare ad cautelam ieiunium in septem Psalmos, uel aliquid huiusmodi. Et eadem ratione possunt dispensare in qualitate ciborum prælati, in casu.

¶ In eodem articulo in responsione ad primum dubium occurrit ex Martino in dict. tractat. quæst. 4. de ieiunio, arguente contra hæc uerba, Præcepta Dei sunt præcepta iuris naturalis, quæ secundum se sunt de necessitate salutis. Contra, Sacramenta nouæ legis, quę sunt necessitatis, sunt præcepta Dei, & non sunt præcepta iuris naturalis. ergo. Præterea, Accedere ad suam est præceptum Dei, & tamen non est præceptum iuris naturalis.

¶ Ad hoc dicitur, quòd præcepta Dei in hoc loco appellantur non quæcunque præcepta sunt à Deo quocunque modo, puta, per reuelationem, aut per medium Christum hominem, sed solū illa quæ sunt à Deo per seipsum præcepta per hoc, quòd sunt ab ipso indita rationali creaturæ, quæ patet esse præcepta iuris naturalis. Sacramenta autem Ecclesiæ non sunt hoc modo præcepta Dei. Quod autem dicitur de accessu ad suam, uel non suā, falsum est non esse præceptum iuris naturalis.

¶ In eodem articulo quarto in respōsione ad secundum, dubiū ex Martino ibidē occurrit, quòd ratio authoris ad excusandos pueros non concludit uniuersaliter de oībus Ecclesię ieiuniis, sed de quadragesimali tantum. Arguit. n. sic, Secūdum istos bonum est quòd pueri assuefiant ad ieiunia, ieiunando bis, uel ter in quadragesima. ergo in tot septimanis ter ieiunare non est puero nocuum, Nam si noceret, non esset bonum; sed ieiunia quatuor temporū & maiorū solēnitatū, non sunt crebriora q̃ ieiunare ter in quadragesima. ergo ex ista rōne non excusantur pueri à ieiunijs quatuor tēporū & maiorū solemnitatum.

¶ Ad hoc dicitur, q̃ ratio literæ concludit uniuersaliter impotentiam puerorum ad non ieiunandum absolutè, & non pro tot, uel tot diebus. Nec obstat q̃ subdatur, bonū esse assuefieri ad ieiunia, quia hoc non est exceptionis aut uinculi, sed cōsilij. Nam sicut possent pro maiori necessitate, non obstante damno aliquo, quandoque cogi ad ieiunia pueri, ut in litera dicit, ita potest eis consilium dari, quod aliquod quādoq; damnum sustineant ex ieiunio, non obstante libertate eorū propter ætatis impotentiam. Hac ergo ratione sunt pueri absoluti simpliciter ab omni ecclesiæ ieiunio, quāuis bene faciant si quandoque ieiunēt aut abstineāt. Ratio siquidem concludit libertatem puerorum: consilium autem infert supererogationem eorundē.

¶ In eadem responsione dubium est de senibus, in quibus est euidens etiam necessitas ex prima ratione in litera allata: s. propter debilitatem naturę, ex qua prouenit quòd egent frequenti cibo, & non multo simul assumpto. Dubium quoque occurrit de mulieribus prægnantibus & lactantibus, in quibus uidetur euidens necessitas propter secundam rationem literæ, quia scilicet indigent multo nutrimento propter alimentum fœtus, seu prolis, quod ex superfluo proprij alimenti fit.

¶ Ad primum de senibus dicitur, quod quia senectus nō est euidenter omnibus una, sicut ętas augmenti: quoniam ętas augmēti determinatur ab ortu, qui certus est: ętas verò senectutis à naturali occasu, qui incertus est: Sunt enim quidam sexagenerij ita fortes sicut alij quadragenarii, & unus altero habet multò plures circulationes cęlestis, propter quod contingit fortè aliquem esse senem in trigesimo, aliquem in quadragesimo, vel aliquo huiusmodi anno: ideò non determinatum est tempus quando homines propter senectutē excusantur à ieiunio. Formaliter tamen loquendo, quandocunque quis est uerè senex, nō tenetur ad ieiunia Ecclesię. Et ratio est quia natura est adeò debilis in sene, ut nō possit multū simul cibum digerere, & propterea eget frequenti alimento modico, sicut infirmi. Cōiter autē uidetur hoc accidere anno sexagesimo ętatis, est scriptum sit, Dies annorum nostrorum septuaginta anni, & quod uetera sit, & senescit, propè interitū est, ut dicitur ad Hebræos. Est ergo sexagenarius communiter propè naturalem interitum, atq; hoc senex. Vnde nisi euidenter constet, q̃ possint alimentū pro ieiunio opportunum digerere & tolerare, nō debent conari ad ieiunium, sed debilitati quā sentiunt, subuenire frequenti, bono, & modico alimento: quia senectus morbus est incurabilis.

¶ Ad secūdū de prægnantibus & lactātibus dr, q̃ nisi sint mulieres adeò robustę naturę, ut unica comestione possint tñ alimēti sumere & digerere, quātū sit ꝓ se & fœtu, seu ꝓle, nō tenent ad ieiuniū, immò peccarēt ieiunādo, pp nocumētū ꝓlis. Cōiter aūt mulieres nō sunt tā robustę naturę. Propter qđ cōcludēdū est, q̃ secūdū legē q̄ sit ut in pluribus, appellatione potentiū ieiunare non ueniunt mulieres prægnātes, aut lactātes. Et sic sub lege illa, Omnes potētes ieiunare ieiunent &c, nō cōprehenduntur.

siu

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ In eodem articulo circa operarios, aduerte quòd cum ab auctore, & aliis audit, q peccant, qui nolunt cōducere operarios, nisi cum pacto q non ieiunent, intelligitur, si nolūt eos cōducere ēt modificata mercede, iuxta modificationē operis, vel cum æquali mercede, stante qualitate operis solùm tempore non ieiunij. Et non intelligit, si nolūt minuere mercedem iuxta diminutionē operis. Nā conductor operariorum non tenetur operario plus promittere, aut dare q̄ opus suū meretur. Et ppea si operarius, qui scit teneri ad ieiuniū, qui hēt aliunde vnde uiuat, & vult minuere laborē, debet ēt minuere mercedem, alioquin ipse, non conductor peccaret. In primo autem casu conductor peccaret, p quāto deterioris cōditionis ab eo redderentur ieiunantes iuxta Ecclesiæ præceptum, q̄ inobedientes, & sic daret occasionē peccādi. Si tamen necessitas operis festinationem exigat, pōt utiq; dicere, inueniat aliū cōductorē &c. In secundo verò casu manifestē peccat conductor, inducens obligatū potētē & uolentem ieiunare, ad peccatum.

¶ Occurrit hoc in loco dubium de inuitātibus ad comedendū, ac ministrantibus comedentibus in die ieiunij, vbi cōiter creditur, aut sentit q nolūt ieiunare. Et est dubij, quia hinc apparet q peccent, quia cooperant ad solutionē ieiunii absq; rōnabili causa: inde aūt apparet q nō peccēt, q nec ex proposito, nec ex intentione tendūt inuitantes, aut ministrantes ad hoc vt soluatur ieiunium. Peccata aūt ex intentione iudicant, & specificant.

¶ Ad hoc dr, q hic nō versatur q̄stionē, an peccēt illi, qui directē ad soluēdum ieiuniū inuitant, aut ministrant: quia horum peccatum est manifestum, sicut inuitātiū, aut cooperantium ad furtum, & alia mala. Nec ēt est quæstio, an peccent illi, qui præsumentes quamlibet salubriter memorē, & nescientes potentiā, vel impotentiā priuilegiu hominum, simpliciter corde inuitant ad comedēdū pp vrbanitatē, aut hospitalitatē & vel petentib' cibos ministrant: qm horū excusatio est manifesta ex eo, q non tenēt scrutari potentiam, aut conscientiam proximi. Sed q̄stio est de ministrantibus, aut inuitantibus ad comedendū potentes, & nolētes ieiunare absq; priuilegio, vt cōiter credit. Et est sermo de comestione, quæ si fiat, solueret ieiunium, puta, de cœna post sumptum prādium, vel comestione summo mane, & huiusm.

¶ Et ad hoc dr, q ministrantes cibos istis, excusantur à peccato, qm non cooperantur comestioni quatenus est solutiua ieiunij, vt procedit à mala volūtate non ieiunantis: sed cooperant comestioni quaten' est actus deseruiens nutritiuæ, & substētationi naturæ. Hoc.n. licet tū esse ex eo constat, q Deus ipse cooperat illi comestioni quatenus seruit naturæ. Ministri autē ciborū vt sic, absolutè loquēdo, actui comedendi seruiunt, vt est actus hominis, non uitij: & ideo, vt dictum est, excusantur. Inuitantes aūt ad comedendū, aut credūt inuitationē suā fore occasionē illis exequēdi violationē ieiunij, quā non exequerent fortè nisi inuitati, q ubi parati sint ad nō ieiunandū. & tūc nō excusantur: qm nō licet ēt paratos ad malū inducere ad illius executionē. Si aūt oino cœnaturi sunt, & ego inuito eos ad meā cœnā dū, nō inuito eos, nisi ad locum & societatē cœnę, vel ministro illis cibos. Ex nullo aūt horum apparet pctū aliqd, & ppea excusātur sicut etiā hospites cœnaturos inuitātes vt in suo hospitio, magis q̄ in alio cœnent.

SVP. QV. CXLVII. ART. V.

IN ar. 5. in respōsione ad tertiū, dubiū occurrit, de ieiunio exultationis, an sit in pcepto. Et est rō dubij, qa in lra dr, q nō dēt cadere sub pcepto, & q Ecclesia nō pcepit. In oppositū aūt est, qa ieiuniū vigiliæ Pētecostes, & quatuor tēporū infra hebdomadā Pentecostes, est ieiuniū exultationis: qm est in tpe paschali, in cuius signū nō fiunt tunc in Ecclesia pstrationes. Et tū ieiunia ita sunt in præcepto, sicut alia Ecclesiæ ieiunia.

¶ Ad hoc dr, q ieiunia hæc secūdum authorē nō sunt in pcepto, sunt tū rōnabiliter statuta intra illud tpus, vt exultationis ieiunia principaliter & secūdario (iuxta Leonis dist. 76. c. Legitur, sententiā) ad castigāda delicta, q inter pascalia gaudia ex negligentia & immoderata lætitia cōmissa sūt, vt in 4. sentētiarū distin. 15. q. 3. ar. 3. q̄stiuncula prima ad quintū, habes. Quia vero cōsuetudo & tollit, & facit legis vinculū, & cōiter hoīes reputāt non minus esse in pcepto hæc, q̄ alia quatuor tēporū ieiunia: iō ex cōsuetudine sunt in pcepto sicut cætera, ita q vinculū qd lex nō fecit, cōsuetudo intulit. Et pp hoc author in litera cautè loquutus est dicēs, q ieiuniū exultationis nō dēt cadere sub pcepto, & q ab ecclesia nō est institutū, s. sub pcepto, ieiuniū i toto pascali tpe.

Si verò cā sit dubia, debet aliqs ad superiorē recurrere, qui habet potestatē in talibus dispensandi: & hoc est obseruandū in ieiunijs ab Ecclesia institutis, ad quæ omnes cōiter obligantur, nisi in eis fuerit aliqd speciale impedimentum.

AD I. ergo dicēdū, q pcepta Dei sunt pcepta iuris naturalis, q̄ ſm se sunt de necessitate salutis. Sed statuta Ecclesię sunt de his, q nō p se sunt de necessitate salutis, sed solū ex istitutione Ecclesię: & iō pñt esse aliqua impedimēta, pp q̄ aliqui ad obseruanda ieiunia hmōi nō tenent.

AD II, dicendum, q in pueris maximè est euidens causa non ieiunandi, tū pp debilitatem naturę, ex quo puenit, q indigēt frequenti cibo, & non multo simul assumpto: tùm ēt quia indigēt multo nutrimēto pp necessitatem augmenti, qd fit de residuo alimēti. Et ideò quādiu sūt in statu augmēti, quod est vt in pluribus, vsq; ad finem tertij septēnij, non tenent ad ecclesiastica ieiunia obseruāda. Conueniens tñ est vt etiā in hoc tpe se ad ieiunandū exerceāt plus, vel minus, ſm modū suę ętatis. Qñque tñ magna tribulatione imminente in signū pœnitentię arctioris ēt pueris ieiunia indicūtur: sicut ēt de iumentis legitur Ionæ 3. Hoies, & iumēta nō gustent quicq̄, nec aquam bibant.

AD III. dicēdum, q circa peregrinos, & oparios distinguendum vr: quia si peregrinatio & operis labor commodè differri possit, aut diminui absq; detrimēto corporalis salutis & exterioris status, q requiritur ad cōseruationem corporalis, vel spiritualis vitæ, nō sunt pp hoc Ecclesiæ ieiunia prætermittēda. Si autem immineat necessitas statim peregrinādi, & magnas diætas faciendi: vel ēt multū laborandi vel pp conseruationē uitæ corporalis, uel pp aliquid necessarium ad uitam spiritualē, & simul cū hoc non possint Ecclesiæ ieiunia obseruari, non obligatur homo ad ieiunandū: quia non vr fuisse intentio Ecclesię statuētis ieiunia, ut p hoc ipediret alias pias, & magis necessarias causas. Vr tñ in talibus recurrēdū esse ad superioris dispēsationē, nisi fortè vbi est ita cōsuetū, qa ex hoc ipso q plati dissimulant videntur annuere.

AD IIII dicēdū, q pauperes, qui possunt sufficienter habere qd eis sufficiat ad vnā comestionem, non excusantur pp paupertatem à ieiunijs Ecclesiæ, a quibus tamen excusari uidentur illi, q frustatim elemosynas mēdicant, qui nō possunt simul habere qd eis ad victum sufficiat.

AD V. dicendū, q illud uerbū Dñi tripliciter potest exponi. Vno mō, ſcd̄m Chrys.* q dicit, q discipuli, qui filij sponsi dñr, adhuc imbecilli' dispositi erāt, vñ uestimento ueteri cōparantur: & ideò in psentia corporali Chri erāt magis fouēdi in quadā dulcedine, q̄ in austeritate ieiunij exercendi. Et ſm hoc magis cōuenit, ut cū impfectis, & nouitijs in ieiunijs dispēsetur, q̄ cū antiquioribus & perfectis, vt patet in * gl. sup illud Psal. 130. Sicut ablactatus sup matre sua. Alio mō pōt dici ſm Hieron q Dñs ibi loquit de ieiunio veterū obseruantiarū. Vñ per hoc significat Dñs, q Apostoli nō erant in veterib' obseruātijs detinendi, quos oportebat gratiæ nouitate pfundi. Tertio mō, ſm * Augu. q distinguit duplex ieiuniū, quorū unum ptinet ad humilitatem tribulationis: & hoc modo non competit uiris perfectis, qui dicuntur filij sponsi. vnde ubi Luc. dicit, non possint filij sponsi ieiunare, dicit Mar. Non possunt filij sponsi lugere. Aliud autem est, quod pertinet ad gaudium mentis in spiritualia suspensæ: & tale ieiunium conuenit perfectis.

* Homel. 31. in Matth. a med. illi' to. 2.

Psal. 130. glo. ordin. ibidem.

ARTICVLVS QVINTVS.

Vtrum conuenienter determinentur tempora ieiunij Ecclesiæ.

Porrectæ per totū. 710 4. d. 15. q. 3. ar. 8.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur q inconuenienter determinentur tempora ieiunij Ecclesiæ. Christus. enim legitur Matth. quarto, statim post baptismum ieiunium inchoasse:

sed nos Christū imitari debemus, ſm illud 1. ad Cor. 4. Imitatores mei estote, sicut & ego Xpi: ergo & nos debem' ieiuniū pagere statim post Epiphaniā, i qua baptismus Xpi celebrat.

¶ 2 Præt. Cęremonialia veteris legis nō licet in noua lege obseruare: sed ieiunia i qbusdā determinatis mēsib' ptinēt ad solēnitates veteris legis. dr. n. Zach. 8. Ieiuniū quarti, & ieiuniū quinti, & ieiuniū septimi, & ieiuniū decimi erit domui Iudæ in gaudiū & lætitiā, & in solēnitates præclaras. ergo ieiunia specialiū mensium, quæ dicuntur quatuor temporū, in Ecclesia inconuenienter obseruantur.

Li. 2. c. 17. nō remote à fine, tom. 4.

¶ 3 Præ. Secūdùm * Aug. in lib. de cōsensu Euāgelist. Sicut est ieiuniū afflictionis, ita est ieiunium exultationis: sed maximè exultatio spūalis imminet fidelib' ex Xpi resurrectiōe. ergo i tpe Quinquagesimæ, i quo Ecclia solēnizat pp dñicā resurrectionē in dieb' dñicalib', i qb' memoria resurrectionis agit, debent aliqua ieiunia indici.

SED CONTRA est communis Ecclesiæ consuetudo.

RESP. Dicēdū, q sicut* supra dictū est, ieiuniū ad duo ordinatur, s. ad deletionē culpæ, & eleuationē mētis in supna. Et iō illis tēporibus specialiter fuerūt ieiunia indicenda, in qbus oportebat hoies à peccato purgari, & mētē fideliū eleuari in Deū p deuotionē: quæ quidē pcipuè imminēt ante paschale solēnitatē, in qua & culpæ per baptismū relaxantur, q solēniter in vigilia paschæ celebrat, qñ recolitur dñica sepultura: qa p baptismū cōsepelimur Christo in morte, vt dr ad Ro. 6. In festo ēt paschę oportet maximè mentē hoīs per deuotionē eleuari ad æternitatis gloriā, quā Christus resurgendo inchoauit. Et iō immediatè antè solēnitatē paschalē Ecclesia statuit esse ieiunandū. Et eadē rōne in vigilijs præcipuarū festiuitatū, in qbus præparari nos oportet ad festa futura deuotè celebrāda. Similiter ēt consuetudo ecclesiastica hēt, ut in singulis quarti anni sacri ordines cōferant, in cuius signū Dñs quatuor milia hoīum de septē panibus satiauit, p quos significant anni noui testi, ut * Hiero. dicit ibidē, ad quorū susceptionē oportet ieiuniū pparari & eos q ordinant, & illos q ordinādi sunt, & ēt totū populū, p cuius utilitate ordinant. Vñ & legit Lucæ 6. q Dñs antè discipulorū electionē exiuit in montē orare: qd exponēs * Amb. dicit. Quid te facere cōuenit cū uis aliqd officiū pietatis adoriri, qñ Christus missurus Apostolos prius orauit? Rō ēt numeri, quantū ad quadragesimale ieiuniū, est triplex ſm * Greg. Primò qdem, qa uirtus decalogi p libros quatuor sancti Euāgelij implet: denarius aūt quater ductus in quadragenariū surgit. Vel qa in hoc mortali corpore ex quatuor elemētis subsistimus, p cuius uolūtatē pceptis dñicis cōtrahim', q̄ p decalogū sunt accepta. Vñ dignū est, vt eādē carnē quaterdecies affligamus. Vel qa ita offerre cōtēdimus Deo decimas dierū. Dū. n. p trecētos & sexaginta dies annus dr, nos aūt p triginta sex dies affligimur, q sunt ieiunabiles in sex septimanis Quadragesimæ, quasi anni nři Decimas Deo damus. Secūdùm * Augu. aūt addit quarta rō. Nā creator est trinitas, Pr, & Filius, & Spiritussanctus: creaturę uerò inuisibili debet ternarius numerus. Diligere. n. iubemur Deū ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mēte. Creaturę uerò uisibili debet quaternarius pp calidū & frigidū, humidū & siccū. Si ergo p denariū significant oēs res, q si ducat per quaternariū, qui cōpetit corpori, p qd administratio gerit, quadragesimū numerū conficit. Singula uerò ieiunia quatuor tēporum tribus diebus cōtinentur pp numerū mensiū, qui cōpetit cuilibet tēpori: uel propter numerū sacrorum ordinum, qui in his temporibus conferuntur.

ar. 1. & 3.

Conclusio

Ecclesia statuit quadragesimam.

* ca. 15. in Mar. c. 9.

* in tit. de orat. Iesu in monte circa medium to. 5.

* homil. 16. I euāg. a medio.

* Lib. 2. de doct. christia. c. 16. a med. tomo 4.

AD PRIMVM ergo dicēdū, q Christus baptismo nō indiguit pp seipsum, sed ut nobis baptismū cōmendaret. Et ideò sibi nō competebat ut antè baptismū suū ieiunaret, sed post baptismum, ut nos inuitaret ad ieiunandum antè nostrum baptismū.

AD II. dicēdū, q Ecclesia nō seruat ieiunia quatuor tpum, nec oino eisdē tpibus, qbus Iudæi, nec ēt pp causas easdē. Illi. n. ieiunabāt in Iulio, qui est quartus mēsis ab Aprili, quē primū hñt: quia tunc Moyses descēdēs de mōte Sinai, tabulas legis confregit, & iuxta Iere. muri primū rupti sūt ciuitatis. In qnto aūt mēse, q apud nos uocat Augustus: qa pp exploratores seditio esset orta in populo, iussi sūt i mōtē nō ascēdere. Et in hoc mēse à Nabuchodonosor, & post à Tito tēplū Hierosolymis est incēsū. In septimo uerò, q appellat October, Godolias occisus ē, & reliq̄ę ppři dissipatę. In decimo uerò mēse, q apud nos Ianuari' dr, ppřs cū Exechiele in captiuitate positus, audiuit tēplū esse subuersū.

AD III. dicēdū, q ieiuniū exultationis ex instinctu Spiritussancti procedit, qui est spiritus libertatis: & ideò hoc ieiuniū sub pcepto cadere nō dēt. Ieiunia ergo quæ pcepto Ecclesiæ instituunt, sunt magis ieiunia afflictionis, quæ non conueniunt in diebus lætitiæ. Propter qd non est ieiuniū ab Ecclesia institutū in toto paschali tempore, nec etiā in diebus dñicis, in quibus siquis ieiunaret contra cōsuetudinē populi christiani, quæ, vt * Aug. dicit, est pro lege habēda, uel etiā ex aliquo errore (sicut Manichęi ieiunāt, quasi necessariū tale ieiuniū arbitrantes) non esset à peccato immunis, quāuis ipsum ieiunium ſm se consideratum omni tempore sit laudabile, ſm q * Hier. dicit ad Lucinium. Vtinam omni tempore ieiunare possemus.

* epist. 86. parum a primo'.

* Refert dist. 76. c. Vtinam.

§SVP.

SVPER Q. CXXXXVII. ART. VI.

IN art. 6. dubiũ occurrit de comestione, quæ consueuit fieri à ieiunãtibus hora cœnæ, An frangant ieiuniũ, si comedãt ea, quæ assumuntur ad nutrimentũ, vt fructus, panis, & huiusmodi. Et est ratio dubij, quia, vt in litera dicitur, electuaria & potus ideò non frangunt ieiunium, quia eorum vsus non est secundũ se principaliter ad nutrimentũ. ergo illa, quorũ vsus principalis est ad nutriendũ, frangunt ieiuniũ. Et confirmatur: quia author in 4. sententiarũ dist. 15. q. 3. art. 4. dicit, quòd omnia quorũ vsus est manducare frãgunt ieiuniũ vltra vnicã comestionem sumpta. In oppositũ est populi christiani consuetudo.

¶ Ad huius euidentiam sciẽdũ, quòd hic sunt quinq; dubia. Primũ, An vnica comestio sit ab Ecclesia statuta in ieiunijs, quia nullũ dicitur haberi ius expressum. Secundum, An vsus comestibiliũ sit per modũ medicinæ licitus tã vespertina hora, quã alijs horis. Tertiũ, An pro sustẽtatione naturæ liceat illa eadem refectione vti hora vespertina, qua ieiunantes vtuntur per modum medicinæ. Quartum, An liceat pro sustentatione naturæ vti refectione vespertina in mane, & prandere vespere absque solutione ieiunij. Quintum, An nesciens aut non cogitãs istas causas medicinæ, vel sustentationis naturæ, sed simplici corde tãquàm consuetudine communi sumens refectionẽ vespertinã, violet ieiunium.

¶ Et primi quidem dubij solutio est, quòd vnica comestio magis videtur in præcepto ieiunij præsupposita, tamquàm communiter intellecta, quàm expressa, ita quòd hoc modo est statuta ab Ecclesia, & non solùm ex consuetudine, iuxta illud literæ, Ecclesiæ moderatione statutum est, vt semel in die &c. Probatur autem quod dicimus, tùm ex eo quòd ieiunium tamquàm à patribus veteris testamenti acceptum, Ecclesia indixit. Constat autem quòd apud Iudæos semel tantum in die comedebatur, scilicet ad vesperum: tùm ex capitulo, Quadragesima, de cõsecratione, distin. 5. vbi inter dies ieiunii, & dominicos in quadragesima, differentia ponitur, dicendo, quòd dies dominici abstinentiæ subtrahuntur. Et constat quòd non in aliquo alio subtrahuntur, quàm in multiplicata comestione, quoniam in qualitate ciborum conueniunt.

¶ Secundi autem dubij solutio est, quòd licèt prisces temporibus nõ fuerit fortè licitum sumere fructus, herbas, aut bucellam panis, ne potus laderet stomachum, quia horum vsus secundùm se est manducatio, vt author dicit: hodie tamen omnia licita sunt per modum medicinæ in vespertino potu, fraude cessante: quoniam iam consueuit christianus populus vti per modum medicinæ huiusmodi, his quorũ vsus est manducatio. Defendendum tamen est consuetudini loci, scilicet vbi non consueuit sumi panis, non sumatur sine rationabili causa, puta quia fructus nocerent, aut non habentur, aut non possunt conteri dentibus.

¶ Tertij verò solutio est, quòd licet Panormita extra, de obseruatione ieiunij putauerit licitu, secũdùm tñ veritatem nõ est licitum, quia cibus directè sumitur ad sustentationẽ naturæ per viã nutrimenti, & nõ ad delectationẽ. Et propterea Ecclesia interdicens do binam comestionem, inhibet cã vt eo mestio ordinatur ad nutriendum corpus. Vult. n. ieiunãtes affligi in corpore. Et ex hoc patet solutio quarti dubij, quòd s. pro sustentatione naturæ nec vespere, nec mane licet manducare: secus autẽ, vt dictum est, pro medicina, aut necessitate. Nã si quis non posset aliter ieiunare, nisi huiusmodi refectionẽ sumendo in mane, vel uespere, rectè faceret si illã sumeret, & sic pro suis viribus ieiunium per solueret. Satisfaceret siquidem ille optime ecclesiastico pcepto. Et si in aliquo dubitaret, tutè posset hoc facere cũ superioris arbitrio, vt de alijs dubijs casibus est dictũ: nec propterea debet iste omnino prætermittere ieiuniũ, sicut qui non potest totã quadragesimã, sed ter in hebdomada ieiunare, debet sic facere.

¶ Ad quintum demũ dubium dicitur, quòd quia illa quæ ex relatione ad aliquid fiunt, ad illius naturam reducuntur, ideò refectiones quæ prætertu consuetudinis fiunt, cum consuetudo rationabilis sit, ad rationabilem vsum talis refectio reducitur: & propterea excusantur tales à peccato. Instruendi tamen sunt huiusmodi simplices de fundamento consuetudinis, scilicet quòd super modo medicinæ fundata est &c.

¶ In eodem artic. 6. in responsione ad secundum, dubium occurrit de potu, qui dicitur sumi ad alterationem corporum, & digestionem ciborum, cum medici sentiant potum tam vini, quàm aquæ post horam lædere corpus, digestionemq́ue impedire, & breuiter quasi venenum esse ieiunantibus huiusmodi potus, qui fiunt communiter cibo indigesto.

¶ Ad hoc dicitur, quòd aliud est loqui de potu, & aliud est loqui de potu post horam inchoatæ digestionis super cibo indigesto. Auctor siquidem loquitur de potu absolutè, qui proculdubio ad alterandum, & digestionem ciborum assumitur. Et quia non principaliter sumitur ad nutriendum, ideò dicitur licitum sponte ieiunii. De potu autem tam aquæ quàm vini super cibo indigesto, non est theologi, sed medici docere. Expedit tamen vt temperantiæ deseruiat huiusmodi actus, quo ad hoc, nos tamen ad temperantiam spectat, vt dicit Aristoteles, refutare ea quæ contra sanitatem corporis sunt. Vndè magna abusio est illorũ, qui cibo adhuc indigesto, vespere bibunt ieiunãtes. Et quod peius est, ne potus noceat, sumunt aliquid comestibile, vt dico cruda, cibus scilicet & potus, addantur indigesto. Propter quod multi infirmi & imbecilles rationabiliter cũ tẽpore fiunt, & alijs causis, quæ parum, aut nihil in causa sunt, attribuuntur infirmitatem eorum. Et ex hoc patet, quòd non licet ieiunantibus causa medicinæ super indigesto sumere aliquid comestibile, ne cibus noceat, sed post completam digestionem hoc licet. Et ad hoc introducta est Ecclesiæ consuetudo.

ARTICVLVS VI.

Vtrum requiratur ad ieiunium, quòd homo tantùm semel comedat.

AD SEXTVM sic pceditur. Vr quòd non requiratur ad ieiunium, quòd homo tñ semel comedat. Ieiunium enim, vt dictum est, est actus uirtutis abstinentiæ, quæ quidẽ nõ minus obseruat debitam quantitatem cibi, quàm comestionis numerum: nõ autem taxatur ieiunãtibus quantitas cibi. ergo nec numerus comestionis taxari debet.

¶ 2 Pr. Sicut homo nutrit cibo, ita & potu, vñ & pot⁹ ieiuniũ soluit, pp quod nõ possumus post potũ Eucharistiã accipere: sed non est prohibitũ quin pluries bibam diuersis horis diei. ergo ẽt nõ dẽt esse phibitũ ieiunantibus, quin pluries comedant.

¶ 3 Pr. Electuaria quidã cibi sunt, quæ tñ à multis in diebus ieiunij post comestionẽ sumuntur. ergo vnitas comestionis non est de ratione ieiunij.

SED in cõtrariũ est cõmunis consuetudo populi christiani.

RESP. Dicẽdũ, quòd ieiuniũ ab Ecclesia instituit ad cõcupiscẽtiã refrænanda, ita tñ quòd natura saluet. Ad hoc aũt sufficere vr vnica comestio, p quã hõ põt & naturæ satisfacere, & tñ concupiscẽtiæ aliquid detrahit, diminuendo comestionũ vices. Et ideò Ecclesiæ moderatione statutum est, vt semel in die à ieiunantibus comedatur.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd quãtitas cibi nõ potuit eadem oibus taxari pp diuersas corporũ cõplexiones, ex qbus cõtingit quòd vnus maiori, alter minori cibo indiget: sed vt plurimũ, oẽs possunt naturæ satisfacere per vnicã comestionem.

AD II. dicẽdũ, quòd duplex est ieiuniũ. Vnũ quidẽ naturæ, qd' reqrit ad Eucharistiæ sumptionẽ: & hoc soluit p quẽlibet potũ, ẽt aquæ, post quẽ ẽt non licet eucharistiã sumere. Est aũt aliud ieiuniũ Ecclesiæ, qd' dr ieiuniũ ieiunantis: & istud nõ soluitur nisi p ea, quæ Ecclesia interdicere intẽdit instituẽdo ieiuniũ. Nõ aũt intendit Ecclesia interdicere abstinentiã potus, qui magis sumitur ad alterationẽ corporis, & digestionẽ ciborum assumptorũ, quã ad nutritionẽ, licèt aliquo modo nutriat: & ideò licet pluries ieiunantibus bibere. Si autẽ quis immoderatè potu vtatur, potest peccare, & meritũ ieiunij perdere: sicut etiã si immoderatè cibum in vna comestione assumat.

AD III. dicendum, quòd electuaria etiã si aliquo modo nutriant, non tamen principaliter assumuntur ad nutrimentum, sed ad digestionem ciborum. Vnde non soluunt ieiuniũ, sicut nec aliarum medicinarũ assumptio, nisi fortè aliquis in fraudẽ electuaria in magna quantitate assumat per modum cibi.

SVP. Q. CXLVII. ART. VII.

IN artic. 7. dubium ex Martino in q. 3. de ieiunio occurrit cõtra opinionem authoris arguẽte, Quia homines cõiter consueuerunt comedere hora tertia, ac p hoc hora sexta debet esse hora comedendi ieiunantibus.

¶ Dubium secũdo occurrit ex opinãtibus, quòd nimia anticipatio horæ taxatæ non molat ieiunium, sed est tamẽ peccatũ veniale: quia capit. Solent de consec. distin. 5. potius loquitur de perfectione, quã de necessitate. Nec aliquod in venitur præceptũ obligatiuum ad mortale circa horam comedendi in die ieiunii.

¶ Ad euidentiam horum sciendum est, quòd quia materia ista est iuris positiui, quod si est consensu vtentiũ firmatur, ita cõtrario cõsensu deinc infirmatur & tollitur, sic quòd accidit, vt quod prius erat iustũ, nõ sit amplius de iuris necessitate & qd prius nefas erat, sit etiam postmodũ fit. Tempore igitur diui Thomæ, ut patet in litera, communiter homines comedebãt hora sexta, hoc est, in meridie: tunc enim est summus solis ascensus, & ieiunantes comedebãt hora nona, quæ consequẽter est tertia hora post meridiem, in qua nonã cõstat Chr. illum expirasse: & propterea author adinuenit rationem congruam iuri & facto. Ex eo autem quòd hodie homines communiter comedunt hora tertia, & ieiunantes hora sexta, currit ratio authoris de dilatione prandij ieiunantium proportionaliter: quia sicut se habebat hodie prandium horæ sextæ ad prandium horæ tertiæ, sic se habebat prandium horæ nonæ ad prandium horæ sextæ. Et per hoc patet responsio ad Martinum. Ad alios verò dicitur, quòd canon ille allegatus apertè testatur esse ex statuto, uel consuetudine taxatam horam saltem nonam, ad ieiunium, dato quòd cõsilij sit expectare persolutum officium vespertinum: quoniam testatur quòd anticipantes, statim ut psallebant ad nonã, ibant prandium. Sed his omissis, conuincuntur isti ex hac propositione. Communis animi cõceptio Christianorum est, quod comedens summo mane in die ieiunij, nõ ieiunat. Quę patet ex hoc, quod quilibet Christianus videns aliquem in die ieiunii summo mane comedentem, dicit: Ille non ieiunat. Verba namque sunt signa conceptuũ. Ex hoc autem quòd omnes homines cõiter iudicant non ieiunare illos, qui tam notabiliter ante consuetã horam, qua ieiunantes solent prandere, comedũt, euidenter patet, quod hora consueta comedendi pro ieiunio, quæcumque hora sit illa, est de necessitate ieiunij. Si enim non esset de necessitate, non negaretur esse ieiunium, quod tam notabiliter anticipatur. Tenetur ergo quilibet ad consuetam horam prandii in ieiunio, sicut tenetur ad ieiunium ipsum. Et hęc eadem ratio applicata ad unicam comestionẽ, probat quòd vnica comestio est de necessitate ieiunii, assumendo quòd communis animi conceptio Christianorũ est, quòd in hoc distinguuntur dies ieiunii ab alijs, quòd in illis semel tantum in die, in alijs pluries comedimus.

¶ In eodem artic. dubium occurrit, An sicut hora, ita & officiũ clericis sit taxatũ, puta, quòd teneantur ad vesperas antè prandiũ tempore quadragesimæ. Et est rõ dubij, opinio diuersa.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd sicut in ieiunio quatuor temporum non tenentur dixisse nonã antequã comedant, ita nec in quadragesima tenentur dixisse uesperas antè prandium (nisi causa tamen rationabilis aliud suadeat) deberent qui tenẽtur ad officiũ & ieiuniũ, dixisse nonam in vigiliarum quatuor tẽporum ieiuniis, & uesperas in quadragesima ante prãdium, ut in cap. Solent, de consec. dist. 1. insinuatur. Nec moueor alia ratione ad hoc, nisi qa nec scriptæ legis, nec consuetudinis præcepto ad hæc arctant.

¶ In eodem articulo in responsione ad vltimum, dubium occurrit, An egẽs dispẽsatione in una cõditione ieiunij, & propterea dispensatus, sit totaliter liber à uinculo pcepti de ieiunio. Verbi gratia, in casu qui ponitur in litera. Et est ratio dubij, quia hinc est authoritas literæ pro parte negatiua. Indè autem est, quòd dispensatus de vnica comestione, est totaliter liber à ieiunio. Vnica uero comestio est una conditio ieiunij.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd proculdubio egens dispensatione in una sola conditione ieiunij, etiam si illa conditio sit de necessitate ieiunii, & in illa sola dispensatus siuè à prælato, siuè à necessitate sit, non est propterea dispensatus, seu absolutus à ieiunio. Verbi gratia, Si quis est non potens expectare horam cõsuetam prandii, sed potest summo mane comedendo, ieiuniũ quo ad reliqua seruare: & dispensatur à prælato quacumq; hora uoluerit, non propterea est absolutus à vinculo ieiunij, sed debet, sicut potest, ieiunare. Et eadem ratione tenetur sic ieiunare, si necessitas euidens ipsum dispenset quo ad dictam conditionem. Et hoc satis ex authoritate huius literæ habetur. Et ratione firmatur: quia impotens seruare præceptum Ecclesiæ quo ad omnes eius conditiones, debet seruare illud secundùm illas, quas potest. Nõ est autem eadem ratio de unica comestione, & alijs conditionibus, quoniam ieiunium noui testamenti ex abstinentia carnium, & unica comestione constat tamquàm ex substantialibus, ita quòd unica comestio est essentialior ieiunio, utpotè à principio ieiunii inst. inta in ueteri testamento, in quo usque ad uesperam affligendum hominem ieiunio statutum

ARTICVLVS VII.

Vtrum hora nona conuenienter taxetur ad comedendum his qui ieiunant.

AD SEPTIMVM sic procedit. Videtur quòd hora nona non conuenienter taxetur ad comedendum his qui ieiunant. Status enim noui testamenti est perfectior, quàm status ueteris testamenti: sed in ueteri testãmẽtõ ieiunabant usq; ad uesperam. dicitur. n. Leuit. 23. Sabbathũ est, affligetis aĩas uestras: & postea sequit: A uespere usq; ad uesperã celebrabitis sabbatha uestra: ergo multò magis in nouo testãmẽtõ ieiuniũ debet indici vsq; ad uesperã.

¶ 2 Præt. Ieiunium ab Ecclesia institutum omnibus imponit: sed nõ oẽs possunt determinatè cognoscere horã nonam: ergo uĩ quòd taxatio horæ nonæ nõ dẽat cadere sub statuto ieiunij.

¶ 3 Præt. Ieiunium est actus uirtutis abstinentię, ut supra dictũ est: sed uirtus moralis non eodem modo accipit mediũ quo ad omnes, quia quod est multũ uni, est parum alteri, ut dicitur in 2. Ethicor. ergo non debet ieiunantibus taxari hora nona.

SED CONTRA est, qd' cõciliũ Calcedonense dicit. In quadragesima nullatenus credendi sũt ieiunare, qui antè manducauerint, quàm vespertinum celebretur officium, quod quadragesimali tempore post nonam dr. ergo usq; ad nonam est ieiunãdũ.

RESPON. Dicendũ, quòd sicut dictum est, ieiunium ordinatur ad deletionem & cohibitionẽ culpę. Vndè oportet quòd aliquid addat supra communem cõsuetudinem, ita tamen quòd per hoc nõ multum natura grauet. Est autẽ debita & cõis consuetudo comedendi hominibus circa horã sextam, tum quia iam vr esse cõpleta digestio nocturno tempore, naturali calore interius reuocato pp frigus noctis circũstãs, & diffusio humoris p membra, cooperante ad hoc calore diei vsq; ad summum solis ascẽsum: tum etiã quia tunc pręcipuè natura corporis humani indiget iuuari contra exteriorem aeris calorẽ, ne humores interi⁹ adurant. Et ideò ut ieiunans aliquã afflictionẽ sentiat pro culpę satisfactione, conueniens hora comedendi taxatur ieiunantib⁹ circa horam nonam. Conuenit ẽt ista hora mysterio passionis Chri, quæ cõpleta fuit hora nona, qñ inclinato capite tradidit spiritum. Ieiunantes. n. dum suã carnem affligunt, passioni Christi conformantur, secundùm illud ad Gal. 5. Qui autem Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cũ uitijs, & cõcupiscentijs.

AD I. ergo dicendũ, quòd status ueteris testamenti comparatur nocti: status uerò noui testamẽti, diei, secũdùm illud ad Ro. 13. Nox pręcessit, dies autẽ appropinquauit: & ideò ĩ ueteri testa-

Margin notes: *Porrecta per totũ. 712* — *4. dist. 8. q. 1. ar. 4. q. 2. ad 2. Et dist. 15. q. 3. ar. 4. q. 1. per to. & q. 2. co.* — *art. 1. & 2. huius quæst.* — *Conclusĩo* — *Porrecta per totũ. 712* — *4. dist. 15. q. 3. art. 3. q. 1.* — *Ar. præc. arg. 1.* — *Li. 2. c. 6. tom. 5.* — *Hr de cõsec. dist. 8. ca. Solent.* — *arti. 1, 3. & 5.* — *Conclu.*

mento ieiunabāt usq; ad noctē, non autē in nouo testamento.

Ad II. dicendū, ꝙ ad ieiuniū requirit hora determinata non ſm subtilem examinationē, sed ſm grossam æstimationē. Sufficit. n. quòd sit circa horam nonam: & hoc de facili quilibet cognoscere potest.

Ad III. dicendū, ꝙ modicū augmentū, vel ēt modicus defectus non multū potest nocere: Non est aūt magnū tpis spatiū, qđ est ab hora sexta, in qua cōiter hoīes comedere consueuerūt, vsq; ad horam nonā, q̄ ieiunantibus determinat: & ideò talis taxatio tēporis non multum pōt alicui nocere cuiuscūq; cōditionis existat: vel si fortè pp infirmitatē, vel ætatē, aut aliqd hmōi, hoc eis in magnū grauamen cederet, esset cum eis in ieiunio dispensandum, vel vt aliquantulū præuenirent horam.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum conuenienter ieiunantibus indicatur abstinentia à carnibus, & ouis, & lacticinijs.

AD OCTAVVM sic ꝓcedit. Vr ꝙ inconuenienter ieiunantibus indicatur abstinētia à carnibus, & ouis, & lacticinijs. Dictum est. n. supra, ꝙ ieiuniū est institutum ad cōcupiscētias carnis refrenandas: sed [b] magis concupiscētiā prouocat potus vini q̄ esus carniū ſm illud Prou. 20. Luxuriosa res est uinum. & ad Ephes. 5. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. cum ergo nō interdicatur ieiunantibus potus vini, videtur ꝙ non debeat interdici esus carnium.

¶ 2 Præt. Aliqui pisces ita delectabiliter [b] comedunt, sicut quædam animalium carnes: sed concupiscētia est appetitus delectabilis, vt* supr. habitū est. ergo in ieiunio, qđ est institutum ad cōcupiscentiam refrenandā, sicut nō interdicitur esus piscium, ita non debet interdici esus carniū.

¶ 3 Præt. In quibusdā ieiuniorū dieb* aliq ouis, & caseo vtunt. ergo pari rōne in [b] ieiunio quadragesimali talibus hō vti pōt.

Sed contra est communis fidelium consuetudo.

Respon. Dicendū, ꝙ sicut* supra dictum est, ieiunium ab Ecclesia est institutum ad reprimēdas concupiscentias carnis, quę quidē sunt delectabilium ſm tactum, quę consistunt in cibis, & venereis: & ideò illos cibos Ecclesia ieiunantibus interdixit, q in comedēdo maximè habēt delectationē, & iterū maximè hominē ad venerea prouocant. Hmōi autē sunt carnes animalium in terra nascentium, & respirantium, & quæ ex eis procedunt: sicut lacticinia ex gressilibus, & oua ex auibus. Quia. n. hmōi magis conformant humano corpori, plus delectāt, & magis cōferunt ad humani corporis nutrimentum: & sic ex eorū comestione plus superfluit, vt vertatur in materiā seminis, cuius multiplicatio est maximum incitamētū luxurię. Et ideò [m] ab his cibis pcipuè, ieiunātibus Ecclesia statuit esse abstinēdum.*

Ad I. ergo dicendū, ꝙ ad actum generationis tria concurrunt. s. calor, spiritus, & humor. Ad calorē quidem maximè cooperatur vinum, & alia calefaciētia corpus. Ad spiritus aūt vidētur cooperari īflatiua: sed ad humorē maximè cooperatur vsus carnium, ex quibus multū de alimento generatur. Alteratio autē caloris, & multiplicatio spirituum citò transit, sed substantia humoris diu manet. Et ideò magis interdicitur ieiunantib' vsus carnium, quàm vini, vel leguminum, quæ sunt inflatiua.

Ad II. dicēdū, ꝙ ecclesia ieiuniū īstituēs, intēdit ad id qđ cōius accidit. Esus aūt carniū est magis delectabilis cōiter q̄ esus pisciū, quamuis in quibusdam aliter se habeat. Et ideò Ecclesia magis ieiunantibus prohibuit esum carniū, quàm esum piscium.

Ad III. diceddu, ꝙ oua, & lacticinia ieiunantibus interdicuntur, inquantum sunt ex animalibus exorta carnes habētibus: vñ principalius interdicunt carnes q̄ oua, uel lacticinia. Similiter ēt inter alia ieiunia solēni* est quadragesimale ieiuniū, tū

rum pōt. Nullus tñ cibus vespere prohibitus erat. Patet ēt ex hoc, ꝙ Ecclesiæ consuetudo traxit horam prandij in ieiunio à nona in sextā. In vnica tñ comestione perseuerat, nisi in diebus dominicis, quibus se non abstinere fatet'. Dispēsatus ergo à prælato in euidenti necessitate de vnica comestione, ē simpliciter dispēsatus de ieiunio, & econtra: quia ablato essentiali, aufertur res. Sed dispensatus in alijs cōditionibus, nō est dispensatus à ieiunio: quoniā sine istis pōt ieiunium quo ad substantialia remanere.

SVP. Q. CXLVII. ART. VIII.

IN art. 8. eiusdē 147. q̄. dubium occurrit, An hi qui non cōprehenduntur sub pcepto Ecclesiæ de ieiunio, teneantur abstinere à cibis uetitis, puta, carnibus, ouis, & lacticinijs. Et est ratio dubij, quia in litera expressè dr, qualitatem ciborum interdictam ieiunantib'. Nō ieiunantibus ergo legitimè non est interdicta. Et confirmat: quia pueris ex cōsuetudine oua dantur in quadragesima. In oppositum autem videtur cōmunis opinio.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ quia consuetudo est optima legum interpres, & cōiter in populi Christiani obseruatione inuenitur, ꝙ dispensati ex impotētia euidenti ab abstinentia carnium sunt totaliter absoluti à pcepto ieiunij: potētes verò abstinere à carnibus, non potentes aūt abstinere ab ouis, aut à lacticinijs non absoluuntur à pcepto ieiunij. Et rursus potentes abstinere ab his omnibus, sed impotentes ad seruandā unicam comestionē, liberantur à ieiunio solum, & non abstinētia ꝓhibitorū in quadragesima: tñ in alijs ieiunijs quo ad vsum ouorū, & lacticiniorum, stat cōsuetudini loci. Ideò dicendum est, ꝙ tam ieiunātes, q̄ non ieiunantes tenent' ad abstinētiam à cibis prohibitis, consuetudine præceptū Ecclesiæ sic interpretante. Et eadem rōne paruulis pueris dant' licitè oua, vel carnes iuxta patrię consuetudinem in quadragesima.

¶ Circa ieiunium, postremò dubiū occurrit, An frāgendo ieiunium totiens quis in die eodem peccet mortaliter, quotiens eo medit, an semel tantum. Et est ratio dubij, quia violatio ieiunij in qualitate ciborum totiens est nouum peccatum, quotiens comedātur cibi vetiti. ergo pari ratione quotiēs receditur ab vna comestione, vel hora consueta notabiliter anticipatur, totiens peccatur. In oppositū aūt videtur cōis opinio tenens ꝙ nisi adsit nouus cōtēptus, semel tantū peccatur.

¶ Ad hoc dr, ꝙ licet diuersæ sint in hac quęstione opiniones, rōnabiliter distingui potest, ꝙ cū ieiuniū contineat tres negatiões, s. nō vesci carnib' &c. non comedere plus q̄ semel in die, & nō comedere antè horā cōsuetam, nō eodem modo se habēt ad ieiunium istæ negationes, sed duæ vltimæ cadunt sub præcepto ieiunij nō nisi vt partes, vel quasi partes cōstitutiuæ ieiunij. Prima aūt cadit sub pcepto absolutè, durante tñ pcepto, puta, quadragesimæ, quatuor temporū, vigiliarū. Et propterea quotiēs quis comedit carnes, aut alios ꝓhibitos cibos I die, totiēs de nouo peccat mortaliter iuxta regulam transgressionis pceptorū negatiuorū. Cadit nāque sub Ecclesiæ pręcepto, ꝙ in toto, illo die nō comedant carnes, sicut cadit sub pcepto Dei, ꝙ in toto tēpore huius vitæ non furemur. Et sicut qui cōmisit semel, uel bis furtum, nō excusatur quin tertio peccet, si tertio furetur: ita qui iam semel, & bis comedit carnes durāte tempore prohibitionis, non excusat' quin tertio peccet, si tertio comedat carnes. Nō quotiens autem quis comestiones multiplicat in die ieiunij, totiens peccat: quia nō cadit sub pręcepto Ecclesiæ nō multiplicare comestionē absolutè, sed vt requirit' ad ieiunium

Porrecta per totū. 713 4. d. 15. q. 3. art. 4. q. 2.

*ar. 6 huius quęst.

* 1. 2. qu. 30. ar. 1.

*ar. 6 huius quęst.

Conclu.

Quadragesimale ieiunium solēnius

quia obseruat ad imitationem Christi: tū ēt q a per ipsū disponimur ad redēptionis nrę mysteria deuotè celebrāda, & iō ī quolibet ieiunio interdicit esus carniū. In ieiunio aūt Quadragesimali interdicunt vniuersaliter ēt oua & lacticinia, circa quorū abstinentiā in alijs ieiunijs diuersæ cōsuetudines existunt apud diuersos, quas quisque obseruare debet secūdum morē eorū, iter quos cōuersat. Vñ * Hiero. dicit de ieiunijs loquēs. Vnaqueq; ꝓuincia abundet in suo sensu, & pcepta maiorū, leges Apłicas arbitretur.

QVAESTIO CXLVIII.

De gula, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de gula. Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrū gula sit peccatū.
¶ Scđo, Vtrū sit pctm mortale.
¶ Tertiò, Vtrum sit maximum peccatorum.
¶ Quartò, De speciebus eius.
¶ Quītò, Vtrū sit vitiū capitale.
¶ Sextò, De filiabus eius.

ARTICVLVS I.

Vtrum gula sit peccatum.

AD PRIMVM sic ꝓcedit. Vr ꝙ gula nō sit pctm. Dicit. n. Dñs Matth. 15. Qđ intrat in os, [b] nō coinquinat hoīem: sed gula est circa cibos, qui intrant in hoiem. Cum ergo omne peccatū coinquinet hominem, videtur ꝙ gula non sit peccatū.

¶ 2 Pręt. Nullus peccat in eo, qđ vitare [b] non pōt: sed gula cōsistit in immoderātia cibi, quam nō pōt hō vitare. dicit. n. Greg. 30. Moral. Quia per esum voluptas necessitati miscetur, qd necessitas petat, & qd voluptas suppetat, ignoratur. &* Augus. dicit in 10. cōfes. Quis est Dñe, qui aliquantulū extra metas necessitatis cibūm nonl umit? ergo gula non est peccatum.

¶ 3 Præt. In quolibet genere peccati [b] primus motus est peccatū: sed primus motus sumendi cibū nō est peccatū alioquin fames & sitis essent peccata. ergo gula non est peccatum.

Sed contra est, qđ * Greg. 30. Moral. dicit, ꝙ ad conflictū spūalis agonis nō assurgit, si nō prius intra nosmetipsos hostis positus, gulę videlicet appetitus, edomatur: sed interior hostis hominis est peccatum. ergo gula est peccatum.

Resp. Dicendū, ꝙ gula non nominat quēlibet appetitū edēdi, & bibendi, sed inordinatum. Dr aute appetitus inordinatus ex eo, ꝙ recedit ab ordine rōnis, in quo bonū virtutis moralis consistit. Ex hoc autem dr aliquid esse peccatū, ꝙ virtuti cōtrariatur: vndè manifestum est, quòd [m] gula est peccatum.*

Ad primvm ergo dicendū ꝙ id qđ intrat in hoiem per modum cibi ſm suā substantiā & naturā, non coinquinat hoiem spiritualiter: sed Iudæi, contra quos Dñs loquit, & Manichæi opinabantur ꝙ aliqui cibi immundos facerent non propter propriam naturam. Inordinata aūt ciborū concupiscentia spiritualiter hoiem coinquinat.

Ad II. dicendū, ꝙ sicut dictū est, * uitiū gulæ nō consistit in substātia cibi, sed in cōcupiscētia nō regulata rōne: & iō si aliquis excedat in quantitate cibi non pp cōcupiscentiā cibi, sed æstimans id sibi necessariū esse, non pertinet hoc ad gulam, sed ad aliquā imperitiam. Sed hoc solū pertinet ad gulam, ꝙ aliquis propter concupiscentiam cibi delectabilis scienter excedat mensuram in edendo.

Ad III. dicendū, ꝙ duplex est appetitus. Vnus quidē naturalis, qui pertinet ad uires aīæ uegetabilis, & in quibus non potest esse uirtus & uitium, eo ꝙ non possunt subijci rationi: undè & uis appetitiua diuiditur contra retentiuam, digestiuam, & expulsiuam, & ad talem appetitū pertinet esuries, & sitis. Est aūt & alius appetitus sensitiuus, in cuius concupiscentia uitiū gulæ consistit. Vndè primus motus gulę importat inordinationē in appetitu sensitiuo, qui non est sine peccato.

ARTICVLVS II.

Vtrum gula sit peccatum mortale.

AD SECVNDVM si proceditur. Videtur quòd gula non sit peccatum mortale. Omne enim peccatum mortale [b] contrariatur alicui pręcepto decalogi, quod de gula non uidetur. ergo gula non est peccatum mortale.

¶ 2 Præ. Omne pctm mortale cōtrariat charitati, ut ex* supradictis patet: sed gula nō opponit cha-

nium. Ex quo aūt negatio comestionis nō pōt amplius pro illo die esse cōditio ieiunij, q a iā ieiuniū solutū est, sequitur ꝙ nō cadat sub pcepto ieiunij. Nō fit ergo exceptio in materia hac à regula pcepti negatiui, sed declaratur sub qua rōne hmōi negationes cadūt sub præcepto, s. vt sunt cōditiones ieiunij. Et quia prima solutio ieiunij facit has conditiones non posse pro illo die inducere conditionē ieiunij, ideò nō cadūt amplius sub pcepto ieiunij. Nō sic autem esse patet de negatione esus carniū, & prohibitorū, q a absolutè, & nō solū vt cōditio ieiunij cadit sub præcepto illius tpis. Vñ & diebus dñicis quadragesimæ viget pręceptū illud. Et per hoc patet communis opinionis veritas, & cē.

SV. Q. CXXXXVIII. ARTIC. I.

Nic. de Nyse Tra. 3. p. 3. pa. 2. q. 6.

IN art. 1. qō. 148. in rñsione ad secundum, dubiū occurrit, An excedere mēsurā in comedēdo non pp cōcupiscentiā, sed pp imperitiā, sit vitiosū, & cuius vitii opus sit. Et est rō dubii, q a huiusmodi imperitia vr artī, nō prudētiæ contraria: & p hoc nullius moralis vitii aūt vr talis excessus. In oppositū aūt est, q a peccatū ex ignorātia ad eandē speciē ieiunii spectat, ad quā spectaret si fieret scienter. Homicidiū. n. accidēs ex ignorātia trāseuntis h. s. ad homicidii speciem reducitur. Et ebrietas ex ignorātia potētiæ vini, ad ebrietatis speciē spectat. Excessus ergo in comedendo ex imperitia, ad gulā quæ circa excessum in comedendo uersatur, spectat, cuius contrarium in litera dicitur.

¶ Ad hoc dr, ꝙ excessus in edendo ex imperitia cōtingit dupliciter. Quāq. n. contingit ex imperitia culpabili, s. eius qd scire dēt, puta, si infirmus potentiæ custodire à nociuis, quia est diues &c. nō curat scire quid sibi noceat, & sic ex imperitia errat in comedendo: & sic excedere in qualitate, aut quātitate &c. non ex concupiscentia sed ex imperitia est peccatū gulæ non formaliter, sed materialiter. Qñq; aūt contingit ex imperitia inculpabili, puta, quia homo sanus comedit cōsueta, & credit non esse sibi nimis qđ comedit, aut nō esse nociuum: & sic hmōi excessus non est peccatū, & propterea nullius vitii actus est. Cū igitur in litera dr, ꝙ hoc solum pertinet ad gulam, ꝙ aliquis pp concupiscentiam cibi delectabilis scienter excedat mensurā in edēdo de gula formaliter intellige. Nā, vt dictū est, gula materialiter aliter esse potest: sicut & detractio materialiter est, quæ absq; detrahendi intentione ex loquacitate fit. Et p hoc patet solutio obiectorum. Nā & prima ratio concludit verum de imperitia inculpabili. Secunda quoque concludit verum de actu, qui fit ex imperitia seu ignorantia culpabili. Spectant enim hi actus saltem materialiter, & reductiue, ad species, quarū essent, si scienter fuissent volliti.

SV. Q. CXXXXVIII. ARTIC. II.

Nic. de Nyse Tra. 3. p. 3. pa. 2. q. 6.

IN articulo secundo quæstionis eiusdem, dubium occurrit ex Martino in quæstio.

*In epist. ad Lucinū, quæ incipit, Nec opinanti mihi, circa finē, to. 1.

Porrecta per totum. 714 Mal. q. 14. ar. 1. & ar. 2. & 3. co.

*Lib. 30. c. 28. ante medium.

*Lib. 10. c. 31. non multū a fine, to. 1.

De primis motibus.

*Li. 30. c. 16. parū a Princip.

Conclusio

*In corp. art.

Porrecta per totum. 715 Inf. q. 154 ar. 2. ad 6. Et mal. q. 14. art. 2. Et Ro. 13. lec. 3. Et Gal. 5. le. 4

* q. 132. art. 3.

Universidad de Deusto Biblioteca

quæstione de gula, eiusdē tractatus circa determinationē peccati mortalis gulæ. Inquit n. ista opinio, iudicio meo, nō sufficiēter ondit gulā esse pētm mortale. Arguitq; octo argumētis, q gula non est pētm mortale: qa directè auertit a fine vltimo, & pcepti diuini. Quia vel hoc intelligit de præcepto diuino de actu ipsius gulæ: & hoc nō quia secūdū eūdē doctorē in qōne ad primū, nullū est tale pceptū. Aut intelligit de pcepto diuino, qd est de alijs actib. puta, furto, adulterio, &c. Et tunc gula non esset alio mō peccatū mortale, q dare eleemosynam, orare, vel studere, qa. s. ista nō sunt secundū se mortalia. Si quis tamen ita esset affectus horā alicui, ut esset paratus facere contra præcepta Dei, propter hæc essent peccata mortalia. Alia autem argumēta omitto, qa iuxta hunc secundum sensum præcisè procedunt, q alienus est a mente, & uerbis doctoris, vt patebit. Duo tamen non sunt prætermittenda, quę militant aduersus illud verbum, Contra præcepta Dei. Primum est, Gula, qua quis frangit ieiunium quadragesimæ, est peccatū gulæ mortale: & tamen non contra præceptum Dei, sed Ecclesiæ. nō ergo gula ex hoc diffinienda est peccatum mortale, quia s. est contra præcepta Dei. Secundum est, Gula, qua quis vescitur ob delectationem carnibus humanis, est peccatum mortale: quia est bestialitas, & gula contra naturam, sicut sodomia luxuria contra naturam, & tamen non est contra præceptum diuinū, quia nullum diuinum præceptum de hoc sit. ergo.

†Serm. 4. in die animarū, ante med. to mo 10.

*li. 30. ca. 26. circa medium.

ritati, neque quantum ad dilectionem Dei, neque quantum ad dilectionē proximi, ergo gula non est peccatum mortale.

¶3 Præt. † Aug. dicit in sermone de purgatorio. Quotiens aliqs in cibo, aut potu plus accipit q necesse est, ad minuta peccata pertinere nouerit: sed hoc ptinet ad gulam. ergo gula computatur inter minuta, idest, inter uenialia peccata.

Sed contra est, q * Greg. dicit in 30. Moral. Domināte gulæ uitio oē quod hoies fortiter egerūt, pdūt, & dū uenter nō restringit, simul cunctæ uirtutes obruuntur: sed uirtus nō tollitur nisi per pētm mortale. ergo gula est peccatum mortale.

Respon. Dicēdū, q sicut dictū est,* uitiū gulæ pprie cōsistit i cōcupiscētia inordinata. Ordo aūt rōnis cōcupiscētiam ordinātis dupr tolli pōt. Vno mō, quātū ad ea q sunt ad finē, put s. nō sunt ita cōmēsurata, ut sint proportionata fini. Alio mō quātū ad ipsum finē, put s. cōcupiscentia hoiem auertit a fine debito. Si ergo inordinatio cōcupiscētię accipiat in gula sm auersionē a fine ultimo, sic gula erit pētm mortale. Quod quidē cōtingit, qñ delectationi gulæ inhæret hō taquam fini, pp quē Deū cōtēnit, paratus s. cōtra pcepta Dei agere, ut delectatiōes hmōi assequat. Si uerò in uitio gulę intelligat inordinatio cōcupiscentiæ tm sm ea quæ sunt ad finem vt pote qa nimis cōcupiscit delectationes ciborum, non tū ita, q pp hoc faceret aliquid cōtra legem Dei, est pētm ueniale.

*Ar. 1 huius quæs.

Concl. m

Conclu. p

Ad primum ergo dicendū, q vitiū gulæ hēt q sit pētm mortale, inquātū auertit a fine ultimo: & sm hoc per quandam reductionem opponitur pcepto de sanctificatione sabbathi, in quo pcipit qes in fine ultimo. Nō.n. omnia pctā mortalia directè cōtrariantur pceptis decalogi, sed solum illa q iniustitiā cōtinēt: qa pcepta decalogi spāliter pertinent ad iustitiā, & partes eius, ut * supra habitū ē.

*q. 122. ar. 1.

Ad II. dicendū, q inquantū auertit à fine ultimo, contrariatur gula dilectioni Dei, qui est super omnia sicut finis ultimus diligendus: & secundum hoc solum, gula est peccatū mortale.

Ad III dicendū, q illud uerbum Aug. intelligitur de gula, inquantum importat inordinationem concupiscentiæ solum circa ea quæ sunt ad finem.

Ad IIII dicēdū, q gula dicit virtutes auferre non tam pp se, quàm etiam propter uitia, q ex ea oriuntur. Dicit.n. Greg.* in Pastorali. Dum uenter in ingluuiem tenditur, uirtutes animę per luxuriam destruuntur.

*Parte 3. 20.

Articvlvs III.

Vtrum gula sit maximum peccatorū.

Ad tertium sic pcedit. Vi q gula sit maximum peccatorum. Magnitudo.n. peccati ex magnitudine pœnę consideratur: sed pētm gulę est grauissimè punitū. dicit enim Chrys. *Adā incontinentia uentris expulit à paradiso. Diluuiū quod fuit tēpore Noe ipsa fecit, &

Porrecta per totum. 716

*Hom. 13 in Matt. nō remote a prin. tom. 2.

¶Ad horum euidentiam scito, quod uerba literæ possunt dupliciter accipi. Primò confusè, quasi author voluerit ex multis circumlocutionē declarare, quando gula est peccatum mortale ex auersione a fine, ex contemptu Dei, & præparatione ad faciēdum contra præcepta Dei. Et hic sensus satis rudis est, & alienus ab authoris excellentia, & doctrina. Secundò, distinctè, & formaliter, ita quòd iuxta distinctionem, quæ fit communis de ablatione ordinis rationis, scilicet tollendo finem, uel ea quæ sunt ad finē, subsumptum est in particulari de gula, q quando tollit finem vltimum tunc est mortale, & quòd tunc tollit finē vltimum, quando quis delectationi gulæ inhæret ut fini vltimo. Sicut etiam inanis gloria tunc est mortalis, quando qs humanæ gloriæ inhæret vt vltimo fini. Et hanc eandem, quoad vitium, sententiam habes ex Aristo. in 7. Ethic. dicente de intēperato, quòd a cupiditate adeò ducitur, vt illam cæteris omnibus anteponat. Et hic sensus est uerus manifestè, & expressus, non impliciè positus in litera, cum dicitur. Quod quidē tunc contingit, quando delectationi gulæ inhæret homo tanquam fini, propter quem Deum contemnit, hoc est, tanquam fini vltimo. Et idem replicatur in responsione ad secundum. Sic enim contemnitur Deus, qui est ex sua natura finis ultimus: quoniam dignitas ultimi finis attribuitur tali delectationi, & fit gulosi Deus iuxta illud, Quorum Deus uenter est. Subiuncta aūt verba in litera de præparatione ad agendum contra præcepta Dei pp huiusmodi delectationes, ad duo apposita sunt. Primò, ad explicandum effectum diffinitæ gulæ. Effectus siquidē dictæ gulæ est, q homo est paratus transgredi præcepta Dei propter illam: quoniam delectatio illa amatur ut ultimus finis, ac per hoc præceptis Dei anteponitur, & sic facit hominē transgressorem aliorum præceptorum propter illam assequēdam. Secundo, ad declarandum a posteriori, quando delectatio gulę affectatur ut ultimus finis. Quia enim hoc sæpe latere uidet, sicut de appetitu gloriæ, pecuniæ, & similium: ideò expediens fuit docere, unde possemus cognoscere, quādo homo ponit in delectatione gulæ, & similium finem ultimum, quādo scilicet propter illam adipiscendam paratus est trāsgredi pcepta Dei, puta, quia est paratus luxuriari, aut furari, aut aliquid eiusmodi perpetrare. Ex quibus patet, q argumenta Martini, quę subiuncta verba literæ de præparatione ad agendum cōtra præcepta Dei, supponūt posita esse ad definiēdū pētm mortale in gula, in uanū laborāt, qa falsum supponit, q pētm mortale i gula cōstituitur prius ex hoc, q delectatio gulæ appetit in finis vltimus. Et ex hoc appetitu efficit alius appetitus agendi contra præcepta Dei. Et cum Martinus dicit, q secundū authorē nullū est diuinū præceptū de ordinato appetitu gulæ, falsum dicit, nec author hoc dicit: sed dicit, q nullum pceptū decalogi ē directè de hoc. Cōstat aūt, q aliud est loqui de pceptis diuinis, & aliud de præceptis decalogi sicut aliud est loqui de colore, & aliud de albedine. Nō n. oīa præcepta diuina sunt pcepta decalogi, sed econtra. In diuina autem scriptura pluribus gula. Attēdite ne grauētur corda uestra crapula. Luc. 21. & ab Apostolo, Non in comessationib. ad Ro. 13. & ad Gal. 5. expressè dē de comessationibus, q q talia agūt, regnum Dei non cōsequentur. Et benē nota, q non dicimus vehementiorē appetitum delectationis esse peccatum mortale, quasi excessus gradualis concupiscentiæ faciat peccatum mortale: sed dicimus q appetitus delectationis talis ut ultimi finis, est peccatum mortale. Multum.n. hęc differunt: quoniam magis, uel minus appetere se tenent ex parte appetentis, & sunt gradus appetitionis: sed appeti ut finem ultimum, tenet se ex parte appetibilis, & est ratio rei appetitæ. Amatur enim sub ratione finis ultimi: & ideò quantumcunque remissè, deliberatè tamen, quis appetat delectationem cibi ut finem ultimum, peccat mortaliter. Et quantumcunque intensè quis appetit hmōi delectationem, citra tamen ultimum finem, non peccat mortaliter. Vñ si q furatur propter delectationem gulæ, duplici deformitate mortali peccat, sicut cum quis furatur ut mœchetur: & non una tātum, sicut cum quis furatur, ut det eleemosynam. Et ratio diuersitatis est, quia ibi sunt duo mala, alterum oppositum abstinentiæ, alterum oppositum iustitiæ, s. delectatio gulæ ut finis, & furtum. Hic autem est unum tantum malum, s. oppositum iustitiæ, furtum. Dare namque eleemosynam non est malum.

¶Sed occurrit hic non post habēda quæstio speculatiua, Quare dare eleemosynam non est malum alterum a furto in casu pposito, cum ex hoc ipso, quòd est finis furti, sequatur quòd dare eleemosynam appetatur ut finis ultimus: quia pper ipsam homo contemnit Deum in præceptis suis, furtum committendo. Videtur enim quòd etiam hic sint duę deformitates, altera opposita charitati, dum ultimus finis ponitur in dare eleemosynam: & altera opposita iustitiæ, dum furtum committitur propter dandam eleemosynam.

¶Sed ad hoc dicitur, quòd dupliciter contingit amari aliquid ut ultimum finem. Primo modo, ita quòd illud in seipso ametur ut ultimus finis: sicut cum quis fornicatur, amat delectationem illam pro tūc in seipsa ut finem ultimum. Et simile est in alijs peccatis mortalibus ex suo genere. Alio modo ita, q illud non secundum se, sed ut rō alterius operis amatur ut ultimus finis. ita quòd ametur ut ultimus finis. Sicut cū quis non ponit finē suum in dando eleemosynā, sed dare eleemosynam ordinat in Deum, cum hoc tamen ex nimio affectu dandi eleemosynā, furatur ut det eleemosynam. Et qū primus modus infert secundum, & non econtra, quoniam quod absolutè amat ut finis ultimus, amatur etiam ut finis ultimus tanq rō alterū, sed non econtra, ut patet in exemplo dato: ideò cum quis furatur ut det eleemosynam, una tantum deformitate peccati, scilicet furti, peccat. Non enim talis præponit dare eleemosynā absolutè Deo, sed ut est ratio furti. Sicut ecōtra, si quis daret eleemosynam ut furtum committeret, unica quoq; deformitate fœdaretur: quoniam dare eleemosynam hoc solo, quòd ordinatur ad furtum, deformitate furti fœdatur. Et hinc prouenit, q mulieres amantes propriam uitam, aut sustentationem &c. nō ut finē ultimū absolutè, sed solum ut rōnem fornicandi, quia s. ne occidantur, aut ut habeant unde uiuant, fornicantur, non nisi una specie peccati fœdātur, s. fornicationis. Et ex istis causis honestis & licitis in se, peccata commissa alleuiationem quandā hñt. Ostenditur siquidē ex hoc, q animus non per se ad uitia tēdit, sed sub rōne boni honesti, aut liciti. Habes quoq; ex hac distinctione, q si quis ex ueniali secundum se affectu delectationis gulæ, aut gloriæ furatur, unā tū mortalē deformitatem incurrit, s. furti. Finis autē talis delectationis, licet in aliā trāsferat ultī speciem, puta, gulæ, aut inanis gloriæ, quia tū nō aggrauat in infinitum, non apponit aliam mortalem deformitatem.

¶Ad primum Martini contra illud, scilicet. Pręcepta Dei &c. dicitur, quòd præcepta Dei in proposito comprehēdunt omnia iusta præcepta, quæ à Deo mediatè sunt, iuxta illud. Qui vos spernit, me spernit. Et rursus: Omnis potestas à Deo est, ad Rom. 13.

¶Ad secundum verò dicitur, q bestialitas, qua quidem uescitur carnibus humanis, est contra præcepta iuris naturalis. Sicut enim naturaliter sola fœmina humana est habilis ad coitum hominis, ita naturaliter sola uegetabilia, & animalia irrationabilia sunt materia habilis ad nutriendum hominem. Vnde Deus primo dedit Adæ uegetabilia: deinde Noe dedit animalia. Contra naturæ ergo ordinem est, quòd uescatur q's humanis carnibus: sed quia ex hoc non habetur q sit peccatum mortale, quoniam dicere mendacium est contra ius naturale, & non tamē est de genere suo mortale: & comedere carbones, aut calcem sine læsione ex mala complexione, non est mortalis gula, quāmuis bestialis: sicut ambulare manibus & pedibus, ad bestialitatis uitium spectat, & tamen non est mortale: ideò cautus esto, & non admittas consequentiam. Est peccatum bestialitatis, ergo mortale. Ad hoc enim quòd sit mortale, exigitur quòd sit cōtra charitatem Dei, sui ipsius, aut proximi. Propter hoc enim mendaciū nō est ex suo genere mortale, & similiter ambulare manibus, & huiusmodi. Ad argumentum ergo dicitur, quòd quia præcepta iuris naturalis sunt præcepta Dei, ideo peccans gula contra naturam, peccat contra præceptum iuris naturalis, & diuini. Mortaliter autem tunc solum per se loquendo in bestialitatis gula peccat, quando cibus est contra bonum sui, aut proximi. Et ex hac parte repugnat carni humanæ esse cibum hominis: quoniam cibus humanus potest iure priuari uita sua, ut sumatur in cibum. Licitè enim mortificamus uegetabilia, & occidimus animalia in usum nostri cibi. Homo autem non potest occidi, ut sit nutrimentum nostrum: & propterea talis bestialitas est peccatum mortalissimum, per se loquendo. An autem per accidens quandoque liceat, puta, quia homines sunt iam occisi in bello, & nō subest cibus alius, alterius rationis est: & necessitas excusare uidetur ex quo nocumentum proximi non est, & inhumanitatem urgens necessitas apud se, & alios operit.

¶In responsione ad primum eiusdem artic. 2. dubium occurrit ex Martino ibidem dicente. Non placet mihi quod dicit S. Thom. concupiscentiam gulæ mortalem esse cōtra præceptum sanctificationis sabbathi, qua præcipitur quies in fine ultimo: quoniam tunc omne peccatum mortale esset contra sanctificationem sabbathi, quia quolibet peccato mortali auertitur secundum Thom. quis à fine ultimo.

¶Ad hoc dicitur, quòd author non dicit peccatum gulæ esse contra præceptum sabbathi absolutè, sed cum duabus modificationibus, altera est cōtra illud q quandā reductionem: altera contra illud spiritualiter intellectum. Et hoc denotauit in illo uerbo. In quo præcipitur quies in fine ultimo. Et sic peccatum gulæ nec directè, nec ad literam contrariari dicitur præcepto de sanctificatione sabbathi, sed reductiuè, & mysticè, qd patet uerum esse. Et cum dicitur, Quia sic omne peccatū mortale esset contra hoc præceptum, respondetur q omne peccatum mortale esse sic cōtra hoc præceptū, nō inconuenit: quoniam sic acceptum est præceptum generale imponens, cessationē ab omni peccato, & quietem mētis in Deo vltimo omnium fine, ut superius in q. 122. ar. 4. ad primum patet. Specialiter tñ appropriat hoc peccato gulę pper duas gulæ conditiones, scilicet quia est peccatū mentem deprimens, & submittens delectationibus communibus nobis, & brutis, & cum hoc nullo præcepto decalogi directē prohibetur: quæ duæ conditiones simul in nullo alio uitio apparent. Nam luxuria etsi similiter deprimat, & submittat, tamen habet duo pcepta quibus contrariatur, scilicet, Non Mœchaberis: & Non concupisces uxorem proximi tui. Superbia caret prima conditione &c. Merito ergo huiusmodi peccata reducuntur ad huiusmodi præceptum mysticè ab authore.

SVPER QV. CXLVIII. ART. III.

In ar. 3. eiusdem quæst. dubium ex Martino in quæstione de gula sub hoc eodem titulo occurrit. Nā contra hoc, scilicet, grauitas peccatorum principaliter attenditur secundum materiam, in qua peccatur &c. arguit. Primò, quia si sic, nullū peccatum nisi circa res diuinas esset maximum. Secūdò, quia esset simpliciter deterius, & grauius non colere Deum in die dominico, quàm homicidium, aut adulterium.

¶Ad primum horum dicitur, quòd quia maximum dicitur dupliciter, scilicet simpliciter, uel in genere, conceditur quòd solum peccatum in diuina est maximum simpliciter. Aliquod autem aliud potest dici maximum in genere, ut uitium contra naturam in genere luxuriæ, est maximum.

¶Ad secundum uerò dr, q quia peccata contra præcepta primæ tabulæ sunt ex suo genere grauiora peccatis contra secundam tabulam: ideò cōceditur, q uiolatio cultus diuini est grauius simpliciter quàm homicidiū, quāmuis hoc sit magis nocumentum: sicut etiam periurium iocosum est grauius homicidio.

¶In eodem ar. 3. nota, q aliud est loqui de peccante, & aliud tali peccanti, ut patet: & quod author dicit, quòd peccatum gulæ ex parte peccantis alleuiatur, & non dicit, q ex parte talis, uel talis peccantis alleuiatur. Vnde probat quod dicit ex communibus omni peccanti in gula, scilicet ex necessitate cibi, & difficultate discernēdi. Et ex hoc habes unde soluas obiecta ex parte talis, uel talis peccantis in gula in casu &c. Non. n. sunt contra præsentem doctrinam formaliter intellectam.

¶In eodem ar. 3. eiusdem 148. q. in responsione ad tertium, dubium occurrit circa hoc, quòd nocumentum corporis ex gula per accidens se habet ad gulam, & nō directè pertinet ad gulæ grauitatem. Et est ratio dubij, quia opposita conditionibus requisitis ad uirtutem aliquam, spectant directè ad uitiū oppositum illi uirtuti: sed cōmensuratio cibi ad sanitatem, & bonam habitudinem spectat ad temperantiam, ut patet in præd. & sic prædictis. ergo incommensuratio cibi ad sanitatem ex gulæ delectatione spectat ad gulam per se, & non per accidens.

Universidad de Deusto Biblioteca

nam Sodomorũ, ſm illud Ezec. 16. Hæc fuit iniquitas sororis tuæ Sodomæ, saturitas panis & uini. ergo peccatum gulæ est maximum peccatorum.

¶ 2 Præ. [h] Causa in quolibet genere est potior: sed gula uĩ esse causa aliorũ peccatorũ, quia super illud Psal. 135. Qui percussit Aegyptũ cũ primogenitis eorũ, dicit * glo. Luxuria concupiscentia, superbia, sunt ea quæ uenter generat. ergo gula est grauissimum peccatorum.

¶ 3 Præt. Post Deũ hõ dẽt seipsum maximè diligere, ut supra habitũ est: sed p uitiũ gulæ hõ infert sibi ipsi nocumẽtũ. dr. n. Eccl. 37. Propter crapulã multi obierunt. [h] ergo gula est maximũ peccatorũ, ad minus præter peccata quæ sunt cõtra Deum.

Sed contra est, q; uitia carnalia, inter quę cõputatur gula ſm * Greg. sũt minoris culpæ.

Respon. dicẽdũ, q; grauitas alicuius peccati põt tripliciter cõsiderari. Primò quidẽ & principaliter ſm materiã, i qua peccatur. Et ſm hoc peccata, quæ sũt circa res diuinas, sunt maxima: undé [m] ſm hoc uitiũ gulæ non est maximũ. [n] Est. n. circa ea quæ ad sustentationẽ corporis spectant. Secũdò aũt ex parte peccãtis. Et [p] ſm hoc peccatũ gulæ magis alleuiatur q̃ aggrauetur. tũ pp necessitaté assumptionis ciborũ, tũ etiã pp difficultaté discernẽdi, & moderãdi id qd in talibus conuenit. Tertiò uerò modo ex parte effectus cõsequentis. Et [s] ſm hoc uitiũ gulæ habet quandam magnitudinem, inquantum ex ea occasionãtur diuersa peccata.*

Ad primvm ergo dicendũ, q; illæ pœnæ referũtur magis ad uitia quæ sunt consecuta ex gula, uel ad gulæ radicẽ, q̃ ad ipsam gulã. Nã primus homo expulsus est de paradiso pp superbiã, ex qua processit ad actũ gulæ. Diluuiũ autem, & pœna Sodomorum sunt inducta propter peccata luxuriæ præcedentia ex gula occasionata.

Ad II. dicendũ, q; rõ illa procedit ex parte peccatorũ q̃ ex gula oriunt. Nõ aũt oportet q; causa sit potior, nisi in causis p se. Gula aũt nõ est causa illorũ uitiorum per se, sed quasi per accidens, & per occasionem.

Ad III. dicendũ, q; gulosus nõ itẽdit suo corpori nocumẽtũ inferre, sed in cibo delectari. Si aũt nocumentũ corporis sequatur, hoc est p accidẽs: unde hoc nõ directè ptinet ad grauitaté gulæ, cuius culpa tñ aggrauatur, si quis corporale detrimentũ incurrat propter immoderatam cibi assumptionem.

* Est glo. Cassiod. i hoc loco.
* Lib. 33. Moral. c. 11. parũ añ med. ad fend.
Conclu. m — Conclus. p — Conclu. s

ARTICVLVS IIII.

Vtrum conuenienter species gulæ distinguantur secundum has quinq; cõditiones præpropere, lautè, nimis, ardenter, studiosè.

Ad qvartvm sic procedit. Vr q; inconuenienter species gulæ distinguãtur à Greg. qui 30. Moral.* dicit. Quinque modis nos gulæ uitium tentat. Aliquãdo nãq; indigentiæ tempora præuenit, aliquando lautiores cibos quærit, aliquando quæ sumenda sunt, præparari accuratius appetit, aliquando in ipsa quantitate sumẽdi, mensuram refectionis excedit, aliquando ipso æstu immensi desiderij aliquis peccat. Et continentur in hoc uersu.

Porrecta per totum. 717 1. 2 q. 72. ar. 9. cor. & ad 3. Et 4. dist. 15. q. 3. ar. 4. & lib. 30. c. 27. i prin.

¶ Ad hoc dicitur, q; quia necessitas humanæ uitæ, sanitatis, & huiusmodi non est finis téperantiæ, vt in quæstione de téperantia artic. 6. ad primũ patet, sed rerum quibus téperantia vtitur: ideò modificatio in ordine ad sanitatem, & ad facultates, & huiusmodi, non per se & proximè spectat ad temperantiam, sed mediantibus alijs virtutibus, uel quasi uirtutibus. Pro quãto nãque liberalitas sumptuũ deseruit téperantiæ, téperatus modum in ordine ad facultates seruat. Et pro quanto naturalis amor sui ordinatus cooperatur téperantiæ, téperatus modificat cibos in ordine ad sanitaté. Nec aliud intédit Arist. in 3. Ethic. Et propterea dicitur, quòd huiusmodi cõditiones nec virtutis abstinentiæ per se, & proximè, nec earum oppositi uitij gulæ sic sunt: sed virtus abstinẽtiæ p se cõsistit in moderatione delectabilis cibi secundũ q; oportet &c. ad bonũ rõnis & gula in immoderatã delectatione eiusdé. Et q; si propter huiusmodi delectationé facultates excedas, iniquam id prodigalitate vnũ facit. Et q; si sibiipsi nocat, mediãte insalubria cõtra seipsum (si sic loqui licet) facit, & sic de alijs. Et per hæc patet rñsio ad Martinũ vbi supra arguentẽ hãc authoris rñsionem: q; penés nocumentũ corporis sumitur primũ genus gulæ, & q; prius peccat ille gulosus ex nocumento qd sibi infert, q̃ ex delectatione quã intédit. Cõcesso nãq; hoc secũdo, nõ sequitur. ergo plus peccat peccato per se gulæ ex nocumẽto: sed sequitur, q; plus peccat ex peccato quod oritur ex gula, quàm ex ipsa gula: quia maius peccatum est odium sui ipsius quàm gula. Prima autem obiectio falsum supponit, vt in sequenti articulo patebit magis.

SV. Q. CXXXXVIII. ART. IIII.

IN artic. 4. eiusdem 148. q. dubia multa ex Martino in eodem tractatu in quæst. 1. de gula occurrunt. Primum est circa sufficientiam quinque specierum gulæ assignatarum in litera. Arguit siquidem directè contra tripliciter. Primò, quia utens cibo prohibito, puta, carnibus in die Veneris, peccat peccato gulæ, & tamen secundùm nullam istarum specierum. ergo. Minor probatur inductiuè. Secundo, Comedens plures quàm debet, puta, in die ieiunij, uel quàm honestum sit, peccat peccato gulæ: & tñ nulla dictarũ specierũ. ergo. Minor pbatur inductiuè. Tertio, Sumens cibũ contrariũ bonæ dispositioni animi, vel corporis, peccat peccato gulæ; & tñ nulla dictarũ specierũ. ergo. Minor patet inductiuè. Deindé firmat suam opinionem, & arguit, Quartò, Gula diuiditur in tria genera, s. in cõcupiscentiam cibi contra bonam habitudinem corporis uel animæ: & concupiscentiam cibi contra honestatem, puta, quia contra præceptũ, uel rationis iudicium propter consuetudinem, locum, uel tempus: & in concupiscẽtiam cibi supra substantiam, uel statum, & sub his continentur multò plures species, quàm istæ quinque. ergo. Et assumptum probatur ex 3. Ethic. ubi Aristoteles hæc tria ponit.

¶ Dubium deinde est circa rationem sufficientiæ istarum quinque specierum assignatam in litera, scilicet quia inordinata concupiscentia potest attendi aut penés ipsum cibum, aut penés eius sumptionem &c. Arguit siquidem Martinus ibidem contra sex dicta authoris in hac litera. Primum est ipsa distinctio, cum dicitur, quòd inordinatio concupiscentiæ attenditur aut penés cibum, aut penés sumptionem cibi. Contra inquit, diuisioné admitto quamuis secundùm rigorem sit non omnino [illegible] gulæ proueniat ex parte sumptionis, quia quantumcunque cibus est & magnus, uel delicatus, si non sumeretur, non esset gulæ uitium ratione cibi causatum.

¶ Secũdum est, quòd una species attenditur penés cibũ quantum ad substantiam, seu speciem cibi: & sic quærit cibos lautos, hoc est, pretiosos. Contra. Hoc membrum, scilicet quantum ad substantiam, est diuisibile, & tamẽ tamquam indiuisibile ponitur. ergo. Antecedés probatur: quia quo ad substantiam dupliciter contingit, uel quia pretiosi sunt cibi, uel quia insoliti. Et hoc uel uniuersaliter, ut carnes humanæ, uel pro tempore, ut carnes i Quadragesima.

¶ Tertium est, quòd una species gulæ attenditur penés qualitatem cibi, dum concupiscuntur cibi accuratè præparati, quod importat ly, studiosè. Contra. Hoc membrum, scilicet quantum ad qualitatem, est diuisibile. probatur, uel quia qualitas est nociua, uel quia nimis accuratè procuratur ut insit cibo qualitas delectans.

¶ Quartum est, q; inordinatio ex parte sumptionis contingit dupliciter, scilicet ex parte temporis, uel modi.

¶ Quintum est, quòd ex parte modi exponitur, ardenter. Contra. Hæc, inquit, diuisio non est sufficiens: quia non solùm illis duobus modis fit inordinata sumptio, & quia secundùm membrum,

Præproperè, lautè, nimis, ardenter studiosè.

Prædicta enim diuersificantur secundùm diuersas circunstantias: sed [h] circunstantiæ cũ sint accidentia actuum, non diuersificant speciem. ergo secundùm prædicta non diuersificantur species gulæ.

¶ 2 Præt. Sicut tẽpus est quædã circunstantia, ita [h] & locus. Si ergo secũdùm tempus una species gulæ accipitur, uidetur q; pari ratione secundum locum, & alias circunstantias.

¶ 3 Præt. Sicut tẽperantia obseruat debitas circũstantias, ita ẽt & aliæ uirtutes morales: sed in vitijs, q̃ opponunt alijs uirtutibus moralibus, nõ distinguunt species ſm diuersas circunstantias. [h] ergo nec in gula.

Sed contra est uerbũ Gregor. inductum.*

Resp. Dicendum, q; sicut dictum est,* gula importat inordinatam concupiscentiam edẽdi. In esu autem duo considerantur, scilicet ipse cibus, qui comeditur, & eius comestio. Potest ergo inordinatio concupiscentiæ attendi dupliciter. Vno quidem modo, quantum ad ipsum cibum qui sumitur:

* Lib. 30. Moral. c. 27.
* Ar. 1 huius quæst.

brum, s. ex parte modi, est diuisibile, probat quadrupliciter. Primo, Quia sumptio inordinata est interdũ, quia frequẽtior est q̃ oportet: ut si quis sine cã decies in die reficiatur. Secũdò interdũ, quia fit cũ est prohibita, ut si q's in die ieiunij bis reficeretur. Tertiò interdũ, quia loco prohibito, ut in Ecclesia. Quartò interdũ, quia pp finem malum, puta, luxuriæ.

¶ Sextũ est, q; una species ex parte sumptionis attendi secundũ tps, qd importat ly præpropere. Cõtra, hoc ẽt mẽbrum est diuisibile. Nã præuẽtio tẽporis interdũ est p comparationé ad exigentiam naturæ, ut cum sup indigẽtia comeditur. Interdum per comparationem ad præceptum, uel laudabilem consuetudinem, ut si quis in die ieiunij notabiliter p̃ueniret horam prandij aut celebraturus, prius comederet: aut antequàm diuinum officium dixisset. Et q; hæc, & prædicta sint diuersarum specierum patet ex hoc, q̃ sunt diuersorum generum. Nam prima præuentio pertinet ad primum genus, s. contra bonum animæ, uel corporis. Secunda ad secundum, s. contra honestatem. Et sic facile est in supradictis aspicere distinctionem genericam iuxta tria genera gulæ supradicta, ex Arist. 3. Eth. quem, inquit Martinus, sequor, & discrepare uidetur a tot doctoribus sacris.

¶ Dubium tertio principaliter est circa doctrinã literæ in hoc, quod dr, species s. gulæ accipi secundùm differentiam motiuorũ. Repetitur siquidem hoc pluries in litera respondendo ad argumenta. Contra, inquit Martinus ibidem. Primò, quia eadẽ cibi concupiscentia fit ut ego in hac die ieiunij excedã in quantitate nimis comedendo, & tñ in numero contra Ecclesiæ præceptum bis comedendo. ergo diuersæ species habent idem motiuum. Secundò, quia eadem similiter concupiscẽtia fit ut ego voraciter, & tñ excessiuè comedas. ergo diuersæ species habẽt idem motiuum. Tertiò, quia tps & locus non se habent ut motiua. Nullus. n. potest rationabiliter dicere, q; præuentio tẽporis se habet ut motiuum respectu cibi sumendi. Quartò, quia inordinata concupiscentia est, quæ mouet ad metas modi, tẽporis, quantitatis &c. transgrediendum, & non econtra: ex quibus patet & q; fundamentum dictæ opinionis distinguẽtis species gulæ penés motiua est omnino nullum, & quòd non est eidem opinioni consonum, cum in multis speciebus enumeratis ab illa opinione idem motiuum repetatur, ut patuit.

¶ Ad primi dubij argumenta contra specierum gulæ sufficientiam, ordinatè respondendo dicitur ad primum, q; comedens carnes feria sexta peccat in prima specie gulæ, in qua attendit quid sumitur. Nec obstat q; lautior, aut pretiosior interdum sit piscis, q̃ caro: quoniam constat q; secundùm se melior cibus est caro, & q; in prima specie consideratur substantia cibi. Et exponitur ab authore per pretiositatem, quia pretium est mensura rerum: & ex mensura intendit nobilitatem mensurati s. cibi describere.

¶ Ad secundum dicitur, quòd comedens pluries q̃ debet, peccat in quarta specie gulæ, in qua attenditur præuentio temporis: quoniam si prima uice, v.g. pransus est in die ieiunij hora debita, cum secunda uice comedit, præuenit tempus comedendi, quia vsque in diem sequentem comedendi non est tempus.

¶ Ad tertium dicitur, q; mens cibo nocẽte corpori, uel animo, non peccat peccato gulæ secundùm se, sed ut est ratio alterius vitij, quo s. quis sibiipsi est nequam. Species autem gulæ assignatæ sunt de peccatis gulæ secundùm se. Iam enim ex dictis ab authore patet, q; huiusmodi nocumenta per accidens se habent ad peccatum gulæ.

¶ Ad quartum dicitur, q; in 3. Ethi Arist. dicit quidem temperatum non exire terminos sanitatis, honestatis, & facultatum, & benè quia temperatus contra nullam debet agere virtutem: & non dicit, q; secundùm hæc tria attendantur genera, aut species intemperantiæ. Ex dictis autem authoris manifestè apparet, q; nocumentum animæ & corporis est per accidens ad gulam, ac per hoc excluditur primum genus: & similiter tertiũ, quod in nocumento facultatum consistit eadẽ rõne. Secundũ aũt tanq̃ connumeratũ his q̃ sunt p accidẽs, manifestat se non positũ in unũ triũ generum. Et secundũ ueritaté spectat ad vitium contrariũ illi honestati, v.g. si q's indebité comedat in Ecclesia, inhonestas hæc spectat ad sacrilegij uitiũ, & sic de alijs.

¶ Ad secũdi dubij argumenta cõtra rõné sufficientiæ, rñdẽdo ordinaté, dr ad obiectioné contra primũ dictum, s. ipsam diuisionem, q; diuisio est optima, & formalis sermone artificiosa. Nã cũ gula sit circa cõcupiscentiam delectationis in cibo, & cibus non héat rõné cibi, nisi i ordine ad esum, nõ distinguit cibus a comestione tanquàm sint diuersæ materiæ gulæ, sed tanq̃ duo requisita, & cõcurrẽtia ad materiã gulæ. Oportet enim concurrere cibum & actũ, quo q's vtitur cibo quem constat esse non uidere, aut audire, vendere, aut emere, sed comedere: & neutrum ab altero separabile est. Et constat q; aliquæ conditiones spectãt ad cibum, vt substantia, quantitas, & qualitas cibi: & aliquæ ad ipsum actũ utendi illo, ut tempus, & modus. Falsum est ergo formaliter loquendo, q; omnis inordinatio sit ex parte actus utendi, licèt simul sit cum ipso actu in potentia, uel in actu. Et ad probationem, Si non sumeretur, non esset gula uitium, dicitur q; gulæ uitium est etiam si nunquàm sumatur cibus inordinaté appetitus. Loquendo autem de sumere in potentia, dicitur q; probatio nihil ualet: quia posse sumi est de ratione cibi, & a conditionali negatiua unius inseparabilis non sequitur cathegorica positiua rationis. uerbi gratia. Licèt illa sit uera, Si non est risibilis, non est homo. non tamen ualet, ergo ratio hominis sumitur ex risibilitate. Ita non ualet. Si cibus non posset sumi, non causaretur uitium gulæ. ergo causare uitium gulæ conuenit cibo ratione sumptionis. Sicut non ualet, ergo esse cibum conuenit sibi ratione sumptionis. Sumitur enim quia est cibus, & non quia sumatur, ideo est cibus.

¶ Ad obiecta contra secundum dictum, s. de una specie gulæ secundùm substantiam cibi, dicitur q; illud membrum esse diuisibile contingit dupliciter. Vno modo, in esse morali formaliter secundùm per se differentias gulæ: & sic negatur. Alio mõ, secundũ differentias per accidens: & sic conceditur, sed nõ est contra doctrinam authoris: quoniam species debẽt per se differentijs formalibus illius generis constitui, & non differẽtijs per accidens. Et per hanc regulam respondetur ad obiecta contra indiuisibilitatem tam huius, q̃ aliarum specierum. Vnde cũ contra istam speciem affertur, Quia substantia cibi diuiditur in pretiosam, & insuetam, dicitur quòd distinctio ista est per accidens ad substantiam cibi. Accidit enim delectabili cibo, q; sit prohibitus lege, uel consuetudine. Vnde quicunque cibus secundùm seipsum inordinaté appetitur infra humanos limites, siue hoc sit ex nobilitate cibi, siue ex prohibitione, ut carnes sunt in ieiunijs prohibitæ, ad eandem speciem gulæ spectant. Ciborum uerò appetitus extra humanos limites, ut carbonũ, calcis, carnium humanarum, & similium, ad bestialitatem spectant, quæ sub his speciebus non continetur, quoniam gula ut est humanum uitium, distincta est.

¶ Ad obiecta contra tertium dictum, s. de unitate speciei gulæ quantum ad qualitatem cibi, dicitur negando huiuscemodi membri diuisibilitatem formalem, & per se, ut dictum est. Et cum dicitur, quia diuiditur per qualitatem præparatam, uel nociuam, iam patet responsio, quòd esse nociuum accidit cibo ut obiectum est gulæ, quia accidit cibo, ut est delectabilis. Est. n. præter gulosi intentionem, ut author dixit.

¶ Ad obiecta contra quartum & quintum dictum respõdetur negando utrunque assumptum. s. & quòd ex parte sumptionis sint plures differentiæ formales per se in genere gulæ, & q; secũdũ mẽbrũ, s. ex parte modi, sit diuisibile formaliter &c.

¶ Et ad primam probationem s. quia sumptio inordinata est quandoque, quia frequentior est quàm oportet, respondetur q; huiusmodi deordinatio comprehenditur sub specie quarta,

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

Obiect. præuentionis tpis. Nā dū repetitur comestio inordinatè, reputatur, quia tps congruū comestioni nō expectatur. Et p idem uidetur ad secūdā de multiplicata comestione in die ieiunij. Nā ips siquidem debitum comedit q uiolat ieiunium bis comedendo: q̃n usque in diem crastinum differēda esset comestio, ut prædictū est.

F Obiectū.n. appetibile constat esse prius appetitione, & mouere appetitum, immò esse primum motorem, utpote mouentem non motum, ut patet in 3. de anima. Vndè patet fundamentū authoris esse solidum, peripateticum, & consonū nō solū sibi, sed sacris doctoribus, quos quia summè ueneratus est author, iō intellectum oium quodammō sortitus est. Scriptum est.n. q declaratio diuinorū sermonū illuminat, & intellectū dat paruulis. Danobus ergo operam declarationi diuinorum sermonū per pphetas, apostolos, doctoresq; sacros, lumen datur & itellectus, utpote paruulis in oculis suis, & seipsos submittēdo bus illorū doctrinæ.

¶Ad tertiū aūt obiectionē loco, & quartā de fine, dī, q huiusmodi sordinationes ad aliorū uitiorū spēs spectant, nec cōstituunt spēs gulæ. Si quis.n. pp adulterandū comedit, non gulæ, sed adulterij macula se polluit. Et similiter si qs in Ecclesiæ cōtemptū in illa comedit, non gulæ, sed sacrilegij crimen incurrit. Deformitates siquidē istæ qa p accidens se habent ad gulā, non sufficiunt ad intrinsecas gulæ species causandas.

¶ Ad obiecta contra sextū dictū. s. de vnitate spēi gulæ ex pūtione tpis, rndeō negando, q species illa sit diuisibilis formaliter &c. ut prius dictū est. Et ad phationē, quia præuentio potest esse uel in ordine ad exigēņā naturæ, uel ad phibitionem &c. rndetur, q oēs allatæ differentiæ per accidēs se habēt ad gulam, aut nullam faciunt formalē differentiam. Nam præuentio tēporis contra præceptum naturæ, uel contra pceptum Ecclesię, eiusdem est rationis. Vitia.n. non distinguuntur penès præcepta a quibus auertunt, sed penès obiecta ad quæ tēdunt. Idem autem est obiectum. Tēporis præuentio in cibo a quocū que sit prohibita, & simile est in alijs uitijs. Incestus enim siue a natura, siue ab Ecclesia inhibitus, eiusdem est speciei. Si qs autem celebraturus comedit, sacrilegij crimen committit contra sacramentorum reuerentiam debitam agēs. Quod autem subiungitur, quòd hæc ideò distinguuntur specie, quia distinguuntur genere, iuxta tria genera gulæ ab ipso Martino assignata, eadem facilitate negatur, qua dicitur. Nam ut patet ex dictis, ex his quæ sunt per accidens, conficta sunt sub gula genera illa. Quo fit ut arguens, & doctorum theologorum cōem doctrinam deserat, & Aristotelem non sequatur, ut putauit.

¶ Ad obiecta in tertio dubio de specificantibus peccata gulæ. s. q sunt obiecta motiua appetitus, respondendo dicitur. Ad primum, quòd falsum assumitur, q eadem secundùm speciē concupiscentia cibi fiat, ut unus semel, alter pluries in die ieiunij comedat. Et similiter negatur assumptum in secundo. Vtrunque siquidem petit principium: quoniam concupiscentiæ distinguuntur specie sicut delectationes. Alterius autem delectationis est delectabile in quantitate cibi à delectabili sumptione ante tempus, & a delectabili uoracitate &c. cum hæc moueāt ad inordinatam concupiscentiam sui.

¶ Ad tertium, cum dicitur quòd nullus potest rōnabiliter dicere, q tempus se habeat ut motiuum appetitus in cibo sumendo, negatur assumptum: quoniam nec tempus excludīta motiuis appetitus, ut experimur in nobis, dum quia talis hora est, mouemur ad tale opus: nec tempus applicatum ad sumptionē cibi minus mouet nos, q applicatum ad agriculturam mouet ad illam. Ad quartum dicitur, quòd quia finis est prior in intētione, & posterior in executione, & obiectum appetitus hēt rationem finis: ideò delectabile in substantia, qualitate, & quantitate, præuentione, uel uoracitate cibi primo mouet appetitum ad sui concupiscentiam inordinatam, & cōcupiscētia inordinata mouet ad adipiscendum tale delectabile sumēdo cibū illum sic, talem, prius, uel sic. Vndè uerum dicit arguens in hoc, q concupiscentia inordinata mouet ad gulę peccatum in actu exterioris executionis: sed falsum dicit in hoc, quòd delectabile non prius moueat ad inordinatam concupiscentiam.

Et sic quantum ad substantiā, uel spēm sibi ērit aliqs cibos lautos, i. pretiosos. Quantū ad qualitatē quærit cibos nimis accuratè præparatos, i. studiosè. Quantum ad quantitatē, excedit nimis in edendo. Alio uerò mō attenditur inordinatio concupiscētiæ quātū ad ipsam sūptionē cibi, uel qa pueniat debitum tps comedēdi, qđ est præpropere, uel qa non seruat modum debitum in edendo, quod est ardenter. Isido *uerò comprehēdit primum & secūdum sub uno, dicens, q m gulosus excedit in cibo ſm quid, quantum, quomodo, & quando.[n]

*Elicitur ex li. 2. de summo bono, ca. 21. nō pcul a fine, & c. 42. *Concl. m*

AD PRIMVM ergo dicendum, q corruptio diuersarū circumstantiarū facit diuersas spēs gulæ pp diuersa motiua, ex qbus moralium spēs diuersificantur. In eo enim qui quærit lautos cibos, excitatur cōcupiscētia ex ipsa specie cibi. In eo uerò q præoccupat tempus deordinatur concupiscentia propter impatientiam moræ, & idem patet in alijs.

AD II. dicendum, q in loco, & in alijs circunstantijs nō inuenitur aliud differēs motiuū pertinens ad usum cibi, quod faciat aliam speciem gulæ.

AD III. dicēdū, q in qbuscū que alijs uitijs diuersæ circunstantiæ habēt diuersa motiua, oportet accipi diuersas spēs uitiorū secundū diuersas circunstantias: sed hoc non contingit in omnibus, ut dictum est. †

†Ad 2. ar. & 1. 2. q. 72. ar. 9.

ARTICVLVS V.

Vtrum gula sit uitium capitale.

Porrecta per totum. 718 Mal. q. 8 art. 1. cor. eo. 3. & ad 9. & q. 13. art. 3. cor. & q. 14. art. 4.

AD QVINTVM sic procedit. Videtur quòd gula non sit uitium capitale. Vitia.n. capitalia dicunt, ex quibus alia oriuntur ſm rōnem causæ finalis: sed cibus[h] circa quem est gula, nō habet rationem finis, nō enim propter se quæritur, sed ppter corporis nutritionem. ergo gula non est uitium capitale.

¶2 Præt. Vitiū capitale aliquam principalitatē hēre vr in rōne pčti: sed hoc nō cōpetit gulæ, qa vr esse ſm suum genus minimū peccatorum, utpotè plus appropinquans ad id, quod est secundum naturam. ergo gula non uidetur esse uitiū capitale.

¶3 Præt. Pčtm cōtingit ex hoc, q aliquis recedit a bono honesto pp aliquid utile psenti uitæ, vel delectabile sensui: sed circa bona q̃ hēnt rōnē utilis, ponit unū tm uitiū capitale, s. auaritia. ergo[b] & circa delectationes vr esse ponendum unum tantū uitiū capitale: ponit aūt luxuria, q̃ est maius uitiū q̃ gula, & circa maiores delectationes. ergo gula non est uitiū capitale.

SED CONTRA est, quòd Gregor. 31. Moral. * computat gulam inter uitia capitalia.

* Li. 31. c. 31.

RESP. Dicēdū, q sicut supra dictū est, * uitium capitale dr, ex quo alia uitia oriuntur ſm rōnē[d] causæ finalis, inquatū. s. hēt finē multū appetibilē. Vñ ex eius appetitu homines puocant multipliciter ad peccandū. Ex hoc aūt aliquis finis reddit multū appetibilis, q habet aliquā de cōditionibus fęlicitatis, q̃ est naturaliter appetibilis. Pertinet aūt ad rōnem fęlicitatis delectatio, vt patet in 1. & 10. Eth.* & iō m vitiū gulæ, qđ ē circa delectationes tactus, quæ sūt pcipuæ inter alias, cōuenienter ponit inter uitia capitalia*.

*1. 2. q. 84 ar. 4. D. 302. *Li. 1. c. 8. & lib. 10. ca. 3. & sequētibus. *Concl. m*

AD PRIMVM ergo dicendū, q ipse cibus ordinat quidem ad aliquid sicut ad finem: sed quia ille finis, s. cōseruatio uitæ, est maximè appetibilis, q̃ sine cibo cōseruari nō pōt, inde ēt est q ipse cibus est maximè appetibilis: & ad hoc ferè tot* labor humanæ uitæ ordinatur, ſm illud Eccl. 6. Oīs labor hominis i ore eius*. Et tñ magis gula vr esse circa delectationes cibi, q̃ circa cibos. Propter quod, vt Augu. dicit in libro de uera religione. *Quibus uilis corporis salus est, malūt uesci, in quo scilicet delectatio est, quam saturari: cum omnis finis illius uoluptatis sit non sitire atque esurire.

*C. 53. circa princ. tom. 1.

AD II. dicēdū, q finis in peccato accipitur ex parte cōuersionis, sed grauitas pčti accipitur ex parte auersionis: & iō nō oportet uitium capitale, qđ habet finē maximè appetibilem, habere magnam grauitatem.

AD III dicendum, q delectabile est appetibile ſm se: & iō ſm eius diuersitatē ponuntur duo uitia capitalia, s. gula, & luxuria. Vtile aūt ex se non habet rōnem appetibilis, sed ſm q ad aliud ordinatur. Et iō in omnibus utilib* uidetur esse una rō appetibilitatis: & propter hoc circa huiusmodi non ponitur nisi unum uitium capitale.

ARTICVLVS VI.

Vtrum conuenienter assignentur gulæ quinque filiæ, scilicet, inepta lætitia, scurrilitas, immunditia, multiloquium, & hebetudo mentis circa intelligentiam.

Porrecta per totum. 719 Mal. q. 14. art. 4.

AD SEXTVM sic procedit. Vr q inconuenienter assignētur gulæ quinquæ filiæ, s. inepta lætitia, scurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo mentis circa intelligentiam. Inepta[h] enim lætitia cōsequitur omne peccatum, secundum illud Prou. 2. Qui lætant cū male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Siṁr ēt[h] hebetudo mentis inuenitur in omni peccato, secundum illud Proue. 14. Errant qui operantur malum. ergo inconuenienter ponuntur filiæ gulæ.

¶2 Præt. Immūditia, q̃ maximè consequitur gulā, vr ad uomitū ptinere, ſm illud Isa. 28. Oēs mensæ repletæ sunt uomitu sordium: sed hoc non vr esse pčtm, sed pœna pčti, vel ēt aliquid utile sub consilio cadens, ſm illud Eccles. 31. Si coactus fueris in edendo multum, surge e medio, & vome, & refrigerabit te. ergo h nō debet poni inter filias gulæ.

¶3 Præt. Isidorus ponit scurrilitatem filiam luxuriæ. Non h ergo debet poni inter filias gulæ.

SED CONTRA est, quòd Grego. 31. Moral. * has filias gulæ assignat.

*Lib. 31. c. 31.

RESP. Dicēdū, q sicut dictum est, gula propriè consistit circa immoderatam delectationem, quæ est in cibis & potib*: & iō m illa uitia inter filias gulę cōputantur, q̃ ex immoderata delectatione cibi & potus cōsequitur: q̃ quidem possunt accipi uel ex parte aię, uel ex parte corporis[n]. Ex parte aūt aię quadrupliciter. Primò q dem, quantum ad rōnē, cuius acies hebetaṫ ex immoderatione cibi & potus. Et quātū ad hoc ponitur filia gulę hebetudo sensus circa intelligentiam, pp fumositates ciborum perturbantes caput, sicut ecōtrario ab-

Ar. 2. & 3. *Conclu. m*

SVP. QV. CXLVIII. ART. V. ET VI.

IN ar. 5. & 6. eiusdē q. 148. dubium ex Martino ubi sup. in q. An gula sit uitium capitale, occurrit, impugnāte quòd uitiū capitale dicit ex quo natura sunt multa oriri uitia secūdùm rationem causæ finalis. Probat autē hoc specialiter de quinq; gulæ filiabus, quæ in 6. articu. tractantur, uolens quòd non oriuntur ex gula secūdùm rationem causæ finalis: quia nemo appetit actus istorum quinque propter actum gulæ, neque delectationem in istis propter delectationē gulæ: quoniam nullus appetit hebetudinem mentis, ut delectetur in cibis & potibus.

¶Ad hoc dicitur dupliciter. Primò, q secundùm doctrinā authoris, licet sit uerum, q uitium capitale sit, ex quo secundum rōnem finis multa oriuntur uitia, non tñ hēab ipso hæc ppositio cum dictione exclusiua, hoc est, q solùm sic oriantur ex illo alia uitia, immo superius in quæstione de auaritia ar. vl. dicit, ex quo oriuntur alia uitia, & præcipuè secundum rationē causæ finalis. Vbi patet non excludi alios modos causandi alia a uitio capitali. Secundò dī, q illæ quinque filiæ gulæ assignatæ a Gregorio oriuntur ex gula secundùm rationem causæ finalis. Et cum contra arguitur, quia nemo appetit ista pp gulā, rndetur, q appetere aliquid pp finem non contingit uno mō, ut arguens assumit, sed plurib. Aliquid.n. appetitur pp finem, ut medium ad consequendum finem, sicut appetitur equus ad quietiùs, uel celerius peragendum iter. Et hoc modo ista quinque non appetuntur propter gulam ut finem. Et hoc solū probat arguens. Aliquid autem appetitur propter finem, ut acceptatum ex finis appetitu, dummodo intentum finē consequatur: sicut appetitur damnum exilij a uindicante se, sciens q ex uindicta incurret exilium. Ex nimia namque affectione ad finem, puta, uindictam acceptat incurrere exilium. Et hunc modum arguens prætermisit & tamen hoc modo omnes dictæ filiæ gulæ ex gula oriuntur secundum rationem fin. s. Est.n. gulosus tam affectus delectationi cibi & potus, q non curat, dūmodo illam expleat, incurrere damna ineptæ lætitiæ, scurrilitatis, immunditiæ, multiloquij, & mentis hebetudinis. Et licèt hoc non sit, ista uitia secundum se oriri ex gula ut fine, sed est habere ipsa uitia ex gula ut fine: quoniam actus istorum uitiorum non ordinantur secundum se ad finem gulæ, sed incurrere dicta uitia procedit ex fine gulæ, ut declaratum est, sufficit tamen ad horum filiationem respectu gulæ ut finis, huiusmodi dependentia finalis. Quòd.n. non ita directè requiratur ad filiationem uitiorum causalitas finalis illorum secundùm seipsa, ex quæstio. 35. superius de filiabus accidiæ, in art. ult. insinuatur, quamuis, ut in prima responsione dictum est, nō oporteat semper causalitatem finalem in filiatione uitiorum saluari. Stant ergo solida fundamenta authoris.

¶In responsione ad primum dicti 5. ar. specialiter aduerte duas radices, ex quibus trahit gula, q sit uitium capitale, alteram ex cibo, q est uitæ cōseruatiuus. Est enim hoc ualdè appetibile, & pp hoc multū ualide & sunt, & iusti tenentur. Alterā ex delectatione in cibo & potu, quæ sapiēter disinonē sel citans, quæ est summè appetibilis. Nam dum homo in delectabili moratur, felix quodammodo est. Vnde & homines qui semper uersantur circa delectabilia, fęlices putaremus, nisi mala annexa, & consequentia consideremus.

¶ In sexto specialiter at dubium de scurrilitate occurrit, quantum pctm sit. Et est ratio dubij, quia cū gestus, q̃ verba inhonesta vnt ex suo genere peccata mortalia, licet ex imperfectione actus, puta, quia leuiter, & sine mala intentione, & nūs grauia dicuntur, uideantur qnq; uenialia.

¶Ad hoc dī, q tū gestus, q̃ verba inhonesta dupliciter exerceri possunt. Primò, in ordine ad aliqd peccatum mortale, operis, uel delectationis. Exemplum primi. Si qs diceret uerba inhonesta, ut prouocaret ad fornicationē, aut ad uindictā. Exēplum secūdi. Si quis diceret uerba inhonesta ut delectaret, uel qa delectat maledicta, aut fornicatio, de qua est sermo. Et sic proculdubio huiōi peccata uerborū, uel gestuum sunt peccata mortalia. Alio modo, quia delectāt, uel ut delectent ipsi inhonesti gestus, ipsa inhonesta locutio, & sic hilariter trāseunt, uel transeant. Et hoc propriè vr ad scurrilitatē & turpitudinē pertinere, de quibus Apos. loquit ad Eph. 5. Et sic non sunt peccata mortalia, sed uenialia ualdè periculosa. Scriptum est.n. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Vnde Apostolus pcipit nec nominari hæc inter Christianos. Et q nō sint peccata mortalia suadetur rōne, & authoritate. Nam hmōi peccata non sunt contra bonum proximi, sed ad delectationē directe ordinantur. Constat quoque non esse contra bonum diuinum, aut propriū illius qui hæc committit, nec quantū ad bonū aiæ, aut corporis, aut exteriorum. Apostolus quoq; ibidē, ut glossa notauit, & bene, prohibet multa uitia dū dicit, Fornicatio, & oīs immūditia, & auaritia, nec nominetur in uobis: nec turpitudo, uel stultiloquiū, aut scurrilitas, q ad rem non pertinet. Et deinde subiungens pœnam criminum esse exclusionem ab hæreditate regni Dei, non resumit nisi tria prima uitia dicens, Intelligentes, q oīs fornicator, aut immundus, aut auarus, non hēt hæreditatem &c. ex hoc insinuans, quòd alia tria nō excludūt ex suo genere à regno Dei. Qđ etiā de scurrilitate insinuauerat, dum dixerat, Quę ad rem non pertinet, declarans p hoc deformitatē eius consistere in uanitate, & tamquàm quid uanum, seu inutile, esse ueniale.

Respon. 2.

stinentia confert ad sapientiæ perceptionem ſm F illud Eccl. 2. Cogitaui in corde meo abſtrahere à vino carnem meam, ut animum meum transferrē ad ſapientiā. Secundò, quantum ad appetitū, qui multipliciter deordinatur per immoderantiā cibi & potus, quaſi ſopito gubernaculo rōnis. Et quantum ad hoc ponitur inepta lætitia: quia oēs aliæ inordinatæ paſſiones ad lætitiā, & triſtitiā ordinā-
Lib. 2. c. 5. tom. 5. tur, vt dr̄ in 2. Eth. & hoc eſt, quod dr̄ 2. Eſdræ 3. ꝙ vinum omnē mentē conuertit in ſecuritatē, & in iucūditatē. Tertiò, quantū ad inordinatum verbum: & ſic ponitur multiloquium, quia vt Gre. di-
* Parte 3. cap. 10. in prin. cit in Paſtoral.* Niſi gulæ deditos immoderata lo G quacitas raperet, diues ille, qui epulatus quotidie ſplēdidè dr̄, in lingua grauius non arderet. Quartò, quātū ad inordinatū actum: & ſic ponitur ſcurrilitas, ideſt, iocularitas quædā proueniens ex defectu rōnis, q̄ ſicut nō pōt cohibere verba, ita nō pōt cohibere exteriores geſtus. Vñ ad Eph. 5. ſup illud, Aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, dicit glo. ꝙ à ſtultis ſcurrilitas dr̄, ideſt, iocularitas, q̄ riſum mouere ſolet. Quāmuis poſſit vtrumq; horum referri ad uerba, in quibus contingit peccare, uel ratione ſuperfluitatis, quod ptinet ad multiloquiū: vel rōne inhoneſtatis, qđ pertinet ad ſcurrilitatē. H Ex parte aūt corporis ponit immūditia, quæ pōt attendi ſiue ſm inordinatam emiſſionē quarumcunq; ſuperfluitatū, uel ſpecialiter quantum ad emiſſionem ſeminis. Vñ ſuper illud ad Eph. 5. Fornicatio aūt, & oīs immunditia &c. dicit glo. ideſt, incōtinentia pertinens ad libidinē quocunq; mō.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ lætitia, quæ eſt de actu peccati, vel ſine, conſequitur omne peccatū, maximè quod procedit ex habitu: ſed lætitia uaga incompoſita, quæ hic dicitur inepta, præcipuè oritur ex immoderata ſumptione cibi, vel potus. Similiter etiam dicendum, ꝙ hebetudo ſenſus quā I tum ad eligibilia, communiter inuenitur in omni
In corp. art. peccato: ſed hebetudo ſenſus circa ſpeculabilia, maximè procedit ex gula, ratione iam dicta.

Ad II dicēdum, ꝙ licet vtilis ſit vomitus poſt ſuperfluam comeſtionem, tamen uitioſum eſt, ꝙ aliquis huic neceſſitati ſe ſubdat per immoderantiam cibi, vel potus. Poteſt tamen abſque culpa, vomitus procurari ex conſilio medicinæ in remedium alicuius languoris.

Ad III dicēdum, ꝙ ſcurrilitas procedit quidē ex actu gulæ, non aūt ex actu luxuriæ, ſed ex eius voluntate: & iō ad vtrumq; vitium pōt pertinere. K

QVAESTIO CXLIX.

De ſobrietate, in quatuor articulos diuiſa.

Deinde cōſiderandum eſt de ſobrietate, & uitio oppoſito, ſcilicet ebrietate.

Et circa ſobrietatem quęrun tur quatuor.

¶ Primò, Quæ ſit materia ſobrietatis.

¶ Scđo, Vtrum ſit ſpālis uirtus.

¶ Tertiò, Vtrum vſus vini ſit licitus.

¶ Quartò, Quibus pręcipuè cōpetat ſobrietas.

Articvlvs I.

Vtrum materia ſobrietatis ſit potus.

Ad primvm ſic proceditur. Videtur quòd materia ſobrietatis non ſit potus. Dr̄. n. ad Roman. 12. Non plus ſapere q̄ oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatē. ergo ſobrietas eſt G circa ſapientiam, & non ſolum circa potum.

¶ 2 Præt. Sap. 8. dicitur de Dei ſapientia, ꝙ ſobrietatē, & prudētiam docet, iuſtitiam, & uirtutem, ubi ſobrietatem ponit ꝓ tēperantia: ſed temperantia nō ſolum eſt circa potus, ſed ēt circa cibos, & uenerea. ergo ſobrietas nō eſt ſolū circa potus.

¶ 3 Præt. Nomē ſobrietatis à H menſura ſumptum eſſe vr̄: ſed in omnibus, q̄ ad nos pertinent, debemus mēſurā ſeruare, ut dicitur ad Titum 2. Sobriè, & iuſtè, & piè viuamus in hoc ſæculo, vbi dicit gloſ.* Sobriè in nobis. & 1. ad Timo. 2. dicitur, Mulieres in habitu ornato, cū verecundia & ſobrietate ornātes ſe, & ſic vr̄ ſobrietas eſſe non ſolū in interioribus, ſed etiā in his quæ pertinēt ad exteriorē habitum. nō ergo propria ma- I teria ſobrietatis eſt potus.

* Glo. interlinearis ibid.

Sed contra eſt, quod dicit Eccleſ. 31. Aequa uita hominis, vinum in ſobrietate potatum.

Resp. dicendum, ꝙ virtutes, q̄ ab aliqua generali conditione virtutis nominantur, illā materiā ſibi ſpecialiter uendicant, in qua difficillimū, & optimū ē cōditionē eius obſeruare: ſicut fortitudo, pericula mortis: & tēperātia delectationes tactus. K Nomē aūt ſobrietatis ſumit à menſura. Dr̄ enim aliquis ſobrius, quaſi bria, ideſt, mēſurā ſeruans: & iō illā materiā ſpecialiter ſibi ſobrietas aſcribit, in qua maximè laudabile eſt mēſuram ſeruare. Hmōi autē eſt potus inebriare valens, quia eius vſus menſuratus multū confert, & modicus exceſſus multū lædit, quia impedit vſum rōnis magis etiam q̄ exceſſus cibi. Vñ Eccl. 31. Sanitas eſt animæ & corporis ſobrius potus. Vinū multum potatum irritationem, & iram, & ruinas multas facit. Et ideo ſpecialiter Conclu. m

SVP. QV. CXLIX. ARTIC. I.

In artic. q. 149. dubium ex Martino in eodem tractatu in quæſtione de ſobrietate occurrit. Arguit ſiquidem cōtra corpus huius articuli multipliciter. Primò, q̄ bria non eſt nomen menſuræ abſolutæ, ſed mēſuræ uinariæ, vt Donatus dicit ſuper Terentium, ac per hoc ſobrietas non ꝓ appropriationē, ſed proprietatē, importat menſuram potus vini. Secundò, quia non eſt uerū uniuerſaliter ꝙ uirtutes q̄ ab aliqua generali cōditione uirtutis nominantur, illam materiā ſibi ſpecialiter vendicāt, in qua difficillimū & optimū eſt conditionē illam obſeruare. Sequeretur. n. primò, ꝙ temperantia ſibi uinum, aut concubitum pro materia uendicaret. Sequeretur ſecundò, ꝙ iuſtitia uendicaret ſibi aliquā ſpecialem materiam: & idē ſequeretur tertiò de prudentia. Tertiò, q̄a ad hmōi appropriationem non ſufficit, ꝙ optimū & difficillimū ſit ī tali materia, ſed requiritur loquētiū vſus. Quamuis ergo bria ſignificaret menſuram, non tñ ſufficientem propter hoc cauſam huius appropriationis S. Thomas tetigit.

Porrecta per totum. 720 Sup. q. 143 cor. prin.

¶ Ad primum horū dicitur, quòd argumentū de uocabulis ad grammaticos ſpectat, qui diſcordes uidentur, dum alij briā menſurā uinariā, ut arguens affert Donatū: alij uas uinariū, ut Seruius ſuper Virgiliū: alij menſuram, ut in Catholicon habes. Vnde commendandum eſt authoris ingenium, qui tertiā ſignificationem ſecutus, rationem reddit quare ſobrietas habeat potū pro materia: nam multò facilius fuiſſet hoc dicere, ſequendo primas ſignificationes.

¶ Ad ſecundum dr̄, ꝙ illa maior eſt uera cōmuniter, & hoc ſufficit propoſito. Nec aliqua inſtantia in oppoſitum militat. Nō prima de temperantia, quoniā & in ipſa hoc uerificatur: quoniam a temperate dicta, delectationes tactus ad naturam ſpectantes

ciunes ſibi ſpecialiter uendicat pro materia, quas difficillimū, A & optimum eſt temperare. Et non oportet deſcēdere ad ſpecialiſſimam materiam, putā, potum, ſed ſat eſt materiam ſpecificā ſubalternam ſibi ſpecialiter uendicare. Nec ſecunda de iuſtitia quia etiā iuſtitia adiuſtat, ſeu adęquat operationes ad alterum vt materiā propriā, quas difficillimum, & optimum eſt ad æqualitatē adducere, a qua iuſtitia dicitur. Nec demū tertia de prudētia, q̄a & ipſa rōnis actus ꝓpriam materiā habet, q̄bus difficillimū, & optimum eſt vt ad ꝓcul videndū, unde prudentia dicta eſt.

D. 1130.

Conclu. p

¶ Ad tertiū dr̄, ꝙ author uſum loquētiū ſupponit. Cōſtat nāq; ꝙ ſobrietate propriè vtimur cum de potu loquimur, ſicut & ebrietate. Et ſuppoſito loquentium vſu, reddit rōnem appropriationis ſatis ſufficiētem, & ſolidam, ut patet ex iam diſcuſſis.

¶ In eodem ar. in reſponſione ad primū, Martinus occurrit ibidē, dicens ꝙ licet ſolutio iſta ſit bona, nō eſt tñ expoſitio conueniēs dicto Apoſtoli. Calix enim ſapientiæ inebriās eſt præclarus, ſapere tñ non ad ſobrietatem non eſt ꝓclarū, ſed uitioſum. Quia ergo in aſſecutione ſapientiæ ebrietas eſt laudabilis, ideò non videtur conueniēter aptata per Thomam ſimilitudo.

¶ Ad hoc dr̄ & ꝙ ſolutio principalis, & expoſitio eſt optima, ſi rectè intelligatur, & diſcernatur ad quid affertur. Nā ad nihil affertur niſi ad declarandum, ꝙ ſobrietas metaphoricè locum habet in ſapiētia. Per hoc enim ſatiſfit authoritati Apoſtoli directè dicendo, quòd ſobrietas ibi non proprie ſumitur, ſed metaphoricè. Et ꝙ ſobrietas metaphoricè in ſapientia inueniatur, manifeſtatur ex hoc, quòd etiam ebrie- E tas metaphoricè in illa inuenitur, iuxta illud, Calix meus inebrians &c. Impertinens eſt autem huic propoſito, an tam ebrietas, quàm ſobrietas ſapientiæ ſit laudabilis, quæ tamen impertinentia arguens ingerit, & nihil obſtat propoſito.

Porrecta per totum. 721 2. cor. 5. le. 3. Et Ti. 2. le. 3.

ſobrietas attendit* circa potū, non quēcumq;, ſed eū, qui ſua fumoſitate natus eſt caput cōturbare, ſicut vinū, & omne qđ inebriare pōt. Cōiter autē ſumendo nomen ſobrietatis pōt in quacumque materia dici, ſicut & ſupra dictum eſt* de H fortitudine, & temperantia.

* q. 123. ar. 2. & q. 141. ar. 2.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ ſicut vinū materiale īebriat corporaliter, ita etiā metaphoricè cōſideratio ſapientiæ dr̄ potus inebriās ꝓp hoc, ꝙ ſua delectatione animū allicit, ſecūdū illud Pſal. 22. Calix meus inebriās q̄ præclarus eſt: & ideò circa cōtemplationē ſapiētiæ per ſimilitudinē quandam ſobrietas dr̄.

Ad II. dicēdū, ꝙ oīa quæ ad tēperantiā ꝓpriè ptinent, neceſſaria ſunt p̄ſenti uitæ, & eorū exceſſus nocet: & ideò in oībus neceſſariū eſt adhibere mēſurā, qđ ptinet ad officiū ſobrietatis. Propter qđ noīe ſobrietatis tēperantia ſignificatur: ſed modicus exceſſus in potu plus nocet, q̄ in alijs: & ideò ſobrietas ſpecialiter eſt circa potum.

Ad III. dicendū, ꝙ q̄uis menſura in omnibus requiratur, nō D tamē ſobrietas ꝓpriè in omnibus dicitur, ſed in quibus menſura eſt maximè neceſſaria.

Articvlvs II.

Vtrum ſobrietas ſit per ſe virtus ſpecialis.

Ad secvndvm ſic procedit. Vr̄ ꝙ ſobrietas nō ſit p ſe quædā ſpecialis virtus. Abſtinētia. n. attendit & circa cibos, & circa potus: ſed circa cibos non eſt ſpeciar̄ aliqua ſpecialis virtus. ergo nec ſobrietas, q̄ ē circa potū, eſt aliqua ſpālis virt⁹.

¶ 2 Præ. Abſtinētia, & gula ſūt circa delectationes, inquantū ſenſus eſt alimenti: ſed cibus & potus ſimul cedunt in alimentum, ſimul enim indiget animal nutriri humido, & ſicco. ergo ſobrietas, quæ eſt circa potū, non eſt ſpecialis uirtus.

¶ 3 Prę. Sicut in his, quæ ad nutritionē ptinēt, diſtinguit cib⁹ à potu, ita ēt diſtinguunt diuerſa genera ciborū, & diuerſa genera potuum. Si ergo ſobrietas eſſet per ſe quædā ſpecialis virtus, vr̄ ꝙ circa quamlibet differentia potus, vel cibi, ſit quędā ſpecialis virtus, quod eſt in- C cōueniens. nō ergo videtur ꝙ ſobrietas ſit ſpecialis virtus.

Sed contra eſt, ꝙ Macrobius* ponit ſobrietatē ſpecialem partem temperantiæ.

Resp. Dicendū, ꝙ ſicut ſupra dictū eſt,* ad uirtutē moralem pertinet conſeruare bonū rōnis cōtra ea, q̄bus pōt impediri: & ideò vbi inuenit ſpeciale impedimētū rōnis, ibi neceſſe eſt eſſe ſpecialē uirtutē ad illud remouendū. Potus autē inebrians habet ſpecialē rōnē impediendi uſum rationis, inquātum. ſ. perturbat cerebrū ſua fumoſitate: & ideo ad remouendum hoc impedimentum rationis, requiritur ſpecialis virtus, quæ eſt ſobrietas.

Ad primvm ergo dicēdū, ꝙ cibus & potus cōmuniter impedire poſſunt bonum rationis,

¶ In eodem art. dubium occurrit circa diſtinctionem ſobrietatis ab abſtinentia. Videtur enim ꝙ diſtinctio ſit ſuperflua, & nulla formaliter. Superflua quidem, quia ſola abſtinentia ſufficit ad tollendum impedimentum, quod rationi præſtare poteſt potus inebrians. non ergo præter abſtinentiam oportet ponere ſobrietatem. Probatur antecedens: quia abſtinens in omni potu ſeruat modum rationi. ergo ēt in potu inebriare potēte. Nulla autem, quia nullū inuenitur diſtinctiuū formaliter: in litera ſi quidem aſſignatur pro diſtinctiuo ſpecialis ratio impediendi rationem. Et explicat in quo conſiſtit iſta ſpecialis ratio impediendi rationem, ſcilicet quia per viam fumoſitatis natus eſt pot⁹ inebriatiuus impedire, aut perturbare rationem. Sed hæc ratio aut non diſtinguit formaliter, aut ſobrietas eſt ſpecies abſtinentiæ. Probatur, quia litera in reſponſione ad ſecundum dicit, quòd abſtinentia eſt circa cibos, & potus inquantum impediunt rationem. Tunc ſic, Impedire rationem, & impedire rationē per viā fumoſitatis, non conſtituunt diuerſas ſpecies, ſed potius quaſi genus, & ſpeciē, ſi diſtinguuntur formaliter. ergo uel ſobrietas eſt ſpecies abſtinentiæ, uel non diſtinguuntur formaliter. Si dicatur ex litera in reſponſione ad primum, quòd contra abſolutè abſtinentia ponitur, quòd ſit contra impedimenta rationis ex cibo & potu: ſed ſic, ſcilicet per immoderantiam delectationis, ita quòd contra impedimenta rationis ex cibi & potus immoderatā delectatione ponitur abſtinentia: contra impedimenta uerò rationis ex potus inebriantis fumoſitate, ponitur ſobrietas; Contra. Sobrietas eſt ſpecies temperantiæ, quam conſtat eſſe circa delectationes tactus. ergo ſobrietas eſt circa tale delectabile ſecundùm tactum: alioquin non eſſet per ſe ſpecies temperantiæ, ut patet exercitatis in Metaphyſica. ergo ſobrietas eſt etiam contra impedimenta rationis ex potu delectabili. Et ſic ſequitur ut prius, ſcilicet quòd ſit ſpecies abſtinentiæ, aut non diſtinguatur ab ea formaliter, quorum utrumque eſt contra authorem in reſponſione ad tertium, utramque uirtutem ſpecialiſſimam tenentem. Et per hæc videtur, ꝙ licet ebrietas ſit diſtinctum uitium à gula, q̄a gula opponitur moderatæ delectationi cibi & potus, & ebrietas opponitur ſaluti rationis, non tamen ſobrietas diſtinguenda eſt ab abſtinentia, quia abſtinentia utrumque ponit, ſcilicet & moderatam delectationem, & rationem expeditam.

* Li. 1. in ſomniū Scipio. in fol. 2. ante med.

* q. 136. ar. 1. & q. 141. ar. 3. & q. 146. ar. 2. & 1. 2. q. 65. articu. 2.

Conclu. m

SVPER Q. CXXXXIX. ART. II.

In art. 2. eiuſdem q. aduerte primo, ꝙ Martinus imponit ob corruptum fortè ſuum codicem, ꝙ author diuerſas de abſtinentia tenuerit opiniones, ita quòd ſuperius in q. 147. author diſtinxit abſtinentiam, & ſobrietatem penes cibum & potum: hic uerò diſtinguit, quia abſtinentia eſt circa cibum & potum communiter: ſobrietas uerò circa potum inebriare ualentem. Falſum ſiquidem manifeſtè eſt, quod primo dicit. Nam in principio q. 146. vbi diſtinguit partes ſubiectiuas temperantiæ, expreſsè diſtinguit illas dicendo, Conſiderandum eſt de abſtinen-

¶ Ad

Universidad de Deusto Biblioteca

absorbẽdo eã, p immoderantiã delectationis: & quantũ ad hoc cõmuniter circa cibũ & potũ est abstinentia. Sed potus inebriare ualens, impedit speciali rõne, ut dictum est,* & ideò requirit specialem uirtutem.

*In corp. art.

AD II. dicẽdũ, q uirtus abstinẽtiæ nõ est circa cibos & potus, inquãtũ sunt nutritiua, sed inquantũ impediunt rõnem: & ideò non oportet q specialitas uirtutis attendatur secundùm rationem nutritionis.

AD III. dicendũ, q in oĩbus potibus inebriare ualẽtibus est una & eadẽ rõ impediẽdi rõnis usum: & sic illa potuũ diuersitas p accidens se habet ad uirtutẽ: & propter hoc, ẽm huiusmodi diuersitatem uirtutis non diuersificantur. Et eadem ratio est de diuersitate ciborum.

ARTICVLVS III.

Vtrum usus uini totaliter sit illicitus.

Porrella per totum. 722

AD TERTIVM sic procedit. Vr q usus uini totaliter sit illicitus. Sine sapiẽtia. n. nõ põt aliquis esse in statu salutis. dicit enim Sapien. 7. Neminẽ diligit Deus, nisi eũ, qui cum sapientia inhabitat. & infra 9. Per sapientiã sanati sunt quicũq; placuerũt tibi à principio: sed usus uini h impedit sapientiã. dicitur enim Eccl. 2. cogitaui abstrahere à uino carnẽ meam, ut transferrem animum meum ad sapientiam. ergo potus uini est uniuersaliter illicitus.

¶ 2 Præt. Apost. dicit ad Rom. 14.h Bonũ est nõ manducare carnem, & non bibere uinũ, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur: sed cessare à bono uirtutis est uitiosum, & similiter fratribus scandalum ponere. ergo uti uino est illicitum.

¶ 3 Præt. Hiero.* dicit, q uinũ cũ carnibus post diluuiũ est dedicatũ: Christus autem uenit in fine sæculorum, & extremitatẽ retraxit ad principium. ergo tempore christianæ legis uidetur esse h illicitum uti uino.

* Hf dist. 35. ca. Ab exordio ex Hiero. li. 1. cõtra Iouinianũ, tom. 3.

SED CONTRA est, qđ Apost. dicit 1. ad Timoth. 5. Noli adhuc aquã bibere, sed modico uino utere pp stomachũ tuũ, & infirmitates frequẽtes. & Eccles. 31. dr, Exultatio animæ, & cordis uinum moderatè potatum.

RESP. Dicẽdũ, q nullus cib*, uel potus ẽm se cõsideratus est illicitus ẽm sententiam Dñi dicentis Matth. 15. Non quod intrat in os coinquinat hominẽ: & ideò m bibere uinum, ẽm se loquendo, non est illicitum. Po test tamen reddi illicitum per accidens, n quãdoq; quidem ex conditione bibentis, quia uino de facili læditur, uel quia ex speciali uoto obligatur ad uinum non bibendum: quandoq; autẽ ex modo bibendi, quia scilicet mensuram in bibendo excedit:

Conclu. m

¶ Ad huius euidentiã sciendũ est, q bonũ rõnis conseruandũ à moralibus uirtutibus cõtra impetus passionũ est duplex, s. rectitudo, & usus. Vtrũq; siquidẽ per passiones impeditũ. Nã timor, & amor, delectatio, ira &c. rõnẽ à rectitudine flectũt, ut cõmuniter experimur. Et si fuerint uehemẽtes passiones, quãq; rõnis usum tollũt, ut patet de timia tristitia, & delectatione, & ira. Circa usum th rõnis impediendũ, q pluribus modis potest impediri & culpabiliter, & sine culpa, ut patet cũ impeditur dormitationẽ, aduertẽdũ est, q dupliciter passio põt impedire usum rõnis. Vno modo, ex sua immoderantia, ita q ipsa immoderatio passionis est rõ peccati, & tãtò grauioris, quãtò pringit usq; ad impediendũ rationis usum. Et hoc mõ impedire usum rõnis ad idẽ uitiũ spectat, ad qd spectat inordinatio illius passionis, v.g. ad timiditatẽ, si ex nimio timore pdit q usũ rõnis, quã ad timiditatis uitiũ spectat immoderatio timoris. Et similiter ad illãmet uirtutẽ, ad quã spectat ordinatio talis passiõis, pertinet & cõseruare usum rõnis cõtra immoderãtiã illius passionis. Ver. gra. ad fortitudinẽ spectat cõseruare & rectitudinẽ, & usũ rõnis cõtra immoderantiã timoris. Alio modo, passio potest impedire usum rõnis ex eo, q est rõ alicuius impedientis usum rõnis, ita q ex hoc primo passio hẽt rõnẽ deformis, quia est rõ ĩpedimẽti usus rõnis: & sic impedire usum rationis pertinet ad aliud uitium ab illo, quod respicit immoderantiã illius passionis in seipsa. Et similiter conseruare bonum rationis in rectitudine, & usu contra passionem, quæ ex hoc deordinatur, quòd est ratio impedimenti usus rationis, spectat ad moralem uirtutem aliam ab illa, quæ moderatur passionem illam in se. Quod antequam probemus, manifestemus exemplis in proposito. Et delectabili potu contingit dupliciter rationis bonum lædi. Primo, quia delectatio potus est in se immoderata. Immoderata enim delectatio alimenti uel quantum ad quid, uel quantum, uel quale &c. est ratio peccati, & obliquat rationem, & quandoque etiam absorbet: & hoc spectat ad uitium gulæ. Conseruare autem bonum rationis contra huiusmodi immoderatam delectationem, spectat ad abstinentiam. Secundò, quia delectatio, ut ratio potus fumosi perturbatiui rationis usus, est inordinata delectatio: si quidem potus ex hoc inordinat, & rectam rationem obliquat, & usum rationis impedit, atque tollit ad tempus. Et spectat huiusmodi delectatio ad uitium ebrietatis, & seruare rationis bonum contra sic delectabile, sobrietatis est. Probatur uerò distinctio specifica uirtutum abstinentiæ, & sobrietatis ex formali distinctione impedimentorum rationis. Nam alterius rationis est delectabile ex immoderantia sua impediens rationis bonum, & alterius rationis est delectabile ex eo, quòd est ratio fumositatis impediens rationis bonum. Nec oportet probare hæc esse de mente authoris: quoniam in articulo hoc, & specialiter in responsione ad primum clarè patet hanc esse doctrinam eius.

¶ Ad primã ergo obiectionẽ in oppositum dr, q distinctio sobrietatis ab abstinentia non est superflua, sed necessaria. & cum dr, Si homo est abstinens seruat mensurã in potu, ac per hoc nõ eget sobrietate: Rñdetur, q seruare mensuram in potu contingit dupliciter. Vno modo, secundum q potus est delectabilis in seipso. Alio modo, secundùm q potus delectabilis est ratio fumositatis perturbatiuæ rõnis. Abstinẽs seruat mensurã in potu primo modo. De secundo autẽ modo nõ se impedit, quia est sibi impertinens, & relinquit hoc sobrietati. Et si infertur, ergo abstinens salua abstinentia põt inebriari, negatur sequela: quia uirtutes sunt connexæ, & qui una caret, nullam habet.

¶ Ad secũdã obiectionem iam patet rñsio, q distinctiua nõ sũt, impedire rationẽ, & impedire rationẽ per fumositatẽ, sed sunt delectabile ex immoderantia sua impediẽs rationẽ, & delectabile ex eo, q est rõ fumositatis &c. impediens rõnẽ, quæ duo constat q non se habent sicut superius, & inferius, sed q specificè inter se distinguuntur: ac per hoc sobrietas nec est species abstinentiæ, nec coincidit cũ illa. Vnde patet, q non negamus sobrietatem esse circa delectabile, ut subiuncta obiectio opponit, sed dicimus q utroque uirtus est circa delectabile in potu, sed secundùm diuersas rationes, secundùm quod potus delectabilis natus est diuersis rationibus impedire rationis bonum, ut declaratum est. Ex quibus patet, quòd non solùm ebrietas est distinguenda à gula, sed sobrietas ab abstinentia: & quòd falsum est, quòd abstinentia ponat utrumque bonum, scilicet, oppositum utrique uitio. Ponit enim moderatam delectationem in potu, sed ponit rationem expeditam à potu delectabili, ut est ratio fumositatis, sed solummodo à potu delectabili secundùm se.

SVP. QVAEST. CXXXXVIIII. ART. III.

IN articulo 3. eiusdem quæstionis in responsione ad primũ, aduerte, quòd Martinus ubi supra, dicit. Nec placet mihi opinio Thomæ dicentis, quòd licet ad acquirendum sapientiam quantum sufficit ad salutem, non exigatur omnino abstinere à uino: ad acquirendum tamen eam secundùm quendam perfectionis gradum, requiritur in aliquibus, quòd omnino abstineant, nisi uelit saluare per hoc quod adiungit, Secundùm conditiones quarundam personarum, & locorum: quia non uidetur mihi, quod usus sobrii uini noceat acquisitioni excellentis sapientiæ.

¶ Ad

Qñque autem ex parte aliorũ, qui ex hoc scandalizantur.

AD I. ergo dicendum, q sapientia põt haberi dupliciter. Vno modo, ẽm modum cõem, prout sufficit ad salutem: & sic non requiritur ad sapientiã habendam, q aliquis à uino omnino abstineat, sed q abstineat ab immoderato vsu vini. Alio modo, secũdum quendam pfectionis gradum: & sic requirit in aliquibus ad pfectè sapientiã pcipiendã, q omnino à uino abstineant, ẽm conditiones quarundam personarum, & locorum.

AD II. dicendũ, q Apostolus non simpliciter dicit bonũ esse abstinere à uino, sed in casu, in quo ex hoc aliq scandalizant.

AD III. dicẽdũ, q Christus retrahit nos à quibusdã, sicut omnino illicitis: à quibusdã verò sicut ab impedimentis perfectionis. Et hoc mõ retrahit aliquos à vino pp studiũ perfectionis, sicut à diuitijs, & alijs huiusmodi.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum sobrietas magis requiratur in maioribus personis.

Porrella per totum. 723

1. Ti. 2. lec. 4 co. 3.

AD QVARTVM sic pceditur. Vr q sobrietas magis requiratur in maioribus personis. Senectus. n. excellentiam quandã homini pstat, undè & senib° honor & reuerentia debetur, ẽm illud Leuit. 19. Corã cano capite consurge, & honora personam senis, sed Apostolus specialiter senes dicit esse ad sobrietatem exhortandos, ẽm illud ad Tit. 2. Senes, ut sobrij sint. h ergo sobrietas maximè requiritur in excellentioribus personis.

¶ 2 Pręt. Episcopus in Ecclesia excellentissimũ gradum habet, cui p Apostolum inducitur h sobrietas, ẽm illud 1. ad Timoth. 3. Oportet episcopũ irreprehensibilem esse, unius uxoris uirũ, sobrium, prudẽtem &c. ergo sobrietas maximè requiritur in personis excellentioribus.

¶ 3 Pręt. Sobrietas importat abstinentiã à vino: sed vinum interdicit regibus, q tenent summũ locum in humanis rebus. cõceditur autẽ his qui sunt in statu desolationis, sc'dm illud Prou. 31. Noli regib° dare uinũ. & postea subdit, Date sicerã mœrentib°, & uinum his qui amaro animo sunt. h ergo sobrietas magis requirit in excellentioribus personis.

SED CONTRA est, qđ Apost. dicit 1. ad Timot. 3. Mulieres similiter pudicas, h sobrias &c. & ad Tit. 2. dicitur, iuuenes similiter hortare, ut h sobrii sint.

RESPON. Dicendũ, q uirtus habet habitudinẽ ad duo. Vno quidem modo, ad contraria uitia q excludit, & concupiscentias quas refrænat. Alio modo, ad finẽ, in quem perducit. sic ergo aliqua uirtus magis requirit in aliquib° duplici ratione. Vno modo, quia in eis est maior pronitas ad concupiscentias, quas oportet per uirtutem refrænari: & ad uitia, quæ per uirtutem tolluntur: & m ẽm hoc sobrietas maximè requiritur in iuuenib°, & mulieribus, n quia in iuuenib° uiget concupiscentia delectabilis pp feruorem ætatis: in mulieribus autem non est sufficiẽs robur mẽtis ad hoc, q cõcupiscẽtijs resistant. Vnde ẽm Valeriũ Maximum,* mulieres apud Romanos antiquitus non bibebãt vinum. Alio verò modo, sobrietas magis requiritur in aliquib° utpote magis necessaria ad ppriam operationem ipsorũ. Vinum autem immoderatè sumptum præcipuè impedit vsum rationis: & ideò p senibus, in quibus ratio debet vigere ad aliorũ eruditionẽ, & episcopis, seu quibuslibet Ecclesiæ ministris, qui mente deuota debent spiritualibus officijs insistere, & regibus, qui per sapientiam debẽt populum subditum gubernare, specialiter sobrietas indicit. q Et per hoc patet rñsio ad obiecta.

Conclu. m

* Li. 2. c. 1. in titu. de vsu vini mulieribus interdicto.

Concl. p

¶ Adhanc siquidem Martini obiectionem nõ oportet respondere, tũ quia litera clarè dicit, secundum conditionem personarũ, & non dicit absolutè, q pot* vini impediat à perfecta sapientia: Vndè hoc non est saluare doctrinam, quã si periclitantem vtar guens sonat, sed sua obiectio est manifesta diuisio cõtextus: tum quia etiam si author non subiunxisset illa uerba, Secundùm cõditiones personarum &c. ex quo dixerat, q hoc requiritur in aliquibus, satis se præseruauerat ab vniuersaliter, & cõiter. Prodest ergo acquisitioni sapientię perfectæ abstinentia à vino aliquibus, quibus scilicet abstinere à vino est bonum supererogationis, sicut ieiunium, & alia huiusmodi. Et p oppositũ talibus non abstinere à vino nocet, sicut non ieiunare, quia impedit progressum ad perfectã sapientiam, quã beati pacifici, qui filij Dei vocabuntur.

SVP. Q. CXLIX. ART. IIII.

IN artic. 4. eiusdẽ q. dubiũ occurrit ex eo, q non bene ratio, quare senibus, episcopis, & regibus, specialiter indicitur sobrietas magis, q iuuenibus, & mulieribus assignatur: quia iuuenibus, & mulieribus opus est sobrietate & propter concupiscentias, & propter finẽ, s. operationem: senib° autem pp operationẽ tantum, male ergo videtur distinctio ista rationum assignata. ¶ Ad hoc dr, quòd distinctio, & ratio est optima, si formaliter intelligatur. Cõis necessitas quippè sobrietatis in omnibus est pp cõem operationẽ rationis, s. pp vsum rationis, vt patet ex ipsa sobrietatis natura. Sed loquendo de diuersis conditionibus, & statibus personarũ secundùm sibi ppriat ita q in iuuenibus, & mulieribus cõsiderentur & propriæ operationes, & concupiscentiæ, & similiter in alijs, s. senibus, regibus, & episcopis, tunc formaliter loquendo iuuenibus, & mulieribus est necessaria sobrietas pp concupiscentias, & vitia. Nam his seclusis, nulla est operatio iuuenis ut sic, aut mulieris ut sic, q exigat sobrietatẽ specialiter: quoniã nulla talis operatio exigit excellentiã puræ mẽtis. In senibus autem, episcopis, & regibus, seclusis concupiscentijs, quia propriæ eorũ ut hi operationes exigunt mentis puritatem excellẽtem pp eorum officia, vt patet in litera, ideò ex hac parte egẽt sobrietate. Obiectio autẽ in oppositum procedit de operatione cõmuni omnibus, scilicet, vsu rõnis. Sermo autẽ ptens est de operatione propria conditionum, & statuum.

SVP. QV. CL. ART. I.

IN art. 1. q. 150. circa significationem ebrietatis, nota cõditiones primi significati, quia defectus rationis non absolutè, sed ut causat* ex multo vino potato, significatur nomine ebrietatis primo modo, & q sic non est nomen culpæ, sed pœnæ ex culpa. Vbi appellatione vini intelligitur oẽ potabile inebriatiuũ, vt cerusia. Intelliguntur. n. secundario sub principali, sicut etiã sunt adiuncta ad supplendum principale. Et propterea debẽtes abstinere aliquo die à uino, tenentur etiã abstinere à cerusia. Sumit enim loco vini. Et quoniam uinum causare potest aliquid, potatum, vel non

QVAESTIO CL.

De ebrietate, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de ebrietate.

ET circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum ebrietas sit peccatum.

¶ Secundò, Vtrum sit peccatum mortale.

¶ Tertiò, Vtrum sit grauissimum peccatorum.

¶ Quartò, Vtrum excuset à peccato.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum ebrietas sit peccatum.

Porrella per totum. 724

Mal. 14. c. 4. ad 2. Erad. Tra lec. 1. & Et 3. Ethico. lect. 21. &

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd ebrietas non sit peccatum. Omne enim peccatum habet b aliud peccatum sibi oppositum, si-

Universidad de Deusto Biblioteca

non potatum, subiungitur ly potato, ad differentiam defectus rationis, qui consequi potest ex vino odorato. Aiunt enim quosdam solo odore vini, rationis vsũ perdere: talis enim defectus non est ebrietas, sicut nec defectus rationis somno, vel quacunque causa alia à vino potato. Additur autem in littera, ly multo, quia vinum potatum non inebriat, nisi sit multum respectu illius qui bibit, quantumcunque in seipso parũ sit qđ bibitur: multum autem dicimus cõiter in quantitate. Potest tamen cõtingere, q multum in virtute tãtum, & nõ quãtitate inebriet, puta, si tãtundem ab eodem tunc benè dilutum bibitum nõ inebriasset. Tunc.n. multitudo virtutis, non quantitatis in causa est. Est autem defectꝰ iste, qui ebrietas notatur, pœna ex culpa actuali semp. sed originali saltem. In statu siquidem innocẽtiæ, etsi vsus vini fuisset, nullus fuisset ebrius, quia nullus error, aut infirmitas.

¶ In eodem articulo primo aduertẽ, quòd ebrietas pro actu inebriatiuo ad hoc q nõ sit peccatum, duas habet conditiones. Prima est, q præter opinionem bibentis potus sit inebriatiuus. Secũda, q nulla in hoc bibẽtis negligẽtia cõcurrat. Nam si credit quis, aut dubitat se inebriari, nõ excusat. Et similiter, si nõ adhibet diligentiã suam in aduertẽdo quãtũ bibit, & cuius vigoris sit vinũ, & qualiter ipse bibẽs est dispositus, puta, q est valde calefactus, non excusat.

¶ In eodem art. 1. aduerte, q ebrietas ex inordinata concupiscẽtia, & vsu vini semper est peccatum, ita q peccatum consistit in actu, quo quis inordinato appetitu vtit vino inebriatiuo, hoc est, inquantum est inebriatiuum. Iam enim dictũ est, quòd ad gulæ uitium, non ad ebrietatem spectat inordinatus vsus potus absolutè: ad ebrietatem autem quatenus inebriatiuus.

¶ In eodem art. 1. circa illud, Ebrietas continetur sub gula, sicut species sub genere, aduerte, quòd gula est nomen æquiuocum ad genus comessationis & ebrietatis, & ad ipsam speciẽ comessationis, ita quòd tractatus habitus superius de gula, non est habitus de gula ut est genus, sed ut est species: quoniam tractatũ est de gula vt est uitium oppositum abstinentiæ, vt expressè in principio q. 164 diuidendo dicitur. Et inter species gulæ nõ est computata ebrietas, quæ hic dicitur species gulæ, vt est genus, sed solummodo enumeratæ sunt species gulæ, quæ continentur sub comessatione. Perinde igitur est tractare de gula, ac si de comessatione tractaretur: sed quia species illa nomen generis sibi vsurpauit, sub gulæ nomine tractata est. In hoc autẽ loco gula non similiter sumitur, sed pro genere communi ad gulam pro comessatione, & ebrietate.

¶ In eodem articulo in responsione ad primum, dubium occurrit ad hominem. Superius namque author in quæstione de gula artic. 5 ad tertium dixit, quod nocumentum prouentiens ex delectabili in cibo & potu, per accidens se habet ad gulam. In hac autem responsione de uino opposito ebrietati tractans, ex nocumento naturæ culpam in abstinendo à vino constituit. Si enim est per accidens, non debet ex hoc culpa constitui: & si ex hoc culpa constituitur, non est per accidens.

¶ Ad hoc dicitur dupliciter. Primò, quod aliud est dicere, quòd ex naturæ nocumento sit culpa, & aliud quòd ex naturæ nocumento sit culpa talis, scilicet opposita ebrietati. Author non dicit secundum, sed primum, quod constat esse uerũ: quia est culpa, contra naturalẽ amorem sui ipsius, quamuis nõ opponatur ebrietati. Secundò dicitur, quòd per grauamen naturæ author intendit grauamen naturę quoad vsum rationis: & talis culpa, quia quis quoad vsum rationis ex abstinentia vini grauaret naturam, opponi conceditur ebrietati, quæ vsum rationis tollit ex nimio vsu vini. In superioribus autem author dixit, q nocumẽtum corporis se habet per accidens ad gulam, & non dixit, q nocumentum rationis se habet per accidẽs: quin potius de nocumento rationis dixit in quæstione præcedẽti articulo 2. q se habet per se ad abstinentiam, sobrietatem, & gulã, & ebrietatẽ.

cut timiditati audacia, & pusillanimitati præsumptio opponitur: sed ebrietati nullum peccatum opponitur. ergo ebrietas non est peccatum.

¶ 2 Præt. Omne h peccatum est voluntarium: sed nullus vult esse ebrius, quia nullus vult priuari vsu rationis. ergo ebrietas nõ est peccatum.

¶ 3 Præt. h Quicumq; est alteri ratio peccadi, peccat. si ergo ebrietas esset peccatum, sequeretur q illi, qui alios inuitãt ad potũ quo inebriantur, peccarent, quod videtur esse valdè durum.

¶ 4 Præt. Oĩbus peccatis h correctio debet; sed ebrijs non adhibet correctio. dicit.n. Grego. q cum venia suo ingenio sunt relinquendi, ne deteriores fiant, si à tali consuetudine euellantur. ergo ebrietas non est peccatũ.

Sed contra est, qđ Apost. dicit ad Rom. 13. Non in comessationibus, & ebrietatibus.

Respon. Dicendũ, q ebrietas dupliciter põt accipi. Vno mõ, prout significat ipsum defectũ hois, qui accidit ex multo vino potato, ex quo fit ut non fit cõpos rationis: & m ſm hoc ebrietas non nominat culpã, sed defectum pœnalem consequentem ex culpa.* Alio mõ, ebrietas potest nominare actum, quo quis in hunc defectum incidit, q põt causare ebrietatem dupliciter. Vno mõ, ex nimia vini fortitudine pter opinionẽ bibentis, & *sic ẽt ebrietas põt accidere sine pctõ, pcipuè si nõ ex negligẽtia hois contingat: *& sic credit Noe d inebriatus fuisse, vt legit Gen. 9. Alio modo, ex inordinata cõcupiscentia, & vsu uini: & *sic ebrietas ponitur esse peccatum, & continetur sub gula, si- (Conclu. m — Concl. p — D. 534. — Conclus. f)

¶ In eodem ar. 1 in responsione ad secũdũ dubiũ primò ex Martino in q. 1 de ebrietate occurrit contra authorem in hac solutione arguente dupliciter. Primò, q hæc solutio non cõsonat doctrinæ sequẽtis articuli, vbi dicitur, q si quis aduertit potum vini esse immoderatum, & inebriare potentem, magis tamen vellet ebrietatem incurrere, quàm à potu abstinere, talis ppriè dicitur ebrius. Ex quibus arguitur sic, Omnis, qui magis vult inebriari potu vini, q̃ à potu abstinere, vult inebriari: sed omnis propriè ebrius est huiusmodi. ergo defectus ebrietatis est voluntarius. Secundo, Ratio peccati ebrietatis consistit in volitione potus immoderati, & inebriantis scienter q est talis. ergo ad ebrietatem formaliter, & propriè dictam, exigitur quòd potus secundùm quòd inebrians, sit volitus.

¶ Dubium deinde occurrit, quia falsum est, quòd nullus velit carere vsu rationis ex potu, cum aliqui sint, qui ex industria ad hoc bibant vt inebrientur, & hoc delectantur, quod seipsos eximunt à rationis curis.

¶ Ad dubium ex Martino dicitur, quòd non inconuenit aliqd esse voluntarium vno modo, quod alio modo est inuoluntariũ. Multipliciter enim dicitur uoluntarium, & inuoluntarium: sed quãtum ad propositum spectat, dicitur dupliciter: scilicet directè, & in seipso: vel indirectè, & in causa, seu alio. Ver. gra. Cum quis sponte currit, & inde fatigatur, cursus est directè, & in seipso volitus: lassatio autem consequens est indirectè, & in alio, hoc est, in cursu, ad quem cõsequitur volita, & nõ in seipsa, nec directè: & hi duo modi voluntarij, communes omnibus peccatis uidẽtur. Nam in peccato est aliquid, quod directè volumus, puta, accipere alienum, vti muliere nõ sua &c. & aliquid, quod indirectè volumus, s. deformitatem peccati, quæ annexa est illi actui. Differunt autem huiusmodi uoluntaria inter se in hoc, quòd primum est omnino voluntarium: secũdum autẽ est aliquo modo voluntarium, s. indirectè, & in causa, & aliquo modo inuoluntarium, s. directè, & in seipso. Sic autem est in proposito. Potus etenim quòd est immoderatus, & inebriatiuus, est in se, & directè uolitus: defectus autem rationis consequens non est uolitus in seipso, & directè, sed tantummodo indirectè, & in sua causa. In hac ergo solutione author loquitur de voluntario in seipso, & directè, & dicit quòd defectus rationis est inuoluntarius, & benè: quia non est in se, & directè uolitus. In sequenti autem articulo loquitur de uoluntario indirectè in sua causa, non in uerbis allatis à Martino: quia in illis uerbis author loquitur nõ de defectu rationis consequente, sed de actu potatorio potẽte inebriare, quem diximus esse directè uolitum: sed in verbis subiunctis, scilicet, quia secundum hoc homo volens, & sciens priuat se vsu rationis: & per hoc patet solutio primæ obiectionis.

¶ Ad secundam verò concedimus totum, sed non est contra id quod diximus: quoniam aliud est potum inebriatiuum, ut sic, esse cognitum & uolitum directè, & in seipso: & aliud est defectũ rationis consequentem ex huiusmodi potu esse directè, & in se ipso uolitum. Ebrius propriè, & formaliter dicitur nõ à defectu rationis, qui causatur ex potu, sed ex ipso actu potente inebriare cognito, & uolito directè, qui ebrietas dicitur. Nam sicut fornicator propriè ille est, qui scit hanc mulierem non esse suam,

& vult

& vult vti illa, quod est fornicari: ita ebrius est, qui scit hunc potum esse inebriatiuum, & uult illo uti, quod est inebriari, ut inebriari sonat actum moralem. Ex hoc enim tamquàm ex intento per se & directè, ut in sequenti littera dicitur, sumit speciem ebrietatis uitium non ex defectu consequente, qui indirectè, & in sua causa tantum est volitus.

¶ Ad secũdũ dubium dicitur, quòd inebriare se ex industria ut careat vsu rationis, videtur esse ualdè paucorum: qui carere usu rationis, cõiter ebrij incurrunt magis quã appetãt. In quibus tamen appetitus directè tendit ad carentiã vsus rõnis, & ad hoc ebrietate utuntur tanquàm instrumẽto delectabili, uitium plusquàm humanum uidetur, & ad bestialitatis uitia pertinere. Velle namque directè se priuare vsu rationis nil aliud est, q̃ uelle se facere irrationale, ac brutum animal pro tunc. Author autẽ de ebrietate, ut est humanum uitium, loquit secũdum id, quod cõmuniter in hominib. inuenitur. Constat nãque q cõiter nullus directè uult se priuare usu rationis.

cut species sub genere.* Diuidit enim gula in comessationẽ, & ebrietatem, quæ prohibet Apostolus in authoritate inducta.

Ad I. ergo dicẽdum, q sicut Philos. dicit in 3. ethic.* Insensibilitas, quæ opponitur tẽperantiæ, non multum contingit. Et ideò tam ipsa, quàm omnes eius species, quæ opponuntur diuersis speciebus temperantiæ, nomine carent. Vndè & vitium qđ opponitur ebrietati, innominatum est: & tamen siquis scienter intantum à uino abstineret, vt naturã multum grauaret, à culpa immunis non esset. (*Lib. 3. c. 11. tom. 5.)

Ad II. dicendũ, q obiectio illa procedit de defectu cõsequẽti, qui est inuoluntarius: sed immoderatus usus vini est uolũtarius, in quo peccati rõ cõsistit.

Ad III. dicendum, q sicut ille qui inebriatur, excusãt à peccato, si ignorat fortitudinẽ vini: ita etiã ille qui inuitat aliquẽ ad bibẽdum excusatur à peccato, si ignoret talem esse conditionẽ bibentis, vt ex hoc potu inebrietur: sed si ignorantia desit, neuter à peccato excusatur. (De inuitãtibus ad bibendũ.)

Ad IIII. dicendum, q aliquãdo correctio peccatoris est intermittenda, ne fiat inde deterior, vt sup. dictũ est*. Vñ Augu. dicit in Epistola ad Aureliũ episcopũ, * de comessatioibus & ebrietatibus loquens. Nõ asperè, quantũ æstimo, non durè, nõ impetuosè ista tollũtur, sed magis docendo q̃ iubendo, magis mouendo q̃ minando. Sic.n. agẽdum est in multitudine peccantium: seueritas autem exercenda est in peccato paucorum. (*q. 33. ar. 6. — * Epistol. 64. parũ ante medium, tomo 2. — Ex Augu. vide modũ corrigẽdi multitudinẽ.)

ARTICVLVS II.

Vtrum ebrietas sit peccatum mortale.

Ad secvndvm sic procedit. Videtur q ebrietas non sit peccatum mortale. August.n. in sermone de purgatorio * dicit, ebrietatem esse peccatum mortale, si sit h assidua: sed assiduitas importat circunstãtiã, quę non trahit in aliam speciem peccati: & sic nõ põt in infinitum aggrauare, vt de ueniali faciat mortale, sicut ex supradictis patet.† ergo si aliàs ebrietas non est peccatum mortale, nec ẽt hoc modo erit peccatum mortale. (Porrecta per totũ. 725 — 1. 2. q. 88 ar. 5. ad 1. Et 2. d. 24 q. 2. art. 6. co. Et ma. q. 2. art. 8. ad 3. Et Ro. 13. lec. 3. Et 1. cor. 5. lect. 3. — *In ser. 4. in die animarũ, 10. — † 1. 2. q. 88. artic. 7.)

¶ 2 Præt. August. dicit in eodem sermone.* Quotiẽs aliquis in cibo, aut h potu plus accipit q̃ necesse est, ad minuta peccata nouerit pertinere: peccata autem minuta dicuntur venialia. ergo ebrietas, quę causatur ex immoderato potu, est pctm veniale. (* Serm. 4. in die animarũ ante mediũ, tom. 10.)

¶ 3 Præt. Nullum peccatum mortale est faciendum propter medicinam: sed aliqui h superfluè bibunt ſm cõsilium medicinę, vt postea per uomitum purgẽtur, & ex hoc superfluo potu sequit ebrietas. ergo ebrietas non est peccatum mortale.

Sed contra est, quod in canonibus Apostol.† legitur. Episcopus, aut presbyter, aut dya- (†Can. 42.)

Svper Q. CL. Art. II.

In artic. 2. eiusdem q. 150. dubiũ occurrit, An potus uini ex hoc ipso reddatur culpabilis mortaliter, q priuat scientem, & uolentem usu rationis. Et huic annectitur alterum dubiũ, an huiusmodi pot* habeat rationẽ peccati mortalis ex ipso dãno vsus rationis, an ex periculo, q scilicet exponit hominem periculo peccatorũ mortalium, an ex utroq; simul. In litera siquidem utrumq; simul ponitur. Est siquidem primi dubij ratio, quia nulla cõditio, quæ potest saluari tam in actu virtuoso, quàm uitioso, facit ex se sufficienter actum mortaliter culpabilem: sed ista conditio, scilicet inferre priuationẽ vsus rationis, põt saluari in actu virtuoso & uitioso. ergo actus potus ex hoc quod est priuatiuus usus rationis, non est peccatũ mortale. Minor probatur multipliciter. Primò, quia sciẽs & volens dormire, vult se priuare vsu rationis, & tamen non peccat. Secundò, quia propter uomitum inebrians se nõ peccat. Nec valet, inquit Martinus, quod ait Thomas in responsione ad tertiũ, quòd quia uomitus potest fieri per aquam tepidam, ideò propter hanc causam non excusaretur quis ab ebrietate, tum quia potus tepidæ aquæ non prouocat uomitum in hominibus omnibus: tum quia uomitus ex alia & alia causa prouocatus, alias superfluitates emittit. Tertiò, quia si quis esset talis complexionis, q ex uino quantumcũq;, & qualitercumq; sumpto inebriaretur, & ex alio potu grauius læderetur in corpore, ille esset perplexus, si non liceret sibi uti minus malo bibendo vinum, p hoc frequenter inebriando se. Quartò, ad euitandam seruitutem tyranni, vel infidelis, in casu homo posset se inebriare, vt sic relinqueret pro cõi bono &c. Hæc sunt motiua sumpta ex Martino ubi supra. Qui etiam ibidem tenens conclusionem dictarum rationũ, soluit rationes authoris in hoc art. Negat siquidem illam maiorem. Quicumque sciens & uolens priuat se vsu rationis, pp instantias supradictas. Ad secundum uerò rationem de periculo dicit tria. Primò, quòd huiusmodi pericula non sunt cõia omnibus ebrijs. Secũdò, quòd huiusmodi periculis potest prouideri ne sequantur, percipiendo prius q causatur, & obseruetur eũ ex ebrius. Tertiò, q duplex est periculũ, circundans, uel inuoluẽs. Et quòd licet nõ possit quis exponere se periculo inuoluenti, secus est de periculo circundante, quale est istud quandoq;. Et ad authoritatem Ambrosij in litera allatam dicit, q loquit Ambr. non vniuersaliter, sed secundũ id, quod multis accidit. Ad rationem verò allatam in litera arguẽdo in oppositũ ex canonibus Apostolorũ, dicit duo. Primò, q non loquitur, nisi de assiduis in ebrietate, ut ostendit ly deseruiens ebrietati. Secundò, q huiusmodi pœnæ non solũ pro mortali, sed etiam aliquãdo pro ueniali, & sine culpa, non tamẽ sine causa imponuntur, pcipuẽ propter indecẽtiam, & exprobrationem facti, ut est ebrietas. Secũdi autem dubij ratio ex Martino iã dicta est. Et assignatur alia, quia pericula consequẽtia per accidens se habent. Species autem mortalis peccati non attendit secũdum ea, quę sunt per accidens, sed secũdũm id, quod per se obiectum actus.

¶ Ad euidẽtiam horũ sciẽdum, q author nõ dicit, q priuare se vsu rationis constituat peccatũ mortale, aut veniale: sed docet, quòd priuare se usu rationis ex inordinata concupiscentia uini, est peccatum mortale. Et si quæratur, in quo consistit ista inordinatio: In promptu est responsio, quòd consistit in hoc, quòd propter delectationem in potu non curat sciens, & uolens priuare se usu rationis, ita quòd non priuatio usus rationis absolutè, nec delectatio in potu uini absolutè, culpam constituit, sed delectatio in potu vini inebriantis in sciente, & uolente illam, constituit rationem culpæ mortalis. Et in hoc propriè consistit actus ebrietatis, qui cum intemperantiæ species sit, est circa delectabile secundum sensum tactus, quale est potus vini ebriantis. Ex hoc autem fundamento patet primo, quòd rationes Martini non sunt contra authoris doctrinam de ebrietate formaliter loquendo: sed allatæ fore rationes si concludunt, inferunt tantum, quòd ebrietas materialiter, hoc est, bibere aduertentes vsque ad menturalię nationem non propter delectationem potus, sed propter aliquam honestam in se causam est licita, quod nunc non affirmo, nec inficior. Sed in responsione ad tertium hæc quæstio tractabitur, & si Deus lumen dederit, determinabitur. Patet secundo, quòd solutio Martini ad primam rationem

authoris.

authoritas data, nihil ualet, quia loquitur de priuatione usus rōnis absolutè, & author loquitur de priuatione usus rationis ex delectabili inebriatiuo potu. De dictis autē ad rationem de periculo, & obiectione allata in secundo dubio, dicendum est, q cū ebrietas directè opponatur bono rationis humanæ, hoc est, usui rationis humanæ, & reliqua uitia essentialiter ex suis directè malis speciem, grauitatemq; habeāt, non est aliter de ebrietate dicendū, sed distinguendū potius est, q ebrietas habet duplicē grauitatē, unā substantialem, & hæc attēditur secundùm ipsum rationis usum & delectabili potu priuatū; alterā consequenter se habentē, & hæc attenditur penès periculū mala committendi, & penès omissionem bonorū, quæ operari, aut consequi debuisset. Et licèt hæc se habeant per accidens pro quāto sunt extra speciem, non tamen se habent per accidens pro quanto sunt regulariter, seu communiter consequentia, & præuisa in cōmuni, uel saltem in sua causa. Vnde ad dubium dico, quòd non ex hoc primo habet ebrietas, quòd sit peccatum, & quòd sit mortale, sed hoc habet primo, ut dictum est, ex suo genere, & secundario habet ex hoc, scilicet, ex periculo mortalis peccati, cui se sciens, & uolens committit. Quòd autem huiusmodi pericula non sint communia omnibus ebrijs, ut prima Martini obiectio dicit, nihil obstat, si sunt consequentia ut in pluribus. Moralis enim doctrina attendit id, quod communiter accidit. Quòd uerò huiusmodi periculis possit prius ebrius prouidere per alios ne occurrant, ut secundo obijcitur, falsum primò est quoad concupiscentias, & malas locutiones, puta, uelle percutere, uel occidere, uel adulterari, & dicere turpia, quāmuis in quibusdam potentibus uerum sit quo ad executiones exteriores, puta, ne percutiant, uel occidant claudendo ipsos in camera. Deinde, quia istæ prouisiones sunt per accidens, & paucis conueniunt: ideò attendendo ad ea, quæ consequuntur actum ebrietatis ex sua natura, vt author docet, dicitur quòd hæc secundaria grauitas non excusatur propter huiusmodi potentiam prouidendi, quāmuis si prouisiones apponerent, diminueretur, & excusarentur à tanto, sed non à toto. Distinctio demum tertio loco adducta de periculo circumstante, & inuoluente, non soluit, si communiter pericula mortalis peccati consequuntur, quia tunc esset periculum inuoluens hominem in peccato mortali. An autem ebrij communiter in hoc incidant, fateor me nescire, quia non uidi multos ebrios. Quāmuis autem responsio ista quoad grauitatem ex periculo, quoad primam partem sit optima, quòd scilicet grauitas substantialis est ex suo genere consequens ex periculo, quo ad secundam tamen partem, scilicet quòd sit ebrietas etiam mortalis ex periculo, non uidetur uera, nec habetur in litera ab authore. Litera enim debet sic punctuari, vt ly, Et sicut peccat mortaliter, sit conclusio sequens ex præcedenti medio, quia scilicet sciens, & volens priuat se &c. & postmodum subiungi, Committens se periculo peccandi. Coniungendum est enim cum sequenti probatione ex authoritate Ambrosij, ita quod ly, Committens se periculo peccandi, non est expositio, aut redditio alterius rationis, aut adminiculum præcedentis rationis, quare peccat mortaliter, sed est subiunctio communitatis ad ebrietatem aggrauantis ipsam. Cuius signum est, quòd non dicit author, Committens se periculo peccandi mortaliter, sed periculo peccandi: & hoc etiam in communi probat ex Ambrosio. Constat autem quòd ex periculo peccandi non peccat homo mortaliter, & sic procul dubio intendit author: & hoc etiam uidetur uerum secundùm se, quia non apparet quantum ego scio, quòd communiter ebrij incurrant actus peccatorum mortalium, sed multi dormiunt, multi sunt otiosi &c. Doctrina autem moralis secundùm communiter accidentia tradenda est. Nec obstat, quòd post hoc author infert. Vndè ebrietas per se loquendo, est peccatum mortale: quoniam illatio ista ex ratione inducta, de damno usus rationis intelligenda est, quam comitatur periculum peccandi in communi siuè mortaliter, siuè uenialiter.

conus aleæ, aut ebrietati deseruiēs, aut desinat, aut deponat. Subdiacon⁹ aūt, aut lector, aut cātor similia faciēs, aut desinat, aut cōione priuet, sic & laicus: sed tales pœnæ nō infligunt: nisi pro peccato mortali. ergo ebrietas est peccatum mortale.

RESP. Dicēdū, q culpa ebrietatis, sicut dictū est, * cōsistit in inordinato vsu & cōcupiscētia vini. Hoc aūt cōtingit esse tripliciter. Vno mō sic, q nesciat potū esse immoderatū, & inebriare potentē: & sic ebrietas pōt esse sine peccato, vt dictū est. * Alio mō sic, q aliqs percipiat potū esse immoderatū, nō tñ æstimat potū inebriare potentē: & sic ebrietas pōt esse cū peccato veniali. * Tertio modo, pōt esse q aliquis benè aduertat potū esse immoderatum & inebriantē, & tñ magis vult ebrietatē incurrere, q̄ a potu abstinere: & talis propriè dicitur ebrius, quia moralia recipiunt speciē nō ab his, quæ per accidens eueniūt præter intentionē, sed ab eo qđ est per se intentū. Et * sic ebrietas est peccatum mortale, ⁊ quia secundùm hoc homo uolens & sciens priuat se usu rationis, quo sēm uirtutem operatur, & peccata declinat: & sic peccat mortaliter periculo peccandi se cōmittēs. Dicit.n. Ambr. in lib. de Patriarchis, * Vitandam dicimus ebrietatē, per quam uitia cauere non possumus. Nam quę sobrij cauemus, per ebrietatem ignorātes committimus: undè ebrietas, p se loquendo, est pctm̄ mortale.

AD I. ergo dicendū, q assiduitas facit ebrietatē esse peccatū mortale non propter solam iterationem actus: sed quia nō potest esse, q homo assiduè inebriet, quin sciēs & uolēs ebrietatē incurrat: dū multotiens experit fortitudinem uini, & suā habilitatem ad ebrietatem.

AD II. dicendū, q plus sumere in cibo & potu, quàm necesse sit, pertinet ad uitium gulæ,

[Margin: * Ar. præced. — * Ar. præced. — Concl. — Concl. — * Lib. 1. de Abrahā, ca. 6. non ꝓcul a fine, to. 4.]

¶ Ad dicta autem Martini contra argumentum authoris ex pœna in canonibus Apostolorum, facilè dici potest, q author non inducit illum canonem, nisi vt argumentum pro altera parte, ad quod non requiritur q necessario concludat, sed satis est q est probabile. Dicitur tamen secundo, q tales pœnæ sic modificatæ monitorio præmittendo, non nisi pro mortali peccato imponi uidentur. Ex eo enim quòd monetur prius mandatur ut desinant, actus culpabiles ostendūtur exerceri. Ex eo uerò quòd obstinatis priuatio communionis, & depositionis apponitur, insinuatur, quòd culpa non est toleranda & sic uideatur mortale.

¶ In responsione ad primum eiusdem secundi articuli dubiū ex Martino occurrit ubi supra, arguente contra hanc solutionem, quòd relinquat multa sub dubio: & arguit dupliciter. Primò. Quæro de illo qui primò, & secundò se inebriando, cognoscit hæc duo, quæ in litera ponuntur, scilicet fortitudinem uini, & habilitatem propriam ad ebrietatem, utrum tertia ebrietas sit peccatum mortale. si sic, sequitur quòd ebrietas non assidua, est peccatum mortale. si non, sequitur quòd ex concupiscentia uini, sciens & uolens ebrius non peccat mortaliter, contra ipsum Thomam. Secundò, quòd posito casu, in quo quis assidua ebrietate uenerit in dictam cognitionem, & statim abstineat, adeò quòd ex assiduitate genitus habitus corrumpatur, & post ex passione concupiscentiæ inebrietur scienter. Tunc sic. Aut ille peccat mortaliter in ista ebrietate, aut non. si sic, ergo aliquis non assiduus inebriando se, peccat mortaliter. si non, ergo uolens & sciens ex concupiscentia uini ebrius non peccat mortaliter: quod est contra Thomam.

¶ Ad hæc dicitur, quòd ex malo intellectu, immò ex appositione extranei sensus huic literæ, procedunt obiectiones. Non enim dicit, aut somniauit etiam author, quòd assiduitas requiratur ad hoc, quòd ebrietas sit peccatum mortale, ut obiectiones imponunt: sed Augustinum opponentem conditionem assiduitatis reuerenter glossat, quòd intelligitur de assiduitate quoad effectum, qui est cognoscere fortitudinem uini, & habilitatem propriam ad ebrietatem. Et quoniam huiusmodi cognitio non est effectus proprius assiduitatis ebrietatis, quoniam sine tali assiduitate potest talis cognitio haberi: idcirco sine assiduitate tam præsenti, quàm præterita est ebrietas peccatum mortale, si adsit dicta cognitio. Nec hoc est contra Augustinum, quoniam ipse dicit affirmatiuam, scilicet q ebrietas assidua, idest, habens talem cognitionem, est mortalis: & non negatiuam, scilicet, nisi sit assidua. Quāmuis etiam si diceret negatiuam, glossaretur ut dictum est, assidua, hoc est, habens cognitionem fortitudinis uini, & propriæ habilitatis quia de assiduitate non secundùm se, sed ratione talis effectus intelligitur.

¶ Ad utramque ergo obiectionem, seu quæstionem dicitur, q utrobique est peccatum mortale, quia interuenit effectus assiduitatis necessarius ad ebrietatem, quāmuis non interueniat assiduitas, ut patet ex dictis. Sciens enim & uolens ex delectatione uini in utroque casu inebriet se.

¶ In eodem articulo in responsione ad secundum dubium ex Martino ibidem occurrit, arguente contra hanc solutionem dicendo. Hæc solutio non uidetur euacuare uim authoritatis Augustini: & arguitur sic. Cum sumitur potus usque ad ebrietatem, sumitur plusquàm necesse sit. ergo non quoties sumitur plusquàm necesse sit, pertinet ad minuta peccata, aut ebrietas pertinet ad minuta peccata. Hoc est contra Thomam. Maior est certa: conclusio est contra Augustini authoritatem arguendo allata.

¶ Ad hoc dicitur, quòd obiectio procedit ex nō formali intellectu literæ. Nā peccatū cōsistens in hoc, quòd delectatio cibi, uel potus facit hominem comedere, aut bibere plus quàm oportet, ita quòd ex hoc formaliter habeat speciem, spectat ad gulam, ut prius

prius paruit. Delectatio aūt trahens hominem ad bibendū vsq; ad ebrietatem, licèt inferat etiam potum plusquàm oportet, nō tamen ex hoc trahit speciem, sed ex hoc quod est inebriatiua. Et propterea illa propositio. Cū sumitur potus vsq; ad ebrietatem, sumitur plusq̄ oportet, distinguenda est; q si intelligitur formaliter & completiuè, ita q ly plusquā oportet, sit in quo cōpleatur peccatū, falsa est. Si aūt intelligitur circunstāter, ita q ad ebrietatē cōcurrit, vt circunstantia quędā, ly plusquàm oportet, sic est vera. Augustin⁹ ergo, & author tradūt q sumere plusquàm oportet formaliter & cōpletiuè, ita q in ly plus, cōpletur rō peccati, spectat ad peccata minuta, & ad gulā. Et quia hoc intendit author, vt patet ex supradictis, ideò patet quòd responsio authoris optimè facit satis authoritati Augustini.

¶ In responsione ad tertium iam tactum & promissum dubiū occurrit, An ebrietas scienter nō ex delectatione potus, sed propter medicinam, sit licita. Et ultra superius allata ex Martino occurrit alia dubitandi ratio, quia in litera author non dicit simpliciter non licere propter medicinam, sed dicit non licere propter vomitum, quia pōt aliter procurari uomitus. Et propterea restat quæstio de ista conditionali, Si medici consulunt ebrietatem pro sanitate recuperanda, nunquid liceat.

¶ Ad hoc dicitur, quòd si medicinæ ars disponeret ebrietatem esse necessariam ad euacuationem, seu curam alicuius infirmitatis, ebrietas in illo casu non esset ebrietas formaliter, quæ est peccatum, sed materialiter tantum, quoniam non esset ex delectatione in potu uini, & esset licita. Et ratio est illa, quā author in hac littera explicat, scilicet, quia talis potus esset moderatus infirmo, qui non est moderatus sano. Ista enim propositio directè subsumitur sub uniuersali regula in litera tradita de cibo, vel potu immoderato respectiuè. An autem ita sit de facto, q medicina disponat in aliquo casu necessariam esse ebrietatem, non est philosophi moralis, nec theologi, sed scientię medicinę opus. Nec huic conclusioni obstant uerba subiuncta in littera, de uomitu per aquam tepidam, vt Martinus obiecit, quoniam author loquitur de vomitu formaliter, & non de tali uomitu, nec de uomitu talis personæ. Et intendit, quod quia ad procurandum uomitum, si sic nō est necessaria ebrietas, ideò nō excusaretur a b ebrietate, si quis propterea inebriaretur, vtpotè inferendo sibiipsi malū sine necessitate. Secus autem est de tali vomitu, aut de uomitu in tali persona: si necessaria est ebrietas ad talem vomitum, aut talem personam. Ex his autem ad duos casus Martini supra recitatos, dicendum est. Et ad illum quidē de homine sic cōplexionato, seu infirmo, quòd cum vino inebriatur, sine uino grauius infirmatur, standum esse consilio medicinæ, eo q regula cibi & potus infirmorum in ordine ad sanitatem corporis ad artem medicinę spectat. Ad alterum verò de ebrietate ad euitandum sæuitiam tyranni, aut infidelis, respōdetur, quòd cum potus talis in ordine ad proprium & proximum finē sit immoderatus, quia in ordine ad corpus & vsum rationis est immoderatus, & huiusmodi immoderatio scienter facta sit peccatum ex suo genere, & non sint facienda mala, vt eueniant bona, non excusaretur à peccato non solum qui inebriaretur, sed nec si medium excederet in cibo & potu ut euaderet sæuitiam tyranni, aut infidelis. Non sunt enim hæc congrua media ad huiusmodi finem.

¶ In eodem secundo articulo q. 105. dubium circa principalem conclusionem occurrit, An scilicet ebrietas sit mortale peccatū. Videtur namque ratio in oppositum, quoniam delectatio impeditiua usus rationis, seu concupiscentia vini impeditiui usus rationis, quæ assignatur pro causa peccati mortalis, non est sufficiens ratio peccati mortalis, quāmuis sit sufficiens causa peccati: quoniam nec delectatio, seu concupiscentia vini secundū se est peccatum mortale, nisi in ea ponatur finis ultimus, quod est extra propositū: nec priuare se vsu rationis absolutè est peccatum mortale, vt patet de dormiente uoluntariè. Si igitur est hic peccatum mortale, oportet q sit ex utroq; simul iuncto, scilicet ex hoc quòd concupiscentia, seu delectatio vini est ablatiua usus rationis, & hoc superius affirmauimus: sed q hæc duo simul non sufficiant ad peccatum mortale, probatur dupliciter. Primò, ducendo ad inconueniens, scilicet quòd sciēs, & uolens dormire superfluè ex delectatione, quam percipit in aquę stillantis sonitu, peccaret mortaliter: quoniam utrobique ex delectabili volens & sciens priuat se quis usu rationis. Et similiter quicumque ex aliqua causa veniali secundum se volens & sciēs sine necessitate dormiret, peccaret mortaliter, quia ex proposito, & causa mala priuaret se usu rationis. Nil.n. plus mali culpę assignatur in causa ebrietatis, quàm in istis. Deinde probat ostensiuè: quia priuare se usu rationis contingit dupliciter, scilicet simpliciter, & ad modicū tempus. Primo modo est maximum malum, ut patet in amentibus & nullo modo licet, multò minus, quàm priuare aliquem uisu corporali. Sed secundo modo constat, q non est peccatum mortale ex suo genere, vt patet ex somno, & dormiente superfluè scienter. Oportet ergo aliquid apponere, vnde habeat rationem peccati mortalis: sed ex adiuncta concupiscentia, aut delectatione potus uini, hoc non habetur, quia secundùm se aut non est peccatum, aut veniale. ergo.

¶ Ad hoc potest dici, nouam introducendo opinionem, immò prius antiquam renouando, quòd ebrietas nisi sit assidua, non est peccatum mortale non quòd iteratio actus faciat de ueniali mortale, sed quia virtus assiduæ ebrietatis est notabiliter impeditiua usus rationis, & per hoc notabilis nocumenti illatiua homini, qui secundùm rationem uiuere debet. In una autē ebrietate non est huiusmodi vis damnificatiua notabiliter usus rationis, vt experientia testari uidetur. Sicut ergo gutta cauat lapidem ex frequenti casu, ita ebrietas efficit notabile damnum homini ex assiduitate. Et quia peccatum mortale ex suo genere non est, nisi sit notabiliter contra bonum Dei, proximi, aut ipsius peccantis: ideò ebrietas non nisi assidua, est peccatum mortale. Et hæc uidetur doctrina Augustini in allegato sermone de purgatorio, vbi distinguendo peccata mortalia à nō mortalibus ponit ebrietatem, si sit assidua, inter mortalia. Hoc idē sentit Glos. ad Gal. 5. in uerbo, Ebrietates, & diuus Thomas met ibidem glossat assiduè & in quęst. de malo q. 8. art. 8. ad tertiū, & q. 7. art. 4. ad primum, sentit quòd ebrietas non est peccatum mortale ex suo genere. Hęc opinio sequaces multos inueniret, nisi authoritas tanti doctoris, hic & superius in præcedenti libro q. 88. arti. 5. ad primum, & super epistolam ad Roman. 13. expressè obstaret.

¶ Ad cuius euidentiā, quia tota difficultas consistit, An una ebrietas inferat notabile nocumētum, aduertendum est, quòd vsus rationis est multò maius bonum, quàm usus domus. Cōstat autem quòd priuās aliquem usu suæ domus nō solùm totaliter, hoc est, in perpetuum, sed etiam ad tempus, puta, vno die, peccat mortaliter: quoniam vsus priuatus est bonum notabile, & temporis circunstantia non facit vt pro nihilo habeatur. Quanto ergo magis priuans proximum suum vsu rationis per vnū diem, peccat mortaliter? Et eadem ratione priuans seipsum vsu rationis peccat mortaliter: quoniam vsus rationis nō est bonū voluntariū sicut domus, sed est bonū naturale, sicut oculus, &c. naturalia. In naturalibus autem ita peccat mortaliter priuans seipsum, sicut priuans proximum: quia homo nō est dominus suorum naturalium, vt possit se priuare illis cum vult, sicut potest donare domū, & illius vsum. Inuenitur ergo in ebrietate, quæ usum rationis violenter tollit, iniuriosa priuatio notabilis boni ex suo genere, nec ex imperfectione actus, ꝓpter breue tēpus excusat, sicut nec excusaretur si tanto tempore quis violenter impediret aliquem ab vsu manuum suarum ligando illas.

¶ Ad obiectionem autem in oppositum de dormiente superfluè ex delectatione, vel alia illicita causa, respondetur, quòd nō est simile propter duo. Primò, quia priuatio vsus rationis ꝑ somnum, est priuatio naturalis: priuatio autem per ebrietatem, est priuatio uiolēta, quoniā illa fit media quiete sensuum, in qua consistit somnus: ista fit perturbatione ægritudini, vt patet in ebrijs uigilantibus. Secundò, quia in vsu rationis considerantur tria. Primò, ipse actualis vsus rationis. Secūdò, rationis solutio, ut possit quis ea vti si uult. Tertiò, expeditio ad solutionem rationis in somno. Prima duo tolluntur in ebrietate autem tollitur & tertium, qñ ebrietas non solùm vinculum rationi imponit, sed

Universidad de Deusto Biblioteca

sed etiam necessitatem permanendi in tali vinculo. Vnde dormiens aliquo forti sono facto excitatur, & soluta ratione potitur. Ebrius autem quàmuis vigilet, necessitatem violentam vinculi rationis patitur. Et rursus, dormiens potest disponere vt per hominem, aut horologium &c. tali horae excitetur, ebrius autē si ordinauerit, nil prodest, q tali hora violēta necessitati vinculi rationis subiacebit. Quod ergo author in prioribus libris pertransierat, supponendo cum alijs, q ebrietas erat veniale, postmodum ad altiora diuini luminis cum accessisset, summa hoc determinauit dicendo, quòd est mortale peccatum ex suo genere, quia tanto bono, scilicet vsui rationis opponit. Nec obstat hoc superius dictis, scilicet quòd ebrietas materialiter, si necessaria est ex cōsilio medicinæ, est licita. Non .n. sequitur ex his, quòd peccatū ex suo genere sit licitum pp bonum finem: sed benè sequitur, quòd materia peccati ex suo genere licita sit propter bonum finē bonum quādoq; quod non esse conueniens patet. Detractio .n. ex sua ratione est peccatum mortale, detractio tamen materialiter est quandoque licita, puta si aliter nō potest peccatum proprium confiteri, aut si pp bonum animę illius expedit reuelare peccatum illius. Qui enim ex medicinæ necessitate se inebriat, vel alium nō nisi materialiter ebrietatem incurrit: quoniā non tendit ad delectabile, quod est formale in speciebus intemperātię, de quarum numero est ebrietas.

*Li. 10. c. 31. ante mediū tomi.

*q6. 141. ar. 6.

Respō. a

Porrella per totum.

726

*Hom. 1. ad popul. Antioche nū. à medio illius, tom. 5.

†In decr. dis. 35. ca. ante oia.

SVPER Q. CL. ART. III.

IN artic. 3. eiusdem 150. q. in responsione ad primum, Mariani obiectio occurrit vbi supra, contra authorem hic arguentis, q non reputat veram hanc expositionem authoris, cum multa uitia sint magis cōtra, quàm ebrietas tantummodo qui se inebriant, pauci sunt in cōparatione ad alios.

¶ Ad hoc dicitur, q obiectio non solùm contra intentionē, sed contra verba authoris sensum accepit. Author siquidem dicit, q peccata intemperantiæ sunt communissima quo ad pronitatem & non dicit, q ebrietas est maximè communis, ita q author non intendit, q Chrysostomus speciebus intemperantiæ attribuit talem amicitiam cum dæmone propter generis sui frequentiam, quantam amicum reddunt dæmoni.

¶ In eodem ar. 3. in responsione ad secundum, dubium occurrit, quia responsio authoris aut est falsa, aut non soluit argumētum. Responsio enim sua cōsistit in hoc, q malus malum est vitium, seu peccatum, quàm amissio vsus rationis: quia maius bonum est virtutis bonum, quod est semper bonū, quàm vsus rationis, qui potest esse bonus & malus. Sub hac autem distinctione, & doctrina aut author intendit subsumi debere, q ebrietas tollit vsum rationis, & non bonum virtutis, ac per hoc nō magis contrariatur rationi, & sic falsum dicit, quoniam ebrietas tollit vtrunque bonum, s. & usum rationis, & ponit peccatum contrarium bono sobrietatis: aut si intendit, q p ebrietatē tollatur vtrunque bonum, & sic verū dicitur. Sed argumentum remanet, q a ebrietas totaliter tollit bonū rationis, quantum ad bonū moris, & quātum ad bonum naturæ.

¶ Ad hoc dicit, q nulla falsitas est in hac responsione, & q optime euacuat argumentum. Intendit siquidē author, q cum duobus modis, seu quoad duo tollatur bonum rationis, s. quo ad bonū naturæ, quod est vsus rationis, & quo ad bonū moris, quod est bonū virtutis, cōparatio vitiorum in grauitate non est tā cōmensuranda penes bonum, vel malū naturæ, quàm penes bonum, vel malum moris: quia bono naturæ, quale est usus rōnis, pōt qs benè & male uti. Bonū verò moris, quale est bonū virtutis moralis &c. ē bonum semper. Et sub hac regula nō est subsumendum, quòd ebrietas tollat tū bonum naturæ, s. vsum rationis, qđ in veritate tollit & bonū naturæ tollēdo vsum rōnis, & bonū moris ponendo peccatū cōtrarium bono uirtutis, q est sobrietas. Cōsequē est omni uitio, ac peccato tollere bonū moris. Peculiare autē est ebrietati, quòd etiam tollat bonū naturę in ipsa ratione, sicut alia vitia tollunt alia bona vel naturæ in corpore, vt homicidium tollit vitam, vel fortunæ, ut furtum tollit pecuniam &c. Sed subsumendū est, quòd grauitas peccatorum præcipuē pensanda est ex contrarietate ad bonum moris, ita quòd vitium magis contrarium bono rationis morali est grauius: ac per hoc licèt ebrietas sit contraria bono rationis & naturali, & morali, quia tamen alia uitia magis contrariantur bono morali rationis, ideò ex hac ratione, quia scilicet ebrietas tollit bonum rationis totaliter, s. quia etiam tollit vsum, non sequitur quòd grauissimum sit peccatorum, sed illa vitia, quæ tollunt multo maius bonum rationis morale, sunt grauiora.

F quæ non semper est peccatum mortale: sed plus sumere in potu scienter vsq; ad ebrietatē, hoc est peccatū mortale. vndè Aug. dicit in 10. confess.* Ebrietas lōgè est à me, misereberis ne appropinquet mihi: crapula autē nonnunq̄ subrepsit seruo tuo.

G AD III. dicendum, q sicut dictū est,* cibus, & potus est moderandus, sm q competit corporis valetudini: & ideò sicut qñq; contingit vt cibus, vel potus, qui est moderatus sano, sit superfluus infirmo: ita ēt potest econuerso contingere, vt ille q est superfluus sano, sit moderatus infirmo. Et hoc modo cū aliquis multum comedit, vel bibit sm cōsilium medicinæ ad vomitum prouocandum, non est reputandus superfluus cibus, vel potus. r Nec tamē ad vomitum prouocandum requiritur quòd sit potus inebriās, quia ēt potus aquæ tepidæ vomitum causat: & ideò pp hanc causam nō excusaretur aliquis ab ebrietate.

ARTICVLVS III.

Vtrum ebrietas sit grauissimum peccatorum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd ebrietas sit grauissimum peccatorum. Dicit enim Chrys.* q nihil ita est b dæmoniacum, sicut ebrietas, & lasciuia, quæ est mater omniū uitiorum. Et in decreto dicitur distin. 35.† Antè omnia clericis vetatur ebrietas, quę omnium vitiorum radix, & nutrix est.

¶ 2 Præt. Ex hoc dr aliquid esse peccatum, q bonū rationis h excludit: sed hoc maximè facit ebrietas. ergo ebrietas est maximum peccatorum.

¶ 3 Præt. Magnitudo culpæ ex magnitudine h pœnæ ostēditur: sed ebrietas videt esse maximè punita. dicit .n. Ambro.* q non esset in homine seruitus, si nō fuisset ebrietas: ergo ebrietas est maximum peccatorum.

SED CONTRA est, q sm Gregor.* vitia spiritualia sunt maiora, q̄ carnalia: sed ebrietas continetur inter vitia carnalia. ergo non est maximum peccatorū.

RESPON. Dicēdū, q ex hoc dr aliqd esse malū, q priuat bonū: vñ quātò maius est bonū, qđ priuat p malū, tātò malū grauius ē. Manifestū est aūt q bonum diuinū est maius, q̄ bonum humanū: & ideò m peccata, q̄ sūt directè cōtra Deum, sunt grauiora pctō ebrietatis, qđ directè opponit bono rationis humanæ.*

H AD I. ergo dicēdū, q ad peccata intēperātię maximè homo hēt pronitatē pp hoc, q hmōi concupiscentię, & delectatiōes connaturales nobis sunt: & sm hoc dicūtur hmōi peccata esse maximè amica diabolo, non qa sint alijs grauiora, sed quia sūt apud homines frequentiora.

I AD II. dicendū, q bonum rationis impedit dupliciter. Vno modo, per id qđ est cōtrariū rationi: alio modo, per id qđ aufert vsum rationis. Plus aūt habet de rōne mali id, quod cōtrariatur rōni, q̄ qđ ad horā vsum rōnis aufert. Vsus .n. rōnis pōtest & bonus, & malus, qui tollitur p ebrietatem: sed bona virtutū, quæ tolluntur per ea, quæ cōtrariantur rōni, sunt semper bona.

K AD III. dicendū, q seruitus est consecuta ex ebrietate occasionaliter, inquantum Cham maledictionē seruitutis i sua posteritate accepit p hoc, q irrisit patrē inebriatū, nō aūt seruitus fuit directè pęna ebrietatis.

*In li. de Helia, & ieiunio ca. 5. parū ante mediū, to. 4.

*Libr. 31. Moral. 11. parū āte med.

Conclu. m

SVP. QV. CL. ARTIC. IIII.

IN articulo 4. eiusdem quæstio. 150. dubia multa occurrunt. Primum est, an peccata commissa ab ebrio sine sua culpa, totaliter excusata sint. Et est rō dubij, quoniam Martinus in hac quæstione pbat partē negatiuā quo ad aliqua peccata, quæ scilicet ebrius cognoscēdo ex passionum motibus cōmittit, & etiam sine ebrietate esset facturus, & gaudet post ebrietatem se commisisse quoniam talia peccata ebrij, nec per ignorātiam, nec ignoranter cōmittuntur. In oppositū uidetur littera, dicens, q sequens peccatum totaliter excusatur a culpa.

¶ Secūdum dubium est. An peccatum cōmissum ab ebrio ex sua culpa excusetur à toto, uel potius aggrauetur: & est ratio dubij, quia singula mēbra habēt proprias opiniones. Martinus siquidē ubi supra, probare nititur, q ebrietas culpabilis quandoque aggrauat peccatum sequens, probatque hoc supponendo, q actus exterior non habet ex se propriam bonitatem, uel malitiam, licèt sm ratione actus interioris, & hoc supposito, ponit duos casus similes, unum de ebrio cognoscente coniugatā, quia non recolit esse iam nuptam. Alterum de Lot, supponendo ebrietatem eius culpabilē, ipsum putasse se cognoscere tūc propriam uxorem. Hic namque cōmisit incestum, & ille adulterium ex ebrietate, cum tamen ex uoluntate Lot reddere debitum, ille autem solū fornicari uolebat. Ebrietas igitur auget quandoque peccatum. Ex quāmuis nullum sciam in secundo membro dubitare, sanè intellecto, quia scilicet constat ebrium minus peccare in his malis, quæ tunc facit, quàm si sobrius illa met faceret: & propterea procul dubio excusatur a tāto: dubium non paruum est, an excusetur a toto: & est ratio dubij diuersitas opinionum, & rationum. Quibusdam enim probabilius uidetur, quòd excusetur à toto, & his ratio suffragatur, quia mentis inoperatiō possunt peccare de nouo, quamuis peccauerint ponendo se in tali statu mentis: & confirmatur hoc, quia furiosi, & amentes siue culpabiliter, siue non, excusantur a toto. Alijs autem uidetur oppositum, & de eorum numero uidetur author in litera, dum dicit, Diminuitur sequēs peccatum, & non dicit, Tollit sequens peccatum diminutio enim quantitatis magnitudinem aufert, non speciem substantialem. & his ratio quoque suffragatur, quia peccatum sequens est in seipso actus deformis, & est uoluntarium in sua causa, quam potuit, & debuit iste uitare, ergo habet omnia requisita ad hoc, q sit formaliter peccatum in genere moris. Non subest igitur cā rationabilis, quare excusabile sit quin committenti imputetur, licèt minus, quàm si sobriè committeret illud.

¶ Ad horum euidentiam distinguenda sunt hæc, quæ in præcedenti libro quæstionis. 76. dicta sunt de peccatis ebriorum, & similium, ut clara notitia casuum habeatur. Dicendum igitur mihi uidetur, quòd ebrius ex sua culpa dupliciter se habet ad sequens ex ebrietate peccatum, scilicet præuidendo, uel nō præuidendo illud. Reputatur autem præuisum peccatum, non solùm si sit præuisum in sua specie, puta, quia nouit q se ebrium proximis detrahere, aut in suo genere, puta, quia nouit quis se ebrium nimio linguæ irretiri, quamuis modo detractione, modo contumelia, modo blasphemia, modo irrisione, modo turpiloquio, sed etiam si sit præuisum in communi, puta, qa scit se ebrium in aliquo peccare, licèt nesciat in quo genere tunc peccabit. Reputatur rursus præuisum, non solùm si sit præcogitatum, seu si debuit esse præuisum præcogitando, puta, quia expertus est inclinationes suas pronas, quanto magis bibit, ad peccata: uel quia alias in alienatione mentis, uel prope, incidit in peccatum. Aestimatur autem non præuisum peccatum ex ebrietate, quando nullo modo præuisum est, præuiderique rationabiliter non potuit humano more. Quando igitur peccatum sequens ebrietatē culpabilem est præuisum, tūc peccatum illud non excusatur a specie sui peccati, sed reddit ad naturam suæ speciei rōne uoluntarij in ignorantia ista inclusi terminati ad præuisum, licèt excusetur à tanto, quia non sic peccat, quātū peccaret si sobrius illud cōmitteret, quia aliquo mō inuoluntarium est pctm illud, aliter nō ex ebrietate causaretur: & tunc sunt duo peccata, ebrietas, & illud pctm in suis speciebus, & quo ad hoc uera est opinio dicentium, q ebrietas culpabilis excusat a tanto, sed nō a toto. Licèt .n. sine rationis usu, absolutè loquendo, non possit quis de nouo peccare, quia tñ prius sua rōnis usum permisit, q si se priuat rōnis usu, actū peccati sicut per, & culpabiliter priuat se rōnis usu, iā uult nūc p tūc, s. quādo sine rationis vsu erit, peccatū incurrere. Et si quæratur, Quando iste cōmittit illud sequens peccatum, uidetur, q committit illud, actu quidē interiori qā inebriatur, quoniam tunc uult ebrietatem, & sequens peccatū: actu uerò exteriori, quando iam ebrius peccatum illud exercet, percutiendo, uel detrahendo. Et uidetur quoque posse contingere in huiusmodi hominibus, quibus huiusmodi casus oportet esse præuisos, q alienatio mentis ex furia, uino, uniuersaliter infirmitate curabili, uel quacunque simili causa (q secundùm se esset uenialis) propter præuisum actū futuri peccati mortalis, fiat mortalis, imponēcum uoluntate non curāte incursum peccati mortalis. Quando autem nulla timendi futurum casum subest ratio, puta, ebrius assuetus est dormire in sua pace &c. tunc si casu ebrius culpabiliter aliquod peccatum committeret, peccatum illud excusaretur a toto, hoc est, a specie: ita quòd ebrietas, & ille actus non sunt duo peccata, sed ille actus est circunstantia quidē: hoc est effectus ebrietatis non intētus, nec præuisus, & nihil, aut parum aggrauat ebrietatē, nihil per se, pro quanto non intentus, nec præuisus, parum per accidens, pro quanto culpabiliter iste se posuit in statu causandi istum effectum, ut sic aliquid de uoluntario imputabili habeat. Et quia sic Lot incestum commisit, ideò culpandus est secundùm Augustinum non quantum incestus, sed quantum illa ebrietas meruit: & secundùm hoc uera est opinio dicentiū, q excusantur a toto ebrij.

¶ Sed restat hic dubium, de homine inexperto primò se inebriante ex proposito, nihilque cogitante de periculo sequentium peccatorum, An sequens ex tali ebrietate peccatum excusetur ut non præuisum, aut imputetur ut præuisum. Et ad hoc cum distinctione dicendum uidetur, q peccata, quæ solent ab ebrijs committi, quāmuis non omnes ebrij illa committant, collocanda sunt sub genere præuisorum: quoniam debuerunt præuideri ab illo, qui se inebriauit, ex quo multorum ebriorū actiones contingit esse tales. Sicut enim inter præuisa homicidia computatur, si quis casu hominem in monte occidit, non præsciens an mons ille sit meabilis ab homine, an non, ex quo aliqui sunt meabiles, aliqui non: sic inter præuisa peccata numeranda sunt, quæ aliquis nesciens si in se hæc sequentur, quæ in multis ebrijs sequuntur, ebrietati, & suæ dispositioni sibi ignotæ quo ad hoc se committit, cum possit utraque pars contingere. Peccata autem, quæ magis in passione, quàm in actione consistunt, quæ non ex ipsis ebrijs, sed ab alijs captantibus tempus ebrietatis emergunt, uidentur computanda sub non præuisis, quoniam hæc subterfugiunt humanam diligentiam communiter, quale fuit incestus Lot. Hoc enim exigitabile quodammodo est ad cauendum: & propterea non uidentur cadere sub uoluntate ebrietatis, nisi sicut euentus, seu effectus in sua causa possibilis.

¶ Et quoniā in hoc ultimo dubio tractatur propriè de ebrijs vt

Porrella per totum.

727

1. 2. q. 76. ar. 4. ad 1 & 4. Et 1. 2. di. 24. q. 2 ar. 2. ad 2

*Li. 3. c. 5. in medio

*Li. 6. c. 5. & 11.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ebrietas excuset a peccato.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q ebrietas non excuset a peccato. Dicit b enim Philos. in 3. Eth.* q ebrius meretur b duplices maledictiones. ergo ebrietas magis aggrauat peccatum, quàm excuset.

B ¶ 2 Præt. Non excusatur peccatum per h peccatum, sed magis augetur: ebrietas autē est pctm ergo non excusat a peccato.

¶ 3 Præt. Philos. dicit in 6. Ethi.* quod sicut ratio hominis ligatur per ebrietatem, h ita ligatur per concupiscentiam: sed concupiscentia non excusat a peccato. ergo etiam neq; ebrietas.

C SED CONTRA est, quòd Lot excusatur ab incestu propter ebrietatem, ut Aug.* dicit contra Faustum.

RESP. Dicendū, q in ebrietate duo attenduntur, sicut dictū est,* scilicet defectus consequens, & actus præcedens. Ex parte autem defectus cōsequētis, i quo ligatur usus rationis, m ebrietas hēt excusare a peccato, inquantum causat inuoluntarium per ignorantiam. n Sed ex parte actus præcedētis vr esse distinguendum, qa si p ex actu illo præcedente subsecuta est ebrietas sine pctō, tūc pctm d sequens totaliter excusat a culpa, q sicut fortè accidit de Lot.* Si aūt actus præcedens fuit culpabilis, sic nō totali ali

*Li. 22. c. 44. tom. 6

*Ar. 1. huius quæst.

Conclu. m

Conclu. p

D. 554.

Conclu. a

peccati in præcedentibus verò de tali, vel tali ebrio, ideò se F uitatem venialem. Ebrietas autem culpabilis propriè dicta, nō consequuntur hæc tam authoris, quàm nostra in præcedenti libro nisi mortaliter peccando incurritur, vt patet in artic. 2.
dicta de peccatis ebriorum, interpretanda relinquimus. ¶Accedit ad hæc Arist. in 3. Ethic. authoritas, qui ex eadem cau
¶His præhabitis respondetur directè ad primum dubium, & di sa ebriorum ignorantiam atque peccata, & malos habitus, &
citur, quòd peccata sequentia ebrietatem uocantur illa solùm, si orbitates corporales uoluntarias, & ignorantiam legū ob negligentiam reprehendit, quia scilicet in potestate nostra est, ut simus, uel non simus tales, puta, ebrij, iniusti, cæci, ignorantes. Simile siquidem esse constat in casu posito, scilicet, si uoluntariè quis fiat amens, aut furiosus. Et hoc intantum uerum uidetur, ut non solum in moralibus, sed etiam in iudicijs secundum leges, si constaret, quòd aliquis uoluntariè se furiosum fecisset, puniretur, & esset irregularis si occidisset hominem: quoniam in Sexto furiosus absoluitè, non furiosus uoluntariè excusatur ab irregularitate homicidij. Leges enim, ut Aristo. ibidem dicit, uoluntarias ignorantias arguunt ac puniunt, non excusant.

tantum ex ebrietate, inquantū tollit rationis usum: & ideò si aliquis ex parte remanet rōnis usus liber, non est sermo de illis peccatis: similiter si peccata fiat ex ebrietate ob affectata peccata. Huiusmodi. n. ebrietas aggrauat procul dubio, sicut ignorantia affectata. Sed hæc nō est cā q peccet p ignorātiam, imò ipsa ignorātia ē ansam ad peccandū liberius. In peccatis aūt, ad quæ ebrietas se habet ut concomitanter, regulæ ignorātiæ concomitantis seruandæ sunt, q. s. nec excusat, nec accusat, & ipsa vt radice peccatum in naturā suæ speciei. Author aūt loquitur de peccatis ex ebrietate causatis, ita q ab illo ebrio nō fierent, & dicit illa ex toto excusari, si ebrietas est inculpabilis.

Conclusionis 3 pars

Li. 22. ca. 44. to. 8.

Respon. 2.

** Li. 2. Polit. in fin. tom. 5.*

** Rodēlo eo ubi dicto.*

• Ad obiecta autem Martini in secundo dubio, q aggrauatione peccatorum ex ebrietate in illis duobus casibus dr dupliciter. Primo in neutro illorum casuum ebrius esset reus adulterij, aut incest̄, nisi fortè in primo, quia debuit præuidere casum. Dicitur secūdo, & meliᵘ, quòd aliud est dicere. Ebrietas facit incurrere peccatum grauioris ordinis: & aliud, quòd ebrietas aggrauet peccatum. Primum. n. gratis conceditᵘ, q̄a ebrius incurrit & quandoque blasphemiam, & quandoque homicidium &c. Secundum autem negatur, quoniam illud peccatum cuiuscunque ordinis sit, quod ebrius ex ebrietate committit, ita quòd sobrius nō committeret, minus est, & ex ipsa ebrietatis conditione alleuiatur. Nec huius oppositum casus allati probant, sed primum, quòd scilicet ille adulteratur, qui non adulteraretur.

** In corp. art.*

D. 457. & 372. & 726.

Respon. 2.

quis excusat à peccato sequē ti, quod s. redditur uoluntariū ex uoluntate præcedētis actus, inquantum. s. aliquis dās operā rei illicitę, incidit in sequēs peccatum. Diminuitur tñ peccatū sequens, sicut & diminuit rō voluntarij. Vnde Augus. dicit contra Faustum, q Lot culpādus est non quantum ille incestus, sed quātū ebrietas meruit.

Ad primum ergo dicēdū, q Philosophus non dicit, q mereatur grauiorē maledictionē ebrius, sed q mereatur duplicem maledictionem pp duplex peccatum. Vel pōt dici, q loquitur secundum legē cuiusdā Pitaci, qui, ut dr in 2. Politic.* statuit q ebrij si percuterent, H plus punirentur q̄ sobrij, quia pluries iniuriant inq̄ quo ut Aristo. ibidem dicit,* uidetur magis respexisse ad utilitatem, s. ut cohiberentur iniuriæ, quàm ad ueniam, quam oportet habere de ebrijs propter hoc, quòd non sunt sui compotes.

Ad II. dicendū, quòd ebrietas habet excusare peccatum nō ex parte qua est peccatum, sed ex parte defectus consequē tis, ut dictum est.*

Ad III. dicendum, quòd cōcupiscentia nō totalr ligat rationē, sicut ebrietas, nisi fortè sit tanta q faciat hominem insanire: & tamen passio concupiscentiæ diminuit peccatum, quia leuius est ex infirmitate, quàm ex malitia peccare.

QVAESTIO CLI.

De Castitate, in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerandum est de castitate.

G ¶Et primò, de ipsa uirtute castitatis.

¶Secundò, De uirginitate, quæ est pars castitatis.

¶Tertiò, De luxuria, quæ est vitium oppositum.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶Primò, Vtrū castitas sit virtus.

¶Secundò, Vtrum sit uirtus generalis.

¶Tertiò, Vtrum sit uirtus distincta ab abstinentia.

¶Quartò, Quomodo se habeat ad pudicitiam.

Articvlvs primvs.

Vtrum castitas sit uirtus.

Ad primum sic proceditur. Vr q castitas non sit uirtus. Loquimur. n. nunc de virtute animæ: sed castitas uidetur ad corpus pertinere, dicitur. n. aliquis castus ex eo, quòd aliqualiter se habet ad vsum quarundam corporis partium. ergo castitas non est uirtus.

I ¶2 Præt. Virtus est habitus uolūtarius, ut dr in 2. Ethic.* sed castitas non vr esse aliquid uolūtarium, cum per uiolentiam auferri uideatur mulieribus uiolenter oppressis. ergo, videtur quòd castitas non sit virtus.

• Ad rationem uerò alterius opinionis, quòd nullum peccatum culpabiliter ebrij excusetur a toto, hoc est, quin sit formaliter in se peccatum, dicendum est, quòd peccata, quæ rationabiliter putāt sunt non sequi, aut sunt de raro contingentibus, quæ ab extra causantur, aut non sunt uoluntaria in causa, ita quòd debuerit ille uitare ebrietatem vt causam horum, licèt debuerit ipsam uitare absolutè. Et propterea illa non imputantur ut peccata, sed ut euentus consequentes peccatum ebrietatis.

Porrecta per totum. 725

3. Eth. le. 22.

** Lib. 2. ex ca. 4. & 6. videtur posse haberi, to. 5.*

¶Ad rationem pro opinione omnino excusante peccata omnia ebriorum, quia mentis inopes nequeūt de nouo peccare, Ridetur q mentis inopes nō possunt totaliter de nouo peccare, sed bñ possunt ex antiqua uoluntate de nouo peccare excūdo in peccatum exterius. Dicitur enim in litera, quòd sequens peccatum redditur uoluntarium ex uoluntate pcedētis actus. Ad confirmationē de amentibus & furiosis, dr q quia absolutè loquendo illa sunt in genere insolentium iorum, seu pœnarum & ægritudinum, ideo simpliciter excusantur toto. An autē si accideret huiusmodi defectus uoluntariè, peccata sequentia excusarentur a toto, licèt diuersa fortè sit opinio, ratio tamen conuincere uidetur, quòd idem sit de talibus, & ebriorū uoluntariè peccatis, hoc adiecto moderamine, quod furiosi & amentes possunt fieri uoluntariè uenialiter, uel mortaliter. Et si uenialiter tales fierent, reliqua consequentia non excederent gra-

SVP. QV. CLI. ARTIC. I.

K In art. 1. q. 151. in responsione ad secūdum, aduerte Nouitie, q quia uiolentia non pōt inferri animo, in quo est consensus, sed corporiuō mulier tunc sit dr uiolenter oppressa, quando nō consentit ei in pati actum uenereū, quis corpus compellatur, ut patiatur actum illum. Sic. n. non perditur castitatis virtus, sed perseuerat cum duplici corona, ut Lucia dixit. Sed si mauult se opprimi, q̄ clamare, & in linguas loquentium incidere, ut multæ uidentur mulieres facere, quo ad impudicitiā, aut q̄ percuti, occidi, & infamari, ut Lucretia dicitur fecisse, nō salua remanet castitas. Oportet siquidem aut Susannam imitari, aut declinare, si fieri potest, contagionem.

¶In eodem articulo in responsione ad tertiū Martinus occurrit in quæst. 1. de castitate, dicens, q hæc opinio uidetur multis dura, & quòd est in uno sensu uerā. s. de infidelibus nec Christiano, nec illuminato ad bonam operationem: sed in genere concedenda est uirtus uera, & sic Augu. loquitur, & ut puto, Thomas aliàs sequeretur, quòd nūquam ex infideli posset fieri fidelis, qa non fieret fidelis per malam operationem, ergo per bonam. ergo antequā ñ sit fidelis, fuit in eo bona, & laudabilis operatio.

¶Ad hoc dr, q nec Augustini, nec Thomæ mens habet, qñ loquuntur isti de uirtute simpliciter, hoc est, in ordine ad vltimum finem simpliciter, qui est beatitudo humano generi promissa per gratiam, ut patet ex Aug. ratione Absit, ut iustus, nisi ex fide viuat. Hanc autē uirtutem in nullo est infideli, ut patet. Obijciens autem loquitur de uirtute infra bonum humanum, de qua in præcedēti libro disputatum est, an egeat gra. uel &c. Et constat, q in infidelibus pōt esse aliqua operatio uerè bona humano more, ut honorare parentes, reddere depositū domino, seruare fidem coniugalem &c. Et per similia bona opera accedit infidelis paulatim ad fidem.

** Cap. 3. à medio, tomo 3.*

** Lib. 5. c. vlt. to. 5.*

** 1. 2. q. 64 art. 1.*

Conclu. in

D. 319.

¶3 Præt. Nulla virtus est in infidelibus: sed aliq infideles sunt casti. nō ergo castitas est virtus.

¶4 Præt. Fructus a virtutibus distinguunt: sed castitas inter fructus ponitur, vt patet ad Gala. 5. ergo castitas non est virtus.

Sed contra est, qd Aug. dicit i li. de decē chordis.* Cū debeas in uirtute pcedere uxorē, qm castitas est uirtus, tu sub uno impetu libidinis cadis, & B uis uxorem tuam esse uictricē.

Resp. Dicēdū, q nomē castitatis sumit ex hoc, q p rōnem cōcupiscētia castigat, q̄ ad modū pueri est refrænanda, ut patet p Phil. in 3. Eth.* In hoc aūt rō uirtutis humanæ consistit, q sit aliqd fm rōnē modificatū, ut ex supradictis patet:* vñ manifestū est castitatē eē uirtutē.

Ad primum ergo dicendū, q castitas cōsistit qdē in anima, G sicut in subiecto, sed materiam hēt, in corpore. Pertinet. n. ad castitatem, ut secundum iudicium rationis, & electionē uoluntatis, aliquis moderate utatur corporalibus membris.

Ad II. dicendū, q sicut Aug. dicit in 1. de ciu. Dei.* Proposito animi permanente, per quod etiā corpus sanctificari meruit, nec ipsi corpori aufert sanctitatē uiolētia libidinis alienæ, quā seruat pse uerantia cōtinentiæ suæ. Et ibidē dicit, q est uirtus animi, q̄ comitē hēt fortitudinē, q̄ potius qlibet mala tolerare, q̄ malo consentire decreuit.

** Li. 1. c. 18 post mediū to. 5.*

** Eiusdē 1. lib. c. 18 tom. 5.*

** Li. 4. c. 3. aliquantulum a priñ. to. 7*

Ad III dicendum, q sicut Aug. dicit in 4. cōtra Iulianū*. Absit, ut sit in aliquo uera uirtus, nisi fuerit iustus. Absit autem vt sit iustus uerè, nisi uiuat ex fide. Et ideò concludit, quòd in infidelibus neque est uerè castitas, neque aliqua alia uirtus, qa scilicet non referuntur ad debitum finem. & sicut ibidem subdit. Non officijs, idest, actibus, sed finibus à uitijs discernuntur uirtutes.

Ad IIII. dicendum, q castitas, inquantum est quidem secundum rationem operans, habet rationem virtutis: inquantum autem habet delecta- E tionem in suo actu, connumeratur inter fructus.

SVPER QV. CLI. ARTIC. II.

Porrecta per totum. 729

In art. 2. eiusdēq. in rñsione ad secūdum, dubiū occurrit ad hominem, quia author falsum dicere uidetur reddendo rationem, quare concupiscentia delectabilis maximè assimilatur puero, eo q appetitus delectabilis est nobis cōnaturalis &c. Nam author in principio illius rñsionis refert se ad supradicta. Constat autem q superius in q. 142. ar. 2. vbi ex proposito similitudo inter puerum, & intemperatū tractata est, non habetur illa ratio, q̄ hic assignatur. Falsum ē ergo quod hic dicitur, Supra dictū est.

** Cap. 20. post med. tom. 4.*

• Ad hoc dicitur dupliciter. Primò, q ly supra dictum est, nō refertur ad rationē similitudinis, sed ad ipsam solam similitudinem. Nā superiᵘ dictum est, q appetitus delectabilis maximè assimilatur puero, sed ratio similitudinis est noua. Secūdò, dicitur q vtrumque superius dictum est, sed diuersimodè, qa similitudo explicata facis est. Ratio uerò similitudinis insinuata est & in secūda, & in tertia similitudinis cōuenientia, s. in euentu augmenti, & in indigētia remedij castigatiui. Nā quia est nobis connaturalis, ideò maximè augetur delectabilis appetitus sibi derelictᵘ. Et similiter, quia connaturalis est nobis, id castigatione eget, ne indomitus efferatur.

** Lib. 1. in som. Scipionis, in fol. 2. añ med. libri.*

Conclu. in

Articvlvs II.

Vtrum castitas sit virtus generalis.

Ad secundum sic procedit. Vr q castitas sit uirtus generalis. Dicit. n. Aug. i lib. de mē dacio,* q castitas animi est ordinatus animi motus nō subdēs maiora minoribus: sed hoc pertinet ad quamlibet uirtutem. ergo castitas est generalis uirtus.

A ¶2 Præt. Nomē castitatis à castigatione sumit: sed q̄libet motus appetitiuæ partis debet castigari rōne, cū ergo p quālibet uirtutem moralem refræne tur aliquis appetitiuus motus, uidetur quòd quælibet uirtus moralis sit castitas.

¶3 Præt. Castitati fornicatio opponit: sed fornicatio uidet ad oē genus pcti pertinere. dicitur enim in Psal. 72. Perdes omnes, qui fornicantur abs te. ergo castitas est generalis uirtus.

Sed contra est, quod Macrobius* ponit eam partē temperantiæ.

Resp. Dicendum, q nomen castitatis dupl̄r accipitur. Vno mō, pprie, & sic est spālis uirtus habēs spālē materiā, s. cōcupiscētias delectabilium quæ sunt in uenereis. Alio mō, nomē castitatis accipit metaphoricè. Sicut. n. in corporis cōmistione cōsistit delectatio uenereorū, circa quā pprie est castitas, & oppositū uitiū, s. luxuria: ita ēt in quadā spūali coniunctione mētis ad res aliquas cōsistit q̄da delectatio, circa quā est q̄dā delectatio, circa quā est q̄dā spūalis castitas metaphoricè dicta, uel ēt spūalis fornicatio hoīs sm metaphoricè dicta. Si. n. mēs hoīs delectet in spūali coniunctione ad D id, cui dēt coniungi, s. ad Deum, & abstinet se ne delectabiliter alijs cōiungat contra debitū diuini ordinis, dicetur castitas spūalis, sm illud 2. ad Cor. 11. Despondi uos uni uiro uirginē castā exhibere Christo. Si autem delectabiliter contra debitū diuini ordinis coniungatur mens quibuscumq; alijs rebus, dicetur fornicatio spiritualis, secundum illud Hier. 3. Tu autem fornicata es cū amatoribus multis: & hoc mō accipiendo castitatē, castitas est generalis uirtus, quia per quamlibet uirtutē retrahitur mēs humana ne rebus illicitis delectabiliter cōiungatur. Principaliter tamen rō huius castitatis consistit in charitate, & alijs uirtutibus thelogicis, quibus mens hominis cōiungit Deo.

Conclu. p

Conclusionis. 2. Pars.

Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de castitate metaphoricè dicta.*

Ad II. dicēdū, q sicut supra dictum est,* concupiscentia delectabilis maximè assimilat puero, eo q appetitus delectabilis est nobis connaturalis, & præcipuè delectabilium sm tactum, quæ ordinantur ad conseruationem naturę: & inde est, q si nutriat horū delectabiliū concupiscentia per hoc, q ei consentiatur, maximè augebitur, sicut puer, q suæ uoluntati relinquitur. Et sic concupiscētia horum delectabilium maximè indiget castigari: & iō

** In corp. art.*

** ar. præc. q. 142. artic. 2.*

Vnde augetur, & maximè, concupiscentia.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

circa huiusmodi concupiscentias antonomasticè dicitur castitas: sicut & fortitudo est circa ea, in quibus maximè indigemus animi firmitate.

AD III dicendum, quod ratio illa procedit de fornicatione spirituali metaphoricè dicta, quæ opponitur castitati spirituali, vt dictum est.*

*In corp. art.

ARTICVLVS III.

Vtrum castitas sit virtus distincta ab abstinentia.

AD TERTIVM sic proceditur. Vř quod castitas nō sit uirtus distincta ab abstinentia. Quia circa materiam unius generis sufficit vna uirtus: sed[h] vnius generis uidentur esse, quæ pertinent ad unū sensum. cū ergo delectatio ciborū, circa quā abstinentia, & delectatio uenereorū, circa quam est castitas, pertineāt ad tactum, uidetur quod castitas nō sit alia uirt⁹ ab abstinētia.

¶2 Præt. Phil. in 3. Ethi.* omnia uitia intēperātiæ assimilat puerilibus peccatis, quæ castigatione indigent: sed castitas nominatur a castigatione uitiorū oppositorū. ergo cum per abstinentiam[h] cohibeantur quædam uitia intemperātiæ, uidetur quòd abstinentia sit castitas.

¶3 Præt. Delectationes aliorum sensuū pertinent ad temperantiā, inquātū ordinantur ad delectationes tactus, circa quas tēperātia: sed delectationes ciborū, circa quas est abstinētia, [h]ordinanť ad delectationes uenereorū, circa quas est castitas, vñ dicit Hier. Venter, & genitalia sibi metipsis vicina sunt, ut ex uicinitate mēbrorū, confœderatio intelligatur uitiorū. ergo abstinētia, & castitas non sunt uirtutes ab inuicēm distinctæ.

SED CONTRA est, quòd Apo. 2. ad Corin. 6. connumerat castitatem ieiunijs, quæ ad abstinentiam pertinet.

RESP. Dicēdū, quod sicut dictū est,* tēperantia est propriè circa cōcupiscētias delectationū tactus: & ideo oportet ut ubi sunt diuersæ rationes delectationis, ibi sint diuersæ uirtutes sub tēperātia cōprehensæ. Delectationes aūt proportionatur operationibus, quarū sunt perfectiones, ut dr 9. Ethic.* Manifestum est autem quod alterius generis sunt operationes pertinentes ad usum ciborū, quibus natura indiuidui cōseruatur: & operationes ptinentes ad usum uenereorū, quibus conseruatur natura speciei. Et iō[m] castitas, quæ ē circa delectationes uenereorū, est virt⁹ distincta ab abstinētia, quæ ē circa delectatiōes ciborū.*

AD PRIMVM ergo dicendū, quod temperātia nō consistit principaliter circa delectationes tactus quātū ad iudiciū sensus de tangibilibus, quod est eiusdem rōnis in oibus, sed quantum ad ipsum vsum tangibilium, ut dicit in 3. Eth.* Est aūt alia ratio utēdi cibis, & potibus, & uenereis: & ideo oportet eē diuersas uirtutes, licet sint unius sensus.

AD II. dicēdū, quod delectationes venereæ sunt uehementiores, & magis opprimentes rōnem, quā delectationes ciborum, & pp hoc magis indigent castigatione, & refrænatione: quia si eis cōsentiať, magis ex hoc increscit uis cōcupiscētiæ, & deijcitur virtus mentis. Vnde Aug.* dicit in 1. soliloquiorum. Nihil esse sentio, quod magis ex arce deijciat animum uirilem, quàm blandimenta fœminæ, corporumque ille cōtactus, sine quo uxor haberi non potest.

AD III dicēdū, quod delectationes aliorū sensuū nō pertinent ad naturā hominis conseruandā, nisi prout ordinanť ad delectabilia tactus, & ideò circa huiusmodi delectationes nō ē alia uirtus sub tēperātia cōprehensa: sed delectationes ciborū, quis aliqualiter ordineuť ad delectationes uenereorū, tñ ēt per se ordinantur ad uitam hominis conseruandā, & iō ēt per se habent specialē uirtutē, quis illa uirtus, quę abstinentia dicitur, ordinet actum suum ad finem castitatis.

*Lib. 3. c. vlt. to. 5. — * q. 141. ar. 4. — *Lib. 9. ex capit. 7. a med. habetur to. 5. — *Lib. 3. c. 10. to. 5. — *Li. 1. c. 10 ante medid to. 1. — Conclu. m

ARTICVLVS IIII.

Vtrum pudicitia pertineat specialiter ad castitatem.

Porrecta per totum. 731 Sup. q. 143 cor.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd pudicitia non pertineat specialiter ad castitatē. Dicit enim Aug. in 1. de ciuita. Dei,* quòd[a] pudicitia est quædam uirtus animæ. non ergo est aliquid ad castitatem pertinens, sed est per seipsam uirtus à castitate distincta.

¶2 Præt. Pudicitia à pudore dicitur, qui uidetur idē esse uerecundiæ: sed uerecundia secundum Damascenum,* est de turpi actu, quod conuenit omni actui uitioso. ergo pudicitia non magis ptinet ad castitatem, quàm ad alias uirtutes.

*Lib. 1. c. 18. paruā a prin. t. 5. *Li. 2. orth. fid. ca. 15.

SVPER QV. CLI. ARTIC. III.

Porrecta per totum. 730 2. dist. 24. q. 2. ar. 1. ad 3. Et VII. q. 1. a. 4. cor. fi.

IN ar. 3. eiusdē q. 151. in ris sione ad secūdum, dubiū occurrit, quia delectationes uinariæ magis opprimunt rōnem, quàm venereæ: quoniam ebrijs ratio est magis deperdita, quàm uacantium uenereis.

¶Ad hoc dī, quod aliud est loqui de delectationibus secundum se, & aliud de illis secundū earū effectum. Delectationes siquidem venereæ sunt i se maiores, & ipsæmet sunt magis opprimentes rōnem, quàm delectationes, quas sentimus in bibendo vinū. Sed effectus uini delectabilis, s. fumalis euaporatio ad cerebrum, magis opprimit rationem, quàm delectatio uenerea. Author autem loquitur de delectationibus, & non de effectibus earum.

¶In ris sione ad tertiū eiusdem articuli, dubiū occurrit de hoc, scilicet, Delectationes aliorū sensuum non pertinent ad naturā hominis conseruandam, nisi prout ordinantur ad delectabilia tactus. Nā Arist. in lib. de sensu & sensato,* prærogatiuā hominis inter alia animalia ponit, quod delectatur odore secundum se. Et hoc primi dit natura ad salutē hominis, propter frigiditatem cerebri humani contemperandam, ut ibi dr. Sunt ergo sine ordine ad tactum delectabilia ad conseruandū hominem, delectabilia odoratus, cuius oppositum in litera dr: ac p hoc oportet aliquā temperantiæ speciē circa hæc ponere.

*Ad Amādum, aliquantulū à princi. tom. 4.

¶Ad hoc di. quod ordinari ad delectabilia tactus multipliciter cōtingit, & nō unica tantum modo. Ordinatur siquidē aliqd ad delectabilia tact⁹ uel quia ordinatur ad cibum, aut potum, aut uenerea: uel quia ordinatur ad ipsa qualia, quæ sunt delectabilia secundum tactū, puta, ad frigida, humida, calida, & sicca. Ista siquidem tangibilia sunt, ex quibus sumus, & nutrimur. Sensibilia igiť aliorū sensuum siuè p unā uiam, siuè per aliam numquā pertinent ad conseruandā nostrā naturā, nisi ordinenť ad tangibilia. Odor siquidem florum, quæ seclusis cibo, potu, atque venereis hominem delectat, illique prodest, non nisi rōne tangibilium sanitatē operatur contēperando s. frigiditatē cerebri, ut ibidem dicit Arist. Natura siquidem hominis nō cōseruatur odore, quia non nutrit, sed cōseruatur calidis, & frigidis, humidis & siccis contēperatis, ex quibus constat. Sunt igiť uera authoris uerba. Nec est opus aliqua speciali uirtute propter delectationes huiusmodi oderū, cū non referuntur ad cibum, potum, atque uenerea: quoniā huiusmodi delectabilia secundum se non tāti sunt ut uirtute egeant propria, quoniā uirtus circa difficile est.

SVPER QV. CLI. ART. IIII.

IN art. 4. eiusdem q. 151. dubiū ex Martino occurrit aliquis supra arguentis contra assignatā distinctionem pudicitiæ a castitate & dicentis, quod hæc opinio nō vř rōnabilis, ut credit in eodem articulo. Et arguitur sic. Pudicitia est de illis actibus, de quibus

bus maximè verecundamur: sed homines magis verecundanť de actibus venereis, quæ sunt signa uenereorum. ergo pudicitia est magis circa venereos actus, quàm circa signa eorum. Maior est S. Thomæ. Minor est per se vera. Conclusio est contra authorē. Secundo, quia secundum Hugutionem, pudicitia habet cōtrariam significationē. Tertio, Si pudicitia esset talis virtus, tūc staret aliquē esse pudicum, & non castū, puta, rectè se habendo circa signa, & malè circa actum venereum: & econtra esse castum, & impudicum, habendo se opposito modo.

¶Ad hec quod Martinus glossando, vel trahēdo ad se authorem dixerit, respōdetur, quòd pudicitia apud authorem est circa utraq. s. signa, & actū venereum: & similiter castitas est circa utraq. Differētia ergo non est ex hoc, castitas circa actū, & pudicitia circa signa, ut prima & tertia obiectio supponit. Et propterea nō oportet eas aliter solui: quia ex hac falsa imaginatione pcedunt. Sed differentia est, ut in litera dr, in explicatione, quia pudicitia explicat magis virtutē illam quo ad signa, pp duo. Primò, quia ut in litera dr, signa magis solēt deprehendi, ac per hoc sunt magis materia occasionis pudorē, qui consistit in hoc, quod turpe manifestatur: erubescētia. n. respectu aliorū est. Secūdo, quia pudor simpliciter non est, nisi se extēdat ad signa. Paruulis. n. personarum illarū pudor est, quæ de solo actu venereo erubescunt. Pudicitia ergo simpliciter non est nisi ad signa venereorū se extendat commēda. Castitas autem a castigatione appellata; castigatam concupiscentia quo ad appetitum delectabiliū huiusmodi, sonat, non explicando sic signa, vt pudicitia à pudore sumpta.

*Li. 3. ca. 12. tom. 5. — *cap. 20. paulo a princ. t. 7. — *In arg. 2 huius artic. — *Vnde maxime verecundia.* — * Li. 14. c. 18. cir. medium t. 5 — *Li. 2. c. 6. post medium to. 6.

¶Ad secundam obiectionem ex Hugutionis authoritate dicitur, quod quia unaquæq; ars proprijs terminis, seu uocabulis gaudet, idcirco nos in moralibus rectius moralium patrem diuum Thomam, quàm extraneum quempiam sequimur.

castitatem, quàm ad alias uirtutes.

¶3 Præt. Phil. dicit in 3. Ethic.* quod omnis intemperantia generaliter est maximè exprobrabilis: sed ad pudicitiam pertinere vř fugere ea, quæ sunt exprobrabilia. ergo pudicitia pertinet ad oēs partes tēperātię, nō autem specialiter ad castitatē.

SED CONTRA est, quod Augu.* dicit in lib. de pseuerantia, Prædicanda est ēt pudicitia, ut ab eo qui habet aures audiēdi, nihil genitalibus mēbris illicitū perpetretur: sed usus genitaliū mēbrorum propriè pertinet ad castitatē. ergo pudicitia propriè ad castitatem pertinet.

RESP. Dicendū, quod sicut dictū est,* nomen pudicitiæ a pudore sumitur, in quo verecundia significaľ: & iō oportet, quod pudicitia propriè sit circa illa, de quibus homines maximè verecundantur. Maximè aūt uerecūdantur hoīes de actibus uenereis, ut Aug. dicit in 14. de ciui. Dei.* intantum quod ēt cōcubitus coniugalis, qui honestate nuptiarū decoratur, uerecundia nō careat: & hoc ideò quia motus genitalium membrorum nō subijciť imperio rōnis, sicut motus aliorū exteriorū membrorū. Verecundatur aūt hō nō solùm de illa commistione uenerea, sed ēt de quibuscunque signis eius, ut Philo. dicit in 2. lib. rhetoric.* Et iō pudicitia attēditur propriè circa uenerea, & pcipuè circa signa uenereorū, sicut sunt aspectus impudici, oscula, & tactus. Et quia hæc magis solent deprehendi, ideò pudicitia magis respicit huiusmodi exteriora signa: castitas autē magis ipsam uenereā commistionē. Et iō[m] pudicitia ad castitatē ordinaľ nō quasi uirtus ab ipsa distincta, sed sicut exprimens castitatis circunstantiam quandam: interdum tamē vnū pro alio ponitur.*

AD PRIMVM ergo dicēdū, quod August. ibi accipit pudicitiam pro castitate.

AD II. dicēdū, quod quāuis omnia vitia habeāt turpitudinē quandā, specialiť tñ uitia intemperātiæ, ut ex supra dictis patet.

AD III. dicēdū, quod inter vitia intēperantię præcipuè sunt exprobrabilia peccata uenerea, tum pp inobedientiam genitalium membrorum, tum ēt propter hoc, quod ratio ad huiusmodi maximè absorbetur.

QVAESTIO CLII.

De Virginitate, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerādum est de Virginitate.

ET CIRCA hoc quæruntur quinque.

¶Primò, In quo consistat virginitas.
¶Secundò, Vtrum sit licita.
¶Tertiò, Vtrum sit virtus.
¶Quartò, De excellentia eius respectu matrimonij.
¶Quintò, De excellentia eius respectu aliarum uirtutum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Virginitas consistat in integritate carnis.

AD PRIMVM sic procediť. Vř quod uirginitas nō cōsistat in integritate carnis. Dicit. n. Augu. in lib. de nuptijs & concupiscentia,* quod uirginitas est in carne corruptibili incorruptionis perpetua meditatio: sed meditatio nō pertinet ad carnē.[b] ergo uirginitas nō cōsistit ī carne.

*Id habet Aug. li. de virginitate c. 13. in princ. t. 6.

SVPER QV. CLII. ARTIC. I.

Porrecta per totū. 732 4. dist. 35. q. 3. art. 1. & dis. 34. q. 1. art. 5. ad 4. & d. 49. q. 5. ar. 3. q. 6. 1. cor. & ad 4. Et quolibet 5. art. 24. ad 2. & quol. 6 ar. 18. cor.

Capr. 2. d. 10 q. 1. con. 1.

IN art. 1. q. 152. dubium ex Martino in 1. quæst. de uirginitate occurrit, contra authorem arguente quo ad tria. Primū est, Propositum perpetuæ incorruptionis per se pertinet ad virginitatem. Contra, inquit, Propositum nubendi non repugnat virginitati. ergo. Assumptum probatur, quia aliàs numquā virgo uoluntariè desponderetur uiro. Præterea, Tales sunt castæ, & non sunt uiduæ, nec coniugatæ. ergo virgines.

¶Secundum est. Integritas signaculi virginalis per accidens se hēt ad virginitatem. Hoc siquidē cōcedit Martin⁹ absolutè, sed non modificatē opinās, quod integritas virginalis signaculi opposita corruptioni libidinosę, est de rōne virginitatis, & ad eā p se ptinet. Et intendit p corruptionem libidinosam agitationē membrorū genitalium ad opus venereum. Et probat hoc quadrupliciter.

Conclu. m

¶Primo, illud, sine quo nō cōsistit uirginitas, p se ptinet ad rōnē uirginitatis: sed talis integritas est huiusmodi ergo. Maior pbatur: quia si aliqd spectat per accidens ad uirginitatē, illo posito, uel remoto nihil minus consisteret uirginitas. Secundo, illud qd est p se obiectū uolitionis, quod est essentialiter virginitas, per se pertinet ad uirginitatē: sed talis integritas est huiusmodi. ergo. Tertio. Quicquid est de diffinitione uirginitatis, per se ptinet ad virginitatē: sed talis integritas est hmōi. ergo. Quarto, Illa integritas est de rōne virginitatis, secundū quam feruntur iudicia humana de virginitate: sed ex integritate signaculorū naturaliū fiunt iudicia de uirgine, ergo &c.

¶Tertiū est, Immunitas à delectatione in seminis resolutione est de rōne uirginitatis tanq materia. Cōtra, Posito proposito integritati oppositę corruptioni libidinosæ, & ipsa integritate, ponit uirginitas: alio uerò eorum remoto, remouetur uirginitas. ergo immunitas à delectatione seminis non est de ratiōe uirginitatis. Antecedens probať, quia si per possibile uel impossibile puella habens dictam integritatem, & illius propositum, quantumcunque haberet delectationem uoluntariè in resolutione seminis, maneret uirginitas. Secundo, Pono duas puellas, quarum una est passa non procuratam resolutionem seminis cum delectatione in somno, & in uigilia, cum meminit eius: altera nihil cogitans de delectatione, sed pecunia subducta consensit uiro, sed nec delectationem sensit, nec seminat, & postea proponit interdum non consentire delectationi venereæ. Tunc sic, Prima est virgo, & secunda non. ergo propositum, integritas dictæ, & non propositum immunitatis a delectatione, est Virginitas.

Universidad de Deusto Biblioteca

Tertio, sequeretur quòd virgo consentiens viro, & feminans, propter vim tamen doloris non delectata, esset virgo secūdùm corpus. Probatur sequela, quia in ea non esset illa delectatio, quam ponit Thomas.

¶ Deinde ex doctrina authoris infero, inquit Martinus, quinque corollaria. Primum, Mulier non consentiens violento corruptori est uerè uirgo.

¶ Secundū est, Mulier cognoscens, quòd cum de die cogitationē habet circa uenerea, de nocte patitur in somno pollutionem circa eadem delectabilia, si ex proposito habeat huiusmodi cogitationem cum nocturna sequela iā dicta, perdit uirginitatē: quia delectatio feminis ex mētis proposito procedit.

*Li. 1. ca. 18. circa med. to. 5

¶ Tertiū est, quòd scientes se impotentes ad feminis resolutionē, ut de perfectè sciatis dicit Arist. in problematibus suis, quantumcumque concuberēt, & frāgerētur claustra pudoris & c. semper essent uirgines: quia nec in actu, nec in proposito feminis resolutionē habeant.

¶ Quartū est, quòd naturaliter pōt esse, quòd uirgo pariat. Probatur de puella uiolenter corrupta, & grauida.

¶ Quintū est, quòd si sint duæ puellæ uirgines, quarum una commisceatur uiro per mensem sine feminis effusione: altera uerò consentiat in commistionem, & per mensem, sed impedita non cōmisceatur, sequeretur quòd prima esset ita immunis à corruptione opposita uirginitati, sicut secunda.

*Cap. 13. in princ. tom. 6.

¶ Ad euidentiam horum scito primò, quòd uirginitas sumitur dupliciter, s. naturaliter, uel moraliter. Et rursus moraliter sumitur dupliciter, scilicet pro quodam castitatis statu, & prout est specialis uirtus à castitate distincta. Virginitas naturalis consistit in naturali integritate membrorum. Secundum cōmunem n. usum loquendi, illas appellamus uirgines, quę integritatem carnis, quam à natura habent, seruant: & ad hoc inspiciuntur quandoque mulieres si sint uirgines. Virginitas, ut est status castitatis, requirit duas conditiones. Primò, quòd persona non sit uoluntariè polluta. Secundò, quòd sit in proposito sic se seruandi, nisi matrimonio iungatur: & hoc modo puellæ nubiles castæ dicuntur uirgines. Virginitas prout est specialis uirtus, addit supra uirginitatem statū perpetuitatē uoto firmatā, ut patebit: & hoc modo author tractat de uirginitate hoc in loco. Scito deinde, quòd noua hæc opinio, quam Martinus introducere nititur de uirginitatis materia, scilicet quòd est integritas opposita corruptioni per libidinosum actum, irrationabilis est, & procul à piis, & pudicis auribus abiicienda: quod monstratur & ostensiuè, & ducendo ad inconueniens. Ostensiuè quidem, quia libidinosus ille actus, quem etiam turpe est dicere, per se ordinatur ad feminis delectationē. Quod manifestè patet ex hoc, quòd uterque sexus ab huiusmodi actibus cessat, cùm ad resolutionem feminis peruētum est: & numquàm naturali ordine cessat, quousque ad hoc perueniat. Quia ergo intemperantia est circa delectabile secundum tactum, & omnes eius species sunt circa aliquod delectabile præcipuum secundùm tactum, consequens est ut uirginitas sit circa præcipuum delectabile secundùm tactum inter ea, quæ ad ipsum spectant: sed præcipua delectatio non est in ipsis libidinosis actibus, sed in ipsa feminis resolutione. ergo talis delectatio est propria materia uirginitatis. Et confirmatur, quia ubi vnū propter alterum, ibi vnū tantùm: sed actus libidinosus est per se & naturaliter propter feminis resolutionē, & illa delectatio propter istā delectationē. ergo sola delectatio in feminis resolutione est materia virginitatis. Et confirmatur rursus ab oppositis: quia cætera vitia luxuriæ secundùm perfectam suæ speciei rationē constituuntur ex aliqua resolutione feminis, ut patet de fornicatione, adulterio, incestu, mollitie, sodomia & c. ergo stuprū cōsistit etiā in aliqua inordinata feminis emissione, ac per hoc uirginitas opposita consistit in abstinentia ab huiusmodi delectatione. Ducit autē ad inconueniens maximum hæc nouitas: quia secundùm hoc tā mulier, quàm uir uoluntariè in morosis delectationibus inhonestatis manentes, & aduertentes uolētes indè sequi pollutiones, quæ sic dispositis communiter adueniunt, tūc post nil le pollutiones uoluntarias, sine exteriori tamen procuratione, essent uirgines moraliter: quia integritatē oppositam libidinosæ corruptioni omnino seruare uolunt. Hoc autem non solùm uiri docti, sed ipsæ mulieres uirgines nō admittunt: & quomodo potest sustineri, ut illustrior portio gregis Christi uirginitas comparatur secū, quæ communis castitas non compatitur? Communis siquidē animi conceptio omnium Christianorum esse uidetur, quòd uirginitas sanctior est castitate. Quo autem pacto sanctior, si secum compatitur tot peccata mortalia, carnalia, naturalia, confirmata, quæ castitas constat, quòd non compatitur secum? Et benè nota, quòd hoc inconueniens non est inconueniens ex aliquo casu per accidens in infirmitate, sed stando infra naturalem communemque cursum rerum, frequenter illud inconueniens accideret. Sequendo ergo patrum uestigia, ad obiecta respondendum est.

¶ Ad duas obiectiones in primo dubio iam patet responsio ex dictis, scilicet, quòd de ratione uirginitatis, ut est status castitatis, non est perpetuitatis propositum: & secundùm talem castitatis statum uirgo uoluntariè nubit, & distinguitur status uirginalis à coniugato, & uiduali. Sed author loquitur, ut est specialis uirtus ipsa uirginitas à castitate distincta secundùm speciē. Nec somniauit author, aut ex se posuit perpetuitatem de ratione uirginitatis, sed, ut in litera patet, ex Aug. hoc accepit.

¶ Ad obiecta in secundo dubio dicitur ordinatè. Et ad primū, quòd maior est falsa, quoniam subiectum non est sine propria passione, & tamen propria passio non est de ratione subiecti. Et probatio eius assumit falsum, scilicet, quòd est sine eo, quod per accidens se habet, nihilominus remanet res, ut patet in instātia data. Passio enim per accidens, hoc est, extra essentiā, est subiectum, & tamen sine illa non est, saltem naturaliter, subiectum. Apparet autem manifestè error in illa maiore, & probatio eius: quia plus exigitur ad esse ratione alicuius, quàm inseparabiliter sibi connexum esse. Non adulterari namque necessario annexum est uirginitati, ita quòd sine hoc non consistit uirginitas: & tamen nō adulterari non est de ratione uirginitatis. Vnde ad minorē dicitur, quòd dato quòd sine tali integritate non saluaretur uirginitas, ex hoc non habetur, quòd sit de ratione uirginitatis, sed quòd radix huiusmodi integritatis, ut sit de ratione eius, sicut radix eius, quod est non adulterari, & similiter radix eius, quod est non libidinosè corrumpi, s. non feminare uoluntariè, est de ratione uirginitatis, & non ipsa integritas opposita, nisi ut via ad immunitatem feminariæ delectationis.

¶ 2 Præt. Virginitas pudicitiam quandam importat: sed Augus. dicit in 1. de ciuitate Dei,* quod pudicitia consistit in anima. ergo uirginitas non consistit in carnis incorruptione.

*Li. 1. c. 18. tom. 5.

¶ 3 Præt. Carnis integritas uidetur cōsistere in signaculo uirginalis pudoris: sed quandoque absque uirginitatis præiudicio frangitur illud signaculū. dicit n. Aug. in 1. de ciuit. Dei,* quòd illa mēbra possunt diuersis casibus uulnerata uim perpeti, & medici quandoque saluti opitulātes hoc ibi faciūt, quod horret aspectus: obstetrix etiam uirginis cuiusdā integritatem manu uelut explorās, dū inspicit, perdidit. & subdit: Nō opinor quēquā tā stultè sapere, ut huic periisse aliquid existimet etiā de ipsius corporis sanctitate, quàmuis membri illius integritate iā perdita. ergo uirginitas non consistit in carnis incorruptione.

¶ 4 Præ. Corruptio carnis maximè in feminis resolutione cōsistit, quæ potest fieri sine cōcubitu uel in dormiēdo, uel etiā uigilādo: sed sine cōcubitu nō uidetur perdi uirginitas. dicit n. Aug. in lib. de uirginit.* quòd uirginalis integritas, & per piā continentiā ab omni cōcubitu immunitas, angelica portio est. ergo uirginitas nō cōsistit in carnis incorruptione.

Sed contra est, quod Aug. in eodē lib. dicit,* quòd uirginitas est cōtinentia, qua integritas carnis ipsi creatori animæ & carnis uouetur, cōsecratur, seruatur.

*Ca. 8. in fi. to. 6

Respon. Dicendū, quòd nomen uirginitatis à uirore sumptū uidetur: & sicut illud dicitur uirēs, & in suo uirore persistere, quod nō est ex superabūdantia caloris adustionē expertū: ita etiā uirginitas hoc importat, quòd persona, cui inest, immunis sit à cōcupiscentiæ adustione, quæ esse uidetur in consumatione maximæ delectationis corporalis, qualis est uenereorū delectatio. Vñ Amb.* dicit in libro de uirginitate, quòd castitas uirginalis est expers cōtagionis integritas. In delectatione autem uenereorū tria est cōsiderare. Vnū quidē, quod est ex parte corporis, s. uiolatio signaculi uirginalis. Aliud autē est, in quo coniungitur id quod est animæ, cum eo quod est corporis, s. ipsa resolutio feminis delectationem sensibilem causans. Tertium autē est solùm ex parte animæ, s. propositū perueniendi ad talē delectationē. In quibus tribus id, quod primò positū est, per accidens se habet ad moralē actum, qui non cōsideratur per se, nisi secundùm ea quæ sunt animæ. Secūdū uerò materialiter se habet ad actū moralē: nā sensibiles passiones sunt materia moraliū actuū. Tertium uerò se habet formaliter, & cōpletiuè, quia rō moralium in eo quod est rōnis cōpletur. Quia ergo virginitas dicitur per remotionē prædictæ corruptionis, cōsequens est quòd integritas mēbri corporalis per accidens se habeat ad virginitatē. Ipsa autē immunitas à delectatione, quæ cōsistit in feminis resolutione, se habet materialiter. Ipsum autē propositū perpetuò abstinēdi à tali delectatione, se habet formaliter, & cōpletiuè in virginitate.*

*In lib. de uirgin. in 2. fo. a pri. li. b. to. 1

Concl.

Ad 1. ergo dicendum, quòd illa diffinitio Aug. tangit quidem in recto id, quod est formale in virginitate: nam per meditationē intelligitur propositū rōnis. Quod autē addit, perpetua, non sic intelligit, quòd oporteat uirginē semper actu talē meditationē habere, sed quia hoc debet in proposito gerere, ut perpetuò in hoc perseueret. Id verò quod est materiale, tangitur in obliquo, cùm dicitur, incorruptionis in carne corruptibili, quod additur ad ostendendā uirginitatis difficultatem. Nam si caro corrumpi non posset, non esset difficile perpetuā incorruptionis meditationem habere.

Ad 11. dicendū, quòd pudicitia est quidem essentialiter in anima, materialiter autem in carne, & similiter uirginitas. Vndè Aug. dicit in lib. de virginitate,* quòd licèt uirginitas in carne, seruetur, ac per hoc corporalis sit, tamē spiritualis est, quā fouet, & seruat continentia pietatis.

*Ca. 8. parū à prin. tom. 6.

Ad 111. dicēdū, quòd sicut dictū est,* integritas corporalis membri per accidēs se habet ad virginitatē, inquātum s. per hoc, quòd ex proposito uoluntatis abstinet quis à delectatione uenerea, remanet integritas in mēbro corporeo. Vndè si contingat, quòd per alium modum aliquo casu mēbri integritas corrūpatur, non magis præiudicat uirginitati, quàm si corrumpatur manus, aut pes.

*In corp. ar.

¶ Ad 1111. dicendū, quòd delectatio, quæ est ex feminis resolutione, dupliciter pōt cōtingere. Vno modo, ut procedat ex mentis proposito: & sic tollit virginitatē, siuè fiat per concubitū, siuè absque concubitu. Facit autē mētionē August.* de concubitu, quia huiusmodi resolutio cōiter, & naturaliter ex concubitu causatur. Alio modo, pōt prouenire præter propositum mētis uel in dormiēdo, uel per uiolentiā illatā, cui mēs nō cōsentit, quāuis caro delectationem experiatur: uel etiam ex infirmitate naturæ, ut patet in his, qui fluxum feminis patiuntur: & sic non perditur uirginitas, quia talis pollutio non accidit per impudicitiam, quā uirginitas excludit.

Pollutio quæ tollat uirginitatem.

*Loco citato in argum.

¶ Ad secundum dicitur, quòd huiusmodi integritas, seclusa pollutione, nō est per se obiectū propositi virginalis, sed cadit sub proposito virginali, ut uia ad immunitatē à pollutione feminis. Et per hoc patet responsio ad tertium: quoniam integritas huiusmodi non nisi ratione immunitatis à pollutione, seu ordinis ad illā in rōne uirginitatis clauditur, si aliqua talis diffinitio inueniretur.

¶ Ad quartū iam patet, quòd æquiuocat de virginitate: quoniam apparens uirginitatis naturalis, non moralis, uelarum est.

¶ Ad obiecta in tertio dubio respondetur. Et primò, negatur antecedens: quoniam posita tali integritate, & illius proposito, non ponitur virginitas, ut patet: quia stat cum hoc quòd nullus perdat castitatem cōsumatè uoluntaria pollutione procurata per solas morosas delectationes. Vnde patet, quòd probatio petit principium.

¶ Ad secundum verò dicitur, quòd in casu illo, prima ideò diceretur uirgo, quia nunquam habuit uoluntariam pollutionē. Approbatio enim post factum non reddit præteritam uoluntariam, sed ui æquiualere desiderio, seu uolūtati pollutionis, quæ uirginitatem mentalem solā tollit. Secūda autē est per accidēs ex parte corporis, seu materiæ virgo, sicut per accidēs non feminauit in actu cōcubitus. Ea autē quę sunt per accidens, non debent inducere mentē doctorum ad mutādas virtutū diffinitiones, quæ attenduntur penès id quod est ut in pluribus, & per se. Idem est enim iudicium de illa, & quacumque alia, quæ incæpit perdere uirginitatem, & per accidens non est perdita consumatè.

¶ Ad tertium negatur sequela. Mulier enim consentiens stupro, & feminans, omnino perdit uirginitatem. Et ad probationem, quia præ dolore non sentit delectationem, respondetur, quòd huiusmodi non sentire est per accidens. Sat est enim ad uiolationem uirginitatis, quòd delectatio in resolutione feminis adsit, licet non sentiatur: quia etiam si aliqua esset mulier, quæ non sentiret in huiusmodi resolutione delectationem aliquam, nil obstaret: quoniam satis est, quòd resolutio sit secundùm suam naturam delectabilis, & ita de facto est, ut in pluribus. Naturalia siquidem, & moralia iudicantur secundùm ea, quę in pluribus apta nata sunt inueniri.

¶ Ad obiecta in corollariis conceditur primum corollarium.

¶ Ad secundum verò dicitur, quòd magni refert inter habere pollutionem in somno eo proposito, & habere ex proposito cogitationem, quæ nō scitur futura in somno causa pollutionis: & tā arguens quasi synonimis istis utitur. In primo enim, propositi obiectum est ipsa pollutio: in secundo autē est cogitatio. Primū nō potest esse licitum: secundum potest etiam cum merito esse, si s. cogitatio est necessaria, nec sequens pollutio præcogitata esset peccatum. negatur ergo secundum corollarium, ut iacet.

¶ Ad tertium autē dicitur, quòd scientes se omnino impotentes, & coeuntes, per accidēs tñ, remanent, ut dictū est, quoad aliquid virgines, quia scilicet deest eis materia stupri. Vndè per se & formaliter loquēdo, isti & sic prædicta mulier, quæ posita est nō feminare, non sunt uirgines, sed materialiter & per accidens ex parte materiæ remanent uirgines. Sicut per oppositum, pauperes excellēti præditi animo, sūt formaliter magnifici, remanent tamen materialiter non magnifici propter defectum materiæ.

¶ Ad quartum dicitur, quòd ista pōt esse naturaliter vera, Virgo moraliter parit, non autē ista: Virgo naturaliter parit. Nec hoc est admiratione dignū, nisi in uerbo: quia uirgo moraliter pōt esse naturaliter corrupta, & grauida, ut potè uiolenter oppressa.

¶ Ad quintum negatur sequela, quia prima non nisi per accidens ex parte materiæ immunis est à materia stupri. Quātum n. in se est, dedit operā corporaliter naturalē ad huiusmodi materiā, quod non fecit secūda, quæ solum secundùm mentem corrupta est.

¶ Aduertendum quoque inter hæc est, quòd licèt cōiter ante annos pubertatis utroque sexus impotens sit ad generandū: quandocumque tamen personam aliquam contingit uoluntariè feminare, perditur virginitas. Et quoniam sexus fœmineus inuenitur feminare, si prouocatus ad hoc fuerit nō solùm parum antè pubertatē, sed in sexto ætatis anno, & supra, ut ipsæ mulieres ex parte testantur, ita quòd quantum ex auditis coniicio, non est hoc per accidēs, sed puto posse fieri uniuersale, s. ut in pluribus inest eis potentia hæc: ideò longè citius possunt mulieres irreparabiliter uirginitatem perdere, quàm uiri. Quantūcunque autem infra tēpus, quo impotens quis est naturaliter ad feminādum, operam det uenereis citra feminationem, & uirginitatem perdat mentalem, non perdit tñ uirginitatem, quin per pœnitentiam reparetur. Differt siquidem puer à uiro per infirmitatem impotēte, quòd puer est per se impotēs, uir autem infirmus est per accidēs impotens. Et propterea puero per se deest materia stupri, uiro autem per accidens: ac per hoc puer remanet uirgo per se ex parte materiæ, seu corporis: uir autem remanet ex parte corporis per accidens uirgo. Et propterea non est dubium, quin pueris uirginitas sit reparabilis per pœnitentiam. Sed an sit etiam reparabilis sic perdita infirmi uiri uirginitas, non facilè dixerim. Trahitur fortè id quod est per accidens, ad id quod est per se.

Perfecta per totum.

733 In 3.art.3. & 4. cor. Et 4.d.33 q.3.ar.2. ad 2.Et 3. cõ.c.136. Et Mal.q. 15.art.2. ad 13. Et virt.q.1. ar.13.ad 6.Et 2. Eth. lect. 2.fi.

SVPER QV. CLII. ARTIC. II.

IN art. 2. eiusdem quæstionis in responsione ad primum Martinus, vbi supra, occurrit dicens, Nec mihi placet opinio Thomæ dicentis, q lex ista tantum obligat multitudinẽ: qa credo q pro aliquo tempore satis longo obligauit vnumquemque de multitudine ad multiplicationẽ generis humani.

¶ Ad hoc di, q cum de vinculo præcepti alicuius est sermo, oportet q iudicium feratur secũdum id, quod per se respicit tale præceptum. Inter hæc autem duo naturalia præcepta, scilicet, de alimento sumendo, & de prole procreanda, manifeste hæc est differentia, q primum per se respicit singulos homines: secundum autem multitudinem. An aũt per accidens pp penuriam hominum in aliquo tempore præceptum hoc obliget singulos, quia per accidens est, naturã præcepti non variat. Et propterea etiã si verum esset, q aliquo tẽpore singuli tenerentur, adhuc responsio, & decisio authoris in sua solidita te gstat, formaliter, & per se loquendo.

Lib.2.c.2. a medio: & lib. 3.c. 11.to.5.

*Ca.5.nõ multum procul a fine,to.5.

ARTICVLVS II.

Vtrum virginitas sit illicita.

AD SECVNDVM sic proceditur. Vĩ q virginitas sit illicita. Omne.n.quod contrariat[b] præcepto legis naturæ, est illicitũ: sed sicut p̃ceptum legis naturæ ad cõseruationẽ indiuidui est, qđ tangitur Gen.2. De omni ligno quod est in paradiso comede, ita ẽt p̃ceptum legis naturæ est ad cõseruationẽ speciei, qđ ponit Gen.1. Crescite, & multiplicamini, & replete terrã. ergo sicut peccaret, qui abstineret ab omni cibo, vtpote faciẽs contra bonum indiuidui: ita ẽt peccat, qui omnino abstinet ab actu generationis utpote faciens contra bonum speciei.

¶ 2 Præt. Oẽ illud, quod recedit à [h] medio virtutis vĩ esse vitiosum: sed virginitas recedit à medio virtutis ab oĩbus delectationib[v] venereis abstinẽs. dicit enim Phil. in 2. Eth. q q oĩ uoluptate potit, neq; ab vna recedit, intemperatus est: q aũt oẽs fugit, agrestis est, & insensibilis. ergo virginitas ẽ aliqd vitiosũ.

¶ 3 Præt. Pœna nõ datur nisi uitio: sed apud antiquos puniebantur[h] sm leges illi, q sp cælibem vitã ducebant, ut Maximus Valerius dicit. Vñ & Plato secũdũ Aug.* in lib. de vera religione, sacrificasse dicitur, vt perpetuæ eius continentia tamquam peccatum aboleretur. ergo virginitas est peccatum.

SED CONTRA est, q nullũ pctm rectè cadit sub cõsilio: sed virginitas rectè cadit sub cõsilio. dr.n. 1. ad Cor.7. De virginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autem do. ergo virginitas non est aliquid illicitum.

RESP. dicendum, q in humanis actibus illud est vitiosum, qđ est p̃ter rectã rõnẽ. Het aũt hoc recta[a] rõ, vt his, q̃ sunt ad finẽ, utatur aliquis sm eã mẽsurã, q̃ cõgruit fini. (D.1185.) Est aũt triplex hominis bonũ, ut dr in 1. Eth. (Lib.1.c.4. in fin.t.5.) Vnum qdẽ, qđ consistit in exterioribus rebus, puta, diuitijs. Aliud aũt, quod cõsistit in bonis corporis. Tertium autem, quod consistit in bonis aĩæ, inter quæ etiam bona contẽplatiuæ uitæ sunt potiora bonis uitæ actiuæ, ut Phil. probat in 10. Eth. (Li.10.c.7. tom.5.) & Dominus dicit Luc.10. Maria optimã partẽ elegit: quorum bonorum exteriora quidem ordinantur ad ea, quę sunt corporis: ea uerò, q̃ sunt corporis ad ea, quæ animæ: & ulterius ea, quæ sunt uitæ actiuæ ad ea, q̃ sunt uitæ contẽplatiuæ. Pertinet igitur ad rectitudinem rõnis, ut aliquis vtatur exterioribus bonis sm eam mensurã, quæ competit corpori, & similiter de alijs. Vñ siquis abstineat ab aliquibus possidendis, q̃ alia[s] esset bonum possidere, ut consulat saluti corporali, uel etiam cõtemplationi ueritatis, nõ esset hoc uitiosum, sed sm rationem rectam. Et similiter siquis abstinet à delectationibus corporalibus, ut liberius uacet contẽplationi ueritatis, pertinet hoc ad rectitudinem rõnis. Ad hoc autem pia uirginitas ab oĩ delectatione venerea abstinet, ut liberi[a] diuinæ contemplationi uacet. Dicit enim Apo. 1. ad Corin.7. Mulier innupta, & uirgo cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta & corpore, & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ mundi sunt, & quõ placeat uiro. Vnde relinquitur, q [m] uirginitas non est aliquid uitiosum, sed potius laudabile[a]. *Conclu. pia*

AD PRIMVM ergo dicendũ, q præceptum habet rationem debiti, ut supra dictum est.* (* q.122. ar.1.) Dupliciter autem aliquid est debitum Vno modo, ut impleat ab uno: & hoc debitum sine peccato præteriri nõ potest. Aliud aũt est debitum implendum à multitudine: & ad tale debitum implendum non tenet quilibet de multitudine. Multa enim sunt multitudini necessaria, ad quæ implenda unus nõ sufficit: sed implent à multitudine, dum unus hoc, alius illud facit. Præceptũ igitur legis naturæ homini datum de comestione, necesse est q ab vnoquoque impleatur: aliter enim indiuiduum conseruari non posset. Sed præceptum datum de generatione respicit totã multitudinẽ hominum, cui necessariũ est non solũ q multiplicetur corporaliter, sed ẽt q spiritualiter proficiat: & iõ sufficienter prouidetur humanę multitudini, si quidam carnali generationi operam dent, quidam uerò ab hac abstinentes contemplationi diuinorũ uacent ad totius humani generis pulchritudinẽ, & salutẽ. Sicut ẽt in exercitu qdã castra custodiũt, quidam signa deferunt, quidam gladijs decertant: q tñ omnia debita sunt multitudini, sed p unũ impleri non possunt.

Mira doctrina de Præceptis, cõtra impugnantes uirginitatem.

AD II. dicendũ, q ille qui abstinet ab omnibus delectationibus p̃ter rõnẽ rectam, quasi delectationes sm se abhorrens, est insensibilis, sicut agrestis: Virgo aũt nõ abstinet ab oĩ delectatione, sed solum a delectatione uenerea: & ab hac abstinet sm rõnem rectam, ut dictũ est.* (*In corp. ar.) Medium autẽ uirtutis non sm quantitatẽ, sed sm rationem rectam determinatur, ut dicitur in 2. Ethic.* (*Li.2.c.6 tom.5.) Vnde de magnanimo dicitur in 4. Eth.* (*Li.4.c.3. tom.5.) quòd est magnitudine extremus, eo autem quòd ut oportet, medius.

AD III dicendũ, q leges[d] feruntur secundũ ea, (D.518.) quæ ut in pluribus accidunt. Hoc autem rarũ erat apud antiquos, ut aliquis amore ueritatis contemplandæ ab omni delectatione uenerea abstineret, quod solus Plato legitur fecisse. Vnde non sacrificauit quasi hoc peccatum reputaret, sed peruersę opinioni ciuium cedens, ut ibidem Aug.* dicit. (*Loco citato in argum.)

Perfecta per totum.

734 Inf.q.155 art.1.cor. & ad 5 Et 4.dis.33. q.3.ar.2. & dis.49. q.5.ar.3. q.1.corin. Et 2.Eth. le.2.fin.

ARTICVLVS III.

Vtrum virginitas sit virtus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Virginitas non sit uirtus. Nulla.n. uirt[s] [h] inest nobis a natura, ut Philosophus dicit in 2. Ethic.* (* In prin. lib. 10. 5.) sed virginitas inest nobis à natura, quilibet.n. mox natus virgo est. ergo virginitas non est uirtus.

¶ 2 Præ. Quicũq; hẽt unã uirtutẽ,[h] habet oẽs, ut supra habitũ est: sed aliqui hñt alias uirtutes, qui nõ habẽt uirginitatẽ, alioquin cũ sine uirtute nullus ad regnũ cælorũ perueniat, nullus sine uirginitate ad ipsum posset peruenire, quod esset matrimonium damnare. ergo virginitas non est uirtus.

¶ 3 Præt. Oĩs[h] uirtus restituitur p pænitentiã: sed uirginitas nõ reparatur per pænitentiã. undè Hieron.* (* Ad Eustochium de custodia uirginitatis in fol. a prĩc. tom.1.) dicit. Cũ cætera Deus possit, nõ põt uirginitatẽ post ruinam reparare. ergo uidetur q uirginitas non sit uirtus.

¶ 4 Præ. Nulla[h] uirtus pditur sine peccato: sed uirginitas pdit sine peccato, s. p matrimoniũ. ergo uirginitas non est uirtus.

¶ 5 Prę. Virginitas cõdiuidit[h] uiduitati, & pudicitiæ coniugali: sed neutrũ illorũ ponit uirtus. ergo uirginitas non est uirtus.

SED CONTRA est, qđ* Amb. dicit in lib. de uirginitate. (* Li.1.de uirginib. nõ multũ longe a prin. to.1) Inuitat uirginitatis amor, ut aliquid de uirginitate dicamus, ne ueluti transitu quodã perstricta uideatur, quæ principalis est uirtus.

RESP. Dicendũ, q sicut supra dictũ est,* (*Ar.2.huius quæst.) in uirginitate est sicut formale & cõpletiuũ p̃positũ ppetuò abstinẽdi à delectatione uenerea. Qđ qdẽ p̃positũ laudabile redditur ex fine, in quantũ. s. hoc fit ad uacandũ rebus diuinis. Materiale autem in uirginitate est integritas carnis absq; oĩ experimento uenereæ delectationis. Manifestũ est aũt q ubi est specialis materia boni habens specialẽ excellentiã, ibi inuenitur specialis rõ uirtutis: sicut patet in magnificẽtia, quę est circa magnos sumptus, & ex hoc est specialis uirtus à liberalitate distincta, quę cõiter se habet circa oẽm pecuniarũ usum. Hoc aũt qđ est conseruare se immunẽ ab experimento uenereæ delectationis, hẽt quandã excellentiã laudis supra hoc, qđ est cõseruare se immunẽ ab inordinatione uenereæ uoluptatis: & ideò [m] uirginitas [d] est q̃dã specialis uirtus, habens se ad castitatẽ, sicut magnificentia ad liberalitatem.[a] *Conclu. in* D.1166.

SVPER QV. CLII. ARTIC. III.

IN art. 3. eiusdem q.152. dubia multa occurrunt Primũ, ex Buridano apud Martinum,

Martinum, q virginitas nõ sit uirtus, quia uirtus semper, & in quolibet est uirtus: sed uirginitas nõ in quolibet semper est uirtus, sed quandoq; est uitiũ, ut patet in multis casibus. ergo &c.

¶ Ad hoc breuiter dĩ, q de uirtutibus, & vitiis nõ est iudicandũ secundũm ea quæ sunt per accidẽs, sed secundũm id qđ est per se. Cõstat aũt q uirginitas moraliter sumpta, ut.s. importat p̃positum perpetuæ incorruptionis pp Deũ, est bona moraliter, & semper est in quolibet, cũ importet ordinẽ rectissimæ rõnis, quo inferiora superioribus bonis subijciuntur, & maxima minoribus præferuntur. Perinde aũt est dicere q uirginitas nõ est uirtus, qa in aliquo casu peccaret virgo, ac si diceretur, q religio non est uirtus, qa in aliquo casu uacãs religioni peccaret, impediẽdo aliud necessariũ bonũ. Dicitur ergo, q aliud est dicere. A. est uirtus, siue actũ uirtuosus simpliciter, & in quolibet, & semp: & aliud est dicere. A. semp & in omni casu uirtuosè potest exerceri. In primo.n. dicto cõsideratur habitus, & actus, secundũ suã rõnem. In secundo aũt consideratur circũstantiæ, & accidẽtia circa executionẽ actus. Cõstat autẽ q multarũ uirtutum actus possunt sic impediri aliqũ ab executione, ita q liceat absolutẽ sine uirtuosi si tñ tunc fierent, essent uitiosi, ut si quis celebraret, quando infirmus illius eget uisitatione, & si quis redderet gladium furioso. Errant igitur fortè aliqui in hac re non aduertentes qđ uirginitas ut est nomen moralis habitus, aut actus importet, propositum scilicet perpetuę integritatis propter Deum, ut hic in responsione ad secundum in litera exprimitur. In hac enim ratione manifestè apparet rectissimus rationis ordo secundũm se, & absolutè.

¶ Secundum ex Ricardo in 33. distin. 4. quòd uirginitas non est uirtus distincta à castitate, sicut magnificẽtia à liberalitate, quia materia uirginitatis, & materia castitatis se habent ut magis & minus, & nõ sicut alterius & alterius rationis, sicut materia magnificentiæ & liberalitatis ergo. Et propterea cum dicitur in litera, Vbi est specialis materia boni habens specialem excellẽtiã, oportet addere, aut subintelligere, alterius rõnis. Et sic minor est falsa. non ualet ergo ratio literæ. Et augetur quæstio, quia si uirginitas est, ut in litera dicitur, sequitur quòd uirginitas sit subiectiuè in irascibili, & castitas in concupiscibili, & obiectum illius sit arduum, illius verò bonum absolutè, ut proportionaliter se habebãt, ut magnificentia & liberalitas: sed hæc patet esse falsa. ergo nõ se hẽt ad castitatẽ, ut magnificẽtia ad liberalitatẽ.

¶ Ad hoc dicitur, quòd uirginitas potest cõsiderari dupliciter. Primo, infra limites temperantiæ purè. & sic uirginitatis materia est materia uirtutis, sed non distincta à castitate, & similiter uirginitas est uirtus, sed non distincta à castitate. Et sic benè saluatur Ricardus, nec oppositũ sensit author: & hoc concludunt argumenta allata. Nam materia uirginitatis non est alterius rationis, sicut materia magnificentiæ: nec uirginitas est circa arduum, cum non sit circa actum aliquem irascibilis, sed concupiscibilis, delectationem scilicet uenereãm. Si autem consideretur in ordine ad diuinum obsequium, quoniam uirgo cogitat quæ Domini sunt &c. sic uirginitatis materia constituit materiam specialiter bonam, & alterius rationis à materia castitatis: & sic uirginitas se habet ad castitatẽ, ut magnificentia ad liberalitatem, nõ q similitudo ista teneat quoad oĩa, vt obiectiones quasi supponunt, sed quo ad duo. s. q sicut illæ differunt penẽs mediocre & magnũ, ita istæ penes excellens, & mediocre: & sicut ibi magnũ distinguitur specie à mediocri, ita hic excellens à mediocri. Sed quo ad rõnẽ diuersitatis speciesq; non assimilatur: quia ibi magnũ distinguitur specie, qa ingreditur ordinẽ arduorũ. hic uerò excellens distinguit speciẽ, qa trahitur ad ordinẽ diuinorũ. Vndè patet q solida stat doctrina authoris.

¶ In rñsione ad tertiũ, dubiũ ex Martino occurrit directè contra authorẽ hic, arguente in q6.2. de uirginitate, probareq; nitente, q per pænitentiã nec materiale, nec formale uirginitatis reparari põt. Et primo, qa in quocunq; non põt esse p quãcunq; pænitentiã propositũ seruandi integritatẽ carnis, in eo non põt per pænitentiã reparari formale uirginitatis: sed corrupta est huiusmodi. ergo. Probatur minor: quia talis non potest reparari integritas carnis per pænitentiam, ut ipse Thomas fatetur. Secundo, Virginitas, castitas coniugalis, & castitas uidualis formaliter & specificè differunt, ut probabitur: sed non nisi per hoc, quòd de ratione uirginitatis est propositum seruandæ integritatis, & hoc propositum non est reparabile per pænitentiam. ergo. Tertio, quia propositum seruãdi integritatem carnis aut est materiale tantum in virginitate & hoc non: aut formale tantum, & habetur intentum: aut compositum ex utroq;, & hoc nõ, tum quia corrupta credens se integram, suo errore posset reparare sibi uirginitatem, intendens seruare integritatẽ: tum quia materiale uirginitatis est integritas non obiecta uoluntati, sed inexistens carni: ideò, inquit, dico quòd sunt aliquæ uirtutes per pænitentiam irreparabiles.

¶ Ad hoc dicitur cum authore, quòd reparatio uirtutum est intelligenda, sicut connexio earundem. Et propterea sicut decrepitus potest esse fortis, & pauper magnificus, ita corrupta persona põt esse uirgo quo ad formale: sed formale uirtutum aliter inuenitur coniunctum suæ materiæ, & aliter separatum ab ea: nam cum materia uirtutis subest, per formale simpliciter determinatur. Cum.n. adest pecunia magna, uirtuosus magnificentia præditus determinat eam ad sumptus magnos. Cum autem uirtuoso pecunia deest, non pecunia absolutè, sed pecunia si adesset, à magnificentia determinatur: & simile est in alijs. Et sicut saluatur hoc modo in paupere magnificentia formaliter, ita saluatur in corrupta uirginitas formaliter ex p̃posito integritatis seruandæ si adesset: & hoc sufficit. Nec requiritur propositum saluandæ integritatis absolutè ad formale uirginitatis separatum à materia, sed ad coniunctum suæ materiæ. Et quia huiusmodi propositum patet esse reparabile per pænitentiã, ideò patet omnes uirtutes esse reparabiles per pænitentiam quo ad suum formale, cum omnes sint connexæ. Et hoc magis cõsonat & sacræ doctrinæ, secundùm quam filio prodigo data est stola prima, & philosophiæ morali, secundùm quam qui una caret uirtute, nullam habet. Et per hoc patet solutio omnium.

¶ In eodem 3. art. in responsione ad quartum, dubiũ occurrit ex Martino, ubi supra dicente, q hæc conclusio ponitur contra

tra

Ad primum ergo dicendū, q̄ hoies ex sua natiuitate hñt id qđ est materiale i virginitate, s. integritatē carnis immunē ab experimento venereorū. Non tñ habent id, quod est formale in virginitate, vt. s. habeant propositū seruandi huiusmodi integritatē propter Deum: & ex hoc habet rationem virtutis. Vndè* Aug. dicit in lib. de virginitate. Nec nos in virginibus prædicamus, q̄ virgines sunt, sed quòd Deo dicatæ pia continentia virgines sunt.

* Cap. 11. in princ. to. 6.

Ad II. dicendū, q̄ cōnexio virtutum accipitur ſm illud qđ est formale in uirtutibus, idest, ſm charitatem, uel ſm prudentiam, ut supra habitū est,* non autem ſm id, quod est materiale in uirtutibus. Nihil enim ꝓhibet alicui uirtuoso suppetere materiā unius uirtutis, non autem materiā alterius. Sicut pauper habet materiā téperantiæ, non autē materiā magnificentiæ: & hoc modo alicui habenti alias uirtutes deest materia uirginitatis, id est, prædicta integritas carnis. Tñ potest id, quod est formale in uirginitate habere, ut. s. sit in præparatione mētis, prædictæ integritatis cōseruandæ propositum, si hoc sibi cōpeteret. Sicut pauper potest in præparatione animi habere propositū magnificos sumptus faciendi, si sibi competeret. Et similiter ille qui est in prosperitate, habet in pręparatione animi propositum aduersa ęquanimiter tolerandi, & sine hac pręparatione animi non potest esse aliquis uirtuosus.

Cōnexio virtutū, vnde.
* q. 129. ar. 3. ad 2.

Ad III. dicēdū, q̄ uirtus per pænitentiā reparari pōt quantum ad id, qđ est formale in uirtute, nō autē quantū ad id, qđ est materiale in ipsa. Nō. n. si qs magnific* cōsumpserit diuitias suas, p pęnitētiā peccati restituunt ei diuitiæ: & sic ille q uirginitatē peccādo amisit, p pænitentiā nō recupat uirginitatis materiā, sed recupat uirginitatis ꝓpositū. Circa materiā āt uirginitatis est aliqd, qđ miraculosè reparari poterit diuinitus, s. integritas mēbri, quā dicimus accidētaliter se ad uirginitatē habere. Aliud autē est, qđ nec miraculosè reparari pōt, ut. s. q̄ q expertus est uoluptatē uenerea, fiat non expertus. Nō enim Deus potest facere, ut ea quę facta sunt, nō sint facta, ut in primo* habitum est.

Ad IIII. dicendū, q̄ uirginitas, ſm q̄ est uirtus, importat propositū uoto firmatū integritatis perpetuo seruādę. Dicit. n. * Aug. ī lib. de uirginitate, q̄ per uirginitatem integritas carnis ipsi creatori animę & carnis uouetur, consecratur, seruatur. Vndé uirginitas ſm quòd est uirtus, nunquam amittitur nisi per peccatum.

Ad V. dicendū, q̄ castitas cōiugalis ex hoc solo habet laudē, q̄ abstinet ab illicitis uoluptatibus: undè nō habet aliquā excellentiā supra cōmunē castitatē. Viduitas autē addit quidem aliquid supra castitatē cōmunem: non tñ peruenit ad id qđ est perfectū in materia ista, scilicet, ad omnimodā immunitatē uenereæ uoluptatis, sed sola uirginitas. Et ideo sola uirginitas ponitur uirtus specialis supra castitatē, sicut magnificentia supra liberalitatem.

D. 1168.
D. 499.
* 1. 1. q. 25 art. 4.
* Ca. 8. in fin. to. 6.
D. 1168.

tra Thom. C Virginitas nullo voto firmata est virtus. Et probat quinq; medijs. Primò, qa est actus humanus bonus & laudabilis in medietate cōsistens. Secundò, qa est actus rōni conformis. Tertiò, quia est actus qui est materia voti. Quartò, quia est temperantia. Quintò, quia in aliquo casu virginitas nō voto firmata, est laudabilior, q̃ voto firmata. Probat assumptū. Si frater regis Francię cognosceret probabiliter, q̄ rege sine hærede decedēte, regnū transiret ad tyrannū crudelissimū, cōsulius ageret sine uoto seruare uirginitatem, q̃ uouere. ¶ Ad hæc breuiter dr, q̄ aut rōnes istæ non militant cōtra doctrinam authoris, cōtra quā inducuntur, aut nihil ualent. Nā ex rōnibus istis intēdit cōcludere q̄ virginitas sine uoto est uirtus, aut q̄ talis uirginitas est uirt* specie distincta à castitate. Si primū, nō est contra authoré: qui gratis oēs fatemur, virginitatis propositū esse actū castitatis. Si secundū, rōnes nihil valēt. Nā licēt cōcludant, q̄ sine uoto uirginitas é sub téperātia, & actus uirtuosus, &c. non tñ cōcludunt distinctionē specificā eius à castitate. Etiā author ponit virginitatē nō ad hoc q̄ sit uirtus, sed ad hoc, q̄ sit specialis cōtra castitatē, uirtus distincta, exigere firmitaté uoti. Nec huius oppositum Martinus pbauit: quin etiā responsio Martini ad rōné in litera huius argumēti tactā, s. Nulla virtus pditur sine peccato, nil valet: dū dicit, q̄ oēs virtutes quę sunt de actibus cadētibus sub cōsilio, perduntur sine peccato, vt voluntaria paupertas. Hoc namq; nihil valet, tum quia nulla virtus est, quæ sit circa cōsilia, quin eadé sit circa præcepta, vt patet discurrenti per oēs virtutes morales, iustitiā, fortitudiné, temperantiam, prudentiam, & partes earum. Sed uidetur deceptio cōtingere, quia aliud est loqui de aliquo excellenti actu virtutis, & aliud de ipsa virtute. Potest siquidem excellens actus uirtutis omitti absq; peccato, quia excellentia illa est in cōsilio. Et sic contingit de actu uirginitatis, & paupertatis uoluntariæ, & similibus, non q̄ virtus aliqua per horum omissionem perdatur. Patet autē nullam uirtutē perdi sine peccato: quia vt in prædicamentis dicitur, contrarium bono ex necessitate est malum. Quicquid ergo contrariatur uirtuti, quam constat esse bonum morale, oportet esse malum morale, quod est peccatum, seu uitium.

¶ Sed contra hanc authoris doctrinam urgens magnum occurrit dubiū: qm̄ si firmitas voti exigitur ad constituendū virginitatē in esse virtutis specificè distinctę à castitate, cū cōstet, q̄ votum est actus religionis, & trahat ad ipsam religionis speciē materiā, supra quā cadit virginitas firmata voto, erit quidē distincta specificè à castitate, qa erit religio, aut religionis pars: sed nō erit distincta à castitate, vt una species temperantiæ distinguitur ab alia téperantiæ specie. Diuersorū siquidē generū, & non subalternatim positorū diuersæ sunt species differentiæ, vt in Prædicamentis dicit. ¶ Ad hoc dr, q̄ sicut adulteriū ponitur species luxuriæ, & tñ nō per differentiā per se intemperantię, seu luxuriæ distinguitur à speciebus luxurię, sed per differentiā per se iniustitiæ, vt inferius patet: ita virginitas ponitur species temperantiæ, & tñ nō per differentiā per se temperātiæ, sed per religionis differentiā distinguitur ab alijs téperantiæ speciebus. Est autem vtrobique eadem ratio, scilicet, quia materia ibi est luxuriæ, hic temperantiæ. Et quod plus viget, quia sic locuti sunt non solùm populi ratione materię, sed prisci patres, quorum venerationem decuit authorem, decet & omnes moralia docentes sapere ad sobrietatem, & species temperantiæ, & luxuriæ appellare etiam ex non per se illius generis differentijs. Vndè & author vt uirginitatem poneret specialem virtutem, seipsum in 4. distinct. 33. correxit, ubi virginitatem tam cū uoto, quàm sine voto, minus tunc sciens, posuerat, vt magnificentiam.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli aduerte, quòd hinc habes, quod licèt peccatum luxurię in vidua sit grauius, quàm in alijs fornicarijs, non tamen distinguitur specie, cū vidualis castitas non sit specialis virtus, cui huiusmodi luxuria opponatur. Aliunde siquidem non habere distinctionem specificam satis apparet, ex quo soluta est à viri lege.

¶ In eadem responsione dubium ex Martino in eodē lib. quæstione de viduitate occurrit, nitente probare, q̄ viduitas est virtus distincta specie à virginitate, & castitate coniugali. Et quidē quòd sit virtus probat: quia est habitus electiuus, immediatè consistēs indeterminata ratione. Quod verò sit distincta specie ab alijs, probatur: quia habent obiecta specie distincta. Nam obiectum virginitatis est integritas carnis, obiectū vero viduitatis est continentia perpetua.

¶ Ad hæc breuiter dicitur, q̄ viduitas non est nomen virtutis, sed

sed status continentium. Claudit autem in se virtutem castitatis, & dicit perfectionem gradum castitatis, q castitates coniugalis. Omnis tamen huiusmodi castitas sub vna castitatis virtute comprehenditur, quod probatur ex eo, q̄ nunquàm peccatur, nisi contra uirtutem castitatis agatur. Vidua enim si nubit, non peccat. Nulla autē virtus sine peccato perdit. Et licèt hoc Martinus negauerit, à veritate tñ actus, immemor suæ negationis asseruit post in q. 1. de luxuria, conclusione tertia, asserendo q̄ nil deficit animum à statu virtutis, nisi peccatū. Ex p hoc pbat, q̄ non omnis actus venereus deficiat animū à uirtute, quāuis deficiat ab arce & excellētia perfectionis. ¶ Ad obiectionē ergo in oppositū concedit, q̄ viduitas est virtus castitatis, seu claudit illam castitas. n. sub ea ad medietaté eligendam in vidua. ¶ Ad secundū uerò dicitur, q̄ non quęcumque distinctio obiectorū, sed sola formalis in esse morali, hoc est, in ordine ad rationē, distinguit specie virtutē à virtute. Seruare autem se immunem ab illicita delectatione venerea, qđ pertinet ad castitatē, & super hoc nolle licitis venereis delectationib* se immiscere, qđ addit vidualis castitas, nō distinguuntur formaliter: sed sicut actus necessarius, & actus supererogationis sub eadem formali ratione qua persona circa venereas delectationes rectè se habet. Plus enim, vt in litera dicitur, exigitur ad con[illegible] alis uirtutis, q̄ aliquid plus dignitatis, seu excellētiæ habere.

Porrecta per totum.
735
2. d. 30. q. 2. ar. 3. ad 6. & d. 33. q. 3. art. 2. ad 5. & ar. 3. ad 1. Et 3. con. capi. 137.
* ca. 21. in fine, to. 6.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum virginitas sit excellentior matrimonio.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̄ virginitas nō sit excellentior matrimonio. Dicit enim* Aug. in lib. de bono cōiugali. Nō impar meritū est continentiæ in Ioanne, qui nullas expertus est nuptias, & in Abrahā, q filios generauit: sed maioris virtutis maius est meritū. ergo virginitas non est potior virtus, quam castitas coniugalis.

¶ 2 Præt. Ex virtute depēdet laus virtuosi. Si ergo virginitas præferretur continentiæ coniugali, vr esse consequens, q̄ quælibet virgo esset laudabilior qualibet coniugata: hoc autem est falsum. ergo virginitas non præfertur coniugio.

¶ 3 Præt. Bonum cōe potius est bono priuato, vt patet p Philosoph.* 1. Eth sed coniugiū ordinatur ad bonum cōe. dicit. n. † Augu. in lib. de bono cōiugali. Quod est cibus ad salutē hominis, hoc est concubitus ad salutē humani generis: virginitas autem ordinatur ad bonū speciale, ut s. vitent tribulationem carnis quā sustinent coniugatæ, sicut patet p Apostol. 1. ad Cor. 7. ergo virginitas non est potior continentia coniugali.

* Li. 1. c. 2. in fi. to. 5.
† cap. 16. 1 prin. to. 6.

SED CONTRA est, quod dicit *Aug. in lib. de uirginitate. Certa ratione, & sanctarum scripturarum authoritate nec peccatū esse nuptias inuenimus, nec eas bono aut virginalis continētię, uel etiam uidualis æquamus.

RESPON. Dicendū, q̄ sicut patet in lib. *Hier. contra Iouinianum, hic error fuit Iouiniani, q posuit uirginitatem nō esse matrimonio præferendam. Qui qdem error præcipuè destruitur & exemplo Christi, qui & matrem uirginē elegit, & ipse uirginitatem seruauit, & ex doctrina apostoli, qui 1. ad Cor. 7. uirginitatem consuluit tamq̄ melius bonum. et etiā ratione, tum quia bonum diuinum est potius humano bono: tum quia bonū animæ præfertur bono corporis, tum etiam quia *bonum cōtemplatiuæ uitæ præfertur bono actiuæ. virginitas aūt ordinatur ad bonum animæ, ſm uitam contemplatiuam, qđ est cogitare ea quæ sunt Dei: coniugium autem ordinatur ad bonum corporis, quod est corporalis multiplicatio generis humani, & ptinet ad vitā actiuā: qa vir & mu

*Cap. 19. fi. tom. 6
* Li. 1. non remote à prin. to. 5.
D. 1185.

SVPER Q. CLII. ART. IIII.

Ferr. 3. cont. c. 137.

IN Artic. 4. eiusdem q. in responsione ad primum, dubium ex Martino in q. 3. de virginitate occurrit dicente. Ista solutio non mihi uidetur rationabilis, tum primò, quia Abraham nūquam habuit coniugium in opere, & uirginitatem in præparatione animi, cum nihil habeamus in præparatione animi, nisi quod est nobis possibile, nisi apud insipientes. Nec iuuat inducta Augustini authoritas: quia non dicit, q̄ Abrahā habuit virginitatem in habitu, sed continentiam, uel cælibatum, qui eū uiduus conuenit. Tum quia habere aliquam uirtutem in actu & opere multò perfectius est, quàm habere eam secundùm pręparationem animi: sed Ioannes habuit uirginitatem in operę, & abraham in sola præparatione animi. ergo. ¶ Ad euidentiam horum aduerte, quòd author nō æquat opus coniugij operi uirginali: sed adæquat meritum continentiæ Abrahæ merito continentiæ uirginalis Ioannis Baptistæ. Hæc autem constat distare valdè. Vnde in principio responsionis author dicit, quòd meritum non solùm pensatur ex genere actus, sed magis ex animo operantis. Per hoc enim quod dicit ex genere actus, denotauit primam inæqualitatem. Nam ex genere operis uirginitas præstat continentiæ coniugali. Per hoc uerò quod subdit, Sed magis ex animo operantis, denotauit adæquationem secundo loco dictam quo ad præmium substantiale. ¶ Ad primam igitur Martini obiectionem dicitur, q̄ Abraham habuit semper uirginitatem in præparatione animi. Nec est verum quòd solùm id quod est possibile nobis, habeamus in animi præparatione, cū senex impotēs pertinax in luxuria, habeat in pręparatione animi adulteria, stupra &c si posset. Et sicut iste inimicus alicuius, quāmuis priuatus manibus, omniq; spe occidendi inimicum, habet animum præparatum occidendi illum si posset, & sic de alijs. Et sicut isti quo ad damnū, & pœnam sensus substantialē sunt ita rei sicut adulteri, & homicidæ, & fortè plus iuxta animi maiorem ardoré ad hęc: ita Abraham uirtuosus priuatus pp necessariam causam exercitio uirginitatis perseuerabat in præparatione animi ad uirginitatem, si esset cōueniens tunc. Authoritas quoque August. allata adiuuat, quoniā continētia ibi ab Aug. pro continentia tollente coniugiū sumitur, quam constat esse uirginalem solā. Vidualis enim nō simpliciter, sed post tempus tollit cōiugium. Patet autē Augustinū sic accipere ibi continentiam, quia loquitur de ea, quam non habebat in opere Abrahā, sed in animo, & Ioannes in opere. ¶ Ad secundum autē dicitur, q̄ licèt quātū ad bonitatē ex genere affectus, & penes pmiū accidentale plus sit habere uirtutem ī opere, q̄ in sola pręparatione animi, tamē quātum ad bonitatē meriti ex animo operantis, & quantū ad meritum substantiale non oportet q̄ sit plus, sed quandoque est minus, ut patet ex dictis: & ideo ratio nihil ualet.

¶ In respōsione ad tertium eiusdem articuli, dubium ex Martino, ubi supra, occurrit dicente, Hæc solutio non placet mihi. Et uidetur concedendū, q̄ multiplicatio, siué conseruatio speciei humanæ est simpliciter melior, quàm contemplatio diuinorum quantumcumque sint diuersorū generum. Si. n. finis uirginitatis esset melior simpliciter quàm finis coniugij, uideretur q̄ propter conseruationem humanæ speciei non esset deserenda uirginitas etiam firmata uoto, nec pro pace unius regni posset Papa dispensare, qa dispensatio non fit nisi propter melius: hoc autem est error. ¶ Ad hoc dr, q̄ cōparatio rerum in bonitate nō est consideranda secundum casus aut euentus, sed absolutè. Constat autem secundum oēs, q̄ bonum aiæ pfertur bono corporis, & q̄ contēplatio diuina est magnum animæ bonū, multiplicatio aūt hominum per generationem, corporale bonū secūdùm suū genus est. Generatio siquidem carnalis carnale bonum directè facit, iuxta illud Ioānis 3. Quod natum est ex carne, caro est. Igitur optimè author dixit, q̄ finis virginitatis secūdùm genus suū, est simpliciter melior, quàm multiplicatio hoīum, quæ est finis cōiugij. ¶ Ad obiectionē aūt Martini negatur utraq; sequela. Prima quidem, quia in casu, quo speciē humanā oporteret cōseruari, pceptū iuris naturę pualeret uoto uirginitatis, & sic simpliciter melius est philosophari q̄ ditari: tpe tñ necessitatis oppositū agēdū est. Ita licet simpliciter melior sit uirginitas matrimonio, tpe tñ necessitatis melius est nubere. Secūda aūt, quia in pace unius regni non tenditur ad bonum temporale tantum, sed ad bonum spirituale, uirtutū. s. in regno, q̄ discordijs, seditionibus, bellisq; impediuntur, tolluntur. Et uniuersaliter dr, q̄ dispensatio potest fieri nō solùm propter melius secundùm suum genus, sed propter melius ex circunstantijs, puta hic, in tali euentu.

S. V-

Universidad de Deusto Biblioteca

re in matrimonio uiuentes necesse habent cogitare quæ sunt mundi, vt patet per Apostolū 1. ad Corinth. 7. Vndè [m] indubitanter virginitas præferenda est continentiæ coniugali. [m]

Conclu. m

Ad I. ergo dicendum, quod meritū non solùm pensatur ex genere actus, sed magis ex animo operantis. Habuit aūt animum Abraham sic dispositum, vt paratus esset virginitatem seruare, si esset tēpori congruum, ex quo meritum continentiæ coniugalis in ipso, æquatur merito [d] continentiæ virginitatis in Ioanne respectu præmij accidentalis, non aūt respectu præmij substantialis. Vndè* Augus. dicit in lib. de bono coniugali, quod Ioannis cælibatus, & Abrahę connubium pro temporum distributione Christo militauerunt, sed continētiam Ioānes in opere, Abraham uerò in solo habitu habebat.

D. 1. — *ca. 21. in fine, to. 6.

Ad II. dicendum, quod licèt virginitas sit melior, quàm continentia coniugalis, potest tñ coniugatus melior esse, quàm virgo, duplici rōne. Primò quidē ex parte castitatis, si s. ille qui est coniugatus, habeat animū magis paratum ad virginitatē seruādā, si oporteret, quàm ille qui est actu virgo. Vndè* Augu. instruit virginem in libr. de bono coniugali, vt dicat. Ego non sum melior, quàm Abraham, sed melior est castitas cælibum, quàm castitas nuptiarū. & rationem postea* subdit, dicens. Quod.n. nunc ago, melius ille egisset, si tunc agendū esset. Quod autē illi egerunt, sic ego nō agerem, ēt si nunc agendum esset. Secundò, quia fortè ille qui nō est virgo, habet aliquam excellentiorem virtutem. Vndè* Augusti. dicit in libr. de virginitate. Vndè scit virgo, quamuis solicita quæ sunt Domini, ne fortè pp aliquam sibi incognitam infirmitatem non sit matura martyrio, illa verò mulier, cui se præferre gestiebat, iam possit bibere calicem dominicæ passionis?

*c. 22. ante mediū. tom. 6. — *Ibidē. — *ca. 44. in fine, to. 6.

Ad III. dicendum, quod bonum cōe potius est bono priuato, si sit eiusdē generis: sed pōt esse quod bonum priuatum sit melius secūdum suum genus: & hoc modo virginitas Deo dicata præfertur fœcūditati carnali. Vndè* Aug. dicit in libr. de virginitate, quod fœcunditas carnis, ēt illarum, quæ in hoc tēpore nihil aliud in coniugio, quàm prolem requirunt, quam mancipent Christo, pro amissa virginitate compensari non posse credenda est.

Collatio boni priuati ad bonū cōe. — *Ca. 9. in principio, 6.

SVPER Q. CLII. ART. V.
Ferr. 3. cont. c. 134.

Ferrella per totum.
736
Inf. q. 155. ar. 1. & q. 185. ar. 4. Et 4. d. 33. q. 3. art. 4. Et 3. cōtra G. 134.

IN artic. 5. eiusdem q. nihil scribendū occurrit, nisi quod illud, quod in fine articuli de cantico nouo, seu gaudio singulari de integritate carnis seruata, cū de aureolis tractabimus, declarandum est.

Articvlvs V.
Vtrum virginitas sit maximum virtutum.

AD QVINTVM sic proceditur. Vr quod virginitas sit maxima virtutum. Dicit.n.* Cyprian. in libr. de virginitate. Nunc nobis ad uirgines sermo est, quarum quo [b] sublimior est gloria, eo est maior cura: flos est ille ecclesiastici germinis decus atque ornamentum gratiæ spiritualis, [b] illustrior portio gregis Christi.

*In tract. de habitu virginū nō remote à prin. incipit hic li. Disciplina custos, & est glos.

¶ 2 Præt. [b] Maius præmium debetur [b] maiori uirtuti: sed virginitati debetur maximum præmium, scilicet fructus centesimus, ut patet † Matth. 13. in gl. ergo virginitas est maxima uirtutum.

¶ 3 Præt. Tātò aliqua virtus est maior, quātò p eam aliqs Chro [h] magis cōformat: sed maximè aliqs cōformat Chro p uirginitatē. dr.n. Apocal. 14. de virginibus, quod sequuntur agnum quocumq; ierit, & quod cantant canticum nouum: quod nemo alius poterat dicere. ergo uirginitas est maxima virtutum.

Hierony. ibidē c. 9.

Sed contra est, quod* Aug. dicit in lib. de virginitate. Nemo, quantū puto, ausus fuit virginitatē pferre monasterio. & in eodē lib. † dicit. Præclarissimum testimoniū perhibet Ecclesiastica authoritas, in qua fidelibus notū est quo loco martyres, & quo defunctę sanctimoniales ad altaris sacramēta recitentur, per quod daī intelligi, quod martyrium virginitati pfertur, & similiter monasterij status.

*Ca. 46. fine, to. 6. † ca. 45. in prin. to. 6.

Resp. Dicendū, quod aliquid pōt dici excellentissimū dupliciter. Vno modo, in aliquo genere: & [m] sic virginitas est excellētissima, s. in genere castitatis. [m] Trāscendit.n. & castitatē uidualem, & cōiugalem. Et quia castitati antonomasicè attribuitur decor: ideò virginitati p cōsequēs attribuitur excellētissima pulchritudo. Vndè & Amb. dicit in li. de uirginitate. Pulchritudinē quis pōt maiorem æstimare decore virginis, q amatur à rege, probatur à iudice, dedicat Dño, cōsecrat Deo? Alio modo, pōt dici aliqd excellentissimū simpliciter: & [p] sic uirginitas nō est excellētissima uirtutū. [p] Sēper.n. finis excellit id qd' est ad finē: & quāto aliqd efficacius ordinat ad finē, tātò melius est. Finis aūt ex quo uirginitas laudabilis reddit, est uacare reb' diuinis, ut *dictū est. Vnde ipsę virtutes theologicæ, & ēt virtus religionis, quarū actus est ipsa occupatio circa res diuinas pferunt uirginitati. Similiter ēt vehemētius operant ad hoc, quod inhæreant Deo martyres, q ad hoc postponūt propriā uitā, & uiuētes in [d] monasterijs, q ad hoc postponūt propriā uolūtatē, & oia quæ possunt habere, q uirgines quæ ad hoc postponunt veneream uoluptatē: & ideò uirginitas non simpliciter est maxima uirtutum.

Concl. m — Conclus. p — *Ar. 4. huius quęst. — D. 26?

Ad I. ergo dicēdum, quod uirgines sunt illustrior portio gregis Christi, & est earum sublimior gloria per comparationem ad uiduas & coniugatas.

Ad II. dicendū, quod cētesimus fructus attribuitur uirginitati sm* Hier. pp excellentiam quam habet ad uiduitatem, cui attribuitur sexagesimus, & ad matrimonium, cui attribuitur tricesimus: sed sicut * Aug. in lib. de quæstionibus Euāgelij, centesimus fructus est martyrum, sexagesimus uirginū, & tricesimus coniugatorum. Vnde ex hoc non sequit, quod uirginitas sit simpliciter maxima uirtutum omnium, sed solùm in alijs gradibus castitatis.

*Loco citato s arg. — Lib. 1. c. 9. in prin. to. 4.

Ad III. dicendum, quòd uirgines sequuntur agnum quocunque ierit: quia imitantur Christum non solum in integritate mentis, sed etiam in integritate carnis, ut* Augustinus dicit in lib. de virginitate. Et ideò in pluribus sequuntur agnum: non tamen oportet, quòd magis in propinquo, quia aliæ uirtutes faciunt propinquius inhærere Deo per imitationem mentis. Canticum autem nouū, quod solæ uirgines cantant, est gaudium quod habent de intergritate carnis seruata.

Cap 27. a med. to. 6

SVPER Q. CLIII. ART. 1.

IN art. 1. q. 153. aduerte, quod qa par est, vt quælibet ars gaudeat ppriis vocabulis, ideò in morali philosophia & theologia, luxuriæ nomen pprie sumitur pro superfluitate in materia delectationū venereorū, & per similitudinē ad quālibet abūdantē excessum transfertur. Nā eū in Ecclesia dicimus luxuriæ peccatū, sine cunctatione intelligimus peccatū in venereorū excessu: sed apud grāmaticos cōtrarius uidetur translationis ordo, quia prius significata est apud eos luxuriæ nomine solutio cuiuscūq; libidinis, & deinde associata est ad solutionē libidinis in materia venereæ delectationis, quæ solutio in superfluitate venereæ delectationis manifestè consistit. Et sic diuersæ translatiō s. qa isti ex parte nominis significantis, illi ex parte rei significatæ translationem ordinarunt.

Ferrella per totum.
737
1. Ethic. 5. le. 1. co. 4.
* lib. 2. c. 6 a medio. 1.

QVAESTIO CLIII.
De uitio luxuriæ, in quinque articulos diuisa.

DEINDE cōsiderandū est, de uitio luxuriæ, qd' opponitur castitati. Et primò, de ipsa in generali. Secundò, de speciebus eius.

Circa primum quæruntur quinque.

¶ Primò, Quæ sit materia luxuriæ.
¶ Secundò, Vtrum omnis concubitus sit illicitus.
¶ Tertiò, Vtrum luxuria sit peccatum mortale.
¶ Quartò, Vtrum luxuria sit uitium capitale.
¶ Quintò, De filiabus eius.

Articvlvs I.
Vtrū materia luxuriæ sint solū concupiscētiæ & delectationes venereæ.

AD PRIMVM sic proceditr. Vr quod materia luxuriæ nō solùm sint cōcupiscētię, & delectationes venereę. Dicit.n.* Augusti. in lib. cōfes. quod [h] luxuria ad satietatē atq; abundantiā se cupit uocari: sed satietas pertinet ad cibos & potus, abūdātia aūt ad diuitias. ergo luxuria nō est propriè circa concupiscentias, & uoluptates venereas.

¶ 2 Præt. Prouerb. 20. dr. Luxuriosa res est [h] uinum: sed uinum pertinet ad delectationem cibi & potus. ergo circa ea maximè uidetur luxuria esse.

¶ 3 Præt. Luxuria dr esse [h] libidinosæ uoluptatis appetitus: sed libidinosa uoluptas nō solū est in uenereis, sed etiam in multis alijs. ergo luxuria nō est solū circa cōcupiscētias, & uoluptates venereas.

* Aug. lib. de uera rel. c. 3. a medio, to. 1.

Sed contra est, quod dr in lib.* de uera religione de luxuriosis. Qui seminat in carne, de carne metet corruptionem: sed seminatio carnis fit per uoluptates uenereas. ergo ad has ptinet luxuria.

*Lib. 10. c. [illegible] incipit, Luxuriosus, a med. illius.

Resp. Dicendum, quod sicut Isidor.* dicit in lib. Etymol. Luxuriosus aliquis dicitur, quasi solutus in uoluptates. Maximè autem uoluptates uenereæ animum hominis soluunt: & ideò [m] circa uoluptates uenereas maximè luxuria consideratur. [m]

Conclu. m

Ad I. ergo dicendum, quod sicut temperantia principaliter quidem & propriè est circa delectationes tactus, dr autem ex consequenti, & per similitudinem quandam in quibusdam alijs materijs: ita etiā luxuria principaliter quidem est in uoluptatibus uenereis, quę maximè & pręcipuè animū hominis resoluunt: secundariò aūt dr in quibuscumq; alijs ad excessum pertinentibus. Vnde ad Galat. 5. dicit glos.* quòd luxuria est quælibet superfluitas.

* Gl. inter lin. ea uisu? Per illud: Impudicitia, luxuria &c.

Ad II. dicendum, quod uinum dr res luxuriosa, uel sm hunc modum quo in qualibet materia abundātia ad luxuriā refertur, uel inquantum superfluus usus uini incentiuum uoluptati uenereæ præbet.

Ad III. dicēdū, quod libidinosa uoluptas etsi i alijs materijs dicatur, tñ specialiter hoc nomē sibi uēdicāt uenereæ delectationes, in quibus etiā specialiter libido dicitur, ut* Aug. dicit in 14. de ciuit. Dei.

*Lib. 14. c. 15. & 16. tomo 5.

Articvlvs II.
Vtrum nullus actus uenereus possit esse sine peccato.

AD SECVNDVM sic pceditur. Vr quod nullus actus uenere [e] possit esse sine peccato. Nihil enim uī impedire [h] uirtutē nisi peccatū: sed omnis actus uenereus maximè impedit uirtutē. dicit.n.* Augusti. in primo soliloquiorū. Nihil esse sentio, quod magis ex arce deijciat animum uirilem, quàm blandimenta fœminæ, corporumq; ille cōtactus. ergo nullus actus uenereus uidetur esse sine peccato.

¶ 2 Præ. Vbicūq; inuenitur aliquid [h] superfluū, per qd' à bono rōnis recedit, hoc est uitiosum, quia uirtus corrūpitur per superfluū & diminutū, ut dr in 2. Ethic.* sed in quolibet actu uenereo est superfluitas delectationis, quæ intantū absorbet rationē, quod impossibile est aliquid intelligere in ipsa, ut * Philos. dicit in 7. Ethic. Et sicut Hiero. † dicit, In illo actu, spiritus prophetiæ nō tangebat corda prophetarū. ergo nullus actus uenere [e] potest esse sine peccato.

¶ 3 Præt. Causa potior est, quàm effectus, sed peccatū originale in paruulis trahitur à [h] cōcupiscētia, sine qua actus uenereus esse nō potest, ut patet per Aug. * in lib. de nuptijs & cōcupiscētia. ergo nullus actus uenereus potest esse sine peccato.

Sed contra est, qd' Aug. † dicit i lib. de bono cōiugali. Satis responsum est hęreticis, si tñ capiūt, nō esse pctm qd' neq; cōtra naturā cōmittitur, neq; cōtra morē, neq; contra præceptū. Et loquitur de actu uenereo, quo antiqui patres pluribus cōiugibus utebātur. ergo nō omnis actus uenereus est peccatum.

Respon. Dicendum, quòd peccatum in humanis actibus est, quod est contra ordinem rationis. Habet autem hoc rationis ordo, ut quælibet conuenienter ordinet in suum finem: & ideò non est peccatum, si per rationem homo utatur rebus aliquibus ad finem, ad quem sunt: modo & ordine conuenienti, dummodo ille finis sit aliquod uerè bonum. Sicut autem est uerè bonum, quod conseruetur corporalis natura unius indiuidui, ita ēt est quoddam bonū excellens, quod conseruetur natu-

SVPER Q. CLIII. ARTIC. II.

IN art. 2. eiusdē q. nota primo cōtra scrupulosas mentes, quod sine omni peccato venereus actus exerceri pōt & exercet, qn debitis est circunstantiis honestatus actus cōiugalis, inter quas circūstātias nō est ut persona non delectet, aut nō cōplaceat sibi delectatio. Hoc.n. insensibilis, aut stulti est. Cōplacentia.n. uoluntaria in delectatione operis talis alias bene circunstantionati, puta, pp plē, &c. nullū oīno peccatum est, sed donū Dei est absolutè generis humani, collatū homini, & cæteris animalibus. Vndè nō debet persona de huiusmodi delectatione percepta dolere, sed poti' Deo gratias agere.

¶ Nota secundo, quod auctor in solutione ad secundū, theologalē rationem reddit, quare delectatio venerea nō subiacet moderationi rōnis, s. ex originali peccato, nō quod ignores hoc esse naturale, sed sicut mors, cū hoc quod est naturalis, est etiā pœna peccati originalis, quia, p gratiā adepta nobis erat necessitas moriendi: ita qa hmōi perturbatio rōnis adepta nobis erat per donū originalis iustitiæ, quo inferiora superioribus subiecta erant in homine, facta est pœna originalis peccati.

Ferrella per totum.
738
Mala. q. 15. art. 1.
* Lib. 1. ca. 10. ante med. to. 1.
* Lib. 2. c. 6. tom. 5.
* Lib. 7. c. 11. a med. to. 5.
† Hier. de Monogamia, ad Gleron. Et refert. 32. q. 2. c. connubia.
* lib. 1. c. 24. circa med. to. 7.
† ca. 15. circa princi. tom. 6.

ra speciei humanę. Sicut aūt ad cōseruationē vitæ F vnius hoīs ordinatē vsus ciborū, ita ēt ad cōseruationē totius humani generis vsus venereorū. Vñ * Aug. dicit in lib. de bono cōiugali. Qđ est cibus ad salutē hoīs, hoc est cōcubitus ad salutē generis. Et iō [m] sicut vsus ciborū pōt esse absq; peccato, si fiat debito modo & ordine ſm ꝙ cōpetit saluti corporis: ita etiā & vsus [d] uenereorū potest esse absq; oī peccato, si fiat debito modo & ordine, ſm quòd est conueniens ad finem generationis humanæ.

*Cap. 16. in princ. to. 6.

Conclusio m

D. 858.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ aliquid pōt impedire dupliciter uirtutē. Vno mō, quantū ad cōem statū uirtutis: & sic non impedit uirtus nisi per pctm. G Alio mō, quantū ad perfectū uirtutis statū, & sic pōt impediri uirtus per aliquid qđ nō est pctm, sed est minus bonū. Et hoc modo, usus fœminæ deiicit animū nō à uirtute, sed ab arce, idest, perfectione uirtutis. Vnde Aug. dicit in lib. * de bono coniugali. Sicut bonū erat, qđ Martha faciebat occupata circa ministeriū sanctorū, sed melius [d] qđ Maria audiens uerbū Dei: ita etiam bonum Susannæ in castitate coniugali laudamus, sed bonum uiduæ Annæ, & magis Mariæ uirginis anteponimus.

*Cap. 8. in medio, to. mo. 6.

D. 1185.

Ad II. dicēdū, ꝙ sicut supra * dictū est, medium uirtutis nō attēdit ſm quantitatē, sed secundū ꝙ H cōuenit rōni rectæ: & iō abūdātia delectationis, q̄ est in actu uenereo ſm rōnem ordinato, nō cōtrariat medio uirtutis. Et ꝑterea ad uirtutē nō ꝑtinet quantū sensus exterior delectet, qđ cōsequit corporis dispositionē, sed quātū appetitus interior ad hmōi delectationes afficiat: nec ex hoc ēt, ꝙ rō nō pōt liberū actū rōnis ad spiritualia considerāda simul cū illa delectatione habere, ostendit ꝙ actus ille sit uirtuti cōtrarius. Nō. n. est uirtuti cōtrariū, si rōnis actus aliqñ intermittat aliquo, qđ ſm rōnē fit; alioquin ꝙ aliqs se somno tradit, esset cōtra uirtutē. Hoc tñ ꝙ cōcupiscentia, & delectatio uenereorū nō subiacet imperio & moderationi rōnis, ꝓuenit ex pœna primi peccati, inquantū. s. ratio rebellis Deo meruit habere suam carnem rebellem, ut patet per August. 13. * de ciuita. Dei.

*q. 152. ar. 2. ad 2. & 1. 2. q. 64. ar. 2.

*Lib. 13. c. 13. to. 5.

Ad III. dicendū, ꝙ sicut Aug. † ibidē dicit, ex cōcupiscentia carnis, quæ regeneratis non imputat in peccatū, tāquam ex filia peccati proles nascit, originali obligata peccato. Vndè non sequitur, ꝙ actus ille sit peccatum, sed quod in illo actu sit aliquid pœnale à peccato primo deriuatum.

† Loco citato in argu.

Articvlvs III.

Vtrum luxuria, quę est circa actus uenereos, possit esse peccatum.

Ad tertivm sic procedit. Vr ꝙ luxuria quæ est circa actus uenereos, nō possit esse aliqđ peccatū. Per actū. n. uenereorū semen emittitur, qđ est [h] superfluū alimenti, ut patet per Philos. * in lib. de generatione animaliū: sed in emissione aliarū superfluitatū, nō attenditur aliqđ peccatū. ergo neq; circa actus uenereos potest esse aliquod peccatum.

*lib. 1. c. 19. to. 5.

¶ 2 Prę. Quilibet pōt [h] licitè uti, ut libet, eo qđ suū est: sed i actu uenereo homo non utit nisi eo qđ suū est, nisi forte in adulterio, uel raptu. ergo in usu uenereo non pōt esse peccatum, & ita luxuria non erit peccatum.

¶ 3 Præ. Oē peccatū habet [h] uitiū oppositū: sed luxuriæ nullū uitium uidetur esse oppositum. G ergo luxuria non est peccatū.

Sed contra est, ꝙ causa est potior suo effectu: sed uinum prohibet ꝓpˢ luxuriā, ſm illud Apostoli ad Ephes. 5. Nolite inebriari uino, in quo est luxuria. ergo luxuria est prohibita.

¶ Præt. Galat. 5. enumeratur inter opera carnis.

Respon. Dicēdū, ꝙ quātò aliquid est magis necessariū, tātò magis oportet, ut circa illud rō H nis ordo seruet: unū ꝓ cōsequēs magis est uitiosum, si ordo rōnis ꝑmittat. Vsus aūt uenereorū, sicut dictū est, * est ualdè necessarius ad bonū cōmune, qđ est cōseruatio humani generis: & ideò circa hoc maximè attēdi debet rōnis ordo, & ꝓ consequēs si qđ circa hoc fiat præter q̄ ordo rōnis habet, uitiosum erit. Hoc autē pertinet ad rationem luxuriæ, ut ordinē & I modum rationis excedat circa uenerea: & ideò [m] absque dubio luxuria est peccatum.

*In corp. ar.

Conclusio m

Ad primvm ergo dicēdū, ꝙ sicut * Philos. in eodē libro dicit. Semē est superfluū quo indigetur. Dr. n. superfluū ex eo, ꝙ residuū est operationis uirtutis nutritiuæ, tñ indiget eo ad op* uirtutis generatiuæ: sed aliæ superfluitates humani corporis sūt, qb* nō indiget, & iō nō refert K qualitercūq; emittanē, salua decētia cōuictus humani: sed non est simile in seminis emissione, quæ taliter debet fieri, ut cōueniat fini ad quem eo indigetur.

*Loco citato in argum.

Ad II. dicēdū, ꝙ sicut Apost. dicit 1. ad Corin. 6. cōtra luxuriā loquēs. Empti estis ꝑtio magno, glorificate, & portate Deū in corpore uestro. Ex eo ergo ꝙ aliqs inordinatè suo corpore utit ꝑ luxuriā, iniuriā facit Deo, qui est principalis dñs corporis nři. Vndè & Aug. * dicit in lib. de decem chordis Dñs qui gubernat seruos suos ad utilitatem illorum, non suam, hoc præcipit, ne per illecebras, & illicitas voluptates corruat tēplū eius, quod esse cœpisti.

*Cap. 10. circa medium to. 9.

¶In eodem primo articulo in responsione ad secundū, nota quòd quia adulterium significat duas deformitates, alterā in genere luxuriæ alteram in genere iniustitiæ, & ambæ determinant actum concubitus naturalis, & altera alteram contrahit. Nam luxuria contracta per iniuriam mariti ascendit ad adulterium: & similiter iniustitia contracta per concubitum cum coniuge alterius, descendit ad adulterium, ideo ex eis nec proprie consurgit una species, nec apparet quid sit in adulterio formale, & quid materiale. Perspicaciter tamen intuentibus innotescit, & quòd sub duobus generibus ponitur ratione diuersorum: ut in litera dicitur, & quòd communiter in perpetratione adulterij iniustitia se hēt materialiter, & luxuria formaliter: quia formale ex parte finis se tenet, materiale autem ex parte eius quòd est ad finem. Cōstat autem quòd finis adulterij communiter est delectatio uenerea, & quòd propter illā non curat iniustitiæ crimen incurrere. Et ideo adulteriū absolutè ponitur species luxuriæ, utpote formaliter ad luxuriam spectans, & ad luxuriam trahens iniustitiam, quæ ut in litera dicitur: non omnino per accidens se habet ad illam: quia ex magnitudine luxuriæ procedit iniustitia, dum intantum quis uincitur uenereo amore alterius personæ, ut non curet de alterius iure. Et hoc quod de adulterio dictum est, intellige de stupro, & raptu: quoniam idem est in eis iudicium de iniuria, quam importat in actu luxuriæ.

SVPER QV. CLIIII. ARTIC. II.

IN articulo secūdo eiusdem quæstionis cētesimæquinquagesimæquartæ, dubium ex Martino in quæstione tertia, de luxuria,

luxuria occurrit, contra rōnē in litera allatā procedēs, multipliciter arguendo & soluendo. Licēt, inquit, conclusio sit vera, nō tñ sufficienter vr probata. Primò, quia non probat efficaciter nisi de fornicatione meretricia, ad quā non unus tm̄, nec duo, nec tres, sed indifferenter q uolunt, accedūt. Secundò, qa non probat quod uagus concubit' masculi sit peccatum mortale, sed tm̄ hoc probat de uago concubitu fœminæ: qa ibi nō est certitudo plis, sicut cū mulier uagatur cū pluribus, vt patet de concubinis regum. Solus ergo uagus cōcubit' fœminæ est, qui directē opponitur educationi plis. Tertio, qa adhuc non probat, quod oīs simplex fornicatio sit pctm̄ mortale, sed solū illa, vt ples ęstimat, cuius dubitare tur uerisimiliter generanda. Vñ statim sequit' quod non probat nisi meretricium, vbi nō solū est gnāti, esse pctm̄ mortale, qā in tali nō militat rō. Quartò, quia nō pbat de cōcubitu quod sit pctm̄ mortale, cū talis nō sit cōcubitus uagus, sed determinati ad determinatā & interdum ad longum tēpus, & cū interpositione iuramēti de fide seruanda, de prole educanda, erudienda &c. In tali enim non uidetur militare prædicta ratio. Sed respōdet, inqt, ad hoc beatus Thomas, quòd id quod cadit sub legis determinatione, iudicatur secundùm id quod cōmuniter accidit, non secundùm id quod in aliquo casu potest accidere. Hæc autē solutio esset probabilis, si ipse iam probasset fornicationem esse lege prohibitam, quod nondum probauit, sed nititur naturali ratione conuincere esse peccatum mortale. Et cum ratio ostenditur manifestè deficere, iam recurrit ad legem, de qua nō fecit adhuc fidem. Quintò, quia si sic, sequeretur quòd simplex fornicatio non esset ex se mala, sed tantū ratione iniustitiæ, q ex ea sequi potest in hoc, quod pater non reddit proli debitam naturæ educationē & instructionem. Et ex hoc sequitur primo, quod aliqua simplex fornicatio non est peccatum mortale. Patet consequentia de illa fornicatione, ad quam nulla sequitur iniustitia, puta, illa ex qua non generatur proles, & illa ex qua genita proles religiosè educatur. Et probatur consequentia per simile de iactu lapidis, uel sagittæ in loco, in quo facilē quis pōt lædi. Constat. n. quod si quis diligenter prouiso quod nemo lędat, ita iactat, non peccat. Licēt ergo ex fornicatione nata sit seq iniuria prolis, si tamen de facto ita præuideatur, quod non sequatur, non erit peccatum. Sequitur secundo, quòd fornicatio meretricia erit licita, & bona. Et probatur consequentia. Omnis actus conformis legi, rationi rectæ conformi, cum actus toti culpæ quæ ex eo communiter euenire potest, per aliam legem sufficienter præuisum est, est actus licitus & bonus: sed lex de meretricibus in ciuitate habendis est rectæ rationi conformis, ut patet ex Aug. Tolle meretricem ex Ecclesia, & eam replet concubinis, & adulterijs. Et per aliam legem sufficienter prouisum est aut prouideri faciliter potest, iniuriæ prolis generādæ illis aūt malis quæ oriuntur ex ablatione legis meretriciū, nulla pōt lege prouideri. ergo actus cōformis legi de meretricio cōcubitu est licitus, & inculpabilis. Sexto, aut eo ipso aliqd est pctm̄ mortale, quod ex eo nata est sequi alterius iniuria, aut quia de facto sequitur. Si secundum, tota ratio nulla est: quoniam ex ea non infertur, quòd omnis fornicatio est mortalis, sed ea tantū quā de facto sequitur iniuria prolis. Nec potest dici primum: quia sic omnes negotiationes ciuiles, actiones fori exterioris, & omnes penē hominum communicationes essent peccata mortalia, quia ex his natæ sunt sequi culpæ mortales, fraudes, mendacia, periuria &c. Sequeretur etiam quod iurare esset peccatum mortale, quia est periculum casus in frequēti iuratione. Ex his

enim Act. 15. Abstineatis uos ab imolatis simulacrorū, & sāguine, & suffocato, & fornicatiōe: illorū āt usus nō est pctm̄ mortale, sm̄ illud 1. ad Timot. 4. Nihil reiiciēdū est, qđ cū grārū actione percipitur. ergo fornicatio non est pctm̄ mortale. B

¶2 Præt. Nullū mortale pctm̄ cadit sub præcepto diuino: sed Osee 1. pcipitur à Dño, Vade, sume tibi uxorē fornicariā, & fac filios fornicationū. ergo fornicatio non est pctm̄ mortale.

¶3 Præt. Nullū pctm̄ mortale in scriptura sacra absq; reprehēsione cōmemorat: sed fornicatio simplex cōmemorat in scriptura in antiquis pribus sine reprehēsione, sicut legit Gen. 16. de Abrahā, quod accessit ad Agar ancillā suā, & inf. 30. legit de Iacob, quod accessit ad ancillas uxorū suarū Balā, & Zelphā. & infra 38. legitur, quod Iudas accessit ad Thamar quā æstimauit meretricem. ergo fornicatio simplex non est peccatū mortale. C

¶4 Præt. Oē pctm̄ mortale contrariat charitati: sed fornicatio simplex nō cōtrariat charitati neq; quātū ad dilectionē Dei, qa nō est directe pctm̄ contra Deū, nec hēt quātū ad dilectionē pximi, qa p hoc hō nulli homini facit iniuriā. ergo fornicatio simplex n̄ ē pctm̄ mortale.

¶5 Præt. Oē pctm̄ mortale ducit in pditionē æternā. Hoc āt nō facit fornicatio simplex, qa sup illud 1. ad Timo. 4. Pietas ad oīa utilis est, dicit * glos. Ambr. Omnis summa disciplinę Christianæ in misericordia & pietate est, quā aliqs sequēs, si lubricū carnis patit, sine dubio uapulabit, sed n̄ pibit. ergo fornicatio simplex n̄ ē pctm̄ mortale.

*Ambro. sup istū locū Pauli to. 5.

patet quòd ratio Thomæ non est sufficiens ad probationem, quod simplex fornicatio est peccatum mortale.

¶Rursus ibidem Martinus, Nō ideò, inquit, omnis fornicatio simplex est peccatum mortale, qa directē committitur contra vitā hominis nascituri, tùm primo, quia multi sunt qui intēdūt generare: tū secūdo, quia multi sunt q intēdunt religiosē educare prolē ex tali concubitu: tū tertiò, qa de mille nō inuenit q directē, & p se intēdat nocumētū prolis: tū quartò, qa lege recta, & conuenienti potest prouideri ne hoc nocumētū ut in pluribus sequatur.

¶Demū ad tria dicta in litera rñdet singillatim. Primū est. Fornicatio simplex importat inordinationē, quæ uergit in nocumentū uitæ nascituri. Ad hoc rñdet negādo hanc ppositionē in politia bñ instituta: quia hmōi politia uitæ nati sufficiēter prouidet. Secūdū est, quod fornicatio priuat prolem cura Patris &c. Ad hoc respondet, negando quod fornicatio rectis legibus regulata priuet plem cura patris, aut æquiualenti, & aliis ad eruditionem requisitis, maximè cum huiusmodi proles raræ sint respectu natorum ex matrimonio. Tertiū est, quòd fornicatio, seu uagus concubitus tolleret certitudinem prolis. Ad hoc respondet, tū quia potest institui lex, per quā erit certitudo sufficiens ad educationem prolis: tum quia si mulier illa paucis se cōmunicet, erit facilis certitudo: si multis, erit rara proles.

¶Ad euidentiam horum non oportet noua fundamēta iacere, sed super literæ fundamenta hic quidem summariè pstricta. In tertiò uerò contra Gent. capitulis 122. & 123. extensa tantæ molem sapientiæ naturalis constituere. Differētia igitur inter per se, & per accidens, monstrat fornicationē esse pctm̄ mortale, & soluit omnes difficultates motas. Sume ergo tres propositiones. Prima est, Seminatio humana secundū se ordinatur naturaliter ad generationem, educationem, instructionemque prolis. Hæc facilē patet ex natura seminis, & prolis necessitate secundùm corpus, & secundùm animam. Secunda est, quod omnis seminatio humana ad hoc quòd sit secundum rectā rōnē, oportet quòd habeat secundùm se dictum ordinem, scilicet ad generationem, educationem, & instructionem prolis. Ista etiam patet ex eo, quòd actus naturales cum uoluntariè exercentur, oportet quod ordinentur ad finem suū naturalē, alioquin abutimur naturalibus. Explicatur autem ly secundū se, propter concubitum cum uxore uetula, qui sine culpa est, licet ab hoc ordine deficiat: quia deficit per accidens, & non per se, ab ordine. Seminatio namque fit in loco naturali, unde nata est sequi generatio &c. sed per accidens, scilicet ex conditione istius personæ est, quod non possit sequi generatio. Bonitas enim specifica moralis in actibus naturalibus attenditur secūdum id quod est per se, & non secundùm ea quæ sunt per accidens. Tertia est, Omnis seminatio naturalis carens ordine dicto, est deformis deformitate priuationis debiti ordinis ad suum naturalem finem. Ista euidenter patet: & ex hoc patet, quòd omnis huiusmodi seminatio non solum est moraliter mala, sed est sic mala, quòd est mala moraliter ex propria ratione. quoniam cum hic sint tres ordine quodam se habentes fines naturales seminationis humanæ, scilicet generatio, educatio, & instructio, & cuiuslibet horum bonorum priuatio sit secundùm se mortale peccatum (nam instructio tantum bonum est prolis, & adeò debitum, ut priuare prolem illa procul dubio notabiliter damnificet illam, & sic de alijs) consequens est ut in seminatione humana priuatio ordinis ad quodcunque horum trium cōstituat ex propria ratione mor-

[illegible] peccatū, utpotè naturalē delectationē notabili malo offendunt. Sub his aūt propositionibus claris & euidentibus subsumendum est, quod fornicatio simplex est cōcubitus priuatus naturali ordine ad naturalē educationē & instructionē prolis. Et sic patebit cōclusio, scilicet quod fornicatio simplex secundum naturale ius, est peccatū mortale. Manifesta autē hæc subsumpta de fornicatione proposito. Cōcubitus inter psonas nō naturali uinculo cōuenientes ad educationē & instructionem prolis, caret naturali ordine ad educationē & instructionē: sed oīs fornicatio simplex est cōcubitus inter psonas non naturali uinculo deuinctas ad educationē & instructionē. ergo oīs fornicatio simplex caret naturali ordine ad educationē & instructionē prolis. Dixi in maiore, nō naturali uinculo deuinctas, ut ex [illegible] intelligendū est per se. Nam quod prouideatur proli de educatione & instructione, pōt contingere dupliciter, scilicet per se, & per accidens. Per se quidē prouidetur, cū extrema seminationis, hoc est, pr & mr cōueniunt cum naturali ordine ad educationē & instructionē. Tunc aūt uiri cum naturali ordine ad hæc conueniunt, qñ conueniunt cum naturali uinculo ad hæc, quoniā naturalis ordo ad hæc non est nisi naturali uinculo utriusque ad illa, ut patet in animalibus [illegible] utroque [illegible] ad educationē. Naturale autem uinculum non saluatur in simplici fornicatione, quę includit oppositum, quia est soluta ad solutā. Alio modo per accidens, scilicet ex aliquo accidentali uinculo, uel ordine, puta, si mater sit diues, & habens prudentes instructores, & promittat prouidere proli de omnibus. Hoc. n. per accidens conuenit tali seminationi. Per se enim talis concubitus caret ordine ad educationē & instructionem, quia caret naturali ordine ad hæc. Nec per accidens datur sibi naturalis ordo, sed annectitur ordo accidentalis ex conditione psonæ talis. Et sic restat seminatio deordinata ordine naturali ad educationē & instructionē. Ac per hoc, ut ostensum est, omnis fornicatio simplex ex propria ratione est peccatum mortale. Nec obstat uox Durandi in 33. dist. quarti Sententiarum, dicentis, quod non intelligo hoc, quoniam naturale ius nihil nouit, nihilque dicit de morte æterna, a qua peccatum dicitur mortale: quoniam etsi naturalis ratio non nouerit mortem æternā, quæ est pœna peccati mortalis, & a qua uocabulum hoc sumptū uidetur, nouit tamen peccata quæ sunt contra bonum humanæ generationis, educationis, instructionis, & uniuersaliter dilectionis, quæ sunt secundum se digna morte æterna, quāuis non intelligeret relationē ad pœnam æternam. Et propterea sicut stante huiusmodi relationis ad pœnā æternā ignorantia, naturalis ratio nouit homicidium, sodomiam, & huiusmodi, esse peccata illa quæ illustrati a Deo uocamus mortalia, ita nouit simpliciter fornicationē esse pctm, qd nos uocamus mortale.

¶ Ad primam ergo obiectionem Martini non oppositum, scilicet quod non probat ratio literæ, nisi de concubitu meretricio, respondetur, quod probat uniuersaliter de oī cōcubitu solutorū, quia in oī solutorum cōcubitu deficit naturalis ordo ad debitā educationē & instructionē prolis, ut declaratū est. Et per hoc patet responsio ad secundam, quia rō non fundatur sup incertitudine prolis, quis hæc frequenter annexa sit tali seminationi secundum se: quia ex quo uterque est solutus, non est ibi naturale uinculum certitudinis prolis. Fōt. n. cōcubina alteri se tradere, cū soluta sit, quāuis per accidens non se tradat. Vnde in litera certitudo prolis affertur pro signo, seu effectu, & nō pro principali fundamento, ut patet in litera dicēte, Et inde est quod naturaliter inest maribus sollicitudo de certitudine prolis &c. Sed fundatur rō sup defectu naturalis ordinis ad educationē & instructionē &c. qui inuenitur in uago cōcubitu ex parte utriusque seruus.

¶ 6 Præt. Sicut Aug. dicit i li. de bon. cōiug. Quod est cib[a] ad salutē corporis, hoc est cōcubit[b] ad salutē gñis: sed nō[b] oīs inordinatus usus ciborum est pctm mortale. ergo nec oīs inordinatus cōcubitus, qd maximè vr de fornicatione simplici, q minima est inter spēs enumeratas.

Sed contra est, quod dr Tob. 4. Attēde tibi ab oī fornicatione, & pter uxorē tuā nūquā patiaris crimē scire: crimē at importat pctm mortale. ergo fornicatio, & oīs concubitus q est præter uxorē, est peccatū mortale.

¶ Præt. Nihil excludit a regno Dei, nisi pctm mortale: fornicatio āt excludit, ut patet p Apostolū ad Gal. 5. ubi pmissa fornicatione, & qbusdam alijs uitijs subdit, quod qui talia agūt, regnū Dei n cōsequent. ergo fornicatio simplex est pctm mortale.

¶ Præt. In Decretis dr 22. q. 1. Nosse debent talē de periurio pœnitentia imponi debere, qualē de adulterio, & fornicatiōe, & d homicidio spōtè cōmisso, & de cæteris criminalib[9] uitijs, ergo fornicatio simplex ē peccatum criminale, seu mortale.

Respon. Dicēdū, quod absque oī dubio tenēdū est, quod fornicatio simplex sit pctm mortale, nō obstāte quod Deut. 23. super illud. Nō erit meretrix &c. dicit gl. ad eas phibet accedere, quarū est uenialis turpitudo. Nō. n. dēt dici uenialis, sed uenalis, qd est pprīu meretricū. Ad hui[9] āt euidētiā cōsiderādū est, quod peccatū mortale est oē peccatum qd cōmittit directè cōtra uitā hoīs. Fornicatio simplex importat inordinationē, quæ vergit in nocumentū uitæ eius, q est ex tali cōcubitu nasciturus. Videmus. n. in oibus aīalibus, i quibus ad educationē prolis requirit cura maris, & fęminę, quod in eis non est uagus cōcubitus, sed maris ad certam fœminam unam, uel plures, sicut patet in oibus auibus. Secus aūt in animalibus, in qbus sola fœmina sufficit ad educationē fœtus, in qbus est uagus cōcubit[9], ut patet in canibus, & hmōi alijs animalibus. Manifestū est aūt quod ad educationē hominis nō solum requirit cura mrīs, a qua nutritur, sed multo magis cura pris, a quo est istruēdus, & defendēdus, & in bonis tā iterioribus q exterioribus pmouēdus. Et iō cōtra naturā hominis est, quòd utat uago cōcubitu, sed oportet quod sit maris ad determinatā fęminā, cū qua pmaneat nō p modicū tps, sed diu, uel ēt p totā uitam. Et indè est quod naturaliter inest maribus i specie humana sollicitudo de certitudine prolis, qa eis imminet educatio prolis: hęc aūt certitudo tolleret, si esset vagus cōcubitus. Hæc aūt determinatio certę fęminę, matrimoniū vocat, & iō dr esse de iure naturali. Sed qa cōcubitus ordinat ad bonū cōe totius humani gñis, bona aūt cōia cadūt sub determinatione legis, ut supra habitū ē, cōsequēs ē quod ista cōiūctio maris ad fęminā, q matrimoniū dr, lege aliqua determinetur. Qualiter aūt sit apud nos determinatū, i tertia parte huius operis dicet, cū de matrimonij sacramēto tractabit. Vñ cū fornicatio sit cōcubitus uagus, utpotè pter mrimoniū existēs, est cōtra bonū plis educādæ: & iō est pctm mortale. Nec obstat si aliqs fornicādo aliquā cognoscēs, sufficiēter puideat pli de educatione, qa id[d] quod cadit sub legis determinatiōe, iudicatur secundū id, qd cōmuniter accidit, & nō sm id quod in aliquo casu potest accidere.

Ad primum ergo dicendū, quod fornicatio illis cōnumerat, nō qa hēat eādē rōnē culpæ cum alijs, sed quātū ad hoc quod ex his q ibi ponunt, sitr poterat dissidiū gnari inter Iudęos & Gētiles, & eorū unanimis cōsensus impediri: qa apud Gētiles fornicatio simplex nō reputabat illicita pp corruptionē naturalis rōnis: Iudęi āt ex lege diuina instructi, eā illicitā reputabant. Alia uerò q ibi ponunt Iudæi abhominabant pp cōsuetudinē legalis cōuersatiōis: vñ Apostoli ea Gentilibus inter dixerunt non quasi secundum se illicita, sed quasi Iudæis abhominabilia, ut ēt supra dictum est.

Ad II. dicēdū, quod fornicatio dr eē pctm, iquātū ē cōtra rōnē rectā. Rō āt hoīs recta ē sm quod regulat volūtate diuina, q ē prima & sūma regula. Et iō qd hō facit ex uolūtate Dei, ei[9] pcepto obediēs, nō est cōtra rōnē rectā, quāuis uideat esse cōtra cōem ordinē rōnis: sicut ēt nō est cōtra naturā qd miraculosè fit virtute diuina, quāuis sit cōtra cōem cursum naturæ. Et iō sicut[d] Abrahā non peccauit filiū innocētē volēdo occidere pp hoc, quod obediuit Deo, quāuis hoc sm se cōsideratū sit cōiter contra rectitudinē rōnis humanæ: ita ēt Osee nō peccauit fornicādo ex pcepto diuino, nec talis cōcubitus pprié fornicatio dēt dici, quāuis fornicatio nominet referēdo ad cursum cōem.

[Marginal notes, left page:] * Cap. 16. in princ. tom. 6. — * Et Aug. in li. q. super Deut. q. 37. in med. to. 4. — * 22. q. 1. c. Prędicandū in medio.

¶ Ad tertiam dr, quod ex oī simplici fornicatione loquendo, nata est sequi gnatio, quāuis per accidens ratione conditionum aliquarū personarū nō sequatur: sed species moralis actus ex eo quod est per se, non ex eo quod est per accidens consideratur.

¶ Ad quartā dr, quod responsio recitata, s. quod in cōcubinatu aliquis inuenitur p accidens prouisio plis, sed hoc non attēditur, sed id qd est p se, ē optima. Nec obstat instantia Martini, quod author ñ pbauit fornicationē esse lege phibitā: quia iam optime probatū est esse prohibitā lege naturali, & oppositū concubinū, scilicet matrimonialem, determinatum esse lege etiam politica, ex eo quod ad bonum commune iste actus ordinatur.

¶ Ad quintam negatur sequela, scilicet Sequeretur quod fornicatio simplex non esset de se mala, sed sm ratione iniustitiæ quæ extra sequi pōt. Nam ipsa est de se mala, quia de se importat seminationē deordinatā priuatione naturalis ordinis ad debitā educationē prolis: ita quòd ista deordinatio ordinis naturalis ad talē hoc nō est aliqua iniustitia cōsequēs fornicationē, sed est d sua rōne. Vñ in litera dr, quod fornicatio simplex importat inordinationē, quæ uergit in nocumentū uitæ eius q est nasciturus & non dr, quod importat iniustitiam consequentē, sed inordinationem præsentem, quæ uergit in nocumentum &c. Et propterea nulla fornicatio excipitur, quia talis priuatio est de ratione omnis fornicationis, licet nulla sequatur proles per accidēs, aut per accidens religiosè proles educetur. Et ad probationem consequentiæ per simile de iactu lapidis, uel sagittæ, præcisso quod nullus lædatur, iam patet responsio ex ipsa dissimilitudine: quia actus fornicationis per se conuenit priuatio naturalis ordinis ad debitam educationē, & instructionē, quia ad rōnē eius spectat. Sed iactui lapidis, uel sagittæ non per se conuenit occidere, aut percutere, sed per accidens, inquantum homo prouidet. Et propterea si auferatur ly improuide, quod quia accidens est, potest auferri, tollitur culpa. Sed non potest à simplici fornicatione solli per naturalem potentiam illa priuatio, quæ p se inest, & propterea non potest tolli illius culpa. Ad id uero quod subditur seq secūdo de cōcubitu meretricio, quod sit certus, quia supplicetur per aliā legem. Dr primò, quod sequela nihil ualet, quia nō iniustitia consequens fornicationem, sed priuatio spectans ad illius rōnem, reddit fornicationem illicitam, ut patet ex dictis. Et propterea nulla humana lex potest a simplici fornicatione tollere culpam. Dicitur secundo, quod nulla lex recta concedit coitum meretricium sed permittendū statuit, & hoc est quod Aug. dicit. Ex hoc autem quod fornicatio simplex statuitur permittenda ad vitandum maiora mala, nō sequitur quod talis cōcubitus sit cōformis rectæ legi, sed quod permittitur ab aliqua recta lege, cum quo stat quod ab aliqua alia superiore lege puniatur.

¶ Ad sextā dr, quod nō tro modo in proposito dr fornicatio peccatū mortale, sed tertio modo, s. ex eo quod in se continet deordinationē à naturali & debito fine, quod est continere in se inimicitiā humanæ uitę, ut patet ēt: nihil aliud sequatur. Et propterea omnia q subdit, vana sunt ad propositum, & ratio literæ sufficiens solidaque subsistit.

¶ Ad rursus obiectā Martino cōtra hoc, quod fornicatio simplex iō est mortale peccatū, quia est directè, & p se contra humanam uitā, respōdendo, dr ad primum, quod licet multi fornicātes sint qui non intendunt generare, ipse tū concubitus ad generationē per se ordinatur. Vñ personarū aliorum intētio est p accidens ad intētionem ipsius actus secūdum se spectātis. Intendit enim natura seminationem propter generationē.

¶ Ad secundum dicitur, quòd intentio educandi prolem religiosè seu fornicarij est per accidens. Oportet enim intentionē esse per se ex naturali ordine & uinculo.

¶ Ad tertium dicitur similiter, quod non loquitur de intentione hominis, qui fornicatur, seu ex parte operantis, sed de intētione ex parte actus fornicationis, qui per se ordinatur ad generationem prolis, & non ad debitam educationem, & instructionem in contu fornicario. Et propterea patet esse contra uitam humanam non prout uiuere uiuētibus est esse, sed ut uita educationem, & instructionem sub se comprehendit.

¶ Ad quartū dr, quod nulla certa lege potest fieri, ut fornicaria seminatio non habeat hanc deformitatem, & priuationē: quāuis possit forte lege priuata, puta, mulieris, aut viri potētis, aut publica, in aliqua ciuitate puideri, quod nocumētū quod deordinatio illa affert, nō sequatur in prole, ordinando de educatione, & instructione. Sed qñ nihil horū aufert à fornicatione, quin ipsa sit habēs talē deordinationē, ex qua est pctm & culpa: cū nihil horū obstat quin sit pctm mortale. Ita ut se habet hmōi prouisio ad cōcubitū naturalē deordinatū à suo fine, sicut se haberet similis puisio ad intētionē mētalē deordinatā alicuius de furādo, uel de nō educādo, aut instruēdo filiū. Nā sicut ex parte operantis cū quis intendit furari, aut non educare, aut non instruere filium, & respublica, aut alter parens prouidet ne exeat in actum furti, aut ut poes educetur & instituatur, non propterea tollitur peccatum illius, sed prouidetur ne exterius nocumentum sequatur: ita ex parte ipsius operis ipse coitus solutorum tendit ad malum, carens naturali ac debito ordine ad debitū bonum educationis, & instructionis. Et per hoc quod prouidet ne producat fructū nocumenti prolis, educando aliter, & instruēdo prolē, non tollitur quin coitus ille sit in se deordinatus ad pctm, sed prouidet ne noceat proli. Et si bene inspiciatur hmōi prouisio siuè fiat per legem alicubi, siuè per priuatā personam, attestatur quod fornicarius cōcubitus est in se inordinatus. Nam si deordinatus non esset, nō oporteret huiusmodi prouisiones adinuenire ut proles sine nocumento educaretur.

[Marginal notes, right page:] * 1. 2. q. 91. ar. 3. & q. 95. ar. 2. — Nō cōpletur morte puniuntur. Vide in 4. dist. 26. & sequen. — D. 318. — * 1. 2. q. 96. 105. ar. 4. ad 3. — * D. 4.

¶ Ad demū datas rationes ad tria dicta authoris in litera, dicitur quoque illi dicto, fornicatio importat nocumentū nascituræ prolis, nō satisfit, dicendo, quod non est uerum in politia benè ordinata, tum quia quantumcumque politia aliqua tolleret nocumentum in prole, non posset tñ tollere quin coitus ipse solutorum in seipso esset priuatus naturali ordine ad bonum debitum prolis: & ita licet politia tolleret quod fornicatio non inferat actu nocumentū proli, numquam tamen tolleret quin ipsa in se non contineat nocumentum prolis, qd author dicit: & sic stat dictum authoris solidum. Et licet hoc sufficientissimè sufficiat, ad plenitudinē tamē doctrinæ dicitur quoque, quod quia nulla politia est melior politia Chri, quā in Ecclesia statuit, & in hac fornicatio est nociua proli, ergo Dicitur quoque quod lex quæ tolleret huiusmodi nocumētum ne sequeretur in prolem, attestaretur quòd coitus ipse esset nociuus proli. Nam iō non prouideret seminationi matrimoniali, & prouideret fornicariæ, quia illa non est nociua proli, & ista sic: & ideò isti affert unt remediū. Dr quoque quod ordo prouisionis prolis ex lege esset accidentalis, nō naturalis. Coitus autem debet iudicari rectus, uel nō rectus moraliter ex ordine, uel deordinatione naturali nō accidentali, ut supra dictum est. Dicitur quoque quòd politia ista, ut experiētia magistra rerum testatur, est de numquam, aut ualdè raro cōtingētibus in humano genere, in quo tam latè diffusa est fornicatio. Actus autem morales non sunt ex raro cōtingentibus iudicandi: & per hæc eadē omnino patet, quòd secundum dictum, scilicet, Fornicatio priuat prolem cura paternis, stat solidum, & quod prouisio legis nihil excusat pctm &c. ut primo modo diximus. Tertium autem dictum scilicet, Fornicatio tollit certitudinem prolis, nō excluditur per hoc, quòd potest fieri lex prouidēs de certitudine sufficiente ad educationem prolis, tum quia pater in humano genere sollicit[9] naturaliter est non de qualicumque certitudine, sed de certitudine excludente alienum concubitum cum illa muliere. Coitus autem solutorum non ponit per se uinculum excludens alienum concubitum, nec oppositum potest facere lex quin implicet duo contradictoria, tum quia hoc etiam esset per accidens, & non ex natura concubitus: similiter non excluditur per hoc, quòd si mulier paucis se communicat, facilis est certitudo, si multis, rara est proles: tū quia primum est falsum, quod facilis sit certitudo in paucis, unmo coniugatæ, cum altero tamen coeuntes, nesciunt an uiri, an adulteri sit filius, ut ipsæ testantur, tum quia mas est naturaliter

fortiori de certitudine per exclusionem etiam unius alterius: tum quia ista hec sunt per accidens: Nã per se ex quo soluta est, certitudo non adest ex natura muneris. Ridiculũ aũt est obijcere, q si cum multis, rara est proles. Nã nec raritas, nec frequentia prolis facit culpam, sed destitutio naturalis ordinis à debito naturali, q; sine cãsu boni humani. Ex oibus autẽ dictis patet, q uera ac solida sit authoris doctrina ac rõe, docẽs fornicationẽ esse mortale pctm secundũ se, cum facilitẽ sine omni fuco, sine adminiculis oẽs difficultates accidentes ex illo uno fundamẽto solutæ sint. Di enim in 4. Phy. quid quid est soluit omnes difficultates.

*Li. 3. c. 8. nõ multũ a princip. tom. 1.

D. 3.

¶ Superest mõ monstrare dicentibus, q fornicatio simpliciter non est mortale pctm, nisi qa prohibita diuina lege, quod ignorãt diuinã legẽ. Lex diuina in nouo testamento nullum pceptũ purè morale continet, nisi de actibus ex suo genere bonis, aut malis, sed pceptũ de fornicatione est præceptum purè morale: ergo sic negatiuum est de actib' per se malis, & nõ de per se malis uenialiter, quia nullum in lege noua inuenitur purè morale præceptum obligans ad mortale de actu per se malo uenialiter. ergo est de actu per se malo mortaliter, quod est intentũ. Dixi, purè morale, propter præceptũ de fide ndeiq; sacramẽtis, ut q nõ crediderit, & baptizatus fuerit, condemnabitur &c. Minor est per se nota, s. Præceptum de nõ fornicãdo est purè morale. Et declarari posset ex distinctione pceptorũ moraliũ ab alijs, sed nũc nõ oportet. Maior autẽ probatur. Primò, inductiuè discurrẽdo per omnia præcepta moralia Christianæ uitæ. Nisi quis afferat instãtiã de ipsa fornicatione, q est instãtia nulla rõne fulta esset, tum quia fornicatio connumeratur ad Gal. 5. & ad Ephe. 5. pluries, & Apoc. 9. & 20. & ad Rom. 1. Secundæ ad Cor. 12. inter mala ex suis speciebus. Non ergo ipsa sola non est mala ex genere, sed tantũ quia prohibita: tum quia Deus non inuidet homini, & reliquas licitas delectationes homini concedit. Cur ergo illam solã uetuit: tum quia ratio subest manifesta, quòd fornicatio est ex ppria specie mala. Probatur deinde ratione, quia omne præceptum morale humanũ diuinæ legis in hoc uno uerbo impletur, Diliges proximum tuum sicut teipsum, ut ad Rom. 13. dr. Vbi expressè dicitur post, Non adulterabis, Non occides &c. & si quod est aliud mandatũ, in hoc uerbo instauratur, Diliges proximũ tuum sicut teipsum. Plenitudo ergo legis est dilectio. Dixi, humanum præceptum, propter præcepta quæ sunt de Deo, ut Diliges dominum Deũ tuũ, & hmõi. Ex hac autem apostolica doctrina habetur, quòd præcepta negatiua sunt contra humanũ K bonũ: quia sunt contra dilectionem hominis, qua homini bonum uelle debemus. Vnde præmisit, Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicẽ diligatis. Si ergo præceptum de non fornicando est pceptum diuinæ legis, ergo est de actu contra humanũ bonum: alioquin non impleretur diligendo proximũ sicut seipsum. Si autem est de actu contra humanum bonum, ergo est de actu, qui ex sua propria ratione est peccatum mortale, & est prohibitus quia malus, & non malus quia prohibitus. Et confirmatur: quia fornicatio in se aut est contra dilectionem proximi, seu humanam, aut non. Si est contra dilectionem proximi, aut humanam, habetur intentum. Si non, ergo plenitudo legis non est dilectio, contra Apostolũ. Nec effugitur hæc ratio dicẽdo, quòd fornicatio est ex propria ratione mala moraliter, sed non adeò mala quòd sit peccatum mortale, sicut mendaciũ est secundum se prauum, non tamen est peccatũ mortale ex suo genere. Hoc enim est mutare quæstionẽ, & reducere ad principium, cur Deus hoc solũ ueniale ex genere, constituit ex prohibitione mortale, cũ oĩa reliqua mala moralia ex suo genere uenialia, nõ nisi ut uenialia prohibuerit. Numquid gaudet Deus in multiplicãdis peccatis mortalibus? Et cũ nulla possit rõnabilis cã huius singularitatis assignari, restat ut fateamur, q idem est à Deo phibita, qa est secundũ se mala: & iõ sub æterna pœna phibita quia est non pter, sed contra bonum notabile humano generi debitũ ut declaratum est. Et gratias agamus diuo Tho. qui nos hæc docuit. Sed q multis in hac, & in alijs moralib' materijs decipit est, quia nõ penetrãt q rectitudo naturalis i humanis actibus non est secundũ ea q per accidens contingunt, & q certitudo mathematica nõ est expetẽda in moralibus, sed demonstrationes morales tunc sunt certæ, cũ ostendunt id qđ p se, & ut in pluribus rectum, aut nõ rectum est: & hæc ad constructionẽ uniuersalis in moralibus sufficiunt, nisi apud disciplinæ incapaces &c. Quo fit ut satis inertẽ dicat, q priuatio ordinis ad gñationẽ non est adæquata & propria rõ, quare concubitus reddatẽ illicitus: quia concubitus cũ sterili vxore nõ est aptus ad gñationem, & tñ est licitus, ita q nõ erubescunt dicere, q quantumcumq; concubitus cũ sterili p accidens sit ineptus ad generationẽ, ex hoc sequitur q nõ ordinari ad generationẽ, non est præcisa, & adæquata ratio illiciti: quia vbicũq; inueniretur ex quocũq; accidẽte, cõstitueret illicitũ. Hic n. Martini error intolerabilis, destructiuus totius philosophiæ moralis miscẽdo p se, & p accñs: & ex his q sunt p accidens fallẽs uniuersale ex his q sunt p se, satis exclusus est ab Ari. docẽte qualis moralib' certitudo, qualia sint moralia uniuersalia, quiius & exclusus ẽ ab authore i libro cõtra Gẽtiles, & hic. Perit ols doctrina, nisi distẽt his q sunt p se. De rõne seminationis uoluntariæ est, q secdm se ordinetur ad gñationem, nec hoc uniqẽ auferri pt: sed ex accidẽtibus ægritudinis, uel ætatis &c. fit p accidẽs, ut in hac nõ sortiatur effectũ generationis. Hoc aũt nõ accusat cõcubitũ cõiugalẽ, quia per accidens est. sicut nec id quod est p accidens, excusat cõcubitum fornicariũ. ¶ In eodem ar. 2. in calce corporis articuli aduerte primo ex authore in 113. ca. tertij cõtra Gẽtiles, q inter actus naturales sola generatio directè ordinatur ad cõe bonum. Comestio n. & aliæ ad personale bonum ordinãtur. Et ppter oportet hmõi actũ legibus diuinis, & humanis determinare: qm de rõne legis est q respiciat cõe bonum, ut patet ex diffinitione legis in præcedenti libro data. Aduerte secundo, q fornicatio simplex concludit in litera, & q est uagus concubitus, quia est præter matrimonium, qđ importat per se, seu naturale, hoc est, secdm naturam, uinculũ psonarum coeuntium ad generationem, educationẽ, instructionem, defensionem, promotionemque prolis. Est siquidem fornicatio concubitus solutorum, & quòd est peccatũ mortale, quia est contra bonum prolis educandæ. ¶ In responsione ad secundum eiusdẽ articuli Martinus occurrit, non inficiãs doctrinam responsionis, sed consonantiam ad historiam: quia O. Se non præcepit Dominus quòd fornicaretur, sed eam, quæ fuerat fornicaria, acciperet in uxorem. Nec præcepit ut ex ea generaret fornicando filios, sed ut iam natos filios fornicarios faceret suos per adoptionem. Et hoc probat authoritate Augu. & Greg. dicentium, quòd meretrix recepta est in castum coniugium, seu pudicitiam. ¶ Ad hoc dicitur, quòd licẽt de hoc actu Oseæ diuersimodè dicatur, ut alibi author dicit, quantum tamen ad propositum spectat, author respondet, admittendo q fuerit coitus uere fornicarius

Vñ Aug. dicit 3. cõfess. Cũ De' aliqd cõtra morẽ, aut pactum quorũlibet iubet, & si nũquam ibi factũ est, faciẽdũ est. & postea subdit. Sicut enim in potestatibus societatis humanę maior potestas minori ad obediendũ pponit, ita Deus omnibus. G

Ad iii. dicendũ, q Abrahã & Iacob ad ancillas accesserũt nõ quasi fornicario cõcubitu, ut ĩfra* patebit cũ de matrimonio aget: Iudã ãt nõ est necessarium à pctõ excusare, qui etiã author fuit vẽditionis Ioseph.

*In corp. art.

Ad iiii. dicẽdũ, q fornicatio simplex cõtrariat dilectioni pximi quãtũ ad hoc, q repugnat bono plis nascituræ, ut* ostensum est, dũ scilicet dat operam H generationi non secundum q conuenit proli nascituræ.

Ad v. dicẽdũ, q p opera pietatis ille q lubricũ carnis patit, liberat à perditione æterna, in quãtũ p hmõi opera disponitur ad hoc, q gratiã cõsequatur p quã pœniteat, & inquãtum per hmõi opera satisfacit de lubrico carnis cõmisso. Nõ aũt ita, q si in lubrico carnis perseueret impœnitens usq; ad mortẽ, per pietatis opera liberetur.

Ad vi. dicẽdũ, q ex uno concubitu põt unus hõ gñari. Et iõ inordinatio cõcubitus, q impedit bonũ plis nascituræ, ex ipso gñe actus est pctm mortale, & nõ solũ ex inordinatione cõcupiscẽtiæ. Ex vna ãt comestione nõ impedit bonũ totius uitę unius hois: & iõ ille act' ex suo gñe nõ est pctm mortale. Esset tñ, si qs scienter cibũ comederet, q totã cõditionẽ uitæ eius immutaret, sicut patet de Adã. Nec tñ fornicatio est minimũ pctõrũ, q sub luxuria cõtinent: minus enim est concubitus* cũ vxore, qui fit ex libidine.

*Non eõ plenie, uide 14. sententia.

D. 83.

carius secundùm communem cursum: qñ si cum illa admissione stat, q simplex fornicatio est de se peccatum mortale, multo magis stat sine illa admissione. Vndè amplectenda erat illa responsio, etiam si historia aliter exponi possit, quam non est præsentis negotii discutere, cum etiam diuersitas literarum certitudini obstare uideatur.

Porrecta per totum. 744 Mal. q. 1. ar. 1. ad 3. & q. 2. ar. 10. cor. & q. 15. ar. 2. ad 6.

¶ In rñsione ad tertiũ, Martini molestia primo occurrit, hanc responsionẽ dicẽs esse obscurã nimis, qa aut ancillæ erãt vxores, aut nõ. Si non, ergo erat fornicarius cõcubitus. Si sic, hoc erat in rñsione exprimẽdũ. Occurrit deinde Petrus de Palude in 4. dist. 33. q. 1. ar. 3. dicens, non uideri uerum, q Iudas mortaliter peccauit uẽdẽdo Ioseph, ut author dicit, qa hoc fecit ad liberãdũ eũ à morte. ¶ Ad Martinũ dr, q author expressè terminis clarissimè solutionis ad futurũ tractatum de matrimonio, ut in proprio loco tractaret quamq; materiã. Et ideò Martinus truncatã hãc responsionẽ sine illa remissione referens & arguens, melius fecisset tacendo. ¶ Ad Petrum autem dicitur, q ex quo Ioseph erat in cisterna sine aqua, undè poterat extrahi cum uita & libertate, non erat opus eripere libertatẽ Ioseph, ut saluaret illius uitam: & ideò non excusatur à uenditione fratris, licẽt excusetur à tanto propter bonam intentionem. Poterat enim facile cum Ruben conferre, aut patri secretò indicare, aut eum D extrahere occultè à fratribus: & sic fecit contra illud præceptũ, Non sunt facienda mala, ut eueniant bona.

*Ar. præced.

Articvlvs III.

Vtrum fornicatio sit grauissimum peccatum.

Ad tertivm sic proceditur. Vr q fornicatio sit grauissimũ peccatũ. Tãtò n. vr peccatũ grauius, quãtò ex maiore libidine procedit: sed maxima libido est in fornicatione. dr. n. in glo. 1. ad Corinth. 7. q ardor libidinis in luxuria est maximus. ergo videtur quòd fornicatio sit grauissimum peccatum.

¶ 2 Præt. Tantò aliqs magis peccat, quãtò in rẽ sibi magis coniunctã delinquit, sicut grauius peccat q pcutit patrẽ, q q percutit extraneũ: sed sicut dr 1. Corin. 6. Qui fornicat, in corpus suũ peccat, qđ est homini cõiunctissimũ. ergo vr q fornicatio sit grauissimum peccatum.

¶ 3 Præt. Quãtò aliqđ bonũ est maius, tãtò peccatũ qđ cõtra illud cõmittitur, vr esse grauius: sed peccatum fornicationis vr esse contra bonum totius humani generis, ut patet ex* prædictis, est etiam cõtra Christũ, sm illud 1. ad Corin. 6. Tollens mẽbra Christi faciam membra meretricis? ergo fornicatio est grauissimum peccatum.

Sed contra ẽ, qđ* Gre. dicit q peccata carnalia sũt minoris culpæ, q peccata spiritualia.

*Lib. 33. Moral. c. 11. parũ ante medium.

Resp. Dicendũ, q grauitas B alicuius peccati põt attẽdi dupliciter. Vno modo, sm se: alio modo, sm accidẽs. Secũdùm se quidẽ attendit grauitas peccati ex rõne suæ speciei, q cõsideratur sm bonũ cui peccatũ opponitur, fornicatio autẽ est cõtra bonũ hois nascituri: & ideò est grauĩ peccatũ sm speciẽ suã peccatis q sunt cõtra bona exteriora, sicut ẽ furtũ, & alia hmõi. Minus est aũt peccatis C quæ sunt directè cõtra Deũ, & peccato qđ est cõtra uitã hominis iã nati, sicut est homicidiũ.

Conclusio.

Conclu. 2.

Ad i. ergo dicendũ, q libido quæ aggrauat peccatũ, est q cõsistit in inclinatione uolũtatis. Libido aũt quæ est in appetitu sẽsitiuo, diminuit peccatũ: qa quãtò aliquis ex maiori passione ...

A tur tñ nõ esse causa per actum fornicarium; ex hoc habetur intentum. s. q hoc quod est agere contra bonum hominis nascituri, nõ est in se malum, nec dat actui fornicario grauitatẽ, sed econtra. Nam cum quis sine actu fornicario, uel alio actu culpabili agit contra uitam hominis nascituri, tunc non infert culpabiliter nocumentũ: si aũt mediante fornicario actu, tunc infert culpabiliter. ergo nocumentũ culpabilitatẽ respicit ab actu, & nõ ecõtra. ergo furtũ per se, & ex intentione, est in nocumentũ proximi: fornicatio nõ est per se, & ex intentione cõtra uitam hominis. ergo &c. Sextò, Furtũ nominat actuale damnũ proximi, cũ quo nõ stat utilitas proximi: fornicatio non dicit actuale damnũ prolis, cũ qua stat utilitas. s. nutritio & educatio prolis debita cõueniẽs. ergo &c. Septimò, Furtum nihil penitus includit utilitatis circa proximũ. simplex fornicatio quotiens ponit nocumenta hominis nascituri in educatione, ponit bonum eius in esse. ergo &c. Octauò, Fornicatio simplex non est cõtra uitam hominis nasciturі, nec aufert per se ex intentione ea quæ ad conseruandã, & meliorandam uitã spectant, nec impedit per se aliquid, ad quod huiusmodi ablatio necessario sequatur. ergo ratio authoris non uidetur.

Svp. Qvaest. CLIIII. Art. III.

In articulo 3. eiusdem 154. quæstio. dubium occurrit ex Martino ibidem in quæstio. 4. circa conclusionem, scilicet Fornicatio est peccatum grauius furto &c. & illius rationem, scilicet quia est contra bonum hominis nascituri. Arguit ergo contra. Primò, Furtum est expressius contra præceptum Dei datum Moysi, quam fornicatio simplex. ergo. Antecedens probatur, quia furtum expressè continetur in decalogo: fornicatio autem simplex non nisi per uiam sequelæ, sicontinetur inter illa. Secundò, Qui furatur, facit iniuriam certo & determinato proximo, & reipublicæ, turbando pacificum statum eius: qui est fornicator nulli determinato proximo facit iniuriã. ergo. Probatur minor, quia si sic, hoc maximè est, ut dicit Thom. quia facit iniuriam homini nasciruro: sed hoc non, quia si facit illi iniuriam fornicando, uel hoc facit quia non generat, uel quia nõ nutrit, nec educat, uel quia illegitimat sed nõ primũ, ut patet: nec tertiũ, quia hoc non spectat ad uitam hominis: nec secundũ, quia isti actus non sunt actus fornicationis, sed iniustitiæ à quolibet actu fornicationis distincti. Tertio, Quicqđ dat alicui actui grauitatem culpæ, illud dat grauitatem culpæ cuicunq; actui in quo reperitur: sed esse contra uitam hominis nascituri, non dat cælibatui quamcumq; grauitatem culpæ, in quo tamẽ per se, & ex intentione reperitur. ergo nõ dat actui fornicario, in quo etsi reperiatur, non tñ per se, nec ex intentione. Quartò, supposito q fornicatio inferat nocumentũ vitæ hominis nascituro, arguit. Fornicatio non tenetur non esse causa huiusmodi nocumenti: fur tenetur non esse causa nocumẽti. ergo. Si dicatur, q licẽt non teneatur nõ esse causa illius nocumẽti, tene-

¶ Ad primum horum negatur sequela. Grauitas namq. maior peccati non attenditur penès expressionem in decalogo, ut patet ex eo, q sodomia est grauius peccatum quàm furtum, & tñ non est expressa in decalogo, furtum autem est expressum. ¶ Ad secundum negatur secunda pars antecedentis: quoniam qui fornicatur, sicut certum & determinatum semen emittit, ita certæ & determinatæ proli iniuriatur. Et cum contra hoc arguitur, quia si iniuriatur proli, uel quia &c. respondetur q nullo illorum modorum, sed quarto modo, scilicet, quia est actus uenereus priuatus debito ordine ad bonum prolis. Talis autem actus est actus fornicationis, & non est actus iniustitiæ distinctus ab actu fornicationis, ut patet. ¶ Ad tertium dicitur, q maior non est uera, nisi adiungatur ly eodem modo, ita q dicatur, Quicquid dat alicui grauitatẽ culpæ, illud eodẽ modo, seu sub eadem ratione inuenitur in quocũq; alio quod dat grauitatem culpæ illi: sed tunc minor est falsa. Esse enim contra uitam hominis nascituri, ut stat sub deordinata ratione, dat grauitatem culpæ, fornicationi, & cuicũque alteri in quo sic reperitur: sed non sic reperitur in cælibatu, in quo etiam inuenitur per accidens, quoniam per se cælibatus tendit ad cogitandum quæ Domini sunt. E ¶ Ad quartum dicitur, q fornicator ut sic, infert nocumentum proli inquantum in se est & tenetur non esse causa, quia tenetur ad non exercendum actum deordinatũ tali priuatione. Responsio autem quæ ibi recitatur, potest reduci ad bonũ sensum nunc dictum, & impugnatio nihil ualet. Aduertendum namq; est q bonum, & mala tam naturæ, quàm fortunæ, non faciunt differentiam actuum, & habituum moralium, nisi præintelligãtur ingredi ordinem moralium. Ordo autem moraliũ ex habitudine ad rationem statuitur: ita q huiusmodi bonũ uel malũ, prout conforme rationi, rectificat actum appetitus tam elicitũ, quàm imperatum, ut difforme autem reddit ipsum malũ. Malum ergo humanæ uitæ potest esse obiectũ & conforme, & difforme rationi. & ideò secundùm se nec bonũ, nec malũ reddit actum

actum. Nam si malum humanæ uitæ sumatur ut conforme rectæ rationi, puta, vt pœna debita ab eo qui potest talem pœnam inflígere, sic actus contra bonum humanæ vitæ est bonus, vt patet cum iudex interficit latronem. Si verò consideratur, vt difforme rationi, puta, ut illatū absq; rationabili causa authoritate &c. sic reddit actū malum. Et quia bono humanæ vitæ vt obiectū est actus uenerei, debetur q; sit inimicū ab eo secundùm se, consequens est, q; omne actum uenereum destitutum tali ordine reddit malum, ac per hoc reddit actum fornicationis.

¶ Ad quintum negatur secunda pars antecedentis, q; in fornicatio per se, & ex intētione operis intendit nocumentum prolis, quàmuis non ex intentione operantis, quia est actus destitutus debito ordine ad bonum prolis.

¶ Ad sextum negatur secunda pars antecedentis, loquendo per se, q; cū fornicatio nō stat per se educatio & instructio debita prolis. Loquendo autem in antecedente per accidens, neganda est consequentia, quia ex his quæ sunt per accidens non variatur substantialis grauitas criminis.

¶ Ad septimum negatur consequentia, q; bonū quo quantum in se est, priuat fornicatio, est maius quàm bonum quo priuat furtum, quanto educatio, & instructio maior est exterioribus bonis, quæ furto inhiarent. Grauitas. n. substantialis peccatorum, de qua agitur, pensatur ex obiecto per se, & non ex circunstantiis utilitatis, aut damni adiuncti.

¶ Ad octauum dicitur, q; ut sæpe dictum & probatum est, fornicatio directè & per se ex parte operis intendit ad malum educationis, & instructionis, quàmuis possit effectus impediri, quod nō aufert malitiam suā actui: & ideò tam ratio quàm cōclusio authoris stat solida. Et ui hunc bene nota, q; peccata carnis dicūtur minoris culpæ nō respectu peccatorū, quibus proximus offenditur in bonis exterioribus, sed respectu spiritualiū peccatorū.

*Habetur expresse [*] li. de honestate mulierū cir. mante med. to. 9

†Li. 2. cap. 39. circa finem.

sione ipulsus peccat, tātò leuiꝰ est peccatū: & hoc mō libido in fornicatione est maxima. Et indè est qđ Aug.* dicit in lib. de Agone christiano, q; inter oīa christianorū certamina, duriora sūt prælia castitatis, ubi est quotidiana pugna, & rara uictoria. & Isidoru.† dicit in lib. de summo bono, q; magis p carnis luxuriā humanū genus subdit̄ diabolo, q̄ per aliqđ aliud, quia. s. difficilius est uincere vehementiam huiusmodi passionis.

G

AD II. dicendū, q; ille q fornicat̄, dr̄ peccare in corpus suū, nō solū q̄a fornicationis delectatio cōsumat̄ in carne, qđ ēt in gula accidit: sed ēt q̄a cōtra bonū proprij corporis agit, qui fornicat̄, inquantum. s. indebitè resoluit illud, & inquinat, & alteri cōmiscet. Nec tñ pp hoc sequitur, q; fornicatio sit grauissimum peccatum, quia ratio in homine præualet corpori: undè si sit peccatum magis repugnans rationi, grauius erit.

H

AD III. dicendū, q; peccatū fornicationis ē cōtra bonū speciei humanæ, inquantū impedit generationē singularē vniꝰ hominis nasciturí. Magis aūt ptingit ad rōnē speciei qui actu iā participat speciē, q̄ qui est potētia hō: & fm hoc etiā homicidiū est grauius q̄ fornicatio, & oēs luxuriæ species, tamq̄ magis bono speciei humanæ repugnans. Bonū ēt diuinū est maius bono speciei humanæ: & ideò etiā peccata, quæ sunt contra Deū, sunt maiora. Nec fornicatio est directè peccatū in Deū, quasi fornicator, Dei offensam intēdat: sed ex cōsequēti sicut & oīa peccata mortalia. Sicut. n. mēbra corporis nrī, sunt mēbra Christi, ita ēt & spiritus nr̄ est unū cum Christo, fm illud 1. ad Cor. 6. Qui adheret Deo, unus spiritus est. Vnde etiā peccata spiritualia sunt magis contra Christum, quàm fornicatio.

I

ARTICVLVS IIII.

Virum in tactibus, & osculis, consistat peccatum mortale.

AD QVARTVM sic pcedit. Vr̄ q; in tactibus, & osculis nō cōsistat pctm̄ mortale. Apost. n. ad Ephes. 5. dicit. Fornicatio aūt, & oīs immunditia, & auaritia nec nominet̄ in uobis, sicut decet sanctos. subdit autē, aut turpitudo,* gl. vt ī osculis & amplexibus: aut stultiloquium, ut blāda uerba: aut scurrilitas, quę à stultis curialitas dicit̄, idest iucularitas. postea autem subdit: Hoc. n. scitote itelligētes, q; ois fornicator, aut immundus, aut auarus, qđ est idolorū seruitus, nō hēt hereditatē ī regno Chri & Dei. Vbi non replicat de turpitudine, sicut nec de stultiloquio, aut scurrilitate.ᵇ ergo ista non sunt peccata mortalia.

B

¶ 2 Præt. Fornicatio dicitur esse peccatum mortale ex hoc, q; p eā impedit̄ bonum prolis generandæ & educandę: sed ad hocᵇ nihil operant̄ oscula, & tactus, siuē amplexus. ergo in his non contingit esse pctm̄ mortale.

¶ 3 Pręt. Illa quæ fmᵇ se sunt peccata mortalia, numq̄ possūt benè fieri: sed oscula, & tactus, & hmōi possunt quandoque fieri absq; peccato. ergo non sunt secundùm se peccata mortalia.

SED CONTRA. Minus est aspectus libidinosus q̄ tactus, amplexus, vel osculum: sed aspectus libidinosus est pctm̄ mortale, fm illud Matth. 5. Qui viderit mulierē ad cōcupiscēdū eā, iā mœchatus est eā in corde suo. ergo multò magis osculū libidinosū, & alia hmō sunt pctā mortalia.

¶ Pręt. Cyprianᵃ ad Pomponiū

SVP. QVAEST. CLIIII. ART. IIII.

¶In eodem 12. art. dubium occurrit arduum circa sententiam mollitiei, & sodomitici uitii in mulieribus, qua. s. rōne constat tales actus mulierum esse peccata mortalia. Et est rō dubii, quia peccatum mortale oportet q. sit cōtra bonū diuinum, aut humanum, seu creaturæ intellectualis: alioquin nō esset cōtra charitatem. In huiusmodi autem actibus mulierū non agitur contra bonum diuinū, ut patet, nec contra bonum angelicum, ut patet, nec contra bonum humanum. Probatur, quia si hoc esset, ideo esset, quia esset contra bonum generationis humanæ, ut in mollitie uiri, & sodomia masculorū patet: sed hoc non est, quia seminatio mulieris non concurrit ad generationem nisi per accidēs. Cancel. 10 Ea autem quæ sunt per accidens ommittunt ab arte. Et propterea hi actus mulierum non exeunt limites peccatorum, quæ sunt circa tactus & amplexus, in quibus sm se cōstat non consistere peccatum aliquod contra naturam, quod cōstituitur ex hoc, q. tollit finem seminationis humanæ. s. generationem hominis. Quod autem fœminę semen non requiratur per se ad generationē, testatur Arist. in 1. de generatione animalium circa finem, quē sequitur author in 3. parte q. 31. art. 5. ad 3. Et quia Galenus & Auicen. in 9. & Albertus in 15. de Animalib. tenent oppositum, restat ut dubium saltem sit, an hi actus mulierum sint peccata mortalia, sicut dubium restat propter varietatem opinionū, an semen mulieris per se requiratur ad generationem.

¶Ad euidentiam q. huius sciendum est, q. licet non sit hic quæstio, an hi actus mulierum sint peccata mortalia, quoniam hoc pro constanti supponitur, vtpote ab uniuersa Ecclesia acceptatū. Nullus. n. apparet catholicus contradicens: nec sit quæstio, an semen mulieris per se concurrat ad generationē, quia quæstio hæc ad naturalē spectat philosophiam, sed sit quæstio de certitudine, seu euidentia rōnis naturalis, quare huiusmodi actus sint peccata mortalia: quia tamen quæstio hæc pendet ex notitia huius actuum in gñe naturæ, quoniam peccatum cōtra naturam fundatur super hoc, q. actus est contra naturę ordinē, & peccatum mortale in genere eorum quæ contra naturam sunt, fundatur super malo humano in his, alioquin non esset cōtra charitatem, ideo duo facienda sunt. Primo, tractabitur ipsa naturalis quæstio. Secūdo directè quæsito respondebitur. Quo ad primum Arist. sententia est, q. semen fœminæ non est humor seminalis, sed est superfluitas propria uteri. Nec concurrit ad generationem quouis modo, quia nec ut agēs nec ut materia. Probat autem quod dicit, rōne, & quibusdam signis. Ratio est quia menstruum est quod in fœmina proportionaliter respondet semini in uiro. ergo ille alius humor quod semen in muliere dicitur, non est illud quod correspondet in fœmina proportionaliter semini uiri. Assumptum probatur ex sensibilibus. quia. s. proportionaliter incipiunt, & desinūt semen uiri & menstruū mulieris. s. in pubertate & senectute. Vox in utroque proportionaliter tunc mutatur in utroque pili generantur tunc, & mēbra receptiua utriusque humoris distenduntur. Consequentia probatur, quia si menstruum est illud proportionale, ergo non semen. & si semen, ergo non menstruum. Impossibile siquidē est dari semini uirili duo proportionalia naturalia in eodē. Quod posset probari tum ex parte naturę, quia sicut non deficit in necessariis, ita non abundat in superfluis tum ex rōne propriæ cāe, quia si utrunque est illud proportionale, neutrum est illud. Indicia autem sunt multa. Primum est, q. mulieres sępe concipiunt sine illa delectatione quæ in seminis emissione sentitur. Secūdum est, q. concurrente utroque semine sine menstruo non cōcipiunt mulieres. Tertium est, q. huiusmodi semen non conuenit omnibus mulieribus, sed uiridis, & seminatibus ut plurimum, nō autem fuscis, & quæ sunt uirgines. Quartum est, ex quantitate

quātitate, quia. s. multum excedit interdum quātitate seminis & variatur in plus & minus sm cibi rationem, nam quidam cibi acres sapores augent ipsum. Quintum est ex genere fœminarū, quia. s. talis humor non conuenit omnibus fœminis. Sextū est, quia ex contactu non emittunt fœminæ semen per illas partes.

Diui āt Thomę sententia consentit Ari. in hoc, q semen mulieris nō est necessariū ad gñationem. An āt sit utile ad generationē, aut omnino extraneū, vt Ari. sensit, non dicit: sed cū Ari. dixit semen mulieris non esse humorē seminalē, sed esse superfluitatē uteri, seu matricis: diu' Tho. dicit ipsū eē imperfectū quid in genere seminis. Et ex hoc intulit, q nō est materia necessaria in generatione. Quia enim semē sm genus sui rōem est in gñe causæ effectiuæ, ut patet in seminibus vegetabiliū, & expressā scriptū est in 5. Metaph. & 2. Phy. c. de causis, consequens est ut si semen mulieris sit in gñe seminis, quis ut quid imperfectū, q non sit p se ordinatū a natura ut sit materia gñationis. Quod. n. est ordinatū per se ut sit semen, non est per se ordinatū ut sit materia seminis. ac p hoc nō est materia necessaria ad gñationē: quā talis est propria materia seminis. Aui. vero in c. 3 noni de animalibus, & Alber. in fine 15. de animalibus, putāt, semen mulieris p se concurrere ad gñationem non ut semen nisi æquiuocè seminis nomine vtendo, sed concurrere ut pximā materiā gñationis, ita, q sanguis mēstruus est materia pura egens adhuc decoctione ad hoc. q sit pxima materia gñationis. & ppea est uelut cibus illius seminis, seu sāguinis albi, quod est pxima materia. Gal. āt, quē sequit Scotus in 4. dist. 3. senten. opinari vi, q semen mulieris concurrat ut semen, q̄uis minus principale & dependēs in sua causalitate a semine uiri. Et rō Gal. est quia ex quo ples q̄nque assimilatur patri, & q̄nque matri, dēt esse una communis rō hmōi assimilationis: sed rō assimilationis ad patrem est semen, igit rō assimilationis ad matrem est semen. & confirmatur à Scoto, q proprium agentis est assimilare sibi effectū non materiæ. Inter has āt opiniones q̄ sit uera, non facile apparet. Nā rō Ari. plurimū authoritatis ex sensibilibus hēt, & non nisi vnū sibi obstare video. s. q natura posuit talem scilicet veneream & tantā delectationem in resolutione, seu emissione seminis in muliere. Cum enim natura agat propter finem, ita quòd ex causa finali optima sumitur ratio in naturalibus, consequens est ut natura apposuerit delectationem in tali seminatione propter bonum speciei conseruandæ, sicut in seminatione uiri. Et quoniam manifeste apparet, quòd est delectatio non sicut in confricationibus, aut alleuiationibus naturæ, sed uenerea, adeo ut sensibiliter quietet concupiscentiam veneream in mulieribus, non est consentaneum rationi, quòd huiusmodi seminatio sit excrementum vteri, sed quòd sit a natura ordinata ad conseruationem speciei. Delectatio enim venerea ex ppria rōne ad actus generationi deseruientes spectat, & illos solos consequitur. Et hęc ratio conuincit intellectum meum. non ad dicendum quòd semen mulieris sit uere semen: quoniam noui Arist. confutasse hoc. s. q delectatio ista nō est sufficiens signum. quòd illa emissio sit seminatio, quia delectatio etiam consequitur ad emissionem spiritus, ut confricatio apud impotentes adhuc seminare pueros manifestat: sed ad dicendum quòd seminatio illa est actus naturæ ordinatus ad generationem siue sit emissio seminis, siue alterius humoris, qui quandoque ut pluries appellatur semen: quoniam delectatio venerea tam vehemens, non frustra est a natura. Et licet absq seminatione accidat delectatio in pueris &c. non tamen accidit huiusmodi delectatio nisi in actibus ordinatis ad seminationem, licet tunc sequi nō possit. Et illa delectatio est & i quātitate, & qualitate dissimilis isti, qm delectatio illa puerorum est parua, & non est quietatiua: mulierem autem delectatio in seminatione & est magna, & est quietatiua concupiscentiæ venereæ. & si bene aduerteris, inuenies quod delectatio cōfricationis in pueris attestatur nobis, quia apposita est a natura actui, qui est ut uia ad seminationē, quæ est generationis principium. Nisi enim hoc obstaret, sententia Aristot. ex sensibilibus efficax ostenderetur: quoniam non solum est uera illa affirmatiua. s. q concomitantia semen in masculo sunt illa q cōcomitātur menstrua in muliere: sed est uera negatiua. s. q cōcomitantia semen in masculo non concomitantur seminationem in muliere, quoniam mulieres longe ante pubertatem seminant, & longe post fœcunditatem, s. ætatem menstruorum, seminant, q non esset si seminatio mulierū ad generationem ordinaretur. Verum qa, ut post apparebit, hæ non conuincunt ratio autem ex fine sumpta multum cogens uidetur: idcirco ex hoc supposito principio s. quod seminatio mulierum ad generationem secundum se ordinatur procedendo, apparet quod oporteat alterum duorum dicere, aut quod ordinatur ad generationem secūdum se, & ut in talibus indiuiduis. s. mulieribus, & tunc ocurrit aut Galeni, aut Auicen. uia. Aut quod ordinatur ad generationem secundum se tm, & tunc occurrit uia diui Thomæ. Discernendo siquidem, & examinando singulas opiniones, manifeste apparet quod ratio Arist. sufficienter excludit illam opinionē, quam secutus est Gal. & proposito Arist. impugnauit. H Nā natura seminis, & natura sanguinis menstrui diuersarum sunt rationum. Et propterea urget ratio Arist. quod si semen in muliere est proportionale semini in uiro, quòd menstruum nō est illud proportionale: & si menstruum est proportionale, non est semen illud proportionale. Et cum ex sensibilibus sufficienter habeatur, quod menstruum est illud proportionale, sequitur q semen non est illud proportionale in muliere. & vere opinio ista nullum habet fundamentum solidum, in ratione, aut in sensibilibus. Vnde Gal. grauiter ab Aui. reprehenditur hoc in loco. Ratio aūt Galeni facillimè soluitur dicendo, q rō assimilationis filii ad matrem, est quia mater effectiue facit materiam prolis non quia materia ipsa quæ a matre fit, coefficiat semini uiri ut semen coefficeret. Ex hoc enim quòd mater efficit materiam sequit q filius. nisi materia à semine uiri, uel aliunde declinet a conditionibus, quas sortitur à sua factrice, assimiletur matri. & hoc intendunt phil. dicentes q si semen uiri domina- I tur super materia filius assimilatur patri. & si non, filius assimilatur matri, non q negatio dominii seminis uirilis sit cā affirmationis assimilationis ad matrem, sed quia non dominando relinquit materiā cū dispositionibus, quas à matre habet effectiue. & propterea patet q cōfirmatio Scoti non concludit, q materia materna coefficiat, sed sat est q effectiue sit à matre. ut sic omnis assimilatio ad causam sequatur actionem illius causæ & iam hoc expresse habes ab authore, qui sequitur, Arist. in hoc, q mater solum ministrat materiam. Conferendo autem rōem Ari. positioni Auic. & Alb. non apparet Arist. ratio efficax cōtra illam: quoniam apud istos humor ille qui uocatur semen muliebre & puritas menstrui sanguinis sunt unius rationis, & pro uno computantur differentes tantum: secundum magis & minus concoctum. & ideo secundum illam uiam dicendo, q menstruum est proportionale, non excluditur, sed includitur ille humor, qui dicitur semen: & econtra, dicendo q ille humor est K proportionale in muliere, includitur q menstruum est illud proportionale. Et secundum hāc uiam dicendum esset, q semē secūdum illam perfectionem, qua est perfecte decoctus sanguis simul incipit & definit cum reliquo sanguine puro, qui est superfluum alimenti qui sanguis purus purgatur per menstrua, licet imperfecte inchoet ante pubertatem, & duret post fecunditatem. Ita q cum incipiunt menstrua, incipit mulieribus sanguis tam rubeus, qui uocatur sanguis menstrui, quàm albus qui uocatur semen: licet hic incipiat non simpliciter, sed secundū suam perfectionem tunc. Signum huius est, q sanguis rubeus non transit in proximam materiam fœtus, nisi dealbetur maiori decoctione, ut aiūt qui digestiones huiusmodi considerāt. & sic inter istos & Aristotelem hęc est dissensio, q Aristoteles semen mulieris ex necessitate materiæ prouenire dixit, de genere superfluitatū existens: isti uero posuerūt ipsum esse de genere sanguinis menstrui, & esse non superfluitatem absolute, sed superfluitatē qua indiget natura. s. superfluitatem alimēti membrorū quarta digestione decocti. s. sanguinis optimi, sicut etiā semen

Ari. 1. huius quæst.

trāsgredit hō id qd est sm naturā determinatū circa vsū venereū, inde est q in tali materia hoc pctm est grauissimū. Post qd est incestus * q sicut dictū * est, est cōtra naturalē reuerētiā quam personis coniunctis debemus. Per alias autē luxuriæ spēs pterit solum id qd est sm rōem rectam determinatum, ex presuppositione tn naturalium principiorum. Magis aūt repugnat rōi, q aliquis venereis utatur nō solum contra id G qd cōuenit proli gñandę, sed ēt cū iniuria alteri*: & ideo *fornicatio simplex, q cōmittitur sine iniuria alteri* psonę, est minima inter spēs luxuriæ. ¶ Maior āt iniuria est, si quis abutat muliere alteri* ptāti subiecta ad usum gñationis, q ad solā custodiā. & iō *adulteriū est grauius q stuprum*, & utrūq aggrauat per violentiam: pp qd *raptus virginis est grau* q stuprū, & raptus uxoris q adulteriū. * Et hæc oia ēt aggrauant sm rō-

Concl. p

Minima species est & non minimū peccatorū ar. 2o 6m.

Concl. s

Concl. m

Concl. y

semen est hoc mō superfluum. Signum aūt q semen muliebre A sit superfluitas sanguinis, est illud idem per quod Aristoteles indicat semen viri esse superfluum sanguinis. s. q nimis prouocādo seminationē exit sanguis, seu sanguinolētus humor: hoc. n. idem in muliere contingere expertum est. Et quia via hæc satis probabilis vi & sm rationem, & sm apparētiā ad sensum iō ad indicia Aristotelis sm eā dicendū est, q mulieres q̄nq concipere sine illa delectatione non est signum sufficiens, q tunc semē muliebre nō concurrat: sed vt Alber. dicit q prius ille sanguis albus peruenit ad matricem. Puto ego q quia hoc est vt in paucioribus, q hoc est signum indispositionis naturæ, quæ non delectat in illa emissione, sicut pp varietate dispositionum aliquæ parum delectantur, aliquæ cōuenienter, aliquæ valde, aliquæ insaniunt q extra se quoddammodo fiunt in huiusmodi emissione. Secundum autem. s. q concurrente vtroq semine non sequitur generatio, indicium est, non q semen non concurrat ad generationem, sed quia non est sufficiens passiuum sine sanguine rubeo, aut quia in se est imperfectum, C vt ante pubertatem, & post fœcunditatem, aut quia & similis potest tpe fecunditatis accidere dispositio in illo albo sanguine, vt. s. sit ita imperfectum sicut est ante & post fœcunditatis ætatem, aut quia sicut homo sine sanguinis pabulo non viuit, ita sanguis ille albus sine sanguinis rubei pabulo siue fulcimento, non est pro conceptione sufficiens.

¶ Ad tertium verò indicium dī, q quibuscumq mulieribus conuenit menstruum, eisdem credimus conuenire semen, nisi forte per accidens, sicut contingit mulierem ēt menstruosam menstruo priuari: sed quibusdam mulieribus conuenit seminare sensibiliter ab extra, & quibusdā solum ad intra, ita vt nō cognoscant mulieres se seminare: sed s. lū delectabiliter cōmoueri cum satietate, seu quiete carnis, completa cōmotione quam sentiunt intus. Et forte nescire hunc duplicē modum seminationis, causa est putandi q non oēs seminant. Signum. n. delectationis seminariæ est quies concupiscentiæ carnalis, seu sacietas D terminans delectabilem commotionem.

¶ Ad quartum indicium de quantitate dī, q sicut sanguini rubeo, qui generationi seruit, tantam menstrui superfluitatem annexam videmus, ita non est remotum, vt sanguini albo eidē generationi seruienti nonnulla iungatur humiditas impura, quæ quātitatem seminis metitur maiorem quàm esse debeat, in fœmina præsertim, qm abundat humido, crudo præsertim, & ad huiusmodi crudi humoris multiplicationem spectare videtur copia seminis fœminei ex cibis acris saporis.

¶ Ad quintū dicit Albertus, q non est remotum quin & fœminis aliorum animalium conueniat hmōi seminatio ad intra.

¶ Ad sextum aūt indicium dī, q falsum experientia teste, assumit in mulieribus: qm solo contactu sine coitu seminant, & ēt sine contactu in somno & in vigilia imaginatione &c. In fœminis aūt aliorum animalium, si verum assumitur, dī q ratio varietatis in promptu est, quia fœminæ aliæ seminant solum in E tus, & ppea ex contactu non emittunt extra. Mulier aūt, quia seminat vsque ad redundantiam ad extra, ita ex contactu emittit & sicut extra. Diui autem Thomæ positio a Galeno, Aui. & Alb. dissentit in hoc, q apud ipsum, semen fœminæ non est aliquid requisitum in fœmina ad generationem humanam: & in hoc conuenit cum Arist. & ppea ratio Arist. & illius indicia, nō sunt contra diuum Tho. sed pro ipso. Vnum tn singulare dicit Diuus Tho. s. q semen mulieris est in genere seminis, vt imperfectum tn, ita q sm hanc viam semen mulieris est sicut semen viri impotentis generare ex defectu naturæ non sufficientis perfecte decoquere sanguinem, ita vt perducat ipsum ad perfectionē seminis. Ac per hoc sicut semen uiri sic imperfecti pōt dupliciter considerari. s. quantū est ex natura sui generis & speciei, & sic per se ordinatur ad gñationē humanā, vt semen humandū: alio mō, vt est illius sic imperfecti: & hc per accidens nō ordinatur ad gñationē humanam, quia non est aptum generationi humanæ: ita semen fœminæ potest dupliciter cōsiderari s. quantum est ex natura sui generis, & suæ speciei humanæ: & si: per se ordinatur ad generationem humanam, vt semen. & iō natura apposuit in illius emissione talem ac tantam delectationem. Alio mō inquantum est in talibus indiuiduis. s. in mulieribus uirtutis impotentis decoquere, & ad perfectionem seminis illud deducere: & sic per accidens, ratione. s. talium indiuiduorum, non ordinatur ad gñationem humanam nec vt semen nec vt materia. Non vt semen, quia deficit à perfectione seminis. Non vt materia, quia totū genus agentis ineptum est, vt sit materia ex qua & hæc positio forte coincidit cum positione Aristotelis, si intelligamus Aristotelem, exclusisse semen mulieris à semine secundum perfectionem sui generis, & dixisse illud esse excrementum vteri, quia conuenit mulieribus non propter generationem, sed necessitate materię scilicet non propter finem per mulierem per tale semen assequendum, sed quia est pars speciei. Non enim tacuit ibidem Aristoteles huiusmodi impotentiam mulieris ad decoctionē. Hæc de primo.

¶ Qūo ad sm, multi occurrunt modi dicendi, quare in mulieribus seminatio voluntaria extra concubitum naturalem. est peccatum mortale, siue sit molliciei, siue sodomiæ vitium. Primus est, ratione delectationis venereæ: qm sm rationem rectam nō debet extra concubitum naturalem procurari. Sed huic rationi obstat, q delectatio in bonitate & malitia morali sequitur operationem: & ideo oportet si delectatio sit mala moraliter, q seminatio illa sit mala. Ridiculum est enim dicere q delectatio sm se est mala: & ppea oportet ad bonitatem, vel malitiam seminationis deuenire. Quare si seminatio muliebris non est nisi superfluitatis emissio, non est magis ratio peccati procuratione huius seminationis, & delectatione eiusdem, quàm si quis procuret egerere, aut sudare, & delectetur in huiusmodi. Secundus dicendi modus est, q licet mulieribus seminatio sm se nō sit nisi superfluitatis emissio, quia tn connexus est sibi cōcursus humoris, qui per menstruum purgatur ad matricem, qui humor est principium materiale generationis: ideo habet rationem peccati mortalis propter abusum. s. principii generationis concomitatem. Sed huic rationi obstat, quia secundum hanc rationem seminatio ipsa non est nisi per accidens, hoc est, propter aliud adiunctum malum moraliter. Ac per hoc cum ante, & post ætatem fœcunditatis seminatio mulieris sit naturaliter separata, & non connexa concursui humoris qui est principiū generationis, sequeretur q talis seminatio procurata extra ætatem fœcunditatis, non esset peccatum mortale. Tertius dicendi modus est, q licet seminatio muliebris non sit secundum se nisi superfluitatis emissio, quia tamen naturali ordine per se ad principium generationis ordinatur scilicet ad concubitum naturalem: ideo peccatum mortale est abuti ipsa seminatione, sicut peccatum mortale est abuti concubitu, puta, coeundo cum statua: est enim concubitus naturalis, generationis principiū, sicut debita coniunctio actiui & passiui est inter principia operationis, quæ ab illis exigit principiis. Et q talis seminatio ordinetur ad concubitum naturalem, patet ex eo q aliter natura non apposuisset proportionaliter delectationē in muliere sicut in viro. Sed hæc ratio manifeste deficit, quia ad delectationem confugit, & operationem omittit. Oportet enim probare, q seminatio, quæ est operatio illa quam sequitur huiusmodi delectatio, per se ordinetur ad concubitum: quod nō probatur nec significatur ex hac negatiua, quia s. natura non prouidisset aliter de delectatione proportionali in muliere sicut in viro: qm delectatio proportionalis in muliere debet esse naturaliter vt in principio generationis, quod est mulier, quod non dicit sm hanc viam nisi ministrationem menstrui, & receptionem seminis uirilis per coitum. In omnibus autem his tribus apposita est delectatio: & in concubitu & in receptione seminis manifeste patet. In concursu autem sanguinis ad matricem dicunt delectationē quoq; esse, minutā, vt apparet, perceptibilē differente ab aliis delectationibus. Et sic dicentes seminationem mulieris esse secundum se emissionem superfluitatis ineptæ ad generationem, non videntur posse reddere rationem, quare talis seminatio-

Lib. 3. c. 8. circa prin. tom. 1.

nem sacrilegij, vt s dictum est.

Ad primvm ergo dcdm, q sicut ordo rōis rectæ ab hoie, ita ordo naturę ē ab ipso Deo: & iō in peccatis cōtra naturā, in qbus ipse ordo naturę violatur, fit iniuria ipsi Deo ordinatori naturæ. Vñ Aug.* dicit in 3. cōfessio. c. 8. Flagitia q sunt contra naturā, vbiq; ac sp detestanda, atq; puniēda sunt, qualia Sodomitarū fuerunt, quę si oēs gentes facerent, oēs eodē criminis reatu diuina lege te- B nerent, qui nō sic fecit hoies, vt se illo vterent mō. Violat quippe ipsa societas, q cū Deo nobis esse debet, cū eadē natura, cuius ille author est, libidinis peruersitate polluitur.

Ad ii dcdm, q ēt vitia cōtra naturā sunt contra Deū, vt dictū* est. & tanto sunt grauiora q sacrilegii corruptela, quantò ordo naturæ humanę inditus est prior & stabilior, quam quilibet alius ordo superadditus.

Ad iii dcdm, q vnicuique

In solo præced.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

feminatio voluntaria est peccatum mortale: unde quartus dicendi modus est, q; licet feminatio muliebris non sit necessaria ad generationem, est tñ utilis ad generationem ita q; melius concipitur feminando, & melius generatio promouetur, cui muliebre semen admixtum est. Et quia non solum abusus principiorū necessariorum, sed & ordinatorū à natura pp melius ad generationem, est pctm mortale: ideo talis feminatio procurata extra concubitū naturalē, est pctm mortale. Maior probatur authoritate Alberti, ferentis absque dubio q; melior conceptio fit qñ mulier feminat. Minor verò manifestat in membris officialibus duplicatis à natura pp melius, puta, in duobus oculis. Necessarium quippe aĩali sufficit videre p vnū oculū, sed natura pp

indiuiduo magis coniuncta natura speciei, q̃ quodcūq; aliud indiuiduum. & ideo peccata quæ sunt contra naturam speciei sunt grauiora.

Ad IIII dcdm, q; grauitas in peccato magis attendit̃ ex abusu alicuius rei, q̃ ex omissione debiti vsus: & iō inter vitia q̃ sunt cōtra naturā, infimū locū tenet pctm immunditiæ, quod consistit in sola omissione concubitus ad alterū. Grauissimū aūt est peccatum bestialitatis:

melius dedit duos. Constat aūt q; priuare hoīem vno oculo est peccatum mortale, q̃uis non sit priuatio necessarii simpliciter ad videndum: sed pp melius videre. Et ita priuare hoīem principio pp melius à natura ordinato ad generationem, est peccatū mortale. Hoc aūt facit mulier feminans voluntariè extra naturalem concubitum. Huic rationi hoc solum obstare vr, q; supponit quod nescitur dum dicit semen muliebre concurrere ad generationem vt utile seu pp melius, & non dicit quo concurrit, actiuè vel passiuè, vt eiusdem vel diuersæ naturæ à mẽstruo. Ad quod tñ oportet descendere scientificè loquentem. Alb. aūt dixit, & illud cōe, & specificauit q; concurrit passiuè ut res eiusdē rōnis cum menstruo, & q; sp ac necessario concurrit illud semen, sed tunc melius qñ mulier delectabiliter feminat in ipso concubitu simul cum viro. Et non vult q; semen muliebre sit absolutè pp melius: sed q; ipsa delectabilis feminatio simul cū viro sit pp melius, ipsum aūt semen muliebre pp necesse esse. Vñ quintus modus dicendi est: sequendo viā Auic. & Alb. satis rationabilē, q; sicut vir feminando voluntariè extra naturalē concubitū, peccat mortaliter, quia contra naturalem ordinem actiuæ generationis humanæ principio abutitur, in damnū humanæ vitæ: ita mulier feminando voluntariè extra concubitū naturalē, peccat mortaliter, quia abutitur potentia sua actiua ministrando principium passiuum generationis humanæ contra naturalem ordinem in damnum humanæ vitæ. Sed quid dicemus iuxta viam diui Tho. negantis muliebre semen esse materiam generationis, & asserentis ipsum non esse necessariū ad generationem? Fortè diceretur q; quia est vtile ad generationem, vel ut adiuuans semen uiri ex quo est in genere seminis, vel vt cū materia menstrui, ita q; decimando ex perfectione seminis licet non cadat in materiam necessario requisitam, cadit tñ in commateriam vtilem ad generationem: ideo abusus eius est peccatum mortale. Vel dicatur, q; quia mulier est sicut mas impotens, feminatio mulieris potest dupliciter considerari. Vno mō sm rōnem suę speciei, & sic, quia sm se ordinatur ad generationē, sicut feminatio masculi naturaliter impotentis generare, ideo est peccatum mortale abusus talis feminationis. Alio modo, prout est à tali indiuiduo. s. impotente decoquere semen. Et sic, quia hoc est per accidens sicut patet si masculo ex frigida complexione conueniret talis impotentia, iō hinc, licet sit impotens semen ad generationem, nō tñ excusatur à peccato mortali illius abusus, qm̃ actus iudicandus est sm suam speciem per se, & non sm id q; cōuenit ei per accidens. Sed huic rationi obstant duo. Primo, quia impotentia concoctiua seminis in muliere non est per accidens s. ratione indiuidui, vt conuingeret in uiro ex infirma complexione: sed est per se ex naturali specie sexus feminei. Distinguuntur enim specie femina à mare sub genere sexus, quamuis sint eiusdem speciei in specie hominis, in specie leonis &c. Et propterea non est eadem ratio de feminatione viri infirmi seu orbati, & feminæ. Illius enim impotentia est naturalis, illa infirmitatis.

¶ At per hoc feminæ impotentia est per se, maris aūt impotentia est per accidens. Obstat secundo, quia si feminatio mulieris secundum se ordinatur ad generationem oportet q; ordinetur secundum se ad generationem, aut in se (& et dat opinio Gale.) aut in alia persona, & sic commixtio mulieris cum muliere non esset peccatum mortale: quia ibi seruatur id quod per se spectat

F ad ordinem illius feminationis. Primo ergo modo iuxta viam authoris dicendum vr, q; feminatio mulieris extra naturalem concubitum, est abusus eius quod est vtile seu pp melius ad generationem naturalem ordinatum. Secundum aūt Gal. viā, quæstio nulla est quia muliebris feminatio est emissio seminis.

quia non seruatur debita speciei. Vnde super illud Gen. 37. capite, Accusauit fratres suos crimine pessimo: dicit glos. q; cum pecoribus miscebantur. Post hoc aūt est uitium Sodomiticum, cūm ibi non seruetur G debitus sexus. Post hoc aūt est peccatum ex eo, q; non seruat̃ debitus modus cōcumbendi. Magis autem si non sit debitū vas, quàm si sit inordinatio secundum aliqua alia pertinentia ad modum concubitus.

¶ Ego autē etsi inter tot illustres uiros silere deberem, proferā tñ sermonē rationabilem. Puto ergo feminationem mulieris esse emissionem seminis materialiter tñ ad generationem necessario requisiti, & propterea abusum mulieris feminationis esse peccatum mortale. Quod n. semē materia, sit propriè semen, non solum ex cōi appellatione, qua semen appellatur, sed ex duobus patet signis. Primo, ex eo q; q; est superfluum alimenti vlti. hoc est sanguinis, vt testatur experientia humoris sanguinei emissi à muliere post multas feminationes procurante adhuc feminare. Secundo, ex eo quòd natura non frustra dedit mulieri vasa seminaria, hoc est testes, qui pubertatis tempore distendi, & tumescere dicuntur. Quòd uerò sit materiale tantum ratione, & signo probatur. Ratione quidem, quia H semen est in potentia totum animatum: ac per hoc sicut animatum componitur ex anima, & corpere, ita semen ex uirtute actiua formatiua &c. & primo subiecto. Et propterea sicut in uegetabilibus, ubi indiscretus est sexus, semen continet utrum que scilicet principium actiuum, & primum principium passiuum: quòd fotum & altum ex humore admisso, subiectum primum generationis est: sic in animalibus ubi discretus est sexus, non solum semen est quod actiuum est generationis: sed etiam quod primum passiuum est generationis. Et quoniam maris constat esse agere, & feminæ pati: consequens est q; principium actiuum ex parte maris sit semen, & primum principium passiuum ex parte feminæ sit semen, ut sic ex utroque fiat integrum semen: sicut in uegetabilibus ex indiscreto sexu fit integrum semen. Et sicut in uegetabilibus semen integrum nō generaret, nisi fotum, & altum ex admisso ab extra humido in terra: ita semē integrum, viri scilicet & mulieris, nisi fotum & I altum puro humore sanguinis menstrui, numquā generaret. Attestantur huic proportionali rationi signa: quia. s. naturales actus feminarum in concubitu sunt sub esse, & recipere quę materiæ & passiui principii sunt. Nec contra hanc sententiam militat ratio Arist. s. si menstrua, ergo non semen. Et si semen, ergo non menstrua: quoniam ratio ista non tenet in subordinatis, sed in indisparatis: quoniam quæ sunt diuersa, aut disparata si vnum est proportionale semini, ergo non reliquum: quia aliter essent duo. Sed in his quorum unum subordinatur reliquo, non currit ratio, quia ambo sunt unum ordine naturalis subministrat omnia: per hoc, q; si unum ponitur proportionale ut primum, alterum oportet etiam poneres ut consequens. Et non duo, sed unum tantum ponitur proportionale semini viri, s. semen feminæ, ut primum passiuum fotum, & aliū menstruo. Consonant quoque huic positioni & quæ Aui. & Alb. docuerunt, & quæ Gal. quo ad hoc quod est semen: & quæ dicit K Tho. quoad hoc q; est in genere seminis, ut imperfectum quid & quæ dicit Aristo. quo ad hoc, q; menstruum est semen impurum egens concoctione. Attestatur & delectatio talis, scilicet uenerea: & tanta a natura posita in tali feminatione: huic positioni, & ratio moralis, ac mortalis peccati, quæ hinc manifeste habetur, satis quadrat. Hinc etiam patet, q. ōd non excusatur mulier ante, & post ætatem menstruorum abutens tali feminatione: quia scilicet per accidens se habet ad speciem actus secundum se ætas. Et licet imperfectum ualde sit semen puellarum ante ætatem menstruorum, quia tamen ad speciem feminationis spectat actus ille, ideo à peccato mortali, quod in abusu feminationis secundum se committitur non excusatur sicut nec uir ex infirmitate impotens generare, excusatur ab abusu feminationis, & peccato mortali, & breuiter nulla apparet in hac uia secundum se difficultas. sed tantum apud sequaces huius uel illius philosophi. constat autem ultimum in philosophia locum authoritatem habere.

SVP. QVÆ. CLV.

ART. I.

IN art. 1. q. 155. nota duo. Primo, q; continentiæ nomine apud Ari. & communiter apud morales intelligitur, qñ hac significatione utitur tam ponentes continentiam non esse uirtutem, sed gradum, q̃ ponentes non esse uirtutem propriè, sed imperfectum quid in genere uirtutis. Vtrique n. dicunt continentiā esse qua resistitur concupiscentiis prauis uehementibus, in sua latitudinem tamen humanam. Quod addo propter ea, quæ humanos exeunt limites, ut bestiales passiones. Sed tāta est inter has opiniones differentia ut disputare simul nequeant, sed semper æquiuocatio interest, nisi redeundo in principium primum, puta, quòd dentur uel non dentur tales gradus quod superius tactū est. Et nunc ideò rememoratum sit, ut meminerint disputātes cum Martino, se mortis iis præsuppositis subinuicem aduersantibus, an. s. continentia sit gradus, an sit imperfectum quid in genere uirtutis, dispareant de reliquis, nisi uelint reducere semper quæstionem ad principium. Secundo diligenter aduerte, q; continentia ab autore ponitur sub genere principii laudabilium operum qñ hinc habes, q; est i specie quā litatis, qui est habitus, vel dispositio. Nā constat nō esse aliter principiū laudabilis operis, nisi sicut habitus, uel dispositio potētiæ est principium laudabilis operis. Et hac doctrina erit opus pluries, scilicet in art. 3. huius q. & in 5. art. sequentis qō. & habet utrobiq; difficultatē.

Porrec. par ter. 754

1. 2. q. 85. ar. 3. ad 2. & 3. q. 7. art. 2. ad 3. Lucret. q. 14. 3. 4. cor fin:

Li. 7. c. 9. & lib. 4. c. ult. to. 5.

† Li. 2. ca. 18. & 19. tom. 1.

† gl. interlinearis super illud Modestia, continen. &c.

SVPER QV. CLVI.

ART. II.

IN ar. 2. eiusdem q. dubium ex Martino in q. de continentia occurrit dupliciter. Primo arguente, q; continentia nō determinatur ad materiam ta-

Concl. ...

Q. 155. ar. 1.

QVÆSTIO CLV.

De partibus potentialibus temperantiæ, in quatuor articulos diuisa.

POstea considerandum est de partibus potentialibus temperantiæ.

¶ Et primo de continentia.

¶ Secundo, De clementia.

¶ Tertio, De modestia.

¶ Circa primum considerandū est de continentia, & de incontinentia.

Circa continentiam quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrū continentia sit uirtus.

¶ Secūdo, Quæ sit materia eius.

¶ Tertio, Quid sit ei* subiectū.

¶ Quartò, De cōparatione eius ad temperantiam.

ARTICVLVS I.

Vtrum continentia sit uirtus.

AD PRIMVM sic proceditur. Vr q; cōtinentia nō sit uirtus. [h] Species. n. non condiuiditur gnri: sed cōtinētia cōdiuidit̃ uirtuti, ut patet* per Phil. 7. Eth. ergo cōtinētia n̄ ē uirt*.

¶ 2 Prēt. Nullus vtēdo uirtute peccat, q a ẽm Aug. in li † de li. arb. Virtus est qua nemo male utit̃: sed aliqs [h] cōtinendo pōt peccare, puta, si desideret aliqđ bonū facere, & ab eo se continēat: ergo cōtinētia nō ē uirt*.

¶ 3 Præt. Nulla uirtus retrahit hominē à licitis, sed solū ab illicitis: sed continentia retrahit hominem à licitis. dicit n. gl. † Gal. 5. q; per continentiam aliquis se etiam à licitis abstinet. ergo continentia nō est uirtus.

SED CONTRA. Omnis habitus laudabilis vr esse uirtus: sđ continentia est huiusmodi. dicit. n. Andron. q; cōtinentia est habitus inuictus à delectatione: ergo continentia est uirtus.

RESP. Dcdm, q; nomē cōtinentiæ dupliciter sumit̃ à diuersis. Quidā. n. cōtinētiā nomināt, p quā aliqs ab omni delectatione uenerea abstinet. Vñ dē & Apost. ad Gal. 5. continētiā castitati coniungit: & [m] sic cōtinētia pfecta principalis q; dē est uirginitas secundaria uero uiduitas. Vñ ẽm hoc eadē rō est de cōtinentia, q̃ de uirginitate, quā s* diximus uirtutē. A-

A lii uerò dicunt cōtinentiā esse, per quā aliquis resistit concupiscentiis prauis, quę in eo uehemētes existunt: & hoc mō accipit Phil. continentiā* 7. Ethi. hoc ĕt mō accipitur continētia in collationibus patrum. Hoc aūt mō cōtinentia habet aliqđ de rōe uirtutis, inquātū. s. rō firmata est cōtra passiones, ne ab eis deducatur: non tñ attingit ad perfectā rōem uirtutis mo- B ralis, ẽm quā ĕt appetitus sensitiuus subditur rōi sic, ut in eo non insurgant uehemētes passiones rōni cōtrarię. Et iō Phil. dicit in* 4. Ethi. q; [r] continentia nō est uirtus, sed quædā mixta[t] inquātum. s. habet aliqđ de uirtute, & in aliquo deficit à uirtute.[s] Largius tñ accipiendo nomē uirtutis p quolibet princi- C pio laudabiliū operū, possum*, dicere cōtinentiā esse uirtutē.[t]

Ad PRIMVM ergo dicēdū quòd Phil. continentiam cōdiuidit uirtuti quantum ad hoc, in quo deficit à uirtute.

Ad II dcdm, q; hō pprie est id qđ est ẽm rōem: & iō ex hoc dr aliquis in seipso se tenere, q; tenet se in eo qđ conuenit rōi. Qđ aūt pertinet ad peruersitatē rōis, nō est conueniens rōi: uñ ille solus uerè cōtinens dr, D qui tenet se in eo qđ est ẽm rōnē rectā, nō aūt in eo qđ est ẽm rōem peruersam. Rōi aūt rectæ opponuntur concupiscentię prauæ, sicut & rationi peruersæ opponuntur concupiscētiæ bonæ. Et iō pprie & uere cōtinens est qui persistit in rōe recta abstinēs à concupiscentiis prauis: non aūt qui persistit in rōe peruersa abstinens a concupiscentiis bonis: sed hic magis E potest dici obstinatus in malo.

Ad III dcdm, q; gl. ibi loqtur de continentia ẽm primū modum, ẽm quē continentia nominat̃ quandam uirtutē pfectā, quæ non solū abstinet ab illicitis bonis, sed ĕt à qbusdā licitis min* bonis, ut totaliter intēdatur pfectioribus bonis.

ARTICVLVS II.

Vtrum materia continentiæ sint cōcupiscentię delectationum tactus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr q; materia continentiæ

lem. s. delectationes tactus, sed reperibilis est in omni genere uirtutis secundo, soluente iōes, S. Th. in hoc art. quibus concludit continentiam propriè esse circa concupiscentiam delectabilium sm tactum. Arguit igitur primo sic, in omni genere uirtutis reperitur continentia, ergo. aūs probatur. Si quis in opere iustitiæ patiatur impugnationes a rebus delectabilibus, puta, muneribus &c. uincat, talis est in statu sm aliquem gradum & non sm gradum heroicum, quia tentatio non excedit communem hominū facultatem, nec sm gradum temperantiæ quia patitur impugnationem. ergo secundum gradum continentiæ. Secundo, In omni materia, in qua reperiuntur passiones impellentes ad persequendum aliquid, qđ recta ratio dictat, inuenitur continentia: sed in omni genere & materia uirtutis reperiuntur huiusmodi passiones ergo. Maior est S. Tho. in hoc ar. 1 prin. Licet eam limitare uideatur, sed nimiū uoluntarie, ut patebit soluendo rōnem eius. Minor est certa. Nam per cupiditatē pecuniæ impellitur quis ad iniustitiam, alius ad proditionem, alius ad fugā: tertio quarto & quinto affert primum, sm, & tertium argumenta huius articuli. & subdit, His rōnes fere omnes soluit Th. per hoc, q; nomē continentiæ potest accipi communiter, uel strictè: in quo inest apeo dissensio, dum tamen cōstet hos uirtutum gradus in omni uirtutis genere reperiri. Soluit deinde primū argumentum litteræ in oppositum ex authoritate. Arist. 7. Eth. s. continentia & incontinentia sunt circa ea, circa quæ est temperantia & intemperantia, dicendo q; Arist. non loquitur ibi de temperantia, quæ uirtus est specialis, sed de temperantia quæ est gradus consequens uirtutis. Secundo, idem corpore articuli. s. Cōtinentia est circa passiones impellentes uehemen-

Lib. 7 per totū to. 5.

Li. 4. c. ult. tom. 5.

Concl. p

Concl. s

D. 1166.

Porrec. par ter. 755

Li. 1. c. 46. tom. 1.

Vehementer ergo est circa naturales ad tactum pertinentes ut F propter suam materiam, quia sunt principia aliarum &c. tum quia delectationes gustus sunt etiam naturales etiam quia continentia est quidem circa passiones uehementes, sed non circa uehementiores, si tam uehementer posset facere inclinationem, quod uehementia ipsa poneret tactu extra gradu continentiæ, & faceret ipsum pertinere ad gradu heroicũ, puta, cum inclinatio facta esset tam uehemens, quod pauci hominum regulariter eam uincerent. Tertio, soluit motiuum sumptũ ex litera in rñsioné ad primũ. s. Continentia proprie dr in illa materia, in qua difficillimũ est cõtineri. Soluit aũt per idem, quia. s. posset esse tanta difficultas continẽdi, quod actus non esset actus continentiæ sed uirtutis heroicæ, puta, si uincere talé passionem, esset supra cõem hoium facultatem. Quarto, soluit motiuum ex litera in rñsione ad tertium. s. de continétia simpliciter, uel fm quid: & dicit quod cũ de continẽte, uel incontinente loquimur, circa alias delectationes a tactu & gustu aliquid addimus, ut magis explicemus quid intendimus, quoniam continentia multis modis sumitur.

Lib. 1. c. 46 in pr. tom. 4.

Ar. præc.

Li. 1. de ira ca. 1.

†Li. 1. de inuétione in fol. 5. ante finem lib.

¶ Ad euidentiam huius materiæ sciendũ est, quod cum apud Ari. & ipso Mart. acceptũ sit, continentia proprie sit circa uehementes pugnas delectationum humanarum, & circa pugnas humanarum delectationũ naturalium. s. cibi & potus, ac uenereorũ, dicatur continentia, uel incontinétia simpliciter: circa pugnas autem aliorum delectabilium, puta, honoris, pecuniæ &c. dicatur fm quid. s. cũ additione, puta, continens, uel incontinés iræ, honoris, pecuniæ, & non continés, uel incontinens simpliciter, manifeste & absque scrupulo aliquo, consequens est ut continentia trifariã inueniatur. s. simpliciter & per se, & fm quid, & per accidens. Nam in illo uirtutis genere in quo passiones delectabilium non nisi per accidens inueniuntur, consequens est quod cõtinentia nõ nisi per accidens inueniatur. Et quia iustitia non est circa passiones, sed operationes ad alterum, & non nisi per accidens ad iustitiam passiones spectãt, ideo continentia in iustitiæ operibus locum nõ habet nisi per accidens. In illo uero uirtutis genere, in quo passiones delectabilium per se inueniũtur, ut in magnanimitate, magnificentia, liberalitate & huiusmodi, cõtinentiæ quidé rõ saluatur, sed ut Aristoteles dixit, secundum quid. In illo aũt genere, in quo passiones delectabilium non solum per se, sed principales inueniuntur, ut in temperantia, ibi continentia & per se, & simpliciter inuenitur. Et rõ diuersitatis inter per se, & per accidens satis clara est. Sed inter simpliciter, & secundum quid, duplex vr. Prima, quam puto principalem, ut ex usu, quia s. sic consueuimus his nominibus uti. s. in materia temperãtiæ uti continentia & incontinentia simplr, in aliis autem materiis fm quid. Alia aũt rõ ex rerũ natura sumitur, quæ in litera assignatur, quia. s. de rõe continentiæ est, quod contra uehementes sit passiones. Vehementes aũt per se primo sunt solæ naturales respũ cibi & potus, & uenereorum. Continentia ergo principaliter est circa istas, & circa alias secundario. Et hoc é dictũ circa istas proprie & simpliciter, & circa alias secundũ quid, & communiter.

nentiæ non sint concupiscẽtiæ delectationum tactus. Dicit. n. Amb. in 1.* de offic. quod gñale decorum ita est, ac si æquabilé formam, atq; uniuersitaté honestatis habeat in oĩ actu suo cõtinété: sed nõ ois actus humanus* ptinet ad delectatione tact*. G ergo cõtinẽtia ñ é solũ circa cõcupiscẽtias delectationũ tact*.

¶ 2 Præt. Nomen continentiæ ex hoc sumitur, quod aliquis tenet se in bono rõis rectæ, sicut dictum* est: sed quędã aliæ passiones vehementius abducunt hominem à rõe recta q concupiscentiæ delectabilium tactus, sicut timor periculorũ mortis q stupefacit hoiem, & ira q est isaniæ similis, vt Seneca* dicit. H ergo continentia nõ dr ppriè circa concupiscentias delectationum tactus.

¶ 3 Præt. Tullius dicit in 2.† Rhetor. quod cõtinẽtia est, p quã *cupiditas consilii gubernatione regit: cupiditas aũt magis consueuit dici diuitiarũ, q delectabiliũ tactus, fm illud 1. ad Thim. ult. Radix omniũ malorũ est cupiditas, ergo continẽtia nõ est propriè circa concupiscẽtias delectationũ tactus. I

¶ 4 Præt. Delectationes tactus nõ solũ sunt ĩ reb* venereis, sed ét ĩ usu ciborũ: sed cõtinẽtia solũ circa usũ uenereorũ psueuit dici. ergo ñ é ppria materia ei* concupiscẽtia delectationũ tact*.

¶ 5 Præt. Inter delectaiones tactus qdã sũt non humanæ, sed bestiales tã ĩ cibis, ut pote siqs delectaret in esu carniũ humanarũ, q ét in uenereis, puta, in abusu bestiarũ, uel puerorũ: sed K circa hmõi non est cõtinentia, ut dr in * 7. Eth. non ergo propria materia cõtinẽtiæ sunt cõcupiscẽtiæ delectationũ tact*.

Li. 7. ca. 5. tom. 5.

SED CONTRA est, quod Phil* dicit in 7. Ethi. quod continentia & incontinentia sunt circa eadé, circa q téperãtia & intéperantia: sed téperãtia & intẽperantia sunt circa cõcupiscẽtias delectationũ tactus, ut s. habitũ*: ergo ét cõtinẽtia & incõtinẽtia sunt circa eandé materiã.

Lib. 7. c. 4. tom. 5.

RESP. Dicendum, quod nomen continentiæ refrænationem quandã importat, inquãtum. s. tenet se aliquis ne passioné sequat: & iõ proprie continentia dr circa illas passiones, quæ impellũt ad aliquid prosequendum, in qbus laudabile est, ut rõ retrahat hoiem à prosequendo. Nõ aũt proprie est circa illas passiones, quæ important retractionem quandam, sicut timor & alia hmõi. In his. n. laudabile est firmitaté seruare in prosequendo qd rõ dictat, ut supra dictũ* est. Est aũt considerãdũ, quod naturales inclinationes principia sunt oim superueniẽtiũ, ut s. dictum est: & ideo passiones tãto uehemẽtius impellũt ad aliquid prosequẽdũ, quãto magis sequunt inclinationé naturæ, quæ precipue inclinat ad ea, q sunt sibi necessaria uel ad cõseruationé idiuidui, sicut sũt cibi: uel ad cõseruationé spéi, sicut sunt actus uenere, quorũ delectationes ad tactũ ptinét. Et iõ* continẽtia & incontinẽtia proprie dñr circa concupiscẽtias delectationum tactus*.

q. 141. ar. 4.

q. 123. ar. 3. & 4.

† Ubi supra q. 26. ar. 1. 7. & 8.

Concl.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut nomen temperãtiæ põt cõmuniter accipi in quacũq; materia, propriè tñ dr in illa materia, in qua est optimũ hominem refrenari: ita ét cõtinẽtia ppriè dr in materia, in qua est

¶ Ad primũ ergo argumentum Martini negatur ãis loquendo de continentia per se, & propria: qm talis si inuenitur nisi in genere, & materia uirtutis temperantiæ. Ad probationem autẽ dicitur, quod si quis patiatur impugnationes iustitiæ à concupiscẽtia alicuius delectabilis, & frequenter uincat, talis si alias caret uirtute iustitiæ, inquantũ exercet actũ iustũ, est iustus quo ad actũ & dispositiue, & non fm aliquem gradum iustitiæ: inquantũ uero uincit pugnam a concupiscentia delectabilis, est continés, simpliciter quidem si illud est delectabile secundum tactum, secũdum quid uero si est aliter delectabile, ut est nummus. Vnde patet ruere totam fabricam illius argumẽti. Et forte error accidit istis, quia non aduertunt, quòd faciãt homines sæpe iusta opera sine iustitiæ uirtute, seu habitu, ut patet in 5. Ethicor. Et simile est de operibus temperantis, & fortibus.

¶ Ad secundum dicitur, quòd maior est uera, si intelligamus per se, scilicet, ubi inueniuntur per se passiones impellentes &c. & tunc est uerum, quòd ibi est continentia simpliciter, uel secũdum quid. Et propterea limitatio authoris ad delectabilia necessaria naturaliter non est uoluntaria, sed rationabilis ad hoc, ut sit continentia propriè. Ad reliqua sufficiũt solutiones, quæ sunt in litera, qualitercunque sequat, uel dissentiat Martinus.

¶ Ad solutiones motiuorum literæ deueniendo dicitur, quod solutio motiui ex authoritate Aristotelis cõfutat: quia uoluntariæ æquiuocationem

æquiuocationem temperãtiæ imponit Ari. De illa namq; tẽperantia interpretãdus est loq. de qua superius tractauerat, & cui materiã assignauerat: alioquin non p notiora declarasset materiã continentiæ, sed ignotũ p ignotius, dicendo quod continẽtia est circa illa, circa quæ est temperantia. Nã non minus ignotũ est circa q est temperantia illa ficta p gradu. Conuincitur quoq; hãc esse doctrinã Ari. agere dũ dicit Neq; .n. circa oĩa est simpliciter incontinens, sed circa q intẽperatus. Constat námque, quod si de intemperantia gradu ficto loqueret, quod falso dixisset. Neq; .n. circa omnia est simpliciter incontinens, qui intẽperatia gradus oib. uitiis cõis est, & circa oĩa é. Solutio vero rõis literæ in corpore cõfutat quo ad primũ: qa delectationes gustus ut est qdã tactus, sub delectatione tactus cõphendunt. Et qa in litera in respõsione ad 4. explicat prius, quod et ad gustus delectationes extendi pt continentia, fm Aristotelẽ. Quo ad fm, qa uehementia intelligẽda est fm subiectã materiã. s. infra delectationes humanas, & infra latitudinem subiectæ materiæ stãdo, ut debet stari, rõ currit, & nulla habet Martini instantia. Patet responsio. Et similiter dicendũ est de solutione motiui ex difficultate, s. quod de difficultate infra humanas concupiscentias est sermo, & sic rõ expedita cum subiecto motiuo inuenit. Et quia si sit necessariũ, ad bonitatem tñ doctrinæ scito, quod siquis maximi delectabilis pugnã sustinens uinceret, quã ratissimus hõ uinceret, si ppea haberet virtutem pfectissime, hoc est, heroicã, sed haberet tãtum actũ heroicũ. Sicut uir quod sine iustitiæ virtute facit iustum, non nisi fm actũ iustus est. Verbi gra. Siquis agonizans p consequendo regno totius orbis terrarum, ad aliqd malũ impelleret, puta, ad dicendũ mendaciũ, & tñ p ualente rõe uinceret, non esset hic; alias sine uirtute morali existens, pp hunc actũ heroicæ virtutis, sed heroici actus, & dicendus esset heroice continens imperii. Solutio demũ motiui ex Ari. distinctione de simpliciter, & fm quid confutat, & conuincit falsa: ita quod nec é ex multiplici significatione cõtinentiæ, nec ad maiorẽ expressionẽ fit illa additio in delectabilibus extra tactũ & gustũ, ut dr. Continens uel inconti- A nens honoris, lucri &c. Nam si ex multiplici hoc esset significatione, ita oporteret addi in una materia, sicut in alia, ut æquiuocatio, aut incertitudo vitaret. Et sic ét in delectabilibus tact. & gustus oporteret addere aliquid, & dicere continens, uel incontinens veneris &c. Et si ad maiorem expressionem hæc fieret additio in omni similiter materia additione est opus ad maiorem expressionem. Fateatur ergo veritatem, quod additio in aliis materiis fit, quia solum habet ibi locum continentia secundũ quid, & in materia delectabilium tactus nulla fit additio, quia ibi est incontinentia simpliciter. Et hoc quadrat.

Lib. 7. ca. 4. tom. 5.

Loco citato in arg.

respon. a.

Lib. 7. c. 5. nõ lõge a fine, to. 5.

optimũ & difficillimũ continẽri. s. in cõcupiscẽtiis delectationũ tactus: cõiter ãt & fm quid pt dici in quacunque alia materia: & hoc modo vtitur Amb. nomine continentiæ.

AD II dicendum, quod circa timoré non ppriè laudat continentia, sed magis firmitas animi quã fortitudo importat. Ira ãt impetũ quidé facit ad aliquid psequendũ. Iste tñ impetus magis sequitur apprehensioné animalé, prout s. aliquis apprehendit se esse ab alio lęsum, q inclinationem naturalem. Et iõ dr quidem aliqs fm quid continens iræ, nõ tamé simpliciter. B

¶ Ad hoc dr, ꝙ contextus illius literæ euangelicæ manifestat ꝙ dñs loquitur de actibus, qui sunt in nocumentum proximi: & ꝙ uolens dñs abundare iustitiam nostram, plus q̃ Scribarum & Pharisæorum, accipit in multis generibus præcepta antiquæ legis, & superaddit præcepta potiora in illo gñe, ut patet diffuse in capitulo illo. Et inchoans à genere iniuriæ in proximum assumit præceptum legis de homicidio dicendo. Audistis quia dictum est antiquis, Non occides: qui aût occiderit, reus erit iudicio. & statim addens potiora in eodem genere præcepta, subdit. Ego aût dico uobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio &c. ubi ex identitate pœnæ appositæ ab ipso iræ, quæ fuerat imposita homicidio, patet ꝙ de ira habête pro obiecto nocumentum proximi, loquitur. Quia ergo radicis uirtus saluatur in ramis, & fundamentum in toto ædificio inuenitur, totus sermo hic dñs superaddens præcepto de homicidio, extra homicidii genus non est, ad quod oîs proximi læsio reducitur. Falsum est ergo ꝙ solum recitando legem ueterem, sit de homicidio sermo ibi, quî superaddendo præcepto de homicidio, & quantæ culpæ sit appetitus interior, & signum, & uerbû iniuriosum in proximum aperiendo, quàm grauissimum sit homicidium, apertissimè manifestauit.

ARTICVLVS IIII.

Vtrû ira sit grauissimum peccatum.

Ad QVARTVM sic ꝓcedit. Vr ꝙ ira sit grauissimum peccatum. Dicit enim Chrys.* quòd nihil est turpius visu furentis, & nihil deformius seuero uisu, & multò magis anima: ergo ira est grauissimum peccatum.

1. 2. q. 46. artic. 6. Et Mal. q. 12. ar. 4.
*Hom. 29. ad pop. Antioché. t. 5.

¶ 2 Præt. Quãto aliquod pctm̃ est magis nociuum, tanto uî esse peius, quia sicut Aug.† dicit in Enchirid. Malum dicitur aliquid, quia nocet, ita aût maxime nocet, quia aufer homini rõem, per quã est dñs suiipsius. dicit.n. Chrys.* ꝙ inter iram & insaniam nihil differt, sed breuis quidam dæmon est: immò quàm qui dæmonio uexantur, grauior. ergo ira est grauissimû peccatum.

†Enchi. c. 12. tom. 3
*Hom. 47. in Io. ci. 6. to. 3.

¶ 3 Præt. Interiores motus diiudicant fm exteriores effectus: sed effectus irę est homicidiû, qđ est grauissimum peccatum. ergo ira est grauissimũ pctm̃.

Sed contra est, ꝙ ira cõparatur ad odium sicut festuca ad trabem. dicit.n. Aug.* in regula. Ne ira crescat in odium, & trabem faciat de festuca. nõ ergo ira est grauissimû peccatû.

*In regul. 3. to. 1.

Respondeo dicendum, ꝙ sicut dictû est,* inordinatio iræ fm duo attenditur. s. fm indebitû appetibile, & fm îdebitû modum irascendi. Quãtum igit ad appetibile, quod iratus appetit, uidetur esse ira minimû peccatorum*. Appetit enim ira malum pœnæ alicuius sub rõe boni quod est uindicta. Et ideò ex parte mali quod appetit, côuenit peccatum irę cum illis peccatis quæ appetunt malum proximi, puta, cum inuidia, & odio. Sed odium appetit absolutè malum alterius inquantum huiusmodi: inuidus autê appetit malû alicuius propter appetitum propriæ gloriæ. Sed iratus appetit malû alteri* sub

Art. 2. & 3. huius q.
Concl. m

IN arti. 4. eiusdem q. 158. dubia multa ex Martino in quæstione 2. de iracundia occurrunt circa multa in hac litera dicta. Primum dictum est, Ira est minimum peccatorum ex parte appetibilis. Contra hoc arguit. Primo, quia aliqua inuidia est minus peccatum quàm aliqua ira, puta, inuidia de aliquo exteriori respectu iræ, quæ est appetitus mortis proximi. Secundo, quia supposita æqualitate appetibilis, aliqua ira est peior, quia potest esse inæqualitas ex parte circumstantiarum præponderantium, & quia iratus contra uitam innocentis peior est apud Deum & homines inuido uitæ alterius, qui mori demeruit. Tertio, quia supposita æqualitate appetibilis, & cęteris paribus, adhuc ira non est minus mala quàm inuidia, supposito quòd inuidia appetat malum finaliter propter uanam gloriam. Probatur assumptum: quia uindicta est magis fugibilis, quàm uana gloria, seclusa utrobique ratione iniustitiæ, ergo appetere malum alteri propter uindictam, est cæteris paribus peius, quam appetere malum alteri propter gloriam. Antecedens probatur. Primo, quia uindicta est appetibilis propter gloriam, & non econtra. Secundo, quia uindicta nunquam est bonum unius, quia sit malum alterius: gloria autem est bonum unius si ne malo alterius. Tertio, quia gloria ira est bona, quòd non nisi per circunstantias est mala uindicta autem nunquàm est bona nisi ratione circunstantiæ.

¶ Secundum dictum est, quod iratus appetit malum proximi sub rõe boni honesti, s. iustæ uindictæ. Contra hoc arguit hoc esse falsum, quia iratus scit frequenter ꝙ uindicta quã appetit, est iniusta. Ex quo arguit sic, Peius est appetere malum proximi sub rõne iniustæ uindictæ, q̃ sub rõne uanæ gloriæ: sed iratus appetit quandoque sub ratione iniuriæ, inuidus autem sub rõne excellentiæ. ergo &c. ¶ Et confirmatur, quia ubi non est uera offensa etiam secundum æstimationem irati, ibi non est appetitus sub rõe iustę uindictæ: sed iratus cognoscit ꝙ non est uerê offensus, puta, cum negatur sibi obsequium ad mala perpetrãda. ergo &c.

¶ Tertium dictum est, quòd ira ex parte boni, sub cuius ratione appetit malum, est minus malum q̃ concupiscêtia. Contra hoc arguit tripliciter. Primo, Delectatio in malo alterius cęteris paribus, est grauior quàm delectatio in proprio delectabili: sed delectatio irati in uindicta est delectatio in malo alterius, quia iracundus occidens prolem uerbo, scit illam occisionem esse omnino iniustã: ac per hoc non appetit eam ut iustam, sed secundum quòd uindicta & ultio, seu malum alterius, qui eum offenderat. Secundo quia posito casu, quòd unus sollicitet uxorê alienam ad concubitum propter delectationem alius propter ultionem mariti, constat ꝙ secundus magis peccat: & tamen secundus propter uindictam, primus propter concupiscentiam. Tertio, posito casu quòd unus concupiscat meretricem solutam, & quærat delectabile suum per concubitum: alter iratus contra eandem quærat illius occisionem, constat quòd secundus magis peccat. ergo delectatio irati est peior delectione concupiscentis.

¶ Quartum dictum est, Ira quantum ad inordinationem, quæ est secundum modum irascendi, habet quandam excellentiam propter uehementiam & uelocitatem sui motus. De hoc, inquit Martinus, si intendit beatus Tho. ꝙ ira habet excellentiam quã tum ad nocumentum non contradico. Si quantum ad grauitatem peccati, quod ex serie textus uidetur intendere, quia in prima parte corporis articuli de grauitate peccati, semper loquitur, & titulus articuli est de grauitate peccati: si sic, in quantum intelligit ir, Contra, tum quia ira unde diminuitur non grauitas, sed ex parte uehemêtiæ & uelocitatis peccatum iræ diminuitur. ergo. Probatur minor, tum primo, quia cæteris paribus, occisor hominis ex ira statim minus peccat, q̃ occisor hominis ex ira post duos menses. Excusatur. n. à tanto primus propter uehemêtiam & uelocitatem motus iræ existentis pro tunc. Tum secundò, quia quicquid causatur naturaliter, & illud reprimere est laboriosum & uirtuosum, diminuit peccatum si non reprimatur, sed uehementia & uelocitas motus irę sunt huiusmodi. Tũ tertio, quia quęcumque naturaliter causata inducunt ignorãtiam & obscurationem mentis diminuunt peccatum: sed uehementia & uelocitas sunt huiusmodi, ut patet ex authoritate Greg. in litera &c.

¶ Ad primum dubium dr, ꝙ in litera non dicit, ꝙ quęlibet ira est minus peccatum qualibet inuidia: sed dr ꝙ comparando iram inuidiam, & odium fm sua obiecta formalia quod est cõparare ista uitia fm suas species absolutè ira est minus peccatû, quàm inuidia & odium quia obiectum formale irę habet rationem minus mali. Nam obiectum formale irę est malum proximi sub ratione uindictę, inuid ę est malum proximi ut conferens propriæ excellentię. Odii autem malum proximi, ut malum illius. Hęc autem tria obiecta conueniunt in male appetito. Et propterea arguere a tali, uel tali malo contra authorê nihil ualet: quia non tale aut tale malum, sed malum claudit in obiecto communi istorum uitiorum: sed differunt in ratione formali qua malum appetitur, quia irato obiicitur malum, ut uindicta, inuido, ut conferens propriæ excellêtiæ, odio autem, ut malum proximi. Et quia comparatio non penes id, in quo aliqua indistincta sunt sed penes differentes modos, seu rationes illius in quo conueniunt est, si ideo penes malum sub his rationibus comparatio est. Et hinc patet quãpud perspicaces non oportet adiungere, ꝙ comparatio sit falsa æqualitate mala appetitus: quoniam ut patet in ratione mali, in distincta sunt ista uitia. Verumtamen comparando scilicet Nouitiorum, admitti potest, quòd ista comparatio, sicut & cæteræ cęteris paribus, intelligitur. Et propterea ad primum patet huiusmodi solutio, quia mala non sunt paria.

¶ Ad secundum potest etiam eodem modo dici. Nam sicut adulterium est grauius secundum suam speciê fornicatione, & tamen potest esse quòd aliqua fornicatio ex aliquã circunstantia sit grauior aliquo adulterio, puta, si adulteretur cum meretrice publica, fornicetur autem inducendo uehementissime &c. mulierem solu am infinito tempore castissimã, & optimę uitę &c. ita ira fm suam speciem est minor culpa q̃ inuidia, cum quo stat ꝙ ex circunstãtia aliqua ira sit grauior. Hoc enim nihil obstat præsenti doctrinæ. Quod autem secundo loco effertur, non est intelligibile: quia implicat esse ęquale appetibile mortem innocentis, & mortem eius qui illam demeruit.

¶ Ad tertium dicitur primo, quòd suppositum non est uerum, scilicet, quod finis inuidię est uana gloria. Sunt enim indistincta uitia, inuidia, & uana gloria habentia distinctos fines proximos: sed non curando pro nunc de hoc, dicitur primo, ꝙ uindicta est magis fugibilis, absolutè in primis locutio est. Nam uindicta est de genere bonorum: bonum autem non habet rationem fugibilis, sed appetibilis. Nam bonum est quod omnia appetunt, primo Eth. Reducendo deinde ad propriam locutionem, scilicet, Vindicta est minus appetibilis quàm gloria, respondetur quòd quia sunt diuersorum ordinum bona, dicendum est quòd uindicta est magis appetibilis in genere boni honesti, gloria autem in genere boni utilis & delectabilis. Et quia honestum est simpliciter magis appetibile secundum se ideò est magis appetibilis secundum se: gloria autem est magis appetibilis quo ad nos.

¶ Ad primam aût probationem in oppositum cõceditur, ꝙ uindicta est appetibilis propter gloriam ut finem quo ad nos, nõ in se, quia honestum non ordinatur ad utile, aut delectabile ut finem. Et negatur quòd non econtra, hoc est, ꝙ gloria non est appetibilis propter uindictam, immò optimè gloria ordinatur ad uindictam perturbantium rempublicam, ut uerè finem.

¶ Ad secundam probationem negatur consequentia, quia cum hoc quòd uindicta sit malum pœnæ alterius, stat quòd in se sit melius quàm gloria, utpote bonum honestum, & gloria non.

¶ Ad tertiam probationem dicitur, ꝙ falsissimum est, ꝙ uindicta nunquàm est bona nisi propter circunstantiam: quoniam secundum se ipsam est de genere bonorum, ut nunc patebit.

¶ Ad secundum dubium dicitur, ut superius patet in quęst. 80. apud Tullium, Andronicum, & authorem, uindicatio pars iustitię est, ac per hoc secundum se bonum honestum. Confirmatur hoc sacro eloquio, in quo Deus uindictam sibi reseruat tanquàm actum bonum & excellentem. Et sancti Martyres inducuntur uindictam petere à Deo, qui non nisi bonum petere possunt. Hinc. n. habetur, quòd ad significandum honestum bonum non oportet supra uindictam apponere, ꝙ sit iusta, sed satis est dicere uindictam, quoniam secundum se significat opus iustitiæ. Et ideò in litera non nisi quandoq; ut sæpe attendenter intelligat, ut ungit ly iusta. Cû igit dr, qđ aliquid appetitur sub rõne uindictę, perinde est aci diceremus, quòd appetitur sub

ſub rōe vindictæ iuſtæ. Iniuſta namq; vindicta non eſt propriè vindicta: ſicut nec indecēs gratiarū actio eſt gratiarū actio. Eſt .n. ly iniuſta conditio diminuens vindictā, quæ opus ſignificat iuſtitiæ. Et ex hīs ad primā obiectionē dr̄, q̄ quantumcumq; quis ſciat punitionē quā vult facere, eſſe iniuſtam, quia tñ appetit illam vt vindictā, hoc eſt, vt debitā à ſe tali, qui eū paruipendit vel ſuū rē, vel ſaltē apparentiā, iō appetit malū ſub rōne iuſti. Scientia.n. iuſtitiæ ſtat cum ignorantia electionis: ſicut cū quis ſciens fornicationē eſſe peccatū, fornicatur, & errat appetendo malū ſub rōne boni præferendi pro tunc bono honeſto, immò Deo.

¶Ad ſecundam dr̄, q̄ vt patet ex rōne iræ aſſignata ab Ariſtotele, impoſſibile eſt iratū eſſe (vniuoce loquendo) niſi pp̄ uerā & apparentem paruipenſionē. Et in caſu poſito manifeſtè eſt apparens paruipēſio paſſiua, dū alicui negatur obſequium ad mala. Apparet.n. q̄ minus amētur, q̄ malus eſtimetur, q̄ non timeatur, vt pp̄ ſe ſit committendum malum &c. Vnde ridiculum eſt negare in huiuſmodi apparētem paruipenſionem.

rōne iuſtæ uindictæ. Ex quo patet q̄ odiū eſt grauius q̄ inuidia, & inuidia q̄ ira: q̄a peius eſt appetere malū ſub rōe mali q̄ ſub rōe boni. Et peius eſt appetere malū ſub rōe boni exterioris, quod eſt honor, uel gloria, q̄ ſub rōne rectitudinis iuſtitię: ſed ex parte boni, ſub cuius rōe iratus appetit malū, cōuenit ira cū peccato cōcupiſcē tiæ, q̄d tendit in aliq̄d bonū. Et quantū ad hoc ēt abſolutè loquendo, pctm̄ irę uī eſſe minus q̄ concupiſcentiæ, quanto melius eſt bonū iuſtitiæ, quod appetit iratus q̄ bonum delectabile, uel utile, quod appetit cōcupiſcens. Vñ Philoſophus, dicit in 7.* Ethicor.* quòd incontinens concupiſcentiæ eſt turpior quàm incontinens iræ: ſed quātum ad ordinationem, quæ eſt ſecundum modum iraſcendi, ira habet quandam

Lib. 7. c. 6. tom. 5.

excellentiam pp̄ vehementiā & velocitatem ſui motus, ſm̄ illud Prouer. 27. Ira non habet miſericordiam, nec erū pens furor: & impetū concitati ſpiritus ferre quis poterit? Vñ Grego. dicit 5. Moral.* Iræ ſuæ ſtimulis accenſum cor palpitat, corpus tremit, ligua ſe p̄pedit, facies ignēſcit, exaſperāt oculi & nequaq̄ recognoſcūt noti. Ore quidē clamorem format, ſed ſenſus q̄d loq̄tur, ignorat.

Li. 5. c. 31. parū an medium.

Ad primvm ergo dcdm q̄ Chryſ. loquitur de turpitudine quantū ad geſtus exteriores, q̄ p̄ueniunt ex impetu irę.

Ad ii. dcdm, q̄ rō illa p̄cedit ſm̄ inordinatū motū iræ, q̄ p̄uenit ex ei* īpetu, vt dictū ē*.

In co. art.

Ad iii. dcdm, quòd homicidiū non minus prouenit ex odio, uel inuidia, q̄ ex ira. Ira tamē leuior eſt inquantū attēdit rōnem iuſtitiæ, ut dictum eſt*.

In co. art.

quo ad inordinatū motū, eſt grauius peccatum non ſimpliciter tñ, ſed ſm̄ quid: & hoc ſignificat per illa verba: Habet quandā excellentiam, ita q̄ ipſa vehementia & velocitate, motus augetur grauitas peccati iræ, ſm̄ quid tñ. Neutro ergo modo a Martino allato eſt præciſe exponendus author, ſed ut dictum eſt. Eſt ſiquidem ira ex vehementia & uelocitate grauior, & quo ad nocumenta, quæ facilius ex iræ impetu poſſunt ſequi, puta, contumelias, p̄cuſſiones homicidia: & quantum ad nocumenta in propria perſona, quia aufert homini rationem, & quantum ad turpitudinem exteriorū geſtuum. Et præter hæc eſt ſecundum ſe maioris inordinationis ex hoc ipſo, q̄ uehementia & uelocitas nata ſunt reddere actum appetitus magis exorbitantem. Et enim quæ extra ſūt, atteſtari uidentur exorbitantiæ interiori ipſius motus appetitus iraſcibilis, qui eſt actus corporis, & in corpore cum tranſmutatione corporali fit, ac per hoc ex uehementia & uelocitate magis exorbitans fieri natus eſt.

¶Ad obiectionem ergo in oppoſitum negatur minor, ſ. q̄ ira ex uehementia & uelocitate diminuat. Et ad primā probationem dr̄, q̄ peccat ſm̄ non cauſam ut cauſam. Nam q̄ occiſor ex ira ſtatim, magis ab homine excuſetur, q̄ occiſor ex ira poſt tempus, non propterea eſt, quia motus iræ in primo ſit minus grauis aut deordinatus, ſed quia nō ex maturo conſilio & deliberatione primus occidit, ita q̄ excuſatio & accuſatio horum conſiſtunt in negatione & affirmatione maturi & deliberati cōſilii, quę ſpectant ad modicum & magnum tempus: & non ex maiori uel minori deordinatione motus irę. Stat enim q̄ uehemētior ſit motus irę in occidente poſt duos menſes, quàm in occidente ſtatim: & tamen minus excuſatur, quia ex maturo conſilio occidente preſumitur.

¶Ad ſecundam probationē dr̄, q̄ data maiore in his q̄ cauſantur merè naturaliter, negaī minor, q̄a ex negligentia ſpūs cauſatur motus iræ tā uehemēs & uelox. Pōt nāq; & debet ſuperior aīæ pars reprimere hæc, & nō reprimendo auget nō minuit pctm̄.

¶Ad tertiā ſimiliter dr̄ cōceſſa maiore de merè naturaliter cauſantibus ignorātiā & obſcuritatem, q̄ falſa eſt minor in oppoſitis, q̄ ignorātia & obſcuritas intra conſequuntur, non præcedunt appetitum inordinatum. Ex hoc autem iam didicimus in q. 156. art. 3. ad primum, non minus, ſed grauari peccatum.

¶In eodem art. 4. dubia ad hoc duo occurrunt. Primum eſt, quo modo inuidia in litera ponatur minimum reſpectu mali proximi, cum ſecundum ueritatem ſit reſpectu boni. Eſt enim triſtitia alterius boni, quaſi diminutiui propriæ excellentiæ.

¶Secūdū eſt, Quō differāt membra diſtinctionis in litera poſitæ, ſ. ira ex parte appetibilis, cum comparatur inuidiæ & triſtitiæ: & ex parte boni cum comparatur concupiſcentiæ. Lib. n. 16 dubii, quia utrobique appetibile ipſius iræ conſideratur ex parte ſui formalis, quod eſt bonum uindictæ, ut patet in litera.

¶Ad primum dubium dr̄, q̄ licet inuidia ſit boni formaliter, eſt tñ mali uirtualiter. Nam dolor de bono alterius infert uolūtatem mali illius. Qui.n. dolet q̄ alter ſit diues, uellet, q̄ haberet malum oppoſitum, ſcilicet priuationem diuitiarum.

¶Ad ſm̄ dubiū dr̄, q̄ illa mēbra differunt abſolutè & relatiuè, abſolutè q̄dē, q̄a in prima cōparatione ſumiī iræ appetibile in integrū, i. cōpoſitū ex malo & bono vt includit malū pœnæ, & bonū uindictæ: in ſecūda aūt comparatione ſumiī ūnmodo p̄ bono relatiuè uero q̄a, primo ſit cōparatio, q̄ ſunt reſpectu mali proximi, dum ira refertur ad inuidiam & odium: in ſecundo aūt cōfertur ira concupiſcentiæ, inquantum eſt reſpectu boni.

¶Ad tertium dubium dr̄, q̄ intentio authoris eſt, q̄ comparando iram concupiſcentiæ non quantū ad ſubſtrata, ſeu materialiter appetita, puta, concubitum, & malū pœnæ, ſed penes rationes formales bonorum, ad quas primo & formaliter reſpiciunt hæc uitia, q̄ ira eſt minus mala, quia ira reſpicit formaliter bonum honeſtum, quia ſub rōe vindictæ appetit q̄cquid appetit, concupiſcentia reſpicit formaliter bonum delectabile, quia ſub ratione delectabilis appetit quicquid appetit.

¶Ad primum ergo in oppoſitum conceditur, q̄ delectatio in malo alterius eſt peior, ſed falſum eſt q̄ iracundus ut reſpicit formalem rationem ſui obiecti delectetur in malo alterius: immò ut ſic, delectatur in bono iuſtitiæ apparentis ſibi tunc. Nec obſtat, q̄ ſciat illam eſſe iniuſtam, ut patet ex dictis. Nec eſt uerum, q̄ delectari in uindicta, ſit delectari in malo alterius: quoniam uindicta bonum ſonat, licet alterius habeat pœnale malum annexum.

¶Ad ſm̄ dr̄, q̄ in caſu illo, ſecundus proculdubio magis peccat, ſed non ex hoc q̄ ira ex parte boni importati in uindictam ſit peior concupiſcentia ex parte boni delectabilis, ſed ex hoc q̄ peccat utraque deformitate, ſcilicet adulterii, & iracundiæ: primus in ſola peccat concupiſcentia.

¶Ad tertiū dr̄, q̄ proculdubio homicida per iram magis peccat q̄ adulter, ſimpliciter loquendo: ſed ex hoc non habetur aliquid contra authorem, quia cum hoc ſtat, q̄ ex parte boni, ſub cuius rōe homicida per iram appetit occidere minus peccat, q̄ adulter ex parte boni, ſub cuius rōe appetit adulterari: quia illud bonū eſt honeſtum, hoc delectabile. Et ſic delectatio irati talis eſt ſimpliciter peior, q̄ delectatio talis concupiſcentis, ſed non eſt peior ex parte formalis boni: nec eſt peior delectatio iracundi ſimpliciter & abſolutè, q̄ delectatio cōcupiſcentis ſimpliciter & abſolutè, ſed talis iracundi peior eſt q̄ talis concupiſcentis. Ac per hoc nihil contra authorem dī: quia non de tali aut tali iracundo, & concupiſcente, ſed de iracundo & concupiſcente in cōi abſolutè ſm̄ ſuam ſpeciem, ſeu genus, loquitur: ſicut comparauit iracundiam inuidiæ & odio ſimpliciter & abſolutè, & non tali, uel tali. Et in hoc firma pedes tuos, quia ſolido innixeris fundamento, & formali doctrinæ ac eloquio. Et per hoc, ridiculo, ſunt omnes caſus, utpote extra propoſitum, quia ad tale, uel tale declinant caſus.

¶Ad quartum dubium dicitur, q̄ author intendit, quòd ira

¶Super

SVPER QVÆ. CLVIII. ARTIC. V.

IN art. 5. eiuſdem 157. quæſt. dubium occurrit, quo pacto diſtinctio in litera poſita ex Ariſto. ſit diſtinctio ſpecifica peccatorum iræ. Et eſt rō dubii, quia peccata diſtinguuntur ſpecie p̄ obiecta formaliter diſtincta. Hæ āt iræ non ex parte obiecti diſtinguunt, ſed ut ī litera dr̄, prima ſpecies attenditur ex parte originis, ſecūda ex parte durationis cauſæ, tertia ex parte durationis ipſius vindictæ. Similiter nec facilitas, nec firmitas hoīs ad iram ſe tenet ex parte obiecti, ſed ſubiecti.

Per. per to. 770 1. 2. q. 46. ar. 8. Et 4. Eth. le. 13. *lib. 4. ca. 5. tom. 5.

¶Ad hoc dr̄, q̄ diſtinctio iſta eſt diſtinctio ſpecifica peccatorum iræ, & ex p̄te obiecti hēt differentias formales, quæ eſſi non ſint explicatæ poſſūt facilè explicari. Omnis. n. circunſtantia, ſeu conditio obiecti p̄ ſeipſam ſufficiens ad mouendum appetitum ad inordinatū motum iræ, cōſtituit vnā ſpē, ut ſuperius cum de ſpeciebus gulæ ageret, patet. Dico āt p̄ ſeipſam, hoc eſt, non ut pars ſubiectiua, uel integralis alterius, quia tunc nō ipſa, ſed illud cuius eſt pars, eſſet conſtitutiuum ſpeciei, ſed ad inordinatū motum irę per ſe ſufficiēter mouet in primis vindictā, & diſcuſſe apprehēſa: deinde ut ablatiua tā ingentis triſtitiæ de paruipenſione. Et demum uindicta, ut expletiua appetitus aliter inſatiabilis. Et primum conſtituit acutos, ſm̄ amaros, tertium difficiles. ego declaro ſingula inſufficienter. Imprimis ad inordinatum iræ motum mouet indiſcuſſio ipſa propoſiti vindictę: q̄m ipſa indiſcuſſio propoſiti nata eſt inordinationē cāre. Et propterea acuti inexpectata diſcuſſione mouent appetendo inordinatè vindictam. Quātum quoq; in nobis uim habeat concepta triſtitia de paruipenſione, experimur, ac per hoc vindicta, ut amotiua talis triſtitiæ, ſpeciale motiuum eſt ad inordinatum iræ motum. Sic āt mouetur amari, qui cruciantur ex triſtitia concepta donec illa durat, q̄m illa per temporis diuturnitatem, attrita iam uindicta, non habet amplius talem appetibilis rōem, ſ. ut amotiua triſtitiæ: q̄m triſtitia non eſt amplius. Sed & difficiles, quia inſatiabiliter appetitum habent fixum in ſola vindictæ executione, non aliunde mouenī. Nam ex hoc ipſo mouentur ad inordinatum iræ motum, q̄ ſola expletione vindictę ſatiabiles ſe exhibent, & propter hoc incurabilis omnino horum furor eſt. Et quia huiuſmodi diſtinctio ex obiectis annexā habet diſtinctionem penes facilitatem, & firmitatem hoīs ad iram ſicut diſtinctio ſpecifica inter habitum & diſpoſitionem ex obiectis, annexam quoque habet diſtinctionem penes facilem & difficilem mobilitatem ī ſubiecto, ideo neutra alteri præiudicat.

Li. 4. cap. virib* animę. ca. 13.

Li. 4. Eth. ca. 5. to. 5.

¶li. 4. Eth. ca. 5. to. 5.

ARTICVLVS V.

Vtrū Philoſophus cōuenienter determinet ſpēs iracundię dicēs q̄ iracundorū quidam ſunt acuti quidam amari, & quidam difficiles.

AD QVINTVM ſic procedi tur. Videtur quòd incōuenienter determinenī ſpecies iracundiæ à Philo. in 4. Ethi.* vbi dicit q̄ iracundorū quidā ſunt acuti, quidā amari, quidā difficiles, ſiuè graues: quia ſm̄ ipſum amari dicuntur, quorū ira difficile ſoluitur, & multo tp̄e manet: ſed hoc vī pertinere ad circunſtantiā temporis ergo vī q̄ etiam ſecundū alias circunſtantias poſſint accipi aliæ ſpecies ire.

¶2 Præt. Difficiles, ſiuè graues dicit eſſe, quorū ira nō cōmutatur ſine cruciatu, vel punitiōe: ſed hoc ēt pertinet ad inſolubilitatem iræ. ergo videtur q̄ idem ſint difficiles & amari.

¶3 Præt. Dñs Matt. 5. ponit tres gradus iræ cū dicit, Qui iraſcit fratri ſuo: & q dixerit fratri ſuo, Racha: & q dixerit fratri ſuo, Fatue: qui q̄dē gradus ad p̄dictas ſpēs nō referunī. ergo videtur quod prædicta diuiſio iræ non ſit conueniens.

Sed contra eſt, q̄ Greg. Nyſſen. dicit,* q̄ tres ſūt iraſcibilitatis ſpecies, ſ. ira, quæ vocaī fellea, & mania, q̄ vocatur inſania: & furor, q̄ tria videnī eſſe eadē tribus p̄miſſis. Nā irā felleam dicit eſſe, quæ p̄cipiū & motū hēt, q̄ Philoſo.* attribuit acutis. Maniam uero dicit eſſe irā quæ permanet, & in uetuſtatē deuenit, quod Philoſ. attribuit amaris. †Furorem autem dicit eſſe iram, q̄ obſeruat tempus in ſupliciumquod Philo. attribuit difficilibus. Et eandē ēt diuiſionē ponit Damaſc. in 2. li. ergo p̄dicta diſtinctio Philoſophi nō eſt incōueniēs.

Resp. Dcdm: q̄ p̄dicta diſtinctio p̄t referri uel ad paſſionē iræ, uel ēt ad ipſū pctm̄ irę. *Qūo āt referaī ad paſſionem irę, ſupra habitū ē* cū de paſſione iræ agereī, & ſic p̄cipuè vī poni à Greg. Nyſſen. & Dama. †Nunc āt oportet accipere diſtinctionem harū ſpecierū ſm̄ q̄ pertinent ad peccatum iræ, prout ponitur a Philo. Poteſt āt inordinatio iræ ex duobus attendi. Primò quidē, ex ipſa iræ origine: & hoc pertinet ad acutos qui nimis cito iraſcunī & ex qualibet leui cā. Alio modo, ex ipſa iræ duratione, eo. ſ. quod ira nimis perſeuerat: q̄d quidē p̄t eſſe dupliciter. Vno mō, quia cā irę, ſ. iniuria illata, nimis manet in memoria hoīs. Vñ ex hoc hō diuturnā triſtitiā cōcipit, & iō ſunt ſibipſis graues & amari. Alio mō, contingit ex parte ipſius uidictæ, quā aliq̄s obſtinato appetitu q̄rit, & hoc pertinet ad difficiles ſiue graues. qui non dimittunt iram quouſque puniant.

Ad primvm ergo dicēdū, quòd in ſpeciebus prædictis non principaliter conſideratur, tempus, ſed facilitas hominis ad iram, uel firmitas in ira.

Ad ii. dicendum, quòd vtrique, ſcilicet amari & difficiles, habent iram diuturnam, ſed propter aliam cauſam. Nā amari habent iram permanentem propter permanentiā iuſtitiæ, quam inter viſcera tenent clauſam. Et quia non prorumpūt ad exteriora iracūdiæ

Lib. 2. Ortho. fid. c. 16.

Concl.

1. 2. q. 46. art. 8.

†locis citatis in arg. sed cont.

¶In rñſione ad tertium eiuſdem ar. 5. dubium occurit ex Martino in 1. q. de iracūdia, ubi recitata hac rñſione ſubdit, Hæc dicta pulchra ſunt, ſed tñ nōnihil difficultatis habent. Primo. q̄a ī iſtis tribus iræ gradib* eſt idem p̄ciſe & adæquatè actus iterior, uel nō. Si ſic, ſequiī q̄ ſicut tertius facit reum gehēnæ ignis, ita ſcdus & primus. Et patet ſeq̄la: quia ſm̄ ſolum actum iteriorē attēdiī meritum, uel demeritū & illius quantitas. Si nō, ergo nō bñ diſtiguiī a Thoma: ſed debuit primo diſtinguere per actus interiores. Secundò, q̄a uel primus grad* hēt exterius nocumētū p̄ obiecto, uel nō. Si ſic, ergo facit dignū gehenna. Si nō, ergo diſtiguiī ſpecie a tertio, q habet nocumentū exterius p̄ obiecto. Tertio, quia q̄ dicit, Reus erit iudicio aut itelligiī de iudicio humano, uel diuino. Si d̄ humano, aut hoc in foro exteriori, aut iteriori. Nō exteriori, quia ī primo nihil exterius apparet nec ſignū, nec nocumentū. Nō interiori, quia in tali foro ñ debemus nos defendere, ſed potius accuſare. Nō diuino, quia ibi nullus eſt defenſionis locus, cū ibi nihil accuſetur, niſi culpabile.

¶Ad primum horū dr̄, q̄ nō eſt omnino idē p̄ciſe & adæquatè actus iterior in iſtis tribus gradibus: q̄m in primis eſt actus interior ſm̄ ſe: in ſecundo actus interior & ſm̄ ſe, & ut iō exterioris idignationis, ī tertio uero ut iō exterior iniuriæ. Et cum contra arguit: ergo ñ bñ diſtinguiī a Thoma, negaī ſeq̄la. Et ad probationem, q̄ debuit per actus interiores diſtinguere, reſpondetur q̄ dum author diſtinxit gradus penes progreſſum humani actus, ſcilicet in corde &c. ſatis docuit diuerſitatem interiorum actuum nunc declaratam.

¶Ad ſm̄ dr̄, quòd primus gradus habet exterius nocumentum pro obiecto: quoniam, ut author dixit, dūmmodo loquimur de ira homicidii, ſeu grauis læſionis. Et cum contra arguitur: ergo primus gradus facit reum gehennæ ignis, negetur ſeq̄ela: quoniam non ex hoc, quòd exterius nocumentum eſt obiectum, ponitur gradus tertius, reus gehennæ, ſed ex hoc, quòd exercet exterius nocumentum, dicendo. Fatue: quod nō ſit in pri-

in primo gradu, ubi nocumentum non exercetur.
¶Ad tertiũ quod est non tñ contra authorē, q̃ contra Aug. dī ꝙ propriè formaliter loquendo non ē ibi sermo de iudicio diuino, aut humano determinate, sed de iudicio absolutè, ita ꝙ ex illis tribus gradib. in processu pœnæ, intendit ostēdere progressum culpæ i peccato iræ. Et ꝓpterea Aug. qa post iudiciũ remanet defensioni locus, minimũ ibi pœnæ gradũ posuit, & sic de alijs. Ex qbus patet, ꝙ iste hõ debebat reuerenter authoritatē Augustini si sibi non placebat, saltē silentio ptransire, factũque est. ut dum ponit os in cœlũ, & glossam dicentē: ꝙ hic pœnæ ad diuersas mãsiones dãnatiõis æternæ spectãt, absq. ęternitate suscipiat.

Canel. m

SVP. QV. CLVIII. ARTIC. VI.

IN artic. 6. eiusdem quæst. 158. dubium ex Mattino in q. 3. de ira occurit dicente. Non placet mihi q. ait B.T. ꝙ ira ex parte sui obiecti, s. vindictæ &c. hēt q. multa uitia ex ea nascuntur: qa ex sex filiab⁹ quas enumerat, nulla nascit̃ ex appetitu vindictæ, sed ex ipetu & vehemētia iræ.
Ar. 3. ad 2.
¶Ad hoc bræuiter dicit, ꝙ author in litera duas radices i ira ponit, vñ ex ea oriũtur vitia, alteram ex parte obiecti: alterã ex parte modi, seu ipetus. Et ꝓpterea Martinus errauit tripliciter. Primo, qa filiæ iræ oriuntur ex appetitu vindictæ, ut i sequenti patet articulo. Secundò, quia author non dicit, quòd ex appetitu uindictæ omnia vitia sequantur, sed indeterminatē loquitur. Tertio, quia non tacuit author, quod multa oriuntur uitia ex ira ex parte impetus &c.
¶li. de ser. do. in mõte ca. 19. a med. to. 4.
¶In eodem artic. in responsione ad primum, dubiũ ex Martino ibidem occurrit contra hanc solutionem dicente. Hæc solutio nõ mihi pla-

Per. per to. 771 Supr. q. 34 artic. 5. Et ma. q. 8. ar. 1. co. & ad 11. & 12. & q. 12 ar. 3.

signa, nõ pñt ꝑsuaderi ab alijs, nec ex seipsis recedunt: ab ira nisi prout diuturnitate tēporis aboletur tristitia, & sic deficit ira. Sed in difficilibus ē ira diuturna ꝑp vehemens desiderium uindictę, & ideo tempore non digeritur, sed per solam punitionem quiescit.

AD III dcdm, ꝙ gradus irę, quos Dominus ponit, non ꝑtinent ad diuersas irę spēs, sed accipiunt̃ ſm processum humani actus, in quibus primo aliqd in corde concipit̃: & quãtum ad hoc dicit, Qui irascit̃ fratri suo. Secundum at̃ est, cum per aliqua signa exteriora manifestatur exterius ēt anteq̃ prorũpat in effectum: & quantũ ad hoc dicit, Qui dixerit fratri suo, Racha, ꝙ est interiectio irascentis. Tertius gradus est, qñ pctm̃ interius conceptum ad effectum producitur. Est at̃ effectus iræ, nocumentũ alterius sub rõe uindictæ. Minimum at̃ nocumentorũ est, qđ fit solo uerbo: & ideo quantũ ad hoc dicit, Qui dixerit fratri suo, Fatue. & sic patet, ꝙ ſm addit supra primum, & tertium supra utrumque. Vnde si primum est pctm̃ mortale in casu, in quo Dominus loquitur, sicut dictũ est, *multò magis alia: & ideo singulis eorũ ponuntur correspondentia aliqua pertinentia ad condemnationem, sed i primo ponitur iudicium, qđ minus est: quia ut Aug. † dicit, in iudicio, adhuc defensionis loc⁹ datur. In secundo uerò ponit consilium, in quo iudices inter se conferunt quo supplicio dãnari oporteat. In tertio ponit gehennam ignis, quæ est certa damnatio.

ARTICVLVS VI.

Vtrum ira debeat poni inter uitia capitalia.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ ira nõ debeat poni inter uitia capitalia. Ira .n. ex [h] tristitia nascitur: sed tristitia est uitium capitale, quod dicitur accidia. ergo ira non debet poni uitium capitale.

¶2 Pręt. Odiũ est [h] grauius peccatũ q̃ ira. ergo magis debet poni uitium capitale, quàm ira.

F ¶3 Pret. Sup illud Pro. 19. Vir iracũdus prouocat rixas dicit glos.* [h] Ianua est oĩum uitiorũ iracundia, qua clausa, uirtutibus intrinsecus dabitur quies: aperta at̃ ad omne facinus armabit̃ animus: nullũ at̃ uitium capitale est principiũ omnium peccatorum, sed quorundã determinate. ergo ira non debet poni inter uitia capitalia.

SED CONTRA ē, ꝙ Gre. 31. mo.* ponit iram inter uitia capitalia.

G RESP. Dcdm, ꝙ sicut ex p̃missis patet,* uitiũ capitale dicit̃ ex quo multa uitia* oriunt̃. Hēt at̃ hoc ira, ꝙ ex ea multa uitia oriri possunt duplici rõne. Primò, ex parte sui obiecti, quod multũ hēt de rõe appetibilitatis, inquantũ. s. uindicta appetitur sub rõe iusti, uel honesti: qa sua dignitate allicit, H ut supra *habitũ est. Alio mõ, ex suo impetu, quo mentē præcipitat ad inordinata quæcumque agenda: unde manifestũ est, ꝙ [m] ira est uitium capitale.*

AD PRIMVM ergo dcdm, ꝙ illa tristitia ex qua orit̃ ira, ut plurimum non est accidiæ uitium. sed passio tristitiæ, quæ consequitur ex iniuria illata.

AD II dcdm, ꝙ sicut ex supradictis patet, * ad rõem uitii I capitalis ptinet, quod habeat finē multũ appetibilē, ut sic ꝑp appetitũ eius multa peccata cõmittantur. Ira at̃, quæ appetit malũ sub rõe boni, hēt finem magis appetibilem q̃ odium, qđ appetit malum sub rõe mali: & ideo magis est uitium capitale ira, quàm odium.

AD III dcdm, ꝙ ira dr̃ ianua uitiorũ per accidēs, s. remouen K do prohibens, idest, impediendo iudicium rõis, per quod homo retrahitur à malis. Directe autem & per se est, aliquorum causa specialium peccatorum, quę dicuntur filiæ eius.

ARTICVLVS VII.

Vtrum conuenienter assignentur sex filiæ iræ, scilicet rixa, tumor mentis, cõtumelia, clamor, indignatio, & blasphemia.

AD SEPTIMVM sic ꝓceditur. Vr̃ ꝙ inconuenien-

cet quia tristitia, de iniuria illata sm Aristo, in 2. rhetoricę, ē ipsa ira. Et iõ licet ex ista tristitia oriat̃ appetitus vindictæ, non tñ ex ea orit̃ ira.
Glos. ordinaria ibi.
¶Ad hoc breuiter dr̃, ꝙ falsum primo est. ꝙ apud Ari. tristitia sit ira, cum tristitia sit in cõcupiscibili, & ira in irascibili. Implicat deinde contradictoria directe, ꝙ inde orit̃ appetitus vindictæ, & nõ ira, cũ ira, ut patet ex sua diffinitione data ab Aristotele, sit appetitus uindictę.
Li. 31. ca. 31.
1. 2. q. 84 ar. 3. & 4. D. 302.
¶In responsione ad sm̃ eiusdem articuli, dubiũ ex Martino ibidē occurrit dicente, Hęc solutio si placet mihi, tũ primo, qa solũ habet locũ ubi est originatio i gñe causæ finalis, qñ ñ cõtingit de his q̃ ponit Thomas ex ira gñari tũ sedo, qa oditor tantũ appetit finem suum, quãtũ iratus, licet nõ habeat ex se q̃sit tãtũ appetibilis.
Ar. 4.
¶Ad hoc di, ꝙ qa originatio, vñ ꝓpue vitia dñr capitalia, est in gñe causæ finalis, õ ex illa rõm reddere quare nõ odiũ, sed ira ponit̃ uitium capitale, ñ est ad particularia confugere, sed ad ꝓpriã radicem, & rõem attēdere. Falsũ est at̃, ut sub sequenti patet articulo. ꝙ ea q̃ author ponit ex ira oriri non oriant̃ ex ipso genere causæ finalis.
Canel. m
1. 2. q. 84. ar. 3. & 4.
¶Ad sm̃ dr̃, ꝙ nõ est ad propositũ, qa non ad proportionalem similitudinem, sed absolutè inspiciendum est quid est magis appetibile, ut statuatur uitiũ capitale, aliquin nullum erit capitale uitium: quia quodlibet tantum ꝓportionaliter appetit suũ finem quantum aliud appetit suum. Capitale.n. uitiũ est, cuius obiectũ est absolute adeo appetibile, ut ex eo multa oriantur uitia &c.

SVP. QV. CLVIII. ARTIC. VII.

Nic. de Nyss. tr. 3 p. 3. part. 2. q. 3.

Per. per to. 772 Sup. q. 37. ar. 2. ad 1. & q. 41 ar. 2. Et Mal. q. 12. ar. 4. cor.

IN artic. 7. eiusdem quæstio. 158. dubia multa ex Martino ubi supra occurrunt. Primum circa indi-

ter assignentur sex filiæ iræ, q̃ sunt rixa, tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, blasphemia. [h] Blasphemia.n. ponitur ab Isidoro filia superbiæ. non ergo debet poni filia iræ.

¶2 Præt. Odiũ [h] nascitur ex ira, vt Aug.* dicit in regula. ergo dēret numerari inter filias iræ.

*in 3. regula, tom. 1.

¶3 Prę. Tumor mentis vr̃ idem esse quod superbia: superbia autem non est filia alicuius vitij, sed mr̃ oĩm uitiorum: ut Greg. dicit* 31. Mor. [h] ergo tumor mētis non debet numerari inter filias iræ.

SED CONTRA est, qđ Greg. 31.* Mor. assignat has filias iræ.

B RESP. dicẽdum, ꝙ ira pt̃ tripliciter cõsiderari. Vno mõ, ſm ꝙ est in corde, & [m] sic ex ira nascuntur duo vitia*. Vnũ quidē, ex parte eius contra quem irascitur, quem reputat indignũ*, vt sibi tale quid fecerit, & sic ponitur indignatio. Aliud aũt

indignationem, ꝙ non bene exponitur in litera, scilicet quòd sit reputatio indigni, ꝙ sibi tale quid fecerit. Primo, quia ita est defectus in multis. Nam aliquando iratus nihil de hoc considerat, aliquando scit se hoc demeruisse, ꝙ ab eo læderetur, nihilominus irascitur. Secundo, quia sic accepta indignatio non est filia iræ. Probatur quia non omnis talis æstimatio est uitiosa. Constat autem omnem actum, uel habitum à Grego. assignatum pro filia iræ, esse uitiosum.
¶Dubium secundum est circa tumorem, ꝙ etiam male exponit in litera quia excogitatio uiarum uindicãdi non pertinet ad filias sicut nec uindicta, sed ptinet ad consilium uindicandi. Deinde pro istis duabus filiabus simul iratus qñq; ꝓfert signa indignationis uoca, nutu, gestu, & similiter signa sunt præstantiæ: & ista non spectant ad rixam contumeliã, blasphemiã, aut clamorem ergo spectant ad indignationem, & tumorē mētis.
¶Dubium tertium est circa clamorem, quòd etiam minus bene exponitur per inordinatã & confusam locutionem. Primo, C quia reliquit quod est de ratione clamoris uocalis, & expressit quæ ad eius rationem non pertinent, maximè si per inordinatam intelligit quo ad probationem, non quo ad moralem inordinationem. Secundo reprehenditur ly locutio, quia clamor ille aliquando fit sine locutione. Tertio, quia licet clamor definitus à Thoma, ex ira oriatur, non tamen est satis generale nomen ad comprehendendum omnia, quæ pro clamore, iræ filiam doctores intellexerunt.
¶Dubium quartum est circa rixam, quod etiam male exponitur pro omni nocumento, quod facto proximis infertur ex ira: quia nullus actus proprius alicuius uitii capitalis siue sit actus interior, siue exterior, ponitur filia illius uitii: sed rixa sic sumpta significat actum exteriorem irę: quia appetens uindictam, facit eã nocẽdo proximo. ergo rixa sic accepta non est filia irę.
¶Dubium quintum est circa contumeliam & blasphemiam, ꝙ D male utramque author diffinivit per uerba, distinguendo eas contra iniurias quę consistunt in facto: quoniam contumelia etiam consistit in facto, ut patet si quis signum meretricium poneret in ostio matronę. Et similiter blasphemia consistit in facto, ut patet si quis imaginem Crucifixi ira conculcaret.
¶Dubium sextum est circa omnes istas sex filias irę, quòd oriũtur ex ira nõ in genere causę finalis: sed quia non probat, ideo non affero aliquid probationis.
¶Dubium septimum non ex Martino est, quia author uarie in hoc articulo loquitur de tumore mentis. Nam in corpore articuli dicit, ꝙ importat repletionem animi cogitationibus diuersarum uiarum uindictæ. In responsione uero ad tertium dicit, ꝙ significat conatum, seu audaciam hominis intentantis vindictam. Quomodo stant hęc duo simul? Nam audacia est in irascibili, cogitationes verò sunt in ratione, aut cogitatiua.
¶Dubium octauum est rursus circa indignationem, quoniam E est potius mater quàm filia iræ: quod sic patet. Æstimare enim quia me paruipendit, dignum pœna precedit iram quoniã hinc ego irascor contra eum, hoc est, appeto uindictam illius: sed dictam æstimationem antecedit alia æstimatio, scilicet æstimare eundem, ꝙ indignus est ꝙ talia egerit. Nam prius naturaliter æstimo indignitatem eius respectu actionis suæ, quàm dignitatem eiusdem respectu passionis à me, quoniam illa est causa istius: ac per hoc æstimatio indigni ad inferendum mihi iniuriã, est mater, non filia irę, & tamen in litera ponitur filia iræ.
¶Ad primum dubium de indignatione respondetur, ꝙ accidit propterea defectus, quia non semper iram comitatur indignatio. Nam constat ꝙ non semper iram sequitur blasphemia, & tamen acceptatur illius filia. Nihil igitur obstat indignationi ad hoc, quòd sit iræ filia, si non semper iram comitetur: quia filiæ uitii capitalis non sunt pedissequæ inseparabiles à matre: & per hoc potest excludi quod dicitur de sciente se demeruisse. Sed melius excludi uidetur per superius dicta, scilicet quòd nescit ignorantia electionis se demeruisse tantum ab illo uide &c. qui irascitur: licet sciat in uniuersali, aut in habitu, aut specialiter, quòd demeruit. Non enim contra moueretur per irã si apprehenderet omninò se demeruisse, sed toleraret: irasci-

A bilis enim apprehensio moueretur. Quod uero secundo loco obiicitur, quod indignatio nõ est semper uitiosa, negatur. Nã sicut contumelia semper est uitiosa formaliter sumpta, ita indignatio formaliter sumpta: quoniam importat inordinatam æstimationem de indignitate proximi, sicut contumelia inordinatam oblationē honoris per uerba: quamuis utrumq; horum materialiter possit sine peccato esse. Sicut Paulus, O insensati Galatæ. Et dominus, O stulti & tardi corde ad credendũ. Hoc enim modo posset sine peccato quis æstimare iniuriantē indignũ quòd talia fecerit, sicut de facto sicut iudicat confessor, & ipsemet pænitens.
†li. 31. ca. 31.
Lib. 31. ca. 31.
Canel. pari.
¶Ad secũdum dubiũ dicitur, quòd iste homo accipit quasi impertinens, & omisit id quod formale est in doctrina authoris. Nam quia tumor mentis metaphoricum nomen est, author à repletione, quæ quasi tumorem facit, exposuit tumorem mentis dicendo quod cõsistit in repletione animi, cum scilicet, ex appetitu vindictæ replentur animus superfluis cogitationibus diuersarum viarum ad uindictã. Et iste bonus homo omisit repletionem, & ad solam excogitationem se contulit. Quocirca dicendum est, quòd huiusmodi repletio animi intelligitur per tumorem mentis. Nec obstat ꝙ hoc spectat ad consilium, immò hoc confert: quia mem partem apprehensiuam animæ sonat, ac per hoc dicendo tumorem mentis, dicimus repletionē partis apprehensiuæ, ad quam constat spectare consilium. Nec est verum huiusmodi consilia non esse filias iræ: quoniam consilium est de his quę sunt ad finem, & oritur ex fine, scilicet vindictę appetitu. Et propterea falsissima est similitudo, quod sicut uindicta nõ spectat ad filias iræ, ita nec consilium de uitiis uindictæ, quoniam illa est finis, hoc est ad finem: & ideò illa mater, istud filia est. Ad id uerò qđ contra iã dictas duas filias, scilicet indignationem & tumorem simul obiicitur, respondetur quod iniuriæ gestus, seu motus, aut nutus, spectant ad clamorem, ut in litera dicitur de dicente fratri suo, Racha. Quod autem aliquis se præferat in corde, uel in uerbis proximo cui est iratus: spectare uidetur potius ad matrem iræ, quę est superbia, quam ad filiam eius: quoniam ira ex superbia, qua quis non fostert paruipendi, nascitur. Potest etiam pertinere quandoque ad tumorem mentis, hoc est, audaciam, quæ filia iræ ponitur, ut in calce huius articuli exponitur.
¶Ad tertium dubium de clamore dicitur, quòd author nõ omisit necessaria, & quòd per inordinatam locutionem manifestauit se non ad inordinatam probationem arctare, cum expresse det exemplum de dicente Racha, ubi non prolationis, sed motis est inordinatio. Quòd uerò carpit iste, quòd usus est locutionis uocabulo, debuit aduertere quòd à principali oris officio, quod est loqui, denominationem fieri consonum est, maxime apponendo ly, confusam, & exemplum de interiectionibus. Vnde negatur, quòd clamor sic definitus, scilicet per inordinatam & confusam lucutionem, sit minus adæquatus intentioni doctorum. Nam omnia comprehendit sane intelligendo, cum reductionem scilicet secundariorum ad principalia, puta, modos clamandi, ad inordinationem uel confusionem, & non locutionem ad locutionem. Nec hoc est nouum, sed consuetum apud illustrium uirorum doctrinas.
¶Ad quartum dubium de rixa dicitur, quòd optime ab authore exponitur, & quòd nocere facto proximis, non est actus proprius iræ, sed est actus proprius alterius uitii, scilicet iniustitiæ, cuius proprium est auferre à proximo quod suum est, puta, honorem, famam, libertatem, integritatem corporis, uitam &c. Et huiusmodi actus iniustitiæ, sunt actus imperati ab ira & ordinati ad finem irati quòd est uindicta. Et sic inferre nocumentum facto, qđ est actus proprius iniustitiæ, nomine rixæ nuncupatum, positum est inter filias irę: quia ex appetitu uindictæ mouetur iratus ad huiusmodi actus exercendos ad finē suũ. Concesso ergo ꝙ proprius actus nõ ponitur filia, negatur quòd huiusmodi actus sint proprii actus iræ, quia sunt secundũ se ꝓprii iniustitiæ, & non sunt iræ, nisi quia assumpti ab ira. Et cum dicitur, appetens uindictam facit eam, conceditur: sed non

Universidad de Deusto Biblioteca

sequitur, ergo facit eá per actum, qui secundum se est ꝓprius irę. Sufficit nanque quòd actus quem facit, sit irati vt imperatus, & non oportet q̀ sit secũdum se irati. Sunt.n. dicti actus secundum se iniusti, & imperati ab ira.

Concl. pa. 2 ¶Ad quintum dubiũ dr̃, q̀ mirũ est de hoc homine, q̀ opponat se contra definitionẽ cõtumelię, & blasphemiæ per verba, cum constet hunc esse morem theologorum, & philosophorum, s. principale exprimere, & in principali subintelligere secundaria: sicut factũ matrimonij definitur per verba, & in nutibus sine verbo perficitur. Ita cõtumelia, & blasphemia principaliter verbo fiunt, si tñ verbis fieri possunt. Et sicut non derogat doctrinæ, veritati, & authoritati definientis matrimonij factũ per verba, quia principaliter sic per verba: ita non derogat in proposito eadem rõe.

Art. 5. ad 3 ¶Ad sextum dubium, qđ est vltimum Martini dr̃, q̀ oẽs istæ sex filiæ oriuntur ex ira in genere causæ finalis. Nam ex appetitu vindictæ oritur magnificatio iniurię, quam significat indignatio: & repletio mentis cũ audacia, quam significat tumor mẽtis: & blasphemia, ut patet, & contumelia & rixa, & clamor. Hęc.n. ordinãtur ab irato ad suum finẽ, qui est uindicta. & quodlibet eorũ est secundum se malum.

Concl. pa. 3 ¶Ad septimum dubiũ dñ, q̀ author non loquitur uarie de tumore, sed explicat tumorẽ mẽtis consistere nõ in in sola parte apprehẽsiua, sed ẽt in appetitiua, ita q̀ in apprehensiua ponit repletionẽ, & in appetitiua audaciam. Hęc.n. repletionem ad tumoris perfectionem ducit.

¶Ad octauum dubiũ, de indignatione dr̃, q̀ ex parte irati primo occurrit, q̀ ille q̄ paruipendit, meretur puniri, eo q̀ ipse paruipensus est ab eo, & sic adest appetitus uindictæ. Et deinde iratus considerando causam suę iræ, s. iniuriã sibi illatam, quia in huius-

Pert. 2
773

uitiũ est ex parte sui ipsius, inquantum. s. excogitat diuersas uias uindictæ, & talibus cogitationibus animum suum replet, s̃m illud Iob 15. Nunqđ sapiens implebit ardore stomachum suum, & sic ponitur tumor mentis. Alio modo consideratur ira s̃m q̀ est in ore, & sic ex ira duplex inordinatio procedit. Vna quidẽ, s̃m hoc q̀ hõ in mõ loquendi irã suam demonstrat, sicut dictum* est de eo, qui dicit fratri suo, Racha: & sic ponitur clamor, per quem intelligitur inordinata & confusa locutio. Alia ẽt est inordinatio s̃m q̀ aliquis prorumpit in uerba iniuriosa, quę quidem si sint contra Deũ, erit blasphemia, si aũt contra proximum, cõtumelia. Tertio mõ cõsideratur ira s̃m q̀ procedit vsque ad factum: & sic ex ira oriũtur rixę, per quas intelliguntur oĩa nocumenta, quę facto proximis inferũtur ex ira.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̀ blasphemia in quã aliquis prorumpit deliberata mẽte, ꝓcedit ex superbia hoĩs contra Deũ se erigẽtis, qa ut dr̃ Eccl. 10. Initium superbiæ hominis apostatare à Deo, idest recedere à ueneratione eius, est prima superbiæ pars, & ex hoc orit̃ blasphemia: sed blasphemia in quã aliqs prorumpit ex cõmotione aĩi, ꝓcedit ex ira.

AD II dicendum, q̀ odiũ etsi aliqñ nascatur ex ira, tñ habet aliquam priorẽ causam ex qua directius oritur. s. tristitiã, sicut ecõtrario amor nascitur ex dilectione: ex tristitja ãt illata qñque in iram, quãdoque in odiũ aliquis mouetur. Vnde conueniẽtius fuit q̀ odium poneretur oriri ex accidia, q̃ ex ira.

AD III dicendum, q̀ tumor mentis non accipitur hic ꝓ superbia, sed pro quodam conatu, siue audacia hominis intentantis uindictã, audaciæ autem uitium fortitudini opppositũ.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum sit aliquod uitium oppositum iracundiæ proueniens ex defectu iræ.

AD OCTAVVM sic ꝓceditur. Vr̃ q̀ non sit aliquod uitium oppositum iracundiæ proueniens ex defectu iræ. Nihil enim uitiosum, ꝓ quod hõ Deo assimilatur: sed per hoc q̀ homo omnino est sine ira simulatur Deo, qui cum tranquillitate iudicat. ergo non uidetur q̀ sit uitiosum oĩno ira carere.

¶2 Præt. Defectus eius q̀ ad nihil est utile, nõ est uitiosus: sed motus irę ad nihil est utilis, ut probat Seneca in lib. quem fecit de ira. ergo uidetur quòd defectus iræ non sit uitiosus.

¶3 Pręt. Malũ hoĩs s̃m* Dionysiũ, est ꝓter rõem esse: sed subtracto oĩ motu irę adhuc remanet integrum iudiciũ rõis. ergo nullus defectus irę uitium cãt.

SED CONTRA est, q̀ *Chry. dicit super Mat. Qui cũ cã non irascitur, peccat. Patientia.n. irrõabilis uitia seminat, negligẽtiã nutrit, & nõ solum malos, sđ ẽt bonos inuitat ad malum.

RESP. dicẽdum, q̀ ira dupliciter põt intelligi. Vno mõ, simplex motus uolũtatis, quo aliqs nõ ex passione, sed ex iudõ rõnis pœnã infligit: & sic defectus irę absq; dubio est pc̃tũ. Et hoc mõ ira accipit̃ in uerbis Chrysostomi* q dicit ibidẽ: Iracundia quę cũ cã est non est iracundia, sed iudicium: iracũdia.n. propriè intelligitur commotio passionis. Qui aũt cũ cã irascit̃, ira illius ñ est ex passione, iõ iudicare dr̃, nõ irasci. Alio mõ accipit̃ ira pro motu appetitus sensitiui, qui est cũ passione & transmutatione corporali. Et hic quidẽ motus ex necessitate consequitur in homine ad simplicem motum uolũtatis: qa naturaliter appetitus inferior seqtur motũ appetitus superioris, nisi aliqd repugnet. Et iõ nõ põt totaliter deficere motus irę ĩ appetitu sensitiuo, nisi ꝓ subtractionẽ, uel debilitatẽ uolũtarii motus. Et iõ ex cõsequenti ẽt defectus passionis irę uitiosus est, sicut & defect⁹ uoluntarii motus ad puniendum s̃m iudicium rationis.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̀ ille qui totaliter non irascitur cum debet irasci, imitatur quidem Deum quantum ad carentiam passionis, non autem

¶Ad hoc dubium secundum authoris processum non oporteret respondere, tum quia non dicit hanc esse definitionem superbiæ, sed argumentum ex nominatione sumit dicens. Superbia nominatur ex hoc &c. tum secundo, quia author post istum articu. subiungit statim articulum, An superbia sit speciale peccatum, quasi per ea quæ hic dicit, non adhuc manifestum sit de superbiæ specialitate quo ad peccatum. Sed quoniam secundum veritatem de superbia, vt condiuiditur aliis peccatis, verificantur ea quæ hic dicuntur, quæ est superbia propriè accepta, & actus iste scilicet tendere supra id quod est, proprium actum, ac obiectum superbiæ continet, vt patet ex dictis: ideo pro definitione sustineri potest: & propterea respondendum est obiectis. Et ad primum dicitur, quòd superbia est qua quis tendit supra id quod est ipse simpliciter. Præsumptio autem supra id quod est secundum quid, hoc est, secundum opera, & sic de aliis. Ad secundum dr, quod superbia est qua quis tendit in hæc omnia &c. vt materiam tñ sui formalis obiecti, quod est aliud ab istis, s. celsitudo propriæ personæ. Et cum contra hoc, quasi tertium membrum suæ distinctionis arguit, dicitur quod superbus tendit, iuxta definitionem Augustini, in ipsam sui celsitudinem peruersam, quam constat non nisi vitiose appeti posse: & ideo falsum dicitur, quòd celsitudo maior vt habenda, potest licite appeti. Celsitudo siquidem, quæ ex maioritate claudit peruersitatem, non potest licite appeti, vt si homo appetat se esse supra superiores suos: hæc enim maioritas manifeste claudit in se peruersitatem. Et simile quid accidit in omni appetitu peruersæ celsitudinis propriæ, vt patet discurrendo per species superbiæ.

¶ In eodem artic. in responsione ad tertium Martinus occurA rit bis contra doctrinam huius expositionis directè, & nominatim more suo arguens. Primo in q. 1. de humilitate, ubi dicit, quòd opinio ista deficit, primo in distinguendo humilitatem a magnanimitate: quia ad unam spectant hæc n. rectem, ut probatum est. Deficit secundo, in distinguendo superbiam, prout aspernatur subiectionẽ, & prout immoderate tendit ad magna: ita quod primo mõ humilitati, secundo magnanimitati opponitur. Et probatur primò, quod superbia, ut aspernatur subiectionẽ, opponitur magnanimitati. Quicũque dignificat se magnis, quibus non est dignus, est oppositus magnanimitati, ut patet in 4. Ethi. sed qui aspernatur subiectionem, & maxime respectu maiorum, dignificat se magnis quibus nõ ẽ dignus. ergo. Probatur minor, quia dignificat se magna libertate, qua nõ ẽ dignus. Deinde probatur quod superbia secundũ quod tendit immoderate in magna opponitur humilitati. Nam stat aliquem tendere in magna immoderate, & esse humilem: sed stat tendentem immoderate in magna, non aspernari subiectionem eorum, quibus tenetur esse subiectus. ergo superbia ut tendens immoderate in magna sine adminiculo aspernatæ subiectionis, opponitur humilitati. Deficit tertio, distinguẽdo pusillanimitatem ut est defectus à persecutione magnorũ, & ut est applicatio ad viliora quàm deceat, & quòd primo modo opponitur magnanimitati, secundo uero humilitati. Et multipliciter probatur quod pusillanimus, ut applicat se ad uilia dedecentia ipsum, opponatur magnanimo. Primo, Magnanimitas sufficienter inclinat ad fugiendum ea, quæ pro sua vilitate dedecent. ergo pusillanimitas ad uilia dedecentia inclinans, illi opponitur. Probatur antecedens, quia non stat animum esse magnum tam habitu, quàm actu, & applicare se ad talia vilia. Secundo, Magnanimitas inclinat ad contemnendum paruos honores, ut patet in 4. Ethi. ergo & ad contemnendum vilia. Tertio, Magnanimus inclinatur secundum suum habitum ad uere iudicandum de his quæ spectant ad dignitatem hominis, ad huiusmodi iudicium secundum. ergo magnanimus ex habitu suo inclinatur ad fugiendum vilia. Antecedens patet 4. Ethicor. Quarto, Magnanimitas inclinat ad despiciendum omne quo homo fit minor, ut patet in 4. Ethicor. ergo. Et confirmatur, quia magnanimus, ut patet 4. Ethicor. immemor est beneficiorum, eo quòd minoris est recipere beneficia. ergo applicatio ad uilia cum multo minorem reddat hominẽ, magis fugitur à magnanimo. Quinto, Magnanimitas inclinat ad iudicandum id solum esse bonum, quod est honestum: ergo inclinat ad despiciendum ea, quæ pro sua uilitate dedecent. Antecedens est Tullii in 1. de offic. Sexto, Omnis dignificans se minoribus, quàm sit dignus, est pusillanimus oppositus magnanimo, ut patet 4. Ethicor. sed applicans se ad viliora quam deceant, dignificat se minoribus, quàm sit dignus. ergo.

¶Secundo principaliter in prima quæst. de superbia, arguit quadrupliciter, quòd applicare animum ad res viles dedecentes hominẽ, non pertinet immediate ad pusillanimitatẽ oppositã superbiæ, vt vult Thomas. Primo, Pusillanimitas opposita superbiæ

ARTICVLVS PRIMVS

Vtrum superbia sit peccatum.

Infr. per to. 784 · 1. 2. q. 84. artic. 2. Et Mal. q. 8. ar. 2. ad 16. Et Psal. 46

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod superbia nõ sit peccatum. Nullũ. n. pctm est repromissum à Deo. Promittit enim Deus quod ipse facturus est, nõ est aũt actor peccati: sed superbia connumeratur inter repromissiones diuinas. dr. n. Isa. 60. Ponam te in superbiam sæculorum, gaudium in generationem, & generationem. ergo superbia non est peccatum.

¶2 Præt. Appetere diuinã similitudinẽ nõ est pctm. hoc. n. naturaliter appetit quælibet creatura, & in hoc optimum eius consistit, & præcipuè hoc conuenit rõali creaturæ, quæ facta est ad imaginẽ, & similitudinem Dei: sed sicut dr in lib. Sent. Prosperi. Superbia est amor propriæ excellentiæ, per quam hõ Deo assimilatur, qui est excellentissimus. vñ dicit Aug. in 2. confess. Superbia celsitudinẽ imitatur, cũ tu sis vnus super oia Deus excelsus. ergo superbia non est peccatum.

Ca. 291. habetur inter opa Aug. in fi. to. 3. idem dicit li. 11. sup. Gen. c. 14. a med. to. 3 · *Aug. li. 2. confes. c. 6 tom. 1.

¶3 Præt. Peccatũ non solũ contrariatur uirtuti, sed ẽt opposito vitio, ut patet p Phi. in 2. Eth. sed nullũ uitium inuenitur oppositum esse superbiæ, ergo superbia non est peccatum. (Li. 2. Ethi. ca. 8. to. 5.)

SED CONTRA est, quod dr. Tob. 4. Superbiam numquàm B in tuo sensu, aut in tuo uerbo dominari permittas.

RESP. Dicendum, quod superbia nominatur ex hoc, quod aliquis p voluntatem tendit supra id quod ẽ. unde dicit Isid. in li. Etym. Superbus dictus est, quia sup uult uideri quàm est. Qui. n. vult supergredi quod est, superbus ẽ. Habet aũt hoc rõ recta, ut uoluntas vniuscuiusque feratur in id, quod est proportionatum sibi: & ideo C manifestum est, quod superbia importat aliquid, quod aduersatur rationi rectæ. Hoc autem facit rationem peccati, quia secundum Dionysium 4. cap. de diui. nominibus. Malum animæ est præter rationem esse. Vnde manifestum est, quòd superbia est peccatum. (Li. 10. c. 12 cuius initium est, Sapiẽs circa ma. · Ca. 4. pa. 4 nõ multũ procul fine Concl. m)

AD PRIMVM ergo dicendum, quod superbia dupliciter accipi potest Vno mõ, ex eo quod supergre- D

Universidad de Deusto Biblioteca

biæ est deiectio appretiatiua minus suorũ, & multum alienorũ (seu huiusmodi applicatio ad uitia non est deiectio appretiatiua &c. quia potest esse talis abiectio sine huiusmodi appretiatione ergo. Secundo, Vitium oppositum superbiæ potest consumari sine corporali ministerio. ergo. Minor est certa, quia non pōt consumari sine reb' vilibus. Maior phat authoritate Cassiani Gala. 5. & patet de superbia diaboli. Et eadem rō est de opposito. Tertio, Huiusmodi applicatio interdũ venit ex auaritia, aut ex uoluptate carnali. ergo non est vniuersaliter vitium superbiæ oppositum: Antecedens patet per experientiam. Quarto, Huiusmodi pusillanimitas quæ ex defectu magnanimitatis venit, ē uitiũ directe oppositum præsumptioni, ergo non est uitiũ directe oppositum superbiæ. Consequētia tenet, quia secundũ Thomam, præsumptio, & superbia sũt vitia specie distincta. Et antecedens probatur quia huic, quod

a. responsi.

In sententia habet in commētario ad caput. 61. Esa paulò a medio. to. 5.

dit̃ regulam rōis: & sic dicim' eã esse pctm̃. Alio modo, potest superbia nominari simpliciter à superexcessu: & ſm hoc omne superexcedēs pt nominari superbia, & ita repromittit̃ à Deo superbia, quasi quidã sup excessus bonorũ. Vnde & glo. Hier.* dicit ibidem, q̄ est superbia bona, & mala. Quamuis ẽt dici posset, q̄ superbia ibi accipitur materialiter pro abundãtia rerum, de quibus possunt homines superbire.

Ad II dcd̃m, q̄ eorum quæ naturaliter hō appetit, rō ē ordinatrix: & ita si aliquis à regula rōnis recedit uel in plus, vel ĩ min', erit talis appetit' uitiosus, sicut patet ď appetitu cibi,

F obiecto proprio describi dicendo, q̄ est animi applicatio ad subiectionem plus q̃ deceat. Nam sicut humilis appetit se subiici & superbus aspernatur subiectionem, ita reliquus amplectitur subiectionem dedecentem. & hæc descriptio non excluditur à prima, sed comes est illius: & prior illa. Nam ex animi vilitate,

G q̄ naturaliter desiderat̃. Superbia aũt appetit excellentiã in excessu ad rationẽ rectam. Vñ Aug. dicit in 14. de ciuit. Dei,* q̄ superbia est peruersæ celsitudinis appetitus. Et inde est ẽt, q̄ sicut Aug. dicit in 19. de ciui. Dei.* superbia peruerse imitat̃ Deum. Odit namq; cum sociis æqualitatem sub illo, sed imponere vult sociis dominationẽ suam pro illo.

Ad III dcd̃m, q̄ superbia directè opponitur virtuti humilitatis, quæ quodammodo circa eadẽ cũ magnanimitate existit, vt s̃. dictũ est.* Vñ & vitiũ

H quod opponitur superbiæ in defectũ vergẽs, propinquũ est vitio pusillanimitatis, quæ op-

qua appetit quis se subiici præter, seu contra rationem rectã, prouenit q̄ vilioribus se applicat, quàm deceat.

¶ His ergo præmissis, ad primum dr̃, q̄ asia est verum quoad fugam vilium in genere arduorum, & non simpliciter, nisi indirecte forte, & per redundantiam: aliogn nō esset opus illa alia virtute cum suis vitiis circa mediocria. Et pp̄ea consequentia nihil valet: quia in antecedēte est sermo de fuga viliũ in genere arduorum, in cōsequente verò de fuga vilium simpliciter. Et ista æquiuocatio, ne sæpius repetatur, subintelligatur in sequentibus. At si ad antecedens respectu

Li. 14. ca. 13. circa prin. to. 5.

Li. 19. ca. 12. a med. illius to. 5.

q. præced. ar. 1. ad 3.

est administrare ea, quæ sunt supra uires, directe opponitur illud, quod est administrare ea, quæ sunt infra uires, & dignitatem hominis, ut pro sua vilitate hominem deuiciant.

¶ Ad hæc ordinate respondendo dicitur, q̄ distinctio humilitatis a magnanimitate sat probata, & seruata est.

¶ Ad primam obiectionem de superbia dicitur, q̄ falsa est illa propositio. Superbus aspernando subiectionem, dignificat se magnis bonis. & cum probatur: quia dignificat se magna libertate, respondetur quòd talis libertas non est in genere bonorum, ut patet ex hoc, quòd est contraria uirtuti: & propterea dignificant se tali libertate, non bono, sed magno malo se dignificat.

¶ Ad secundam obiectionem negatur illa propositio, Stat tendentem in magnã immoderate non aspernari subiectionem eorum, quibus tenetur subdi: quoniam nisi aspernaretur facto, saltem subiectionem, qua humilis pollet, nunquam immoderate tenderet in magna. Constat autem, quod subiectio humilis non est supererogationis, sed virtutis necessariæ ad uitã politicam, quæ uia est cælestis patriæ.

¶ Ad ea autem quæ de pusillanimitate obiiciuntur, respondendo præmittitur, quòd applicare se ad uilia contingit dupliciter, scilicet simpliciter, uel certo genere, puta, arduorum: & quòd quia opposita sunt circa idem, & magnanimitas, ac præsumptio sunt circa ardua, pusillanimitas quoque circa ardua est per defectum. Et propterea in 4. Ethicorum ponitur una alia uirtus cum suis extremis uitiis circa mediocria in honoribus: & ad illius uirtutis oppositum uitium per defectum spectat applicare se ad uilia in genere mediocrium. Ita quòd primus error argumentorum Martini est, quia duorum vitiorum cum sit applicare se ad uilia in certis generibus, scilicet pusillanimitatis in genere arduorum, & illius innominati uitii in genere mediocrium, in argumentis soli pusillanimitati attribuitur. Secundo uerò error est, quòd quia diuisa in inferioribus sunt unita in superiori, & humilitas est superior tam magnanimitate, quàm illa alia uirtute, utpote faciens hominem bene subditum rationi uniuersaliter: ideo discerni debuit inter applicare se ad uilia in certo genere & simpliciter, & perspici quod per applicare se ad uilia simpliciter distinguitur vitiũ humilitati oppositum ab vtroque dicto vitio, quoniam vtrinsque ē applicare se ad uilia in certo genere. Aduertendum quoque est, quod uitium humilitati oppositum per defectum, ex duobus describi potest, scilicet uel ex materia, uel ex proprio obiecto. Et quod author quidem ex materia ipsum designauit cum dixit, quod eius est applicatio ad viliora quàm decet: sicut etiam humilitatem, & superbiam ex materia sæpe describimus dicendo, quòd sunt circa magna, & circa illa, circa quæ est magnanimitas, & circa omnia &c. Potest & ex

vilium simpliciter probandũm inducatur, quòd non stat animum esse magnum &c. Respondetur, quòd hoc non est per uiam directæ oppositionis, sed per uiam redundantiæ, quia qui fugit minus vilia, fugit viliora: nos autem loquimur de directè oppositis uitiis. Ad secundum dicitur eodem modo, quod magnanimitas inclinat directe ad contemptum parui honoris in genere arduorum, per redundantiam autem quandam ad contemptum omnium paruorum: sed de directa inclinatione, & appositione est sermo. Ad tertium eodem modo dicitur, quòd inclinat ad iudicandum uerè &c. in genere arduorum tantum directè, & ideo. Et per hoc dicitur ad quartum, & eius confirmationem, quòd magnanimus directè

I fugit omne quo fit minor in genere arduorum tãtum: per redundantiam autem fugit omnia minora. Ad quintum dicitur, quòd magnanimitas inclinat ad iudicandum solum honestum in genere arduũ esse bonum arduum. Ad sextum dicitur, q̄ maior, & minor modificandæ sunt, scilicet in genere arduorum: humilitas autem, vt dictum est, uilia simpliciter fugit. Ad obiecta secundo loco, s. ex quæstione de superbia contra idem respondetur. Et ad primum dicitur, q̄ ad vitium oppositum humilitati per defectum non exigitur appretiatio alienorum, sed sufficit æstimatio suorum: humilitas enim nō est virtus ad alterum, sed ad se. Et dicitur, q̄ minor æstimatio sui non potest in affectu esse sine applicatione animi ad aliquid uilius, dedecens saltem ipsam subiectionem præter rationem. Ad secundum negatur minor: & ad probationem dicitur, q̄ male intelligitur litera authoris. Nam non dicit applicationem corporis ad exteriora vilia, sed dicit applicationem ani-

K mi ad aliqua uiliora. Constat enim quòd animus potest intus applicari ad uilissima, puta, peccata grauissima cogitationum, & delectationum. Ad tertium dicitur, quòd si huiusmodi applicatio interdum ex auaritia, aut ex alio oritur uitio, nihil aliud infert, nisi quòd hoc uitium interdum oritur ex illis aliis uitiis: & non infert quòd non sit in se unicum uitium. Nam sicut furti uitium potest ex multis uitiis oriri, & tamen furti speciem habet, ita contingit in aliis. Ad quartum dicitur, quòd undecumque ueniat pusillanimitas talis, si est talis, scilicet respectu uilium simpliciter, non directè præsumptioni, sed superbiæ opponitur: & propterea antecedens est falsum. Et ad probationem dicitur, quòd non est ad propositum: quia loquitur in genere arduorum, & debet probare de fuga uilium simpliciter. Est igitur uitii superbiæ oppositi hoīs animum ad uilia se applicare: sicut siquis ex paruitate animi doctus cum sit, ignorantiũ erroribus se subiicit, & prouenit huiusmodi subiectio peruersa ex mala collatione eius, quod Dei est in homine ad id, quod suum est in altero. Nec intelligas per hæc q̄ dicantur in litera eadem uitia opponi magnanimo, & humili, sed propter penuriam uocabulorum, ut clarior

fieret

fieret doctrina cōtica nit author vocabula declarata diuersa significatione, qua vni, & qua alteri opponit. Propinquitas quoq; vitiorũ extremorũ, s. superbię, & præsumptionis, ac pusillanimitatis, & illius innominati causa quoq; fuerũt, cum et humilitas & magnanimitas cōueniant in materia non simpliciter sed quodammodo, vt in hac litera dr̃ in principio huius q̃stionis. Et hinc hēs quanrũ seipso doctior eua serit author hic, vbi distinguit quō superbia diuersa significatione opponitur magnanimitati & humilitati, cum q. 8. de malo, art. 2. superbiã absq; distinctione opponi magnanimitati, & pusillanimitati, prius dixerit.

SVP. QV. CLXII. ARTIC. II.

In ar. 2. eiusdem q. 162. aduerte quòd Martinus vbi supra, volens q̄ superbia sit appetitus excellentię despectiuæ, si intendat q̄ esse despectiuum, seu cōtentiuũ, est de ratione superbiæ, bene sentire vr: quia cōtemptus Dei est proprius superbię actus, vt infra patet, & consequenter contemptus aliorum venit. Si aũt intēdat, q̄ pp̄ea oportet addere istã particulã in definitione superbię ad determinandũ qualis celsitudinis sit appetitus, quia s. nō cuiuscumque, aut qualiscumque, sed contemptiuę celsitudinis est appetitus, minus perspicaciter sentire vr̃, tũ pp supradicta: tum quia cōtemptus superbiæ adest ex parte auersionis magis q̃ ex parte conuersionis, seu obiecti: qđ ex parte obiecti, vt patet discurrendo per species superbiæ, non habetur contemptus expresse, nisi in quarta specie, vt patet ex antedictis. Sed ex parte auersionis, q̄a superbus ad non subiici Deo per se tendit, dũ primũ quod aspicit & appetit vt rōnem oīs celsitudinis, est non subiici Deo: appetit. n. quicquid appetit per modum nō

Perr. p tot. 785

Inf. art. 8. cor. Et 1. 2 q. 84. ar. 2. Et 2. di. 5. q. 1. arti. 3. cor. Et di. 42. q. 2. ar. 3. ad 2. Et Malo. q. 8. art. 2.

* Aug. in li. de natura & gr̃a. c. 29. parum a prin. t. 7.

† lib. 3. c. 2. parum a princ.

ʰ In lib. de para. ca. 8. parum ante med. tomo. 4.

† li. 34. c. 17 cir. princ.

ponitur magnanimitati ſm defectum. Nam sicut ad magnanimitatẽ pertinet impellere aīm ad magna cōtra desperationẽ: ita ad humilitatẽ pertinet retrahere aīm ab inordinato appetitu magnorum cōtra præsumptionem. Pusillanimitas aũt si importet defectum à persecutione magnorũ, propriè opponit̃ magnanimitati p modũ defectus. Si aũt importet applicationẽ animi ad aliqua viliora, q̃ hoīem deceant, opponit̃ humilitati ſm defectum: vtrumq; .n. ex animi paruitate pcedit. Sicut & ecōtrario superbia potest ſm superexcessum & magnanimitati, & humilitati opponi ſm rōes diuersas, humilitati quidem, ſm q̄ subiectionẽ aspernat̃: magnanimitati aũt, ſm q̄ inordinatè ad magna se extendit. Sed q̄a superbia superioritatem quãdam importat, directius opponitur humilitati: sicut & pusillanimitas, quæ importat paruitatem animi in magna tendentis, directius opponitur magnanimitati.

Articvlvs II.

Vtrum superbia sit speciale peccatũ.

Ad secvndvm sic pcedit̃. Vr̃ q̄ superbia nō sit speciale pctm̃.ʰ Dicit. n. Aug.* in li. de natura & gr̃a, q̄ sine superbiæ appellatione nullũ peccatũ inuenies. & Prosper dicit in libro† de vita contẽplatiua, q̄ nullũ pctm̃ʰ sine sp̄bia pōt, vel potuit esse, aut poterit. ergo superbia est gñale peccatum.

¶ 2 Præt. Iob 33. Vt auertat hominẽ ab iniquitate, dicit glos. q̄ contra conditoremʰ superbire, est eius præcepta peccando transcendere: sed ſm* Amb. oē peccatum est transgressio legis diuinæ, & cęlestium inobediẽtia mandatorum. ergo omne peccatum est superbia.

¶ 3 Præt. Oē peccatũ speciale, alicui spāli uirtutiʰ opponit̃: sed superbia opponitur oībus virtutibus. dicit. n. Greg. 34.† Moral. Superbia nequaquã est vnius virtutis extinctione contenta, per cuncta aīæ membra se erigit, & quasi gñalis ac pestifer morbus corpus oē corrũpit. & Isidor. dicit in libr. Ety-

A mol.* q̄ est ruina omnium virtutum. ergo superbia non est speciale peccatum.

¶ 4 Præt. Oē peccatũ spāle hẽt ʰspecialẽ materiã: sed superbia habet gñalem materiam. dicit .n. Greg. 34* Moral. q̄ alter intumescit auro, alter eloquio, alter infimis & terrenis rebus, alter summis cęlestibusq; virtutibus. ergo superbia non est speciale peccatum, sed generale.

B Sed contra est, qđ Aug. dicit in li.† de natura & gratia. Quærat, & inueniet ſm legem Dei, superbiã esse peccatũ multũ distinctũ ab aliis vitijs. Genus aũt non distinguitur à suis speciebus. ergo superbia nō est gñale peccatum, sed speciale.

Resp. Dcd̃m, q̄ peccatum superbiæ dupliciter pōt considerari. Vno mō, ſm propriam speciem, quam habet ex ratione

C proprii obiecti: & m hoc mō superbia est speciale peccatum,ʳ quia habet speciale obiectum. Est. n. inordinatus appetitus ppriæ excellentiæ, vt dictũ est.* Alio mō pōt considerari ſm redundantiam quandam in alia peccata: & ʳ ſm hoc habet quãdam generalitatem, inquantũ. s. ex superbia oriri possunt oīa peccata duplici ratione. ¶ Vno

D mō per se, inquantũ. s. alia peccata ordinantur ad finẽ superbiæ, quæ est propria excellentia, ad quã pōt ordinari oē id, quod quis inordinatè appetit. Alio mō indirectè, & quasi per accidens, s. remouendo prohibens, inquantum. s. hō per superbiam contemnit diuinam legẽ, per quam prohibet̃ a peccando, ſm illud Hiere. 2. Cōfregisti iugum, rupisti vincula, di-

E xisti, Nō seruiam. Sciendũ tñ q̄ ad hanc generalitatẽ superbiæ aīæ pertinet, q̄ oīa vitia interdum ex superbia oriri possunt non aũt ad ea pertinet, q̄ oīa vitia sp ex superbia oriantur. Quamuis. n. oīa præcepta legis possit quis transgredi qualicũque peccato ex contemptu qui pertinet ad superbiam, non tñ semper ex contemptu aliquis præcepta diuina transgredit̃, sed quandoq; ex ignorantia: quandoq; ex infirmitate. Et in-

subditi. Sicut humilis ex opposito, ad qđ tendit, tendit vt subditus Deo, & ei quod Dei est. Sicut. n. humilitas modũ subiectionis Deo apponit omni suo appetitui, ita superbia modũ aspernatæ subiectionis Deo, & ei qđ Dei est, apponit omni sui appetitui. Et pp̄ea contemptiua merito ex parte auersionis, magis q̃ ex parte cōuersionis ad obiectum, s. celsitudinẽ, dr̃. Et qm̃ rōes Martini nihil assumunt, nisi q̄ superbus est contemptiuus, & similiter nihil aliud cōcludunt, nisi q̄ superbia est contemptiua, & vtrumq; verum est: ideo superfluũ duxi afferre octo argumẽta sua. Sat est disputatori vti distinctione supradicta, s. q̄ esse contemptiuũ vel dr̃ esse de ratione superbiæ, & conceditur: aut esse particulam addendam ad definitionem, vt qua lificetur celsitudo appetita per superbiã, & hoc negatur: quia appetitum à superbia est personæ propriæ celsitudo simpliciter peruersa vel in se, vel in modo appetendi, & expressus cōtẽptus ex parte auersionis se tenet. Erunt autem hæc manifesta magis in artic. 5. & deinceps.

¶ In eodem articulo in responsione ad primum, dubium occurrit ad hoīem: qm̃ ibi ponitur contemptus pcepti interior actus superbiæ: & superius in tractatu de inobedientia definitũ est, quòd contemptus præcepti est proprius actus inobedientiæ, vt est speciale vitium a superbia, & reliquis vitiis distinctũ. Quomodo stant hęc duo simul?

¶ Ad hoc dicitur, q̄ quia primogenita superbia ex parte auersionis, inobedientia videtur: ideo actus inobedientiæ cōtinue attribuitur in litera superbiæ, cuius est originaliter. Perspicacius autem, quòd sicut cōtemptus hoīs ex fastidio subiectionis ad Deum, & id quod Dei est, vt superbiæ

* In lib. 2. de summo bono c. 38 a med.

Lib. 34. ca. 18. i prin.

Ca. 29. circa med. to mo. 7.

Concl. m

Ar. præce

Concl. p.

Universidad de Deusto Biblioteca

de est, q sicut Aug. dicit in lib. de natura & gra,* Multa ppe rã fiunt, quæ nõ fiũt, superbe.

Ad primvm ergo dcdm, q Aug. illa verba inducit in li. de natu. & gra, non ex sua psona: sed ex psona alterius. cõtra quẽ disputat. Vñ & postmodũ improbat ea, ostẽdens q non sp ex superbia peccat. Pot tñ dici q authoritates illę intelligunt quantũ ad exteriorẽ effectũ superbiæ, qui est transgredi pcepta, qd inenit i quolibet peccato: nõ aũt quantũ ad interiorẽ actũ superbiæ, qui est contemptus pcepti. Non.n. sp pctm fit ex contemptu, sed qnque ex ignorantia, quandoque ex infirmitate, vt dictum est.*

Ad ii dcdm, q qnq; aliquis cõmittit aliquod pctm ſm effectũ, sed non ſm affectũ. Sicut ille q ignoranter occidit patrẽ, cõmittit patricidiũ ſm effectũ, sed nõ ſm affectũ, quia hoc nõ intendebat: & ſm hoc trãsgredi præceptũ Dei, dr esse contra Deum superbire ſm effectum quidem semper, non autem semper secundum affectum.

Ad iii dcdm, q pctm aliqd põt corrũpere virtutẽ dupliciter. Vno mõ, per directã cõtrarietatẽ ad virtutẽ, & hoc mõ, superbia nõ corrũpit quãlibet virtututẽ, sed solũ humilitatẽ: sicut quodlibet aliud speciale pctm corrũpit quãdã specialẽ virtutẽ sibi oppositã, cõtrariũ agendo. Alio mõ, pctm aliqd corrũpit virtutẽ abutendo ipsa virtute: & sic superbia corrumpit quãlibet virtutẽ, inquãtũ. s. ex ipsis virtutibus sumit occasionẽ superbiendi, sicut & quibuslibet aliis rebus ad excellẽtiã pertinentibus: vnde non sequitur q sit gñale peccatum.

Ad iiii dcdm, q superbia attendit specialiter rationẽ obiecti, quæ tñ inueniri potest in diuersis materiis. Est enim inordinatus amor propriæ excellẽtiæ: excellentia autem in diuersis rebus potest inueniri.

Articvlvs III.

Vtrum superbia sit in irascibili sicut in subiecto.

Ad tertivm sic proceditur. Vr q superbia non sit in irascibili sicut in subiecto. Dicit.n. Greg. 23. Moral.* Obstaculũ veritatis tumor mentis est, quia dũ inflat, obnubilat: sed cognitio veritatis nõ pertinet ad irascibilem, sed ad vim rationalem. ergo superbia est in irascibili.

¶2 Præt. Greg. dicit 24. Moral. *q superbi non eorũ vitã cõsiderant, quibus se humiliando postponant, sed quibus superbiendo se præferant, & sic vr q superbia ex indebita cõsideratione procedat: sed consideratio non pertinet ad irascibilẽ, sed potius ad rõalẽ.[h] ergo superbia non est in irascibili, sed potius in rationali.

¶3 Pręt. Superbia nõ solũ quærit excellentiã in rebus sensibilibus, sed ẽt in rebus spũalib*, & intelligibilibus. Ipsa autem principaliter consistit in contẽptu Dei, ſm illud Ecclesiast. 10. Initiũ superbiæ hois apostatare à Deo: sed[h] irascibilis cũ sit pars appetitus sensitiui, nõ põt se extendere in Deum, & in intelligibilia. ergo superbia non potest esse in irascibili.

¶4 Præt. Vt dr in lib. sent. Prosperi.[h] Superbia est amor propriç excellẽtię: sed amor nõ est in irascibili, sed i cõcupiscibili ergo supbia nõ est i irascibili.

Sed contra est. q Greg. in 2. Moral.* ponit contra superbiã donũ timoris: timor autẽ pertinet ad irascibilem. ergo. superbia est in irascibili.

Resp. Dcdm, q subiectũ cuiuslibet uirtutis, vel uitii oportet inquirere ex proprio obiecto. Non.n. põt esse aliud obiectũ habitus, vel actus, nisi qd est obiectũ potẽtiæ, quæ vtriq; subiicitur. Propriũ aũt obiectũ superbiæ est arduũ. Est.n. appetitus propriæ excellentiæ, vt dictũ est.* Vñ oportet q superbia aliquo mõ ad vim irascibilem pertineat. Sed irascibilis dupliciter accipi potest. Vno modo propriè, & sic est pars appetitus sensitiui: sicut & ira ppriè sumpta, est quædam passio appetitus sensitiui. Alio mõ, põt accipi irascibilis largius. s. vt ptineat ẽt ad appetitum intellectiuum, cui etiam quandoque

Cap. 29. in med. to. 7. perbiæ, sed formaliter spectat ad contemptus præcepti ex contemptu subiectionis ad Deũ, actus est superbiæ formaliter, ita q contemptus pcepti ex fastidio præcepti, est primus inobedientiæ actus. Sed cõtemptus præcepti ex fastidio subiectionis ad Deũ, est actus superbiæ, cui proprium est fastidiũ subiectionis ad Deũ. Et quod dictũ est de contemptu præcepti extendẽdum est ad contemptũ cuiuscunq; alterius personæ, officii &c. ex fastidio diuinæ subiectionis. Sp.n. huiusmodi contemptus formaliter est actus superbiæ in quacumque materia sit. (2. respõsio; In cor. ar.)

Svp. Qvæ. CLXII. Artic. III.

In art. 3. eiusdẽ q. 162. dubia duo occurrunt. Primũ est, Quo pacto superbia in litera ponit subiectiuẽ in voluntate, & in appetitu sensitiuo. Pluries n. replicat in litera, q non solũ est in irascibili propriè sumpta, sed ẽt in voluntate. Per hoc.n. ostendit q est in vtraque irascibili: ac per hoc aut aũt duæ superbiæ species diuersæ, quarũ vna est in voluntate, & alia in irascibili, sed sitntaut vna superbia est subiectiuẽ in vtraque potentia.

¶ Secundũ dubiũ ad hoc, q a superius i præcedentis lib. q. 56 ar. 6. definitũ est, q in voluntate nulla est virtus moralis, q sit ppter bonũ volentis, vt sũt virtutes circa passiones, sed iustitia, charitas &c. q̃ nũc in voluntate ponit humilitas, q est circa passionẽ spei, & nõ ad alterum; sed habentis propriũ bonũ? Idem .n. est obiectũ superbiæ & humilitatis, sicut vniuersaliter idẽ est subiectum contrariorum.

¶ Ad primũ dubium dr, q superbia unius speciei est subiectiuẽ in uoluntate principaliter, & in appetitu sensitiuo secundario. Et hoc nullũ inconueniens esse, dissimus author in allegata q. art. Disponit siquidẽ appetitus sensitiuus ad superbiã. Sed num uoluntas superba est, tunc proprie uitium est superbiæ, quod diffunditur ad irascibilem appetitum subditũ uoluntati. Si q tñ velles duo superbiæ genera, alterum respectu excellentiæ sensibilis, vel imaginabilis, & alterum respectu excellentiæ intelligibilis, quia hoc consonat uerbis authoris in artic. 5. quæstio. 8. de malo, defendat ipse. Mihi enim uidetur & rationabiliter, quòd sicut una humilitas uirtus sufficit ad reprimendum appetitum excellentiæ cuiuscumque, ita unũ superbiæ genus sufficiat ad peruersum appetitum cuiuscumque excellentiæ, & quòd uerba illa authoris ad sensum dictum sunt reducenda scilicet quòd respectu excellentiæ sensibilis, superbia est in irascibili sensitiuo, tanquam in subiecto secundario, sicut & humilitas, alioquin duo humilitatis gña oportet ponere.

¶ Ad secundum dubium dicitur, q in uoluntate nulla est uirtus moralis propter bonum habentis, habens pro regula præcise iudicium naturale: humilitatis autem regula ex diuina sumitur reuerẽtia. Et propterea non obstat supra habita doctrina. Ponitur siquidem humilitatis virtus in ordine ad cæleste nõ humanã similitudinem: unde Phil. non connumerauit eam inter uirtutes.

¶ In calce responsionis ad primum 3. artic aduerte, quòd superbi cum speculatiue perceperint aliqd, exultãt in ppria excellentia, dum eis repræsentatur, quod tanti sunt ingenii, vt hæc penetrent: & delectati in hac sua celsitudine qua multos excellunt, affectum suum auersum possident à delectatione in ipsa ueritate. Et propterea sciunt quomodo sunt diuina, & moralia, sed nesciũt quomodo sapiunt, Humiles autem secreta diuina, aut naturæ, aut moris penetrantes, ad excellẽtiam ueritatis cognitæ, & suæ causę, quæ est ueritas diuina, se conuertunt, & in ipsa cognitione ueritatis delectantur gratias agẽtes Deo & cõferentes suã notitiã diuinæ scientię & cõtemplationi, se nihil scire arbitrãtes, ueritatis exaltationẽ affectãt.

¶ In responsione ad ſm eiusdem tertii articuli aduerte, q falsa æstimatio sui ponitur in litera effectus, & causa superbiæ. Effectus quidem, quia ex nimio amore propriæ excellentiæ facile æstimat quis se excellere. Et hinc fit, ut delectemur i nřis laudibus oblatis ab aliis non usquequaque ueris. Causa uerò, quia ex falsa sui æstimatione i manis puenit q hõ se habeat ut magis excellẽs, & appetat altiora, q conueniant.

¶ In ratione ad quartũ, nota uerbũ superius allegatum, s. Præsumptio alios superãdi quod propriæ pertinet ad superbiam.

Per. per tot. 786 Mal. 3. 8. a. 3. Et v. ir. q. 1 art. 3. ad 10. — Li. 23. c. 16 circa finẽ — Li. 24. c. 12 parum a princ. — Titulus huius lib. est, Sententię ex Aug. de corpor. ca. 292. to. 3. — *li. 2. c. 36. ante med. — Ar. 1. & 2. huius q.

attribuitur ira, prout s. attribuimus iram Deo, & angelis non quidem ſm passionem, sed ſm iudicium iustitiæ iudicantis. Et tñ irascibilis sic cõiter dicta nõ est potentia distincta a concupiscibili, vt patet ex his quæ in primo* dicta sunt. Si ergo arduum, quod est obiectũ superbiæ, esset solum aliquid sensibile, in quod posset tendere appetitus sensitiuus, oporteret q superbia esset in irascibili, quę est pars appetitus sensitiui. Sed qa arduum, quod respicit supbia, cõiter inuenit & i sensibilib. & in spũalib. reb.[m] necesse est dicere, q subiectũ superbię sit irascibilis non solũ ppriè sũpta, put est pars appetitus sensitiui, sed ẽt cõius accepta, put inuenit i appetitu intellectiuo[n]: vñ & i dæmonib. superbia ponitur.

Ad primvm ergo dcdm, q cognitio veritatis est duplex. Vna pure speculatiua, & hanc superbia indirecte impedit subtrahẽdo cãm. Superbus.n. neq; Deo intellm suũ subiicit, vt ab eo veritatis cognitionem percipiat ſm illud Matt. 11. Abscondisti hæc a sapiẽtib. & prudentib. i. a superbis, qui sibi sapiẽtes & prudentes vñr, & reuelasti ea paruulis, i. humilibus. Neq; ẽt ab hoib. addiscere dignat, cum tñ dicatur Eccl. 6. Si inclinaueris aurem tuam. s. humiliter audiendo, excipies doctrinam. Alia aũt est cognitio veritatis. s. affectiua, & talem cognitionem veritatis directe impedit superbia: quia superbi dũ delectantur in propria excellentia, excellentiã veritatis fastidiunt, vt Greg. dicit 23. Mor.* q superbi & secreta qdã intelligẽdo pcipiũt & eorũ dulcedinẽ experiri ñ pñt: & si nouerint qũo sint, ignorãt qũo sapiũt. Vñ & Pro. xj. dr: Vbi humilitas, ibi sapia.

Ad ii dicendum, q sicut s. dictũ est, *humilitas attendit ad regulam rõis rectæ, ſm quã qs ueram æstimationẽ de se habet. Hãc aũt regulã rectæ rõis non attendit superbia, sed de se maiora ęstimat q sint, qd cõtingit ex inordinato appetitu propriæ excellẽtiæ: quia qs qd uehemẽter desiderat, facile credit, & ex hoc ẽt eius appetitus in altiora fert, q sibi cõueniat. Et ideo quæcunq; cõferũt ad hoc, q aliqs æstimet se s. id qd est inducunt hoiem ad superbiã, quorũ unum est, q aliquis consideret defectus aliorũ, sicut econtra Greg.* ibidem dicit, q sancti uiri uirtutũ cõsideratione uicissim sibi alios præferunt. Ex hoc ergo non habetur q superbia sit in rõali, sed q aliqua causa eius in rõne existat.

Ad iii dicendũ, q superbia non est solum in irascibili, ſm q est pars appetitus sẽsitiui, sed put communius irascibilis accipitur, ut dictum est.*

Ad iiii dicendum, q sicut Aug. dicit 14. de ciui. Dei,† amor pcedit oẽs alias animi affectiones, & est cã earum, & ideo põt poni pro qualibet aliarum affectionum: & ſm hoc superbia dicitur esse amor propriç excellentiæ, inquantum ex amore causatur inordinata præsumptio alios superãdi, quòd proprie pertinet ad superbiam.

Articvlvs IIII.

Vtrum conuenienter à Gregorio assignentur quatuor superbiæ species, s. æstimare bonum à seipso habere: sibi datum desuper, credere pro suis accepisse meritis: iactare se habere quod non habet: & despectis cæteris singulariter uideri appetere habere qd habetur.

Ad qvartvm sic pcedit. Vr q inconuenienter assignentur quatuor superbię species, quas Gre. assignat 23. Mor.* dicens. Quatuor quippe sunt species, quibus oĩs tumor arrogãtium demonstratur, cũ bonũ aut à semetipsis habere se æstimãt: aut si sibi datũ desuper credunt pro suis hoc accepisse meritis putant: aut cũ iactant se habere qd nõ habent: aut despectis cæteris singulariter uideri appetunt habere qd habent. Superbia.n. est uitiũ distinctũ ab infidelitate, sicut ẽt humilitas ẽ uirtus distincta à fide: sed q aliquis[h] ęstimet bonũ se non habere à Deo, uel q bonũ gratiæ habeat ex meritis ppriis ad infidelitatẽ ptinet. ergo ñ deberet poni spẽs supbię.

¶2 Præt.[h] Idẽ non debet poni spẽs diuersorũ generum: sed iactantia ponitur spẽs mẽdacii, ut supra habitum est.* ergo nõ debet poni species superbiæ.

¶3 Pręt.[h] Quædã alia uidentur ad superbiam pertinere, q hic nõ connumerantur. dicit enim Hier. q nihil est tam superbũ, q ingratum uideri. & Aug. dicit. 14.† de ciuit Dei, q excusare se peccato commisso ad superbiam pertinet. Præsumptio etiam, qua quis tendit ad assequendum aliquid qd supra se est, maxime ad superbiam[m] ptinere vr. Nõ ergo sufficiẽter prædicta diuisio comprehendit superbiæ species.

¶4 Præt. Inueniuntur aliæ diuisiones superbiæ. Diuidit n.* Anselmus exaltationem superbiæ dicens, q quædam est in uoluntate, quædam in sermo-

Svp. Qv. CLXII. Art. IIII.

In ar. 4. eiusdẽ 162. q. dubium ex Martino q. 5. de superbia occurrit, ubi recitata hac doctrina dicit, Hæc opinio Thomæ est pulchra, & bene moralis, sed tamẽ calumniabilis multipliciter uidetur. Primo, quia Gregorius non superbiæ, sed arrogãtiæ species ponere uidetur: arrogãtia autẽ est superbiæ una species. Immo Isido. de summo bono distinguit eam à superbia ut speciem à specie, & dicit arrogantiam ex superbia nasci, & non econtra. Et confirmatur, quia stat aliquem esse uere superbum, & tamen nihil sibi arrogare. Probat. Theologus excellens alios notabiliter recognoscẽs à Deo ex gratia scientiam habere, despiciens tñ alios tãquam nihil scientes, est uere superbus, ut pote suam excellentiam contemptiuam amans & tamen nihil sibi arrogat. Pręterea. Si aliquis impudẽter iactet bona quæ habet ob amorẽ propriæ excellentiæ in contemptum aliis est uere superbus, & tñ nihil sibi arrogat. Secundo, Non uidetur Thomas bñ fundasse istas arrogantiæ species: quoniam ipse duo cum proponat in superbia inueniri, bonum, & excellentiam consequentem ad bonũ, omnes species ex parte boni assignat ex triplici, aut quadruplici consideratione boni. Et ex primo modo accipit tertiam speciem, qua qs æstimat se habere bonum, quo caret. Cõtra. Si diues aliqs uera de se æstimans quãtum ad quantitatem diuitiarum, præferat se propter diuitias uiris doctis est superb', & tamen non arrogat sibi bonum ex quo se quis excellentia, sed tantum excellentiam ipsam. ergo tertia species

q. 59. ar. 4. & q. 81. ar. 3. ad 1. & 2. — Concl. in — Lib. 23. ca. 16. in fine. — q. prec. ar. 2. — Eiusd. lib. 24. c. 12 — In cor. ar. — Li. 14. c. 7. à med. & 8 & 9. to. 5. — Per tot. — 787 — 2. dist. 42. q. 2. art. 4. Et mal. q. 8. art. 4. Et 1. cor. 4. lect. 2. Et 1. Eth. 3. — * lib. 23. Mor. ca. 7. in prin. — q. 110. art. 2. — Lib. 14. c. 13. 14. tom. 5. — *In lib. de similitu. c. 24. — † in tract. de. 12. gra. humilitatis. i. med. & deinceps.

Universidad de Deusto Biblioteca

F cies non sufficienter assignatur penes arrogantiam boni, ad quod consequitur excellentia. Et confirmatur, quia defensio peccatorum, rebellio, libertas, consuetudo peccandi, sunt gradus superbiæ secundum Bernardum: & tamen non omnis defendens peccata &c. arrogat sibi bonum, quo caret: sed hæc quandoque contingunt ex arrogata excellentia.

In tract. de 12. gra. humil. in princ. & deinceps. ¶ Ad hæc dicitur, quod arrogantia dupliciter sumi potest. Primo pro actu superbiæ: quilibet enim superbus aliquo modo sibi tribuit quo caret. Et quia consentaneum est ut actus ponatur quandoque pro uitio cuius est actus, inde est quod Greg. superbos arrogantes uocauit. Falsum est ergo quod non superbiæ species ponat: nec Isidor. distinxit ut speciem à specie, sed ut actum uitio, uel ut actum secundarium à primario, puta, quia primus superbiæ actus quo superbia dicitur, est superbire: & ex hoc nascitur arrogare sibi quo caret. (Li. 23. c. 7.) (Consil. in Li. 23. Mo. c. 16 prin. Ar. 1. & 3.)

¶ Ad confirmationem dicitur, quod non stat aliquem esse superbum, & nihil sibi arrogare.

¶ Et ad probationem primam de superbia theologi respondetur quòd arrogat sibi maiorem excellentiam quàm habeat: quoniam attribuit sibi excellentiam, ut rationem despicabilitatis aliorum, tanquam alii nihil sint in comparatione ad ipsum. Constat autem quod longe maior æstimatur excellentia quæ æstimatur tanta, ut in comparatione eius alii quasi nihil sint. Sicut in ueritate excellentia illa, cuius comparatione cætera offuscantur, & quasi nihil sunt, longe maior est secundum ueritatem quàm aliam: unde & diuinam iustitiam commendantes dicimus. Vniuersæ iustitiæ nostræ quasi pannus menstruatæ: & per hoc patet solutio secundi casus de superbia iactoris. Eadem siquidem ratione apprehendit excellentiam suam maiorem, & utitur illa ut maiore quàm sit, quia ut ratione despicabilitatis aliorum. Vterque tamen horum peccat secundum quartam superbiæ speciem propriè loquendo: quia non penes bonum habitum, sed penes modum habendi illud bonum æstimatio excellentiam fundat. Æstimat siquidem uterque bonum quod habet ita illustrius habere, ut cæteri obscurentur coram eo. Quarta autem species penes modum habendi sumitur, ut patet in litera.

¶ Ad secundum dicitur, quod author bene fundauit species istas, explicans & obiectum superbiæ, quod excellentia est, & causam illius, quæ est bonum habitum: & ad radices attingens ex bono quod est causa diuersarum specierum, appetitum excellentiæ monstrauit. Ad id autem quod obiicitur contra tertiam speciem, quia inuenitur sibi arrogare excellentiam & non bonum, respondetur dupliciter. Primò, per interemptionem: quod ad casum de arrogantia diuitis dicitur, quod talis, licet non arroget sibi plus diuitiarum quàm habeat arrogat tamen sibi plus boni secundum diuitias, quàm habeat. Æstimat enim se maiorem esse ex diuitiis quàm sit ex illis: quoniam æstimat se ex diuitiis tanti, ut alii obscurentur in comparatione sui: & super tali æstimatione fundatur appetitus excellentiæ, & contemptus aliorum: & si perspicacius uideatur, æstimat se habere ex diuitiis bonum quod non habet quod æstimat se habere bonum, in cuius comparatione obscuri sint cæteri. Et propterea directè peccat secundum tertiam speciem quoniam super æstimatione boni non habiti, excellentiæ appetitus fundatur. Secundo dicitur, quod quia eiusdem moris est attribuere sibi uel bonum quo caret, uel excellentiam qua caret. & hæc naturaliter se habent ut effectus & causa: ideo author explicando tertiam speciem per bonum falso attributum, reliquit pro manifesto ad eandem speciem spectare excellentiam falso attributam absque fundamento alicuius boni aliter æstimati. Et hęc quidem distinctio facilior: prima autem subtilior, & ueritati innititur.

¶ Ad confirmationem de defensione peccatorum &c. dicitur quod, ut author dicit, ponuntur inter superbiæ gradus & antecedentia & consequentia superbiam. Et propterea non oportet in his solicitum quempiam esse. Si quis tamen reducere uellet defensionem peccatorum ad bonum innocentiæ, rebellionem ad bonum libertatis, & huiusmodi di facile posset.

¶ In eadem ar. 4. circa species superbiæ dubium occurrit, quia non uidetur, quod species superbiæ sint sufficienter enumeratæ. Nam ardentior appetitus propriæ excellentiæ ueræ & recognitæ à Deo ex gratia, siue quocumque malo modo habendi, est peccatum superbiæ, & tamen in nulla harum specierum. Hoc enim patet ex conditionibus quatuor oppositis, excludentibus quatuor species. Illud uero, scilicet quod sit peccatum superbiæ, constat quia est inordinatus appetitus propriæ excellentiæ.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod sicut de speciebus luxuriæ dictum est ex authore in 15. q. de malo, sic quod inordinatio superbiæ potest contingere dupliciter, scilicet ex parte actus secundum se, & ex parte appetentis. Inordinatio siquidem actus secundum se attenditur penes obiectum, secundum cuius diuersitatem assignatæ sunt istæ quatuor species: inordinatio autem ex parte appetentis, eo modo appetendi consideratur. Et propterea non est mirum si huiusmodi species superbiæ prætermissa est ab his, qui de superbia ex parte actus secundum se tractauerunt.

I ¶ In eodem quarto in responsione ad quartum dubium ex Martino ubi supra occurrit, arguente quòd hoc authoris dictum in glossando Anselmum, scilicet quod illa tria quæ ponit Anselmus, accipiuntur secundum progressum peccati cuiuslibet, quod primo corde accipitur: secundo, ore profertur: tertio, opere perficitur, non est conuenienter dictum. Primo. Nullum opus immediate subordinatum uolitioni, quæ est subordinata uolitioni, quæ primo & per se est uolitio superbiæ, est opus, per quod perficitur cursus superbiæ: sed superbia operis consistit in exhibitione factorum, quæ sunt subordinata alicui uolitioni subordinatæ uolitioni quæ primo & per se est uolitio superbiæ, ergo. Minor probatur: quia opera quæ sunt signa superbiæ, subordinantur immediate uolitioni illorum factorum, & illorum uolitio subordinatur uolitioni excellentiæ, quæ est primo & per se uolitio superbiæ. Secundo, Nullum opus, ad quod illa uolitio, quæ primo & per se est uolitio superbiæ, non inclinat nisi mediante aliquo iudicio uero, uel erroneo, & alia uolitione illi conformi,

K est opus per quod perficitur & consumatur illa primo uolitio: sed ad opus exterius non inclinat uolitio superbiæ immediate, sed tantum mediante iudicio uero, uel erroneo, quo indicatur quod per talia facta procurabitur excellentia, & mediante uolitione huiusmodi factorum. ergo. Tertio, Si quis diuideret luxuriam in luxuriam cordis oris & operis, intelligendo per luxuriam cordis consensum & per luxuriam oris turpia uerba, & per luxuriam operis conuersationem cum personis, aut locis luxuriosis, constat quòd illa diuisio non acciperetur secundum progressum peccati luxuriæ, quia opus illud non est illud opus quod propriè correspondet consensui in luxuriam: sed diuisio superbiæ posita ab Anselmo est omnino huic similis, ergo non est secundum progressum peccati superbiæ. Quarto, Quando diuisio alicuius peccati sumitur secundum progressum peccati, tunc res significata per diuisionem sunt sibi inuicem subordinatæ hoc modo, quòd tertium secundo, & secundum primo subordinatur: sed superbia operis nullo modo subordinatur superbiæ oris, cum nullo modo oporteat quod uolens superbiam ostendere factis, primo ostendat eam uerbis. ergo. Quinto, Omne illud opus, per quod perficitur aliquod peccatum, est finis uolitionis, quæ primo & per se est peccatum: sed opus superbum non est finis uolitionis excellentiæ, quia non ideo amo excellentiam, ut superbè faciam & operer, sed econtra superbè facio & operor, ut supereminem & excellens uidear. Maior patet: quia si uis luxuriari, ut luxurieris, & non ideo luxuriaris, ut uelis luxuriari.

¶ Ad horum euidentiam præmittenda sunt duo, primum est, quod distinctio peccati secundum progressum peccati dupliciter inuenitur, scilicet perfectè, & imperfectè. Perfectè quidem, quando secundum omnes subordinatos ordine originis & malitiæ gradus fit, ut si primo concipiatur in corde: secundo, exprimatur ore: tertio, consumetur opere. Imperfectè autem, quando progressus attenditur secundum dictos gradus, sed non subordinatos secundum ordinem originis, aut malitiæ, ut si peccet in corde uel in ore, uel opere: sed non ita quod unum oriatur ex alio, puta, si in corde habet delectationem morosam, in ore locutio turpis, sed non propter illam delectationem morosam in opere sunt actus turpes, nec sunt effectus uerborum turpium huiusmodi, quippe dictò est secundum progressum peccati, pro quanto dictò sunt secundus gradus, quibus progredi solet peccatum, scilicet cor, sermo, & opus. Sed imperfectè, quia deest ordo originis unius ab alio, & ordo per se malitiæ: quoniam in huiusmodi distinctione, per se loquendo, non potest fingi quod comm[illegible] sit grauius. Est tamen in hac distinctione alius tacitus per se progressus à corde immediatè, scilicet mali sermonis à corde malo, & mali operis à corde malo: & hic etiam, quia utrobique deest unus gradus, imperfectus est. Etsi his aduerteris, quòd quorum imperfectum reducitur ad perfectum, uidebis quòd quæcumque harum distinctionum potest merito uocari distinctio secundum progressum peccati. Secundum est, quòd unum uitium potest perfectè progredi per omnes gradus ab intus ad extra ordinatè usque ad consumationem operis, dupliciter. Primo, per subtracta uerba & opera non aliter bona, nec mala moraliter. Secundo, per uerba, & opera alias bona, uel mala moraliter. Exemplum primi. Si quis uult primo furari, deinde ad hoc loquitur, tertio uadit furatum, & furatur. Nam locutio non est aliter mala moraliter, nisi quia inficitur deformitate furti: & similiter ambulatio, & manuum usus in actu furandi non aliter habent malitiam moralem, nisi quia subsunt furti iniquitati. Exemplum secundi. Si quis primo uult furari, deinde ad hoc loquitur uerba mendacii & dolosa, & demum actibus iniuriosis consumat furtum. Hic namque & uerba, & opera sumpta ad progressum furti sunt mala moraliter, et seclusa malitia furti quia habent aliam malitiam ordinatam ad malitiam furti. Inter hos duos modos progrediendi nulla est per se differentia quoad progressum ipsum: quoniam utrobique gradatim, & per omnes gradus, & ordinate tam ordine originis, quàm malitiæ progreditur. Sed differentia est in materia ipsius progressus: quia in primo modo materia progressus sunt actus uoluntarii oris, & operis abstrahentes à bono & malo morali. In secundo autem materia sunt actus uoluntarii oris, & operis alias mali moraliter. Rursus conueniunt hi duo modi in hoc, quòd utrobique sunt formaliter, uel æquiualenter duæ uolitiones, una ipsius furti, & altera ipsorum uerborum, & operum. Oportet enim eum qui progressum furti peragit, non solum quòd uelit furari, sed uelit loqui talia uerba &c. & uelit uti pedibus, uel manibus. Et hæ duæ uolitiones sic se habent, quòd una est formæ, altera materiæ: una finis, altera eius quod ad finem. Verum quia materia secundi modi est composita ex actu uoluntario exteriori, & alia malitia morali, quia est sermo alias malus, & opus alias malum: ideo in secundo modo con-

A currunt duæ uolitiones formaliter, uel æquiualenter ex parte materiæ. His præmissis, ad propositum descendendo de superbia, dicimus & quod superbia potest distingui secundum progressum peccati & perfectè, & imperfectè. Perfectè quidem, ut cum quis primò appetit inordinatè excellere in dominio, deinde ad hoc loquitur, & demum ad hoc dando operam, assequitur excellentiam dominii. Imperfectè autem, ut si quis in corde tumeat excelsum se putando, uel uerbis celsitudinem iactet, uel factis excellentiam demonstret, quo ut Martinus ait, est distinctio Anselmi: & quod superbia potest progredi per omnes gradus ordinatè tam per actus exteriores non alias malos moraliter, quàm per actus alios malos moraliter. Nam si quis appetat inordinatè excellere in scientia, & deinde ad hoc loquatur non alias mala, & faciat, puta, uadat ad audiendum uiros doctos &c. & tandem consequatur excellentiam appetitam, iste progressus est in superbia sine aliis malis mediis. Si quis, ut Nabuchodonosor, eleuetur in corde, & deinde dicat se omnem uelle terram suo imperio subiugare, & demum per Holofernem perficiat, iste superbiæ suæ progressum per mala media facit.

¶ Ad primum ergo & secundum argumentum negatur tam maior, quàm minor. Maior quidem, quia nihil obstat progressui peccati mediatio uolitionum ex parte materiæ, ut patet ex dictis. Minor uerò, quia superbia & sine media uolitione alterius moralis mali, & cum media uolitione alterius moralis mali ex parte materiæ potest progressum perficere: & quòd non obstet ali-

D qua media uolitio non solum ex dictis patet, sed ex hoc, quòd est impossibile peccatum aliquod progredi sine uolitione uerborum & factorum, quæ est alia formaliter, uel æquiualenter à uolitione finis.

¶ Ad tertium dicitur, quòd illa diuisio luxuriæ, esset etiam secundum progressum peccati, quamuis imperfectè. Et si replicetur, quòd author loquitur de progressu perfecto, respondetur quòd author, ut erat excellentis ingenii, distinctionem Anselmi arguendo summauit ad gradus cordis, oris, & operis, ut patet in quarto argumento literæ, & respondendo imperfectum ad perfectum reduxit, assignans longe penes quid progressus perfectus attenditur, ex hoc uolens intelligi etiam progressus imperfectos ex perfecti participatione indicandos.

¶ Ad quartum dicitur, quod maior est uera de progressu perfecto, non autem de progressu imperfecto, & quod distinctio Anselmi de progressu imperfecto habita est.

E ¶ Ad quintum negatur minor, quia superbia progreditur perfectè. Nam uolens excellere, uult excellere ut excellat, & non econtra: & similiter loquitur ut excellat, non ut uelit excellere: & operatur ut assequatur ut excellat, supereminet, & non ut uelit excellere, & supereminere: ne ut appareat, tamquam hoc sit finis, quia apparere, finis est inanæ gloriæ, & effectus superbiæ. Et ideo superbus operatur ut appareat tamquam propter finem secundarium & mediatum, scilicet per inanem gloriam, sed ut sit saltem in oculis suis excelsus, & supereminens, ut propter proprium finem.

¶ In eadem responsione ad quartum in calce, non turberis scrupulose in illis uerbis, Consuetudo peccandi; quæ implicat Dei contemptum: quoniam non formaliter, sed interpretatiue consuetudo peccandi moraliter Dei contemptum implicare comminet. Apparet enim quòd legislatorem, punitorem, monitorem, præmiatoremque contemnat, qui continue transgredi non cessat: quoniam si magnifaceret illum, timeret sæpe, abstine-

---

ne quædam in operatione. Bernard. autem ponit duodecim gradus superbiæ, qui sunt curiositas mentis, leuitas inepta lætitia, iactantia, singularitas arrogantia, præsumptio, defensio peccatorum, simulata confessio, rebellio, libertas peccandi consuetudo, quæ non uidentur comprehendi sub speciebus à Gregorio assignatis. ergo uidetur quòd inconuenienter assignentur.

In contrarium sufficit authoritas Gregorii.

Resp. Dicendum, quod sicut supra dictum est, superbia importat immoderatum excellentiæ appetitum, qui scilicet non est secundum rationem rectam. Est autem considerandum, quod quælibet excellentia consequitur aliquod bonum habitum: quod quidem potest tripliciter considerari. Vno modo, secundum se. Manifestum est enim quod quantò maius est bonum quod quis habet, tanto per hoc excellentiam maiorem consequitur: & ideo cum aliquis attribuit sibi maius bonum quam habeat, consequens est quod eius appetitus tendat in excellentiam propriam ultra modum sibi conuenientem: & sic est tertia species superbiæ, cum scilicet aliquis G iactat se habere quod non habet. Alio modo, ex parte causæ, prout scilicet excellentius est quod aliquod bonum insit alicui à seipso, quàm quod insit ei ab alio: & ideò cum aliquis æstimat bonum quod habet ab alio ac si haberet à seipso fertur per consequens appetitus eius in propriam excellentiam supra suum modum. Est autem dupliciter aliquis causa sui boni, uno H modo efficienter: alio modo meritorie. Et secundum hoc sumuntur duæ primæ superbiæ species, scilicet cum quis à semetipso habere æstimat quod à Deo habet, uel cum propriis meritis sibi datum desuper credit. Tertio modo, ex parte modi habendi, prout excellentior aliquis redditur ex hoc, quod bonum aliquod excellentius cæteris possidet. Vnde ex hoc etiam fertur inordinatè appetitus in propriam excellentiam: & secundum hoc sumitur quarta superbiæ species, quæ est cum aliquis aliis despectis singulariter uult uideri.

Ad primum ergo dicendum, quod uera æstimatio potest corrumpi dupliciter. Vno modo, in uniuersali: & sic in his quæ ad finem pertinent, corrumpitur uera æstimatio per infidelitatem. Alio modo, in aliquo particulari eligibili: & hoc non facit infidelitatem, sicut ille qui fornicatur, æstimat pro tempore illo bonum esse sibi, fornicari. Nec tamen est infidelis, sicut esset si in uniuersali diceret fornicationem esse bonam: & ita etiam est in proposito. Nam dicere in uniuersali aliquod bonum esse quod non est à Deo, & gratiam hominibus pro meritis dari, pertinet ad infidelitatem: sed quod aliquis ex inordinato appetitu propriæ excellentiæ ita de bonis suis glorietur, ac si ea à se haberet, uel ex meritis propriis, pertinet ad superbiam, & non ad infidelitatem, B propriè loquendo.

Ad II dicendum, quod iactantia ponitur species mendacii quantum ad exteriorem actum, quo quis falso sibi attribuit, quod non habet: sed quantum ad interiorem cordis arrogantiam ponitur à Gregor. species superbiæ. (Loco citato in arg. 2)

Ad III dicendum, quod ingratus est, qui sibi attribuit quod ab alio habet: unde duæ primæ superbiæ species ad C ingratitudinem pertinent. Quòd autem aliquis se excuset de peccato quod habet, pertinet ad tertiam speciem: quia per hoc aliquis attribuit sibi bonum innocentiæ, quod

ter authoties ex illius reuerentia. Non tamen est ibi propriè contemptus Dei, quia ex infirmitate subiecti tam passionibus animi, consuetudo peccandi fit, iuxta illud Augustini. Dum seruitur libidini, facta est consuetudo.

non habet. Qd aūt aliqs pſūm ptuosè tēdat in id qd supra ipsum est, præcipuè uī ad quartā speciem pertinere, secundum quā aliquis uult aliis præferri.

AD IIII dcēm ꝙ illa tria quę ponit Anselmus accipiuntur ſm progressum peccati cuiuslibet, quod primo corde cōcipitur, secūdò ore profert, tertiò opere perficit. Illa aūt duodecim q̄ ponit Bernardus, sumūtur per oppositū ad duodecim gradus humilitatis, de quibus s. habitum* est. Nā primus gradus humilitatis est corde & corpore sp humilitatē ostendere defixis in terrā aspectibus, cui opponitur curiositas, per quā aliquis curiose ubiq; & inordinate circūspicit. Secundus gradus humilitatis est, ut pauca uerba & rōnabilia loquatur aliquis non clamosa uoce, contra quē opponit leuitas mētis, per quā s. hō superbe se habet in uerbo. Tertius gradus humilitatis est, ut non sit facilis & prōptus in risu, cui opponitur inepta lætitia. Quartus gradus humilitatis est taciturnitas usque ad interrogationē, cui opponit iactantia. Quintus gradus humilitatis est tenere, qd cōis regula monasterii habet, cui opponitur singularitas, p quam s. aliquis sanctior uult apparere. Sextus gradus humilitatis est credere & pronunciare se oībus uiliorē, cui opponitur arrogantia, per quā s. hō se aliis præfert. Septimus gradus humilitatis est ad oīa inutilē & indignū se cōfiteri & credere, cui opponit pſumptio, per quā aliqs reputat se sufficientē ad maiora. Octauus gradus humilitatis est cōfessio pctōrum, cui opponit defensio eorūdē. Nonus gradus humilitatis est in duris & asperis patiētiā amplecti, cui opponit simulata cōfessio, per quam s. aliquis non vult subire pœnā pro peccatis, q̄ simulatè cōfitetur. Decimus gradus humilitatis est obedientia, cui opponit rebellio. Vndecimus gradus humilitatis est, vt hō non delectet facere propriam voluntatē: cui opponit libertas per quam s. hō delectat libere facere qd vult. Vltimus aūt gradus humilitatis est timor Dei, cui opponitur peccandi consuetudo, quæ implicat Dei cōtemptum. In his aūt duodecim gradibus tanguntur nō solum superbiæ species, sed ēt quædam antecedentia & cōsequentia, sicut etiam supra de humilitate dictum* est.

Q. præce. art. 6.

ARTICVLVS V.

Vtrū superbia sit peccatū mortale.

AD QVINTVM sic proceditur. Vr ꝙ superbia non sit pctm mortale. Quia super illud Psal. 7. Dñe Deus meus si feci istud, dicit glos.* s. vniuersale peccatum, quod est superbia. Si igitur superbia esset peccatum mortale, omne peccatum esset mortale.

¶2 Præt. Oē peccatū contrariat charitati: sed superbia non vr contrariari charitati neq; quātū ad dilectionē Dei, neq quātum ad dilectionē proximi: qa excellentia quā quis inordinate per superbiā appetit, non sp contrariatur honori Dei, aut vtilitati proximi. ergo superbia non est peccatum mortale.

¶3 Præt. Oē peccatū mortale contrariatur uirtuti: sed superbia non contrariatur uirtuti, sed potius ex ea oritur: quia vt

Perr. pe. te. 788
4. di. 33. q. 1. ar. 3. q. 2 ad 3.
* est Aug. in hoc loco. Ps. 7. t. 8

SVPER QVÆST. CLXII. ARTIC. V.

IN ar. 5. eiusdem q. dubia multa occurrunt ex Martino in q. 2. de superbia. Primum est circa redditam in litera rōnem, quare superbia est peccatum mortale, quia s. importat non subiici hoīem Deo &c. Contra, inquit, Non oīs se non conformans legi diuinę, peccat mortaliter: ergo non oīs qui se extollit supra id quod est sibi præfixum ſm regulam diuinā, peccat mortaliter. ergo hoc nō est sufficiens ratio, vt superbia sit pctm mortale. Añs probatur, quia peccās venialiter tantum, non se conformat legi diuinæ.

Q. præce. art. 6.

¶ Secundo, Vanus, & ambitiosus peccant aliqñ venialiter, & tñ ita peccando non appetunt nisi id quod est eis præfixum ſm regulam, & mensurā diuinā. ergo hoc non est sufficiens ratio, pp quam aliquod peccatum sit mortale.

¶ Tertio, stat aliquē de se æstimare super id quod est sibi constitutum ſm regulā diuinam, & non peccare mortaliter. ergo hæc ratio non est sufficiens ratio peccati mortalis in superbia. Añs probatur: quia stat aliquem hoc mō sic de se æstimare, & contra nullum præceptum diuinum peccare: quod probatur in discendo per singula præcepta diuina.

¶ Quarto, non quodlibet auerti à Deo, est peccatum mortale. ergo nec omnia defectus subiectionis ad Deum, est peccatum mortale. Antecedens probatur, quia non qualibet auersio à Deo fit per actum nolendi, sed aliqua fit per negationem actus volendi in re, & pro tempore, in qua & pro quo non tenemur conuerti ad Deum sub pœna peccati mortalis.

¶ Subdit postea Martinus rñsionem ad authoritatem Apostoli inductam in litera dicens, ꝙ si concluderet, magis concluderet de inani gloria quàm superbia, ꝙ sit peccatum mortale.

¶ Secundū dubiū est circa rationē quasi aliam, quare superbia est peccatum mortale, quia scilicet est contemptus Dei, vt author dicit expresse in sequenti art. contra inquit Martinus, Nō omnis superbia est contemptus Dei. ergo non omnis superbia ex illa causa constituitur peccatum mortale. Antecedens probatur. Sunt aliquem nullo modo contemnere Deum amplius q̄ auarus contemnit eum, & tñ despicere proximum, & forsè prælatum, aut principem suum. ergo nō reperitur in omni peccato superbiæ positiuus Dei contemptus.

¶ Secundo, Pono casum, ꝙ Deus & prælatus idem præcipiant, & pro aliquo tpe sciat superbus illud esse pceptum à prælato, non autem à Deo: & moueatur tunc superbus ad despiciendum prælatū, & postea cognito ꝙ est et præceptum à Deo: nihilominus vincente infirmitate non ex contēptu Dei, sed ex contēptu prælati, & sm præceptū transgrediatur: hic apparet possibile esse, superbum contēnere prælatum, & nō contemnere Deum, & per consequens habet non oīs superbia ex contēptu Dei, ꝙ sit peccatū mortale.

¶ Ad euidentiā primi dubii sciendum est, ꝙ appetere aliquid supra diuinā regulā, seu mensuram, contingit dupliciter. Vno modo, ita ꝙ appetitus feratur in illam rem appetibilē, quæ excedit limites diuinæ mensurę respectu appetentis, puta, appetit maiorem excellentiam, aut gloriam, q̄ sibi conueniat. Alio mō, ita ꝙ appetitus feratur in ipsam abiectionem s. subiectionis diuinæ, hoc est, quòd hinc appetit maiorē gloriam: quia aspernatur subiici mensuræ, qua mensus est eū Deus. Litera præsentis articuli hoc secundo modo, intelligenda est, & non primo modo, vt Martinus accepit. Patet autem hunc esse sensum literæ ex eo, ꝙ fundat eius est oppositio ad humilitatem. Cōstat enim quòd humilitas appetitum tendentem in excelsa moderatur apponendo illi modum diuinæ subiectionis. Ac per hoc superbia appetitui propriæ excellentiæ apponit immoderantiam aspernantē diuinā subiectionē. Et huic proposito manifestè deseruit tota litera, si prospexeris ꝙ authoritas Apostoli, vt interposita accipienda est, ad manifestandum qualis est subiectio, à qua deficit aspernando eam superbia.

¶ Ad primum argū Martini neganda est simpliciter consequentia, intelligendo consequens vnāvoce, sm sensū authoris, contra quem directè arguitur. Extollens siquidem se expreta subiectione diuina, peccat mortaliter.

¶ Ad secundum dr, ꝙ vanus & ambitiosus non appetunt maiora ex repulsa diuinæ subiectionis: & ideo non sunt ad propositum, sed iuxta primum sensum arguitur.

¶Ad

Gre. dicit 34.* Mor. aliquando homo ex summis cælestibusq; uirtutibus intumescit. ergo superbia non est pctm mortale.

SED CONTRA est, qd Gre. in eodem lib.* dicit, ꝙ euidentissimum reproborum signum superbia est, at contra humilitas electorū: sed homines non fiunt reprobi pro peccatis venialibus. ergo superbia nō est peccatū ueniale, sed mortale.

Li. 34. c. 18 circa prin. Et c. 19.
Li. 34. Moral. cap. 22 in princi. Et cap. 23.

RESP. Dicendū, ꝙ superbia humilitati opponitur. Humilitas aūt propriè respicit subiectionem, hominis ad Deū, ut supra dictum* est. Vnde ecōtrario superbia propriè respicit defectum huius subiectionis, ſm. s. ꝙ aliquis se extollit s. id qd est sibi prefixum ſm diuinā regulam, uel mensuram: cōtra id quod Apostolus dicit 2. ad Cor. 10. Nos aūt non immēsū gloriamur, sed ſm mensuram qua mensus est nobis Deus. Et iō dr Eccl. 10. Initiū superbię hominis Apostatare à Deo: qa ſm hoc radix superbię consideratur, ꝙ hō aliqualiter nō subiicitur Deo & regulæ ipsius. Manifestum est aūt, ꝙ hoc ipsum qd est non subiici Deo, habet rōnem peccati mortalis: hoc n. est auerti à Deo. Vnde consequens est ꝙ* superbia ſm genus suum est peccatum mortale.* Sicut tamen in aliis, quæ ex suo gñe sunt peccata mortalia, puta, in fornicatione, & adulterio, sunt aliqui motus q sunt peccata uenialia pp eorū imperfectionē, quia. s. preueniunt rōnis iudicium, & sunt preter eius consensum: ita ēt & circa superbiam accidit ꝙ aliqui motus superbiæ sunt peccata venialia, dum ratio nō consentit.

q. præced. ar. 1. ad 3.
Concl.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut supradictum est,* superbia nō est uniuersale peccatum per suam essentiam, sed per quandam redundantiā, inquātum s. ex superbia oīa peccata oriri pñt. Vñ non sequit ꝙ oīa peccata sint mortalia, sed solum quando oriuntur ex superbia completa, quam diximus esse peccatum mortale.

Art. 2. huius quæst.

AD II dicendum, ꝙ superbia semper quidem contrariatur dilectioni diuinæ, inquantum scilicet superbus nō se subiicit diuinę regulæ prout oportet. Et quandoque etiā cōtrariatur dilectioni proximi, inquantum scilicet aliquis inordinate se præfert proximo, & ab eius subiectione se retrahit, in quo etiam derogatur diuinę regulę, ex qua sūt hoīum ordines instituti, prout. s. unus eorum sub alio esse debet.

AD III dicendū, ꝙ superbia non oritur ex uirtutibus sicut ex causa per se: sed sicut ex causa per accidens, inquantum s. aliquis ex uirtutibus occasionem superbię subit. Nihil autē prohibet quin unum contrariorum sit alterius causa p accidens, ut dicitur in 8. Physicorum. Vnde etiam de ipsa humilitate aliqui superbiunt.

Li. 8. tex. 8 tom. 2.

ARTICVLVS VI.

Vtrum superbia sit grauissimum peccatorum.

AD SEXTVM sic proceditur. Videt ꝙ superbia nō

Perr. p. tex. 789
Infra ar. 7. ad 4. Et Ps. 18. fin. Et 2. co. 11. lo. 1.

¶Ad tertium dicitur, ꝙ in tali æstimatione & appetitu quādo est peccatum ueniale, non est superbia nisi materialiter, & propterea non est mirum.

¶Ad quartum dr, ꝙ añs est falsissimum, nisi abutamur uocabulis. Et ad probationem negatur ꝙ sit possibile homini auerti à Deo siue per actum nolitionis, siue uolitionis in re, tempore, loco, &c. sine obligatione ad mortale: quia aut non est auerti à Deo, aut si est auerti, ē peccatū mortale. Sed fallunt fortè multi, quia non discernunt inter simpliciter, & ſm quid. Nā hęc omnia. s. non subiici Deo auerti à Deo, facere contra legem Dei, abiicere diuinam regulam, abiicere diuinam mēsuram, & similia, si simpliciter & absolute, hoc est sine additione aliqua sumātur, important motus uoluntatis peccati mortalis ex suo genere, quia important manifeste diuinam iniuriam, ac per hoc sunt contra charitatē. Sed quia istamen pñt sumi secundū quid ex imperfectione actus, uel pp indeliberationem actus, ut contingit i primis motib^9: uel pp imperfectionē materiæ, ut cōtingit in peccatis uenialibus ex suo genere, ut mendacium officiosum. Hęc n. oīa dissonantia diuina lege, mēsura subiectione, regula: sed nō nisi ſm quid cōtra hæc sūt. Et propterea correcte loquendo dicimus, ꝙ sunt preter legem &c. idcirco falsum apparet, ꝙ ista sint ex suo genere mortalia cum tñ in ueritate sic sint: quia ipsa absolute sumpta indicantur, nec s. lūs sumātur ex eo, ꝙ sm qd inuenta, non nisi uenialis reperiuntur. Et hoc habeto in mortalibus semper præ oculis, si nō uis falli.

¶Ad solutionem authoritatis apostolicæ dicit, ꝙ authoritas nō est allata, ut ex ea concludatur superbiā esse peccatum mortale, sed ut ex ea pateat qualis est subiectio quam aspernatur superbia. s. ꝙ est subiectio ad Deum mensuram distribuentem. Et qñ aspicere ad diuinam subiectionem non est inanis gloriæ, sed superbiæ: ideò authoritas magis ad superbiam quàm inanem gloriam ex hac parte spectat.

¶Ad secundum dubium, ꝙ quia de propositione posita in litera sequentis articuli est, debebat illo deferri, tñ in præsentiarū respondendum duxi, & pp coincidentiam rationis, ut patebis & propter arguentem, qui ad quæstionem præsentis articuli retorsit propositionē illā. Cum igitur arguitur primo, ꝙ non oīs superbia est contemptus Dei, negatur: & dicitur ꝙ superbia ex propria sui generis rōne habet ꝙ sit contemptus subiectionis ad Deum, sicut humilitas habet ꝙ sit amplexus subiectionis ad Deum. Contemptus aūt subiectionis ad Deum, & cōtēptus Dei, ut synonyma sunt in proposito. Et ideo dixi, ꝙ est vna met ratio ista, & præcedēs quare, superbia est peccatū mortale.

¶Ad probationem dī, ꝙ ut iam tactū est, sicut detractio formaliter alienam famā lædit ex intentione lædendi famā, & tñ detractio materialiter, quandoque mortale peccatum est, si sine intentione lædēdi famā notabiliter quis lædet famā proximi ex loquacitate. & tūc actus redit ad naturā suæ speciei pp implicitam intentionē famā lædendi, quæ ibi conuincitur: ita superbia formaliter importat ex spreta diuina subiectione appetitum excellentię pprię. Et propterea cū quis proximum ex illa radice spernit, superb^9 formaliter est. Cum uerò proximū spernit contēptu spectāte ad superbiam, & non ex illa radice, si notabiliter contēnit, ad superbiæ speciem redit, sicut impfectū ad perfectū. Cōuincitur siquidē iste similiter intendisse implicitè abiicere diuinā subiectionē in appetitu pprię excellentiæ: sicut ille detractor materialiter cōuincit intēdere implicite læsionē famæ. Et per hoc patet solutio secundi. Dī ei aūt si contēptus spectat ad superbiā: quia sicut sunt multæ spēs uirtutum circa honorationē pximi, puta, pietas, obseruantia &c. ita sunt opposita illis uitia circa dehonorationes, seu cōtemptus proximi.

¶ In eodē ar. 5. aducit, ꝙ cū hoc qd dico subiici Deo, opponatur, & hoc qd est non subiici Deo, & hoc qd est præesse Deo, & magis distet à subiectione ad Deū præesse Deo, q̄ nō subiici illi superbia tñ non attenditur in litera penes pesse Deo, sed penes non subiici Deo, & ratio est, quia sermo est de superbia, quæ est vitium humanum, sicut & de ceteris vitiis. Constat autem inter humana vitia computari contemptum subiectionis ad Deum, Sed ꝙ aliquis intēt exorbitet vt uelit præesse Deo, hoc plus quàm vitij est, spectat namq; hoc ad bestialitatis ordinem, Est igitur superbia humanū vitiū, q subiectionem ad Deum aspernatur, quam humilitas amplectitur. Est & superbia plusq̄ diabolica, q & Deo præsse appetit, de qua scriptum est: Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper. Rarissimi. n. sunt odio habentes Deū, quorum superbia habet pro materia conculcationem, & quicquid semp peius occurrit deitatis quā & calamus, & lingua & cogitatio horret.

SVPER QVÆ. CLXII. ARTIC. VI.

IN art. 6. eiusdem 162. quæstio. dubium ex Martino in q. 3. de superbia occurrit contra hęc dicta authoris, scilicet, Superbia

Universidad de Deusto Biblioteca

perbia ex parte conuersionis non habet q. sit maximum peccatorum. At superbia ex parte auersionis est maximum peccatorum dicente. Quicquid sit de istis, rationes tamen adductæ, nõ concludunt. Diceretur enim ad rationem primi, q. celsitudo, Dei & hominum contemptiua, quam appetit superbus, est obiectum habens maximam repugnantiã ad bonum uirtutis. Ratio quoque secundi dicti non ualet, tum primò, quia in aliis quoque peccatis contingit peccare ex malitia: non ergo in eis peccatur tñ ex ignorantia, aut infirmitate. Tum secundo, quia peccare ex desiderio alicuius alterius non boni, non excludit cõtẽptũ, cũ ex desiderio vnius boni oriat̃ ũqȝ contemptus alterius. Tum tertio, quia auersio contemptiua Dei non conuenit superbiæ sm totum genus suũ, sed solum secundũ speciem illã, quæ est superbia I Deum. ¶ Ad hæc respondendo dicit̃. quod dicti ratio est ualida, & responsio nihil ualet: quia falsum dicit, scilicet, q. obiectum superbiæ sit celsitudo contemptiua Dei, & hominum. Contemptus namque in superbia non concurrit ut determinatiuus excellentiæ, sed ut modus aptus tendendi in propriam excellentiam, ut prædeclaratum est.

*in 4. reg. & incipit Ante oĩa fratres. to. 1.

Lib. 8. cap. 10. circa principiũ tom. 5.

† Q. præc. art. 5.

sit grauissimũ peccatorũ. Quãto.n. aliqđ peccatũ h difficilius cauetur: tanto uĩ esse leuius: sed superbia difficillime cauet̃, quia sicut Augustinus dicit in *regula. Cætera peccata in malis operibus exercẽtur vt fiant, superbia aũt bonis operibus insidiatur ut pereant. ergo superbia nõ est grauissimũ pctõrum.

¶ 2 Pręt. Maius malũ maiori bono h opponitur, vt Phil. dicit 8. Eth.* sed humilitas cui opponitur superbia, non est maxima uirtutum, ut supra habitũ est †. ergo & uitia, q̃ opponunt̃ maioribus uirtutibus, puta infidelitas, desperatio, odium Dei, homicidiũ, & alia hmõi, sunt grauiora peccata quàm superbia.

¶ 3 Pręt. Maius malum h non punitur per h minus malum; sed interdũ superbia punitur per alia peccata, ut patet ad Rom. 1. ubi dr̃ q. philosophi per elationẽ cordis traditi sunt in reprobũ sensum, ut faciant quæ non cõueniunt. ergo superbia non est grauissimum peccatorum.

SED CONTRA est, q. super illud Ps. 118. Superbi inique agebãt usquequaque, dicit glossa. Maximum peccatum in homine est superbia.

RESP. Dcẽm, q. in peccato duo attenduntur. s. conuersio ad commutabile bonum, quæ materialiter se habet i pctõ, & auersio à bono incommutabili quæ est formalis & completiua tõ peccati. m Ex parte aũt cõuersionis nõ habet superbia q. sit maximũ peccatorũ n: quia celsitudo, quã superbus inordinate appetit, secundum suam rõnem nõ habet maximam repugnantiam ad bonum uirtutis. G Sed p ex parte auersionis superbia habet maximã grauitatẽ q: quia in aliis peccatis hõ à Deo auertitur, uel pp ignorantiã, uel pter infirmitatem, siue pp desiderium cuiuscumque alterius boni: sed superbia habet auersionem à Deo ex hoc ipso, q. nõ uult Deo, & ei r regulę subiici. Vnde Boetius dicit, q. cum omnia uitia fugiant à Deo, sola superbia se Deo opponit. H Propter qđ ẽt spãliter dr̃ Iacobi 4. quòd De s superbis resistit. Et iõ auerti à Deo, & eius præceptis, qđ est quasi cõsequens in aliis peccatis, per se ad superbiam pertinet, cuius actus est Dei contemptus. Et quia id qđ est per se, potius est eo qđ est per aliud, t consequens est q. supbia sit grauissimum peccatorum sm suũ genus t, qa excedit in auersione, I q̃ formaliter complet peccatũ.

AD PRIMVM ergo dcẽm, q. aliquod peccatum difficile cauetur dupliciter. Vno modo, pp vehementiam impugnationis, sicut ira vehementer impugnat pp suum impetum. Et adhuc difficilius est resistere concupiscentię propter eius cõnaturalitatem, vt dr̃ in 2. Ethic.

¶ Ad primam uero obiectionem contra rationem secundi dicti dr̃, q. manifestus est ibi error: quoniã aliud est peccare ex malitia, & aliud ex cõtemptu Dei. Peccare namque ex malitia conuenit omni uitioso, cum peccat ex habitu: peccare autẽ ex contemptu Dei proprium est superbi. Vnde author tres cões peccandi causas in litera numerat, & distinguit contra peccare ex cõtẽptu Dei, dum in aliis peccatis hõ auertitur uel pp ignorantiam, uel pp infirmitatem, siue pp desiderium cuiuscunque alterius boni. Et in hoc intellexit pp malitiam, ut patet ex ipso authore in 78. q. libri præcedentis. Definit quidem ibi peccare ex malitia esse, quando principium peccandi non ignorantia, non passio, sed appetitus boni temporalis præponẽs illo bono spirituali est. Vide ibi diffuse ex proposito tractatum. Et per hoc patet solutio primæ obiectionis, & defectus eius in non intelligendo authorem.

¶ Ad secundam dr̃, q. sicut peccare ex passione excludit peccare ex electione, seu malitia, quia si passio est principale peccandi principium, tñ non electio est principale peccandi principiũ, licet peccans semper eligat; ita peccare ex certa malitia ut sic, nõ includit q. cõtẽptus sit principale principiũ peccãdi: & ppea dato, q. contemptus possit oriri ex desiderio alterius minus boni, peccatum tñ illud non diceretur ex cõtẽptu, sed potius cum contemptu, vt effectu principalis causæ. Nec propterea hinc sumas, q. non posit sm aliquis peccare ex cõtemptu Dei, & ex certa malitia: quoniam qñcunque ex superbiæ habitu peccatur, utrunque concurrit. Sed dicimus, q. ex hoc q. peccatur ex mali

F tia non sequitur q. peccetur ex contemptu & q. peccare ex desiderio minus boni, hoc est ex malitia, distinguitur formaliter contra peccare ex contemptu Dei. Et propterea in litera dr̃, q. superbia in hoc differt à cæteris ex parte auersionis, quia auersionem ipsam superbia habet, quia uult auerti à Deo, quod est cõtemnere subiectionẽ Dei: sed in aliis est auersio pp ignorantiã, uel passionem, uel malitiã, quã in sua descriptione author posuit consulto, quia s. melius in sua descriptione monstrat, q. auersio non est ex seipsa uolita in aliis uitiis, sed ex desiderio minoris boni, quàm in proprio nomine. Dicendo enim peccare ex malitia, videtur implicare quasi, q. auersio sit p se uolita: sed dicẽdo peccare ex desiderio minoris boni, manifestatur q. auersio non est ex se uolita, sed propter aliud.

Concl. a

Concl. p

¶ Ad tertium dicitur, q. quia auersio per se uolita nihil aliud est q̃ cõtemptus Dei: qm qui uult auerti à Deo ut sic, contemnit Deo subiici. Et hoc est cõmune toti generi superbiæ, utpote intrãs rõem constitutiuã sui generis; ideo dr̃, cõiicãdo in uocabulis cũ aliis, q. auersio contẽptiua Dei est cõis toti generi superbiæ, qđ est dictum auersio à Deo per se uolita, est communis toti generi superbiæ. Ex his patet, q. appetitus inordinatus propriæ excellẽtiæ, si non sic inordinatus est, q. ex auersione Deo sit, nõ spectat ad superbiam formaliter, sed materialiter tantum, & reductiue. Ita q. inter superbiã, & reliqua vitia hęc est differentia, q. in reliquis auersio comes est cõuersionis ad cõmutabile bonum: in superbia K autem quasi cõnuerso, conuersio ad propriam excellentiam comes est auersionis. Dixi autem, quasi cõnuerso, quia auersio à superbia non respicitur proprie ut obiectum, sed ut modus: uel rectius loquendo, ut immoderantia quędam, quã ponit in actu circa obiectum, quod est excellentia propria. Vnde in litera etiam in superbiæ peccato auersio ponitur ex parte auersionis, & in loco auersionis, & non conuersionis ad obiectum, tum expresse dicitur, q. ex superbia ex parte conuersionis non est maximum, quia suum obiectum &c. sed ex parte auersionis est maximum, quia sua auersio est ex seipsa uolita. Dicere enim, quòd est uolita ex hoc ipso quod non uult Deo subiici, & dicere q. est ex seipsa uolita, idem est ut patet in præcedenti articulo, ubi dictum est. Non subiici Deo habet rationem peccati mortalis: hoc enim est auerti à Deo.

Concl. f

Li. 2. ca. p nõ procul à fin. to. 5.

¶ In responsione ad primum eiusdem articuli dubium ex Martino ibidem occurrit, arguente contra hanc solutionẽ. Primo, Illud qđ magis ac magis excęcat, ut nõ percipiatur illud simpliciter difficile cauetur, quia cauere non potest nisi deprehendatur: sed superbia magis ac magis mentem excæcat, ergo superbia est de numero difficilium simpliciter ad cauẽdum. Minor est

est Greg. 14. moralium. Et ideo hoc dictũ Thomę non uĩ dictio suis dictis consonum. Secundò, Motus superbiæ est vnicuique naturalissimus. ergo superbia, ẽt cognita difficile cauet̃. Antecedens probatur: quia vnusquisque naturalius fertur in amorẽ sui, & propriæ excellentiæ, quàm in concupiscentiã uel qđlibet aliud. Tertio, Non solũ prima difficultas. s. pp vehementiam impugnationis, sed ẽt secunda. s. pp latẽtiã uitii diminuit de grauitate peccati. ergo distinctio illa non soluit. Antecedens patet, quia quanto tentatio est latentior, cæteris paribus, succumbens minus grauiter peccat.

Ar præced. ad 3.

¶ Ad euidentiã horũ scito, q. in lra author intendit hanc distinctionẽ, Peccatũ ad euitandũ difficile dupliciter. s. simpliciter, vel p tali statu & docet q. pctũ ad euitãdũ difficile pp magnitudinem impugnationis, est simpliciter difficile ad euitandũ, & ppea min' graue. Peccatũ uero ad uitandũ difficile pp latentiã, est difficile ad vitandũ pro statu latentiæ, & pro tunc est ex hoc min' graue. Nõ aũt est simpliciter minus graue qa p alio statu. s. quo cognitũ est, illius motus est facile ad vitãdũ, & sic ponit̃ superbia inter difficile euitabilia non simpliciter, sed p statu latentiæ sui motus, & inter facile euitabilia p statu quo dephẽs' ẽ illius in me motus.

D. 1003. & 1179.

¶ Ad primã igit̃ obiectionẽ dr̃, q. deficit dupliciter. Primo, qa difficultas cognoscendi in se motũ superbiæ non facit difficile euitabile simpliciter, sed p statu latentię: qñ difficultas ista non spectat ad pctũ ipsum, sed cognitionem eius.

¶ Secundo, qa magis ac magis excæcare mentẽ cõuenit superbiæ nõ sm se, sed ex negligentia hominis amplexãtis, & augmẽtãtis ipsã i se. Sermo aũt noster est de difficultate euitandi peccatũ sm se, non ex parte negligentiæ nostrę. Patet aũt hanc ẽe doctrinam Greg. qñ dicit, Vitium superbiæ mox ab ipsa radice obseruandum est, ut cum latenter oritur, tunc vigilanter abscidatur ne prouecta vrgeat, & viu roboretur &c. Et sic sanctorũ dictis consona patet doctrina hæc.

¶ Ad secundam dr̃, quòd licet motus superbiæ ex parte cõuersionis ad commutabile bonum, sit naturalissimus ex parte animæ rationalis, qua videmur maxime appetere excellentiã, ex parte tñ auersionis, in qua complatur ratio uitii, non est huiusmodi naturalis: & ideo à ĩnc non habetur quòd vitium superbiæ sit difficile simpliciter, quia non habetur quòd sit naturale quãmuis hinc habeatur quòd appetitus excellentiæ propriæ

& talis difficultas vitãdi pctm̃ grauitatẽ pẽti diminuit: qa quãto aliqs minoris tẽtationis ipetu cadit, tantò grauius peccat, vt Aug. dicit. Alio mõ, difficile est vitare aliqđ pctm̃ pp eius latentiã: & hoc mõ superbiam difficile est vitare, qa ẽt ex ipsis bonis occasionẽ sumit, vt dictũ est.* & iõ signãter Aug. dicit, q. bonis operib. insidiat̃ & in Ps. 141. dr̃: In via hac qua ambulabã, absconderunt superbi laqueũ mihi. Et iõ motus superbię occulte subrepẽs non hẽt maximã grauitatẽ anteq̃ per iudiciũ rõis deprehẽdat̃: sed post q̃ deprehensus fuerit p rõem, tunc facile euitatur, tũ ex consideratione propriæ infirmitatis. sm illud Eccl. 10. Quid supbis puluis & cinis, & tũ ẽt ex consideratione magnitudinis diuinæ, sm illud Iob. 15. Quid tumet contra Deũ spiritus tuus? Tũ ẽt ex imperfectione bonorũ de q bus supbit hõ, sm illud Isaiæ 40. Ois caro fenũ, et omnis gloria eius quasi flos agri, & infra 64. Quasi pannus menstruatę vniuersæ iustitiæ nostræ.

AD II dcẽm, q. d oppositio vitii ad virtutem attendit̃ sm obiectũ qđ considerat̃ ex parte conuersionis: & sm hoc superbia non habet q. sit maximum pctõrũ, sicut nec humilitas q. sit maxima virtutũ: sed ex parte auersionis est maximũ, utpote aliis pctis magnitudinem p̃stans. Nã p hoc ipsũ infidelitatis pctm̃ grauius reddit̃, si ex superbiæ contẽptu pcedat, q̃ si ex ignorãtia, vel ĩfirmitate p ueniat: & idẽ dcẽm est de desperatione, & aliis huiusmodi.

A est naturalis, sed hoc non est malum.

¶ Ad tertium dicitur, quòd vtraque difficultas minuit de grauitate, sed diuersimode. Nam prima simpliciter, secunda pro statu & propterea solutio non ruit, sed est solida.

AD III dcẽm, q. sicut in syllogismis ducentibus ad impossibile qñque aliquis conuincit̃ per hoc, q. ducitur ad inconueniens magis manifestum: ita ẽt ad conuincẽdũ superbiã hominum Deus aliquos punit, pmittens B eos ruere in peccata carnalia, quæ etsi sint minora, tñ manifestiorẽ turpitudinẽ cõtinet. Vñ Iso. dicit in libro *de sũmo bono, omni vitio deteriorẽ eẽ superbiã, seu p p quod à sũmis personis & primis assumit̃, seu q. de opere iustitiæ, & virtutis exorit̃, minusque culpa eius sẽtitur. Luxuria uero carnis ideo notabilis oibus est, qm̃ statim per se turpis est, & tñ dispensã C te Deo superbia minor est: sed qui detinetur superbia, & non sentit, labitur in carnis luxuriã ut per hanc humiliatus a confusione exurgat, ex quo ẽt patet grauitas supbiæ. Sicut. n. medicus sapiens in remediũ maioris morbi patitur infirmũ in leuiorẽ morbum incidere, ita ẽt peccatũ superbiæ grauius esse ostenditur ex hoc ipso, q. pro eius remedio Deus permittit D ruere homines in alia peccata.

ARTICVLVS VII.

Vtrum superbia sit primum omniũ peccatorum.

AD SEPTIMVM sic pcedit̃. Vĩ q. superbia non sit primũ omniũ pctõrũ. Primum. n. h saluatur in omnibus cõsequẽtibus: sed non omnia peccata sunt cum superbia, nec oriunt̃ ex superbia. dicit enim Aug. in libro *de natura & gratia, q. E multa perperam fiunt, quæ nõ fiũt superbè, ergo superbia nõ est primũ omnium peccatorũ.

¶ In responsione ad sm eiusdem articuli nota, q. sicut cum de nobilitate virtutũ tractabatur, distinctũ est de nobilitate simpliciter, uel sm aliquam conditionẽ: ita in vitiis, & peccatis de grauitate distinguendũ est, q. substantialiter grauius peccatũ secũdum suã speciẽ vĩ, cuius obiectũ est sm se peius ut odium Dei. Secundum aũt aliquã cõditionẽ supbia ponitur grauissimũ, qa ex parte auersionis tenet primũ locũ. Põt tñ dici absolute, hoc est sine additione aliqua grauissimũ peccatorum: qa peccatũ ex auersione perficit in rõe mali simpliciter. Vnde author in litera nõ dicit q. superbia est grauior infidelitate, sed q. est grauior eis ex parte auersionis, & grauitate p̃stans cuique eorum. Li. 2. c. 38 in prin.

SVP. QV. CLXII. ARTIC. VII.

IN arti. 7. eiusdem q. 162. dubium occurrit, de qua primitate est sermo, cum in litera concludatur, quòd superbia habet rõnem primi. Et est ratio dubii, quia Martinus in q. 5. intelligit authorem loqui de primitate originis, cum tñ in litera hoc non exprimatur. ¶ Ad hoc dubium dr̃, q. sermo literæ est de primitate absoluta, quoniam plures primitates habet superbia. Est enim superbia peccatum primũ ordine naturæ ex parte auersionis: & hoc directe concluditur iõ litera. Est & peccatum primum ordinem generationis non respectu omnium peccatorũ simpliciter, sed respectu grauium peccatorum', ut in responsione ad quartum dicitur. Ex hoc etiam ex eadem literæ ratione concluditur: consequenter tamen est & primum ex parte conuersionis ordine generationis non necessariæ, sed possibilis, ut in corpore articuli subditur ex pręcedenti lib. quæst. 48. art. 2. & in responsione ad primum hic declaratur: quia scilicet non est necesse quodlibet peccatum oriri ex superbia, sed quia quodlibet peccatum potest ex ipsa oriri. Vnde patet error Martini imponentis sancto Thomæ, quòd dicat superbiam esse primum ordine generationis simpliciter cum huius oppositum in litera in responsione ad quartum expresse dicat: nec ratio quam authori imponit Martinus, in authore inueniat̃, nec authoritas illa, Initium oĩs pẽti, est ab authore ad id allata, sed in oppositũ declarata i

Porreg. 11. 790

1. Cor. 12. le. 4.

Ga. 29. in medio tomo 7.

responsione ad quartum, exposita est, quòd nō simpliciter, sed in tali genere, scilicet grauium, intelligitur. Et propterea non oportet hic cum Martino disputare.
¶In eod. ar. p euidentia lræ scito, q author cōsiderat supbiam & ex parte auersionis, & ex parte conuersionis. Et ex vtraq; parte vult q superbia sit primum pctōrū. Ex parte quidem auersionis pbat q est primū qa auersio in eo ē p se, in aliis est p aliud. Constat āt q oē per aliud, reducitur ad p se, ut posterius ad prius, & imperfectū ad perfectum in illo genere. Hæc āt primitas non oportet q sit necessariæ cāsitatis effectiuę respectu omniū peccatorum, sed necessarii ordinis naturalis: sicut perfecta naturaliter sūt priora imperfectis in quolibet genere, & sic supbia ex parte auersionis cōsiderat. Ex parte āt conuersionis author nō affert rōem, sed recitat seipsum i loco præallegato, vbi hoc docuit. Et vere sic est, quia ex fine superbiæ, s. excellentiæ propriæ appetitu, possunt omnia peccata oriri. Et hoc etiā author in ar. 2. huius q. declarauit.
¶In eodem arti. 7. in responsione ad quartum, dubium occurrit, quid intelligēdū sit appellatione grauium peccatorum, cū author dicit, Sed inter grauia peccata primū est superbia. Obscurum quippe valde est quod dr ex eo, q constat q loquit de primo secundum ordinem generationis, ut cōmuniter ex subiuncta applicatione glosæ, cum eius ratione. Nec est verum q primum secundū ordinem generationis inter peccata grauia, hoc est, mortalia ex malitia, non ex passione, aut ignorantia, est superbia secundum ordinem generationis, cum liceat aliquem ex habitu intemperantię fornicari absque superbia. Nec apparet aliquod genus peccatorum grauium pendens necessario ex superbia secundum originem. Nam & genus peccatorum contra virtutes theologicas sine superbia inuenitur. Desperatio namque non eget superbia, immo oppositum vitium habet potius annexum.
¶Ad hoc dicitur, q peccata, quantum ad propositum spectat, possunt dici grauia tripliciter. Primo, ex suo genere, hoc ē, ex parte obiecti, prout homicidium dicimus grauius adulterio: & hoc modo non sumuntur in præsenti litera peccata grauia. Nā grauissima peccata ex suo genere, in litera appellant leuiora, vtpote quæ ex ignorantia, vel passione fieri contingit. Secūdo, dicuntur peccata grauia ex eo, hoc est, ex certa malitia, iuxta qd peccata ex electione grauiora dicimus peccatis ex ignorantia, aut passione. Nec hoc mō sumuntur in litera hæc peccata grauia, qa contingit multa huiusmodi peccata sine supbia committi. Tertio, dicuntur peccata grauia ex parte auersionis, iuxta quod dicimus peccata ex cōtēptu diuinæ subiectionis esse grauiora seipsis patratis non ex contemptu hmōi. Et secundum hoc in art. præcedente dictum est in responsione ad fin, q supbia aliis pctis magnitudine pstat. Nā per hoc ipsū infidelitatis pctm grauius reddit, si ex superbię cōtemptu pcedat &c. Et hoc mō in lra hac sumunt peccata grauia. Ita q superbia est primū in ordine gnationis inter peccata grauia ex parte auersionis, quia est cā p quā alia aggrauant, & sic est primū in cōpositiōe, & vltimū i resolutione. Et hæc primitas conuenit suphæ ex prima rōe. s. qa p se hēt auersionē, ut auersio ē. Vñ et hēt, q ē grauissimū oīum ex parte auersionis. Et si qras quare author grauia ex parte auersionis, appellauit grauia absolute, hoc ē, sine additiōe aliqua: rñdet q hoc iō fecit, qa hmōi grauitas est ex ppria parētela principii primi grauitatis pctōrū. Prima. n. grauitatis radix ē auersio a Deo. Nā auersio cōstituit rōnem mali, ac p hoc fūdat latitudinē malitiæ, cuius gradū significat grauitas. Est enim grauitas velut intēsio malitiæ, sicut calor est intēsio caloris, & huiusmodi. Vñ i principio huius rñsionis author dicit, q supbia dr eē grauissimū pctōrum ex eo, q p se cōpetit principio, ex quo attēdit grauitas in peccato. Cōstat. n. hmōi principiū eē auersionē a Deo, ut clare docuit author superius in art. 3. quæst. 20.
¶In eod. art. nota ad hæc duo, ne fallaris i doctrina authoris. Primū est, q infidelitas, & superbia in hoc articulo ex diuersis glosis ad tertiū & quartū allatis ponūtur vltima vitia diuersimode, & nō eodē ordine. Nā infidelitas ponit vltimum in constructione vitiorū, & iō di q est vltimum recedentibus ad Deū. Secūm est, qd auersio a Deo pt inueniri in pctō dupliciter, s. ex parte obiecti, & ex parte auersionis, & hoc dupliciter, s. ex consequenti, uel per se. Cōuer nāq peccata hēnt auersionem ex parte auersionis ex consequenti ad obiectū, ut furtū, adulteriū, & hmōi, in quibus ex conuersione ad aliqd pptie cōmodū, uel delectationem cōcomitatur auersio a Deo. Peccata āt opposita theologicis virtutibus, s. infidelitas, desperatio, & odiū Dei, habent auersionē a Deo ex parte obiecti. Auersio. n. directe a Deo, qd est obiectum virtutū & vitiorū illorū, nō credens, desperans, & odiens Deū. Supbia āt hēt auersionē a Deo ex parte auersionis, ut prædeclaratū est. Et ppea superbia ex parte auersionis primū tenet locū in grauitate, & aggrauat peccata grauiora se simpliciter & absolute, s. infidelitatē &c. q auersionē ipsam habent ex parte obiecti. Vnde substantialis grauitas in peccatis pensatur. Ex eo nāq; q auersio a Deo, quæ primū est grauitatis principiū, in istis peccatis substantiale locū, vñ specificatur peccata, obtinet: cōsequēs est q tanto plus grauitatis dēt quanto locus alicuius ut obiecti præeminet loco sumptus vt cōsequenter se habentis, seu ut minus principaliter se habentis, ut in superbia inuenit. Et hæc dicta sunt, ne cōferendo hæc arti. q. 20. superius, in uoluaris obscuritate. Et si hæc non perspicis, abstrahe auersionem a Deo. & secūdū sm se illam considerasicut si albedinē sm se consideraret, & unde illā sm se esse radicem & primum principium malitię, & grauitatis in peccatis. Et deinde applica illam diuersis locis peccati. s. principali, qui vocat ex parte obiecti, & constituet peccata opposita virtutibus theologicis. Vel secundario, qui vocatur ex parte auersionis, & hoc in loco dupliciter loca illam aut ut consequenter se habentē in hoc quod ē esse uolitū, & sic cōmunis ē peccatis mortalibus, inquantū voluntas auersionis ex voluntate conuersionis est communiter aut ut per seipsam volitā in illo sū loco, & sic superbiæ ppria est, & aliis ab ipsa cōmunicatur. Et ppterea est ex parte auersionis grauissimum, & primū peccati, & principium cæterorū grauium ex parte auersionis.

Art. præcedent.

lib. 3. Eth. ca. 8.

Ar. præcedent.

D. 526. Conclusi

1. 2. q. 84. ar. 2.

¶2 Præt. Ecclesia. 10. dicitur, q initium superbiæ est apostatare à Deo.[h] ergo apostasia à Deo est prius quàm superbia.

¶3 Præt. Ordo peccatorū esse [h]vr̃ sm ordinem virtutum: sed humilitas non est prima virtutū, sed magis fides. ergo superbia non est primum peccatorū.

¶4 Præt. 2. ad Timotheum. 3. dicit. Mali homines, & seductores proficiunt in peius, & ita videt q principiū malitiæ hominis n̄ sit a maximo peccatorū: sed superbia est maximum peccatorum, ut dictum est.* nō est igitur primum peccatum.

¶5 Præt. Id[h] qd est sm apparentiam, & fictionem est posterius eo qd est sm veritatē: sed Philo. dicit in 3.* Ethic. q supbus est fictor fortitudinis, & audaciæ. ergo uitium audaciæ est prius vitio superbiæ.

SED CONTRA est, q dicit Eccl. 10. Initiū oīs pcti supbia.

RESPON. Dicendum, quòd illud quod est per se, est primū in quolibet genere. Dictum est āt supra,* quòd auersio à Deo, quæ formaliter cōplet rōnem peccati, pertinet ad superbiā per se, ad aliam autem peccata ex consequenti. Et inde est q [m]superbia habet rōnem primi, & est ēt principium omnium peccatorum, ut supra dictum est,* cum de causis peccati ageretur ex parte auersionis, quæ est principalior in peccato.[n]

AD PRIMVM ergo dcd̄m, q supbia dr̄ esse oīs peccati initiū, nō, qa qd̄libet peccatum singulariter ex superbia oriat̄: sed qa quodlibet genus peccati natum est ex superbia oriri.

AD II dcd̄m, q apostatare a Deo dr̄ esse superbiæ humanæ initiū, nō quasi aliqd̄ aliud pctm̄ a superbia existens, sed qa est prima supbiæ pars. Dictum est*. n. q superbia principaliter respicit subiectionē diuinam, quam contēnit: ex consequenti āt contemnit subiici creaturę propter Deum.

AD III dcd̄m, q[d] non oportet esse eundē ordinē virtutū & vitiorum: nā vitiū est corruptiuū virtutis. Id āt qd̄ est primū in gñatione, est postremū i corruptione. Et iō sicut fides ē prima virtutū, ita infidelitas ē vltimum peccatorū, ad quam homo quandoque per alia peccata perducitur. Vnde super illud Ps. 136. Exinanite, exinanite vsq; ad fundamentum in ea dicit gl. q coaceruatione vitiorū subrepit diffidentia. et Apo. dicit 1. ad Timo. 1. q quidā repellentes conscientiam bonā, circa fidem naufragauerunt.

AD IIII dcd̄m, q supbia dicitur esse grauissimū pctōrum ex eo, qd̄ per se cōpetit principio, ex quo attendit̄ grauitas in peccato: & ideo supbia causat grauitatem aliorum peccatorum. Contingit ergo antè

Art. 5. huius quęst. ad 2.

D. 1003. & 1028.

Gl. interlinearis ps. 18. & sum. ex Aug.

Pars. p. 10. 766

Li. 5. c. 1. & li. 12. c. 1. & sequentib.

Ca. 31. circa medio tom. 6.

SVP. QV. CLXII. ARTIC. VIII.

†Q. 3. ar. 6. 4.

IN ar. 8. eiusdē 162. q. recole quæ in 2. ar. dicta sunt de generali influentia superbiæ, & applica ad propositum, & vide q superbia ex parte finis mater est omnium vitiorū, qa principiū omnium sm ordinē intentionis. Ex parte āt imperii sui est regina omnium vitiorū in omnibus regnans, & dirigens omnia ad finē suum: & ideo in lra dr regina, & mater.

Li. 31. c. 31

Art. 2. & 5. ad 1.

Genes. 3.

SVP. QV. CLXIII. ARTIC. I.

Li. 31. Mo. c. 31.

Arg. 2. sen. d. 22. q. 1. art. 1.
Ric. d. 22. q. 1.
D. Bon. d. 22. ar. 1. q. 1.
Landul. d. 22. q. 3.
Veril. d. 22. q. 1.
Biel. d. 22 q. 1.

†Ar. 2. huius quæst. & q. 132. ar ti. 5.
Li. 31. c. 31 orū ante medium.

IN art. q. 132 dubium occurrit circa rationem literæ, quoniam in uitium consequentis incidere videtur dū sic procedit. Primum pec-

superbiā eē aliqua peccata leuiora, q̄ ēt ex ignorātia, uel infirmitate cōmittunt̄: sed inter grauiora peccata primū est supbia, sicut cā p quā alia peccata aggrauant̄. Et qa id qd̄ est primū in cāndo peccata est ēt vltimū i recedēdo: iō sup illud Ps. 18. Emūdabor a delicto maximo, dicit gl.* hoc est, a delicto supbię, qd̄ est vltimū redeūtib. ad Deū, & primū recedētibus.

AD V dcd̄m, q Phil. ponit supbiā circa fictionē fortitudinis, n̄ qa solū i hoc cōsistat: sed qa p hoc hō maximè reputat se posse excellētiā apud hoies cōseq. si audax, uel fortis videat̄.

ARTICVLVS VIII.
Vtrum superbia debeat poni vitiū capitale.

AD OCTAVVM si proceditur q superbia debeat poni vitium capitale.[h] Isido.* em̄ & Cassianus enumerant superbiam inter uitia capitalia.

¶2 Prçt. Superbia[h] vr̄ esse idē in ani gloriæ, qa vtraq; excellentiā qrit: sed inanis gloria ponit̄ vitiū capitale. ergo etiā superbia dēt poni uitium capitale.

¶3 Præt. Aug. dicit in lib.* de virginitate, q superbia iuidiā parit, nec umquam est sine tali comite: sed inuidia ponitur uitiū capitale, ut supra habitū ē.* [h]ergo multo magis superbia.

SED CONTA est, q Grego. 31.* moral. non enumerat superbiam inter uitia capitalia.

RESP. Dcd̄m, q sicut ex* supradictis patet superbia dupliciter cōsiderari p̄t. Vno modo sm se, prout. s. est quoddā speciale pctm̄. Alio mō, sm q hēt quandam influentiam in omnia peccata. Capitalia āt uitia ponuntur quædā specialia peccata, ex quibus multa gñā peccatorū oriuntur: & ideo[m] qdā considerantes superbiam sm q est quoddam speciale pctm̄, connumerauerunt eam aliis vitiis capitalibus. Greg.* vero cōsiderans vniuersalem eius influentiā quam habet in omnia vitia, ut dictū est, non connumerauit eā aliis capitalibus uitiis, sed posuit eā reginam omniū uitiorum & matrem:[n] Vnde Greg. dicit in 31.* moral. Ipsa uitiorum regina superbia cū deuictum plenè cor cęperit, mox illud septem principalibus uitiis quasi quibusdā suis ducibus deuastandum tradit, ex quibus uitiorum multitudines oriuntur. Et per hoc patet responsio ad PRIMVM.

AD II dicendum, q superbia non est idem inani glorię, sed causa eius. Nam superbia inordinatè excellentiam appetit: sed inanis gloria appetit excellentiæ manifestationem.

AD III dicendum, q ex hoc q inuidia, quæ est uitium capitale, oritur ex superbia, non sequitur quòd superbia, sit uitiū capitale, sed q sit aliquid principalius capitalibus uitiis.

QVÆST. CLXIII.

De peccato primi hominis, in quatuor art. diuisa.

DEINDE considerandum est de peccato primi hominis, qd̄ fuit per superbiā. Et primo, de peccato eius. Secundo, de pœna peccati. Tertio, de tētatione qua inductus est ad peccandum.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶primò, Vtrum primum peccatum hominis fuerit supbia.

¶ Secundò, Quid primus homo peccando appetierit.

¶Tertio, utrum eius peccatum fuerit grauius omnibus aliis peccatis.

¶ Quartò, Quis plus peccauerit, utrum uir, uel mulier.

catum hominis fuit i hoc, q appetiit quoddam spūale bonū supra suam mensuram. ergo primum peccatum hominis fuit superbia. Nā ass potest dupliciter ostendi. Primo, q illud bonū spūale appetiuit esse supra hois mensurā. Secundo, q appeteret illud supra suam mensuram hominis appetentis, quāmuis bonū spūale non sit supra suā mensurā. Et hoc sm mō spectat ad supbiā, primo aūt ad pręsumptionem oppositam magnanimitati, & sic in litera determinate infertur, q spectat ad superbiā.
¶ Ad hoc dr̄, q quia author iā determinauerat q cōsistit in cōtemptu diuinæ subiectionis, dicēd. hic q peccauit, quia supra mensurā à Deo præfixam bonum appetiit, intelligi uoluit q cōtemptus mensuræ diuinæ affuerit quod ad superbiā clare spectat & ppea nullum uitiū in dicto processu est. Nec solum ex præcedentibus, sed ex calce corporis articuli sequentis patet huc esse sensum intentū: qm ibi expresse dr q uterque peccauit, uolens sibiipsi inniti cōtempta diuina regula.

ARTICVLVS I.
Vtrum primi hominis peccatum fuerit superbia.

AD V dicendum, ꝙ operatio miraculorū attribuit̃ fidei pp duo. Primò quidem, quia ordinatur ad fidei confirmationem. Secundò, quia procedit ex Dei omnipotentia, cui fides innititur. Et tñ, sicut præter gratiam fidei necessaria est gratia sermonis ad fidei instructionem: ita ēt necessaria est operatio miraculorum ad fidei confirmationem.

ARTICVLVS II.

Vtrū mali possint miracula facere.

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr̃ ꝙ mali nō possint miracula facere. Miracula. n. impetrantur per orationē, sicut dictū est: sed oratio peccatoris non est exaudibilis, sm̃ illud Ioannis 9. Scimus qa peccatores Deus non audit. & Pro. 28 dr̃. Qui declinat aures suas ne audiat legē, oratio sua D erit execrabilis. ergo vr̃ ꝙ mali miracula facere non possint.

¶2 Pręt. Miracula attribuuntur fidei, sm̃ illud Matth. 17. Si habueritis fidem sicut granū sinapis, dicetis monti huic, Transi hinc, & trāsibit: fides aūt sine operibus mortua est, vt dr̃ Iac. 2. & sic non vr̃ ꝙ habeat propriam operationem. ergo vr̃ ꝙ mali qui non sunt bonorum operum, miracula facere non E possint

¶3 Præt. Miracula sunt quædam diuina testimonia, sm̃ illud ad Heb. 2 Contestante Deo signis, & portentis, & variis uirtutibus. Vñ & in Ecclesia aliqui canonizant̃ per testimonia miraculorum: sed Deus nō pôt esse testis falsitatis. ergo uidetur ꝙ mali homines non possint miracula facere.

¶4 Præt. Boni sunt Deo coniunctiores, quàm mali: sed non omnes boni faciunt miracula. ergo multò minus mali faciunt.

SED CONTRA est, quod dicit Apostolus 1. ad Cor. 13. Si habuero oēm fidem, ita ut montes trāsferā, charitatem aūt non habuero, nihil sum: sed quicumq; non habet charitatem, est malus, quia hoc

SVP. Q. CLXXVIII. ARTIC. I.

Ferr. p. tt. 844 3. cōtra c. 154. Et po. q. 6. art. 4. cor. fi. & art. 9. ad 1. Et opusc. 3. ca. 211.

Ferr. 3. contra c. 154.

IN ar. 1. q. 178. dubium occurrit circa illud in responsione ad primū dictū. s. ꝙ Deus utitur instrumentaliter vel interiori motu hois, vel eius locutione &c. utrolibet mō faciat miracula: & consistit dubium in hoc, an sit sermo de instrō ꝑprie dicto. Et est rō dubii, quia uř impossibile, ꝙ de proprie dicto instrō intelligatur hæc litera: qm̃ hmôi instrm oportet aliqd facere circa effectum. Constat autē ꝙ non sp in miraculis, hmôi instra aliqd faciūt, ut patet de uoce Iosue cum Sol stetit. Nihil. n. circa Solem, aut cęlum uerbū eius, aut quodcunq; illorum superiorum effectiue fecit. In oppositum autē authoris uerba sunt. Nō. n. consueuit instra appellare, nisi quæ aliquo modo cāæ sunt. ¶Ad hoc dr̃, ꝙ cum qō de instro excedat moralia, & inferius, dño concedente, in tertia parte de opatione humanitatis Christi & operatione sacrali, ubi subtilia magis tractabuntur, discutiendum erit: iō ꝑ nunc dcđm est, ꝙ author sumit instrm pro quacumq; scđaria cā, siue sit cā attingēs effectum sua cãlitate in se, uel in sua dispōne, siue sit cā per modum meriti, & similibus, & nō accepit instm ꝑprie: qđ probatur ex trib. Prio, ex eo ꝙ ad potestatē miraculorum factiuā spectare pôt miraculum creationis, puta, ꝙ Deus crearet totaliter unā nubem, vel unā columbā &c. Cōstat autem ꝙ ad creationem totalem non potest cōcurrere aliqua actio instrumentalis proprie dicta. Maior habetur in hoc articulo, cum dicitur quòd sicut prophetia extenditur se ad omnia quæ supernaturaliter cognosci possunt, ita operatio uirtutum se extendit ad omnia quæ supernaturaliter fieri possunt. Minor autem habita est in primo libro, ubi determinatum est ꝙ potentia creatiua nec instrumentaliter est communicabilis. Secundo ex ipsis uerbis authoris hic dicentis, quòd mens miracula facientis mouetur ad faciendum aliquid, ad quod sequitur effectus miraculi, quod Deus sua uirtute facit. Tertio ex authoritate scripturæ Iosue 10. vbi hoc idem significatur, cum dicitur. Non fuit antea, nec postea tam longa dies obediente Deo uoci hominis. Vbi manifeste patet Deum poni proximū actorem miraculi, & uocem hominis inter remotiora cōputari. Vr̃ igit̃ intētio authoris hoc in loco, ꝙ appellat instrumentū priorē effectū præordinatum ab ipsa ęterna prouidentia, ad cuius positionē Deus ipse exequatur miraculi effectū: ita ꝙ iō Deus dr̃ uti priori effectu instrũaliter, quia ordinauit se executurū effectum miraculi qñq; mediate, qñq; immediate, mediante ſp illo priore effectu ex parte hois, siue ille effectus sit oratio, siue uox, siue locutio, siue contactus &c.

q. 177. ar.

Concil.

D. 894. Concil. p

D. 944.

¶In rñsione ad sm̃ eiusdem articuli circa ambiguitatem ab Augustino tactam de mēdacio signorū, & prodigiorum Antichristi, aduerte ꝙ rationabile est utroq; mō fore mēdacia, s. & formaliter, & causaliter. Causaliter qdē oīa, qm̃ ad fallendum oīa tendit: formaliter aūt non oīa, qm̃ rõnabile est ut multa uera fiant, ut sic fieri possit ēt electi inducātur in errorē.

¶In rñsione ad quartū & quintū eiusdē articuli aduerte, ꝙ author summarie perstringit duas gratias gratis datas grãtiā sanitatū, & fidē. Ad primā quidē nihil oportet addere. Ad secundā verò oportet meminisse ex q. 4. ar. 5. ad quartū superius, fidem non connumerari inter gratias gratis datas absolute qa fides absolute cōis est oībus mēbris Ecclesiæ, ut est aūt gratia gratis data, non est cōis oībus membris Ecclesię, sed fidei excellentia, puta, constantia, ut glossa dicit, inter gratias gratis datas cōputantur. Et qm̃ fidei constantia ad fidē spectat, iō author loquens de fide, hinc sibi attribuit operationem miraculorum.

Li. 2. c. 30. a medio ad finē vsq;.

Li. 20. c. 19 declinando ad finem, to. 5.

q. 114. ar. 4

SVPER. QVÆST. CLXXVIII. ART. II.

Part. a 845 1. q. 110. ar. 4. ad 2. Et 3. q. 43. ar. 1. & 4. cor. Et pot. c. 6. art. 5. ad 9. & art. 9. ad 7. Et quol. 2. artic. 6. ad 4. * ar. præce. ad 1.

IN artic. 2. eiusdem quęst. duo notanda sunt. Primum, ex rñsione ad tertium, s. ꝙ numquàm fiunt uera miracula ad cōfirmationem falsæ doctrinæ. Secūdum, ex rñsione ad quintum ab Augustino, ꝙ perniciosissimus est error æstimantium in miraculosis operibus maiora esse dona Dei, quam in operibus iustitiæ. Et hoc contra uulgares, & communem errorem humani generis putantium homines miracula facientes, sanctos, & quodammodo Deos: simplices aūt iustos, quasi pro nihilo habentes. Totum. n. oppositum haberet æstimari, sicut in ueritate est. Et hæc de gratiis gratis datis.

Universidad de Deusto Biblioteca

Li. 15. ca. 18. in prin. tom. 3.
hoc solum donum Spiritussancti est, quod diuidit inter filios regni, & filios perditionis, ut dicit Augustinus 15.* de Trinitate. ergo uidetur ꝙ etiam mali possint miracula facere.

Resp. Dicendum, ꝙ miraculorū aliqua quidē sunt nō uera, sed phātastica facta, quibus s. ludificatur hō, ut uideatur ei aliquid quod nō est. Quędā uerò sunt vera facta, sed nō uere habent rōem miraculi, q̄ fiunt uirtute naturaliū causarū. Et hec duo possunt fieri per demones, ut s. dictū est: *sed ᵐ uera miracula nō possunt fieri nisi uirtute diuina, * operatur n. ea Deus ad hoim utilitatē, & hoc dupliciter. Vno quidē mō, ad ueritatis prædicatæ cōfirmationē. Alio mō, ad demonstrationē sanctitatis alicuius, quam Deus hoibus uult proponere in exēplū uirtutis. Primo aūt mō miracula possunt fieri per quēcumque qui verā fidem prædicat, & nomen Christi inuocat, quod ēt interdū per malos fit: & ᵖ sm̄ hunc modū ēt mali possunt miracula facere. Vn̄ super illud* Matt. 7. Nonne in nomine tuo prophetauimus &c. dicit Hiero. Prophetare, uel uirtutes facere, & dæmonia eiicere, interdū non est eius meriti qui operatur: sed inuocatio nominis Chr̄i hoc agit, ut hoies Deū honorent, ad cuius inuocationem fiunt tanta miracula. * Secundo aūt mō non fiunt miracula nisi a sanctis, ad quorum sanctitatem denunciandam miracula fiunt uel in uita eorum, uel ēt post mortem siue per eos, siue per alios. Legitur .n. Act. 9. ꝙ Deus faciebat uirtutes per manus Pauli: & ēt desuper languidos deferebantur à corpore eius sudaria, & recedebant ab eis languores. Et * sic ēt nihil prohiberet per aliquem peccatorem miracula fieri ad inuocationē alicuius sancti, quæ tn̄ miracula non dr̄ facere ille, sed ille ad cuius sanctitatem denunciandam hæc fierent.

Ar. præce. ar. 2. — Concl. m — Concl. p — Matt. 7. tomo 9. — Concl. s — Concl. n

q. 83. ar. 16
Ad primvm ergo dicendum, ꝙ sicut s. dictū ē* cū de oratione ageretur, oratio in impetrādo non innititur merito sed diuinæ misericordiæ, quæ ēt ad malos se extendit: & iō ēt quandoque peccatorū oratio à Deo exauditur. Vnde Augus. dicit super Ioan.* ꝙ illud uerbū cæcus locutus est, quasi adhuc inunctus, i. nondū perfectè illuminatus: nā peccatores exaudit Deus. Quòd aūt dr̄, ꝙ oratio non audientis legē, est execrabilis, intelligēdū est quātū est ex merito peccatoris: sed interdum impetrat ex misericordia Dei, uel propter salutem eius qui orat, sicut auditus est publicanus, ut dicitur Lucæ 18. uel etiam propter salutem aliorum, & gloriam Dei.

Tra. 44. in Io. a med. illius, to. 9.

Ad II dicendum, ꝙ fides sine operibus dr̄ * esse mortua quantū ad ipsum credentē, qui per eā non uiuit vita gratię. Nihil autem prohibet, ꝙ res uiua operetur per instrum mortuum, sicut homo operatur per baculum. Et hoc modo Deus operatur per fidem hominis peccatoris instrumentaliter.

Ad III dicendū, ꝙ semper miracula sunt vera testimonia eius, ad quod inducuntur. Vn̄ a malis q falsam doctrinā enunciant, numquam fiunt uera miracula ad confirmationē suæ doctrinæ, quamuis quandoque fieri possint ad cōmendationē nominis Christi quod inuocāt, & uirtute sacrorū quę exhibēt. Ab his aūt qui ueram doctrinā enunciant, fiunt quandoque vera miracula ad confirmationē doctrinæ, nō aūt ad testificationē sanctitatis. Vn̄ Aug.* dicit in lib. 83. q. Aliter magi faciūt miracula, aliter boni christiani, aliter mali. Magi per priuatos contractus cū demonibus: boni christiani per publicam iustitiā: mali christiani per signa publicæ iustitiæ.

Aug. in li. 83. q. 79.* medio to. 4.

Ad IIII dicendum, ꝙ sicut Aug. dicit in li. 83. q.* Admonet nos Dn̄s, ut intelligamus quędam miracula etiam sceleratos homines facere, qualia sancti facere non possunt.

In lib. 83. q. q. 79. in medio, tomo. 4.

Ad V dicendum, ꝙ sicut ibidē* Aug. dicit, iō non oībus sanctis ista attribuuntur, ne perniciosissimo errore decipiantur infirmi, æstimantes in talibus factis esse maiora dona, quam in operibus iustitię, quibus vita æterna comparatur.

*In li. 83. quæst. q. 79. parum à med. to. 4.

QVAEST. CLXXIX.

De uita actiua, & contemplatiua, in duos articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerādū est de uita actiua, & contemplatiua, ubi quadruplex cōsideratio occurrit. Quarum prima est, de diuisione vitæ per actiuam, & contemplatiuam. Secunda, de uita contēplatiua. Tertia, de uita actiua. Quarta, de cōparatione uitæ actiuę ad contemplatiuam.

Circa primum quæruntur duo.

¶Primò, Vtrum uita conuenienter diuidatur per actiuam, & contemplatiuam.

¶Secundò, Vtrum diuisio sit sufficiens.

ARTICVLVS I.

Vtrum uita conuenienter diuidatur per actiuam & contemplatiuam.

AD PRIMVM sic proceditur. Vr̄ ꝙ vita non conuenienter diuidatur per actiuam & cōtēplatiuā. Aīa.n.ʰ est principium uitæ per suam essentiam. dicit.n. Philosophus* in 2. de anima. ꝙ uiuere, uiuentibus est esse, actionis autem & contemplationis principium est anima per suas potentias. ergo vr̄ quòd uita non conuenienter diuidatur per actiuam & contemplatiuam.

¶2 Præt. Inconuenienter diuiditur prius per differentias posterioris: actiuum autem & contemplatiuum, siue speculatiuum & practicum, sunt differentiæ intellectus, ut patet in 3. de anima.* Viuere autem est prius quàm intelligere: nam uiuere inest uiuentibus primò secundum animam uegetabilem, ut patet per Philosoph.* in 2. de anima.ʰ ergo inconuenienter diuiditur uita per actiuam & contemplatiuam.

Li. 3. text. 46. & 49. — Li. 2. text. 24. & 37.

¶3 Præt. Nomen uitæ importatʰ motū, ut patet p Dionysium 4. capite* de diui. no. sed contemplatio consistit magis in quiete, secundum illud Sap. 8. Intrans in domum meam conquiescam cum illa. ergo uidetur ꝙ uita non conuenienter diuidatur per actiuam & contemplatiuam.

Ca. 4. par. 1. iter princip. & me.

SVP. Q. CLXXIX. ART. I.

HIc incipit 9. pars præsentis libri, in qua agitur de uita actiua & contemplatiua, q. vt infra patebit, distinguuntur per studia operationū, de qbus scripsit Apostolus. Diuisiones operationū sunt, idē uerò Deus. In primo autē huius q. ar. tria notāda sunt. Primū, in quo cōsistit vtraq; vita. Nā contēplatiua non consistit in hoc, q. solū uacet contemplationi ueritatis, sed q. studiū hois sit principaliter ad contēplationē ueritatis. Et similiter vita actiua studet actionibus exterioribus nō solū, sed principaliter.

¶Secūdū est, q. in rñsione ad primū habes specialē glossam illi* tritæ ppositionis, Viuere, uiuentibus est esse, q. intelligit causaliter, quia s. viuere causatur ab esse.

¶Tertiū est, q. diuisio à Diony. posita circa tres motus aīæ, s. per rectum, circularē, & obliquum reducitur in rñsione ad tertiū, in art. 6. q. sequentis discutietur.

Per. per te. 846 — 3. di. 35. q. 1. art. 1. Et 1. Eth. lc. 5. — *li. 2. text. 37. tom. 2.

Homi. 14. nō multū procul ante mediū.
Sed contra est qd̄ Gre.* sup Ezec. dicit. Duæ sunt uitæ, in quibus nos Deus oīpotens p sacrū eloquiū erudit, actiua uidelicet & contemplatiua.

Resp. Dicendum, ꝙ illa propriè dn̄r uiuentia, quæ ex seipsis mouentur, seu operantur. Illud aūt maxime conuenit alicui per seipsum, qd̄ est proprium ei, & ad quod maxime inclinatur: & iō vnū quodque uiuēs ostenditur uiuere ex operatione sibi maxime propria, ad quam maxime inclinatur. Sicut plantarum uita dr̄ in hoc cōsistere, ꝙ nutriūtur, & generantur: animalium uero in hoc, ꝙ sentiunt, & mouentur: hominum uero in hoc ꝙ intelligunt, & sm̄ rōem agunt. Vnde ēt & in hominibus uita uniuscuiusque hominis uidetur esse id, in quo maxime delectatur, & cui maxime intendit, & in hoc præcipue uult quilibet conuiuere amico, ut dr̄* in 9. Ethic. Quia ergo quidam homines præcipue intendunt contemplationi ueritatis, quidam intendunt principaliter exteriorib. actionibus, inde est ꝙ ᵐ uita hominis conuenienter diuiditur per actiuam & contemplatiuamⁿ.

Li. 9. ca. 4. ante med. & c. 8. circa mediū, to. 2. — Concl. m

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ propria forma vniuscuiusque faciens ipsum esse in actu, est principiū operationis proprię ipsius: & ideo uiuere dicitur esse uiuentium ex eo, ꝙ uiuentia per hoc quòd habent esse per suam formam, tali modo operantur.

Ad II dicendum, ꝙ uita uniuersaliter sumpta nō diuiditur per actiuā & contemplatiuā, sed uita hois, qui speciem sortitur ex hoc, ꝙ habet intellectū. & ideo eadem est diuisio intellectus, & uitę humanę.

Ad III dicendum, ꝙ cōtēplatio habet quidē quietē ab exterioribus motibus: nihilominus tn̄ ipsū contēplari est quidā motus intellectus, prout quælibet operatio dr̄ motus, sm̄ ꝙ dicit* Philos. 3. de aīa, ꝙ sentire & intelligere sunt motus quidam, prout motus dr̄ actus perfecti. Et hoc modo† Dion. 4. ca. de diui. nomi. ponit tres motus animæ contemplantis, scilicet, rectum, circularem, & obliquum.

Li. 3. text. 28. tom. 2. † c. 4. par. parum à medio.

ARTICVLVS II.

Vtrum uita sufficienter diuidatur per actiuam, & contemplatiuam.

Per. per tot. 847 — Supra art. 1. & locis ibi notatis. Et contra c. 92. par. 4. *lib. 1. c. 5.

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr̄ ꝙ uita nō sufficienter diuidatur per actiuā & contēplatiuā. Phil. n. in 1.* Eth. dicit, ꝙ tres suntʰ uitæ maxime excellentes, s. uoluptuosa, ciuilis (quæ ur̄ esse eadem actiuæ,) & contemplatiua. insufficienter ergo uidetur diuidi uita per actiuam & contemplatiuam.

¶2 Præt. Augu. 19.* de ciuitate Dei ponit tria uitæ genera, scilicet otiosum, qd̄ pertinet ad cōtēplationem: actuosum, qd̄ ptinet ad uitam actiuam: & addit tertium ex vtroque compositum.ʰ ergo videtur ꝙ insufficienter diuidatur vita per actiuam & contemplatiuam.

Li. 19. cap. 19. & c. 2. tom. 5.

¶3 Pręt. Vita hois diuersificatur, sm̄ ꝙ hoies diuersisʰ actionib. agūt: sed plura q̄ duo sūt humanarū actionū studia. ergo vr̄ ꝙ uita debeat in plura mēbra diuidi, q̄ in actiuū & cōtēplatiuū.

Sed contra est, ꝙ istæ duæ uitę significātur per duas vxores Iacob: actiua quidē p Liā cōtēplatiua uero p Rachelē. Et p duas mulieres q̄ Dn̄m hospitio receperūt, cōtēplatiua quidē p Mariā, actiua uero p Marthā, ut Greg.* dicit 6. mora. nō aūt esset hæc congrua significatio, si essent plures, q̄ duæ uitæ. ergo sufficienter diuiditur uita per actiuam & contemplatiuam.

Li. 6. c. 18. a med. & Homi. 14. in Ezec. a medio.

Resp. Dicendum, ꝙ sicut dictum *est, diuisio ista datur de uita humana, quæ quidē attenditur secundum intellectum. Intellectus autem diuiditur per actiuum & contemplatiuum, quia finis intellectiuæ cognitionis uel est ipsa cognitio ueritatis: quod pertinet ad intellectum cōtemplatiuum: uel est aliqua exterior actio, quod pertinet ad intellectum practicum, siue actiuum. & ideo ᵐ uita etiam sufficienter diuiditur per actiuam & contemplatiuam.

Art. præc. ad 2. — Concl. m

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ uita voluptuosa ponit finem in delectatione corporali, quæ communis est nobis, & brutis. Vn̄ sicut Phil.* ibidem dicit, est uita bestialis. Propter quod nō comprehenditur sub pręsenti diuisione, prout uita humana diuiditur in actiuam & contemplatiuam.

Lib. 1. ca. 5. to. 5.

Ad II dicendum, ꝙ media conficiuntur ex extremis: & iō uirtute continentur in eis, sicut tepidū in calido & frigido, & pallidū in albo & nigro. Et similiter sub actiuo & cōtēplatiuo cōprehenditur id, qd̄ est ex vtroq; cōpositū. Et tn̄ sicut in quolibet misto pdominatur aliquid simpliciū, ita ēt in medio genere uitæ superabundat quandoque quidem contemplatiuum, quandoque uero actiuum.

Ad III dicendum, ꝙ omnia studia humanarū actionum, si ordinentur ad necessitatem præsentis uitæ sm̄ rationem rectam, pertinent ad vitam actiuam, quæ per ordinatas actiones consulit necessitati uitæ præsentis. Si autem deseruiant concupiscentiæ cuicunque, pertinent ad uitam voluptuosam, quæ nō continetur sub uita actiua. Humana uero studia, quæ ordinantur ad considerationem ueritatis, pertinent ad uitam contemplatiuam.

SVP. Q. CLXXIX. ARTIC. II.

Ferr. 3. cont. c. 92.

IN Art. 2. eiusdem q. tria nota primum, in corpore art. ꝙ cognitio ueritatis habet duplicē finē, s. ueritatē & opus. Et hoc esset discutiēdū, nisi superius fuisset declaratū.

¶Secundum est in rñsione ad secundum, ꝙ in quodlibet misto pdominatur aliqd simpliciū. Et hoc ad philosophiam discutere spectat, an possit dari mistio ex æqualibus extremis. Satis ē hic nosse, q. sm̄ doctrinā authoris h̄ pr inuenire tale mistū, qd̄ intelligo in esse ꝑmanēti.

¶Tertium est, in responsione ad tertiū, vbi author humana studia ad tria reducit ex parte triplicis finis, s. cōtēplationis, actiōis, & voluptatis. Et hoc tertiū ab vtraque vita excludit eo rōe, q. de humanis studiis iuxta rectā rōem est sermo. Nō punitur āt recta rō hominem studere voluptati tamquam fini, sed uel s ordine ad actiones, uel ad cōtemplationes. Et hæc ratio ē vniuersalis, hoc est, respectu omnium voluptatum. Illa autem quæ ex communitate delectationis nobis & brutis animalibus sumpta est ab Aristote. particularis est, respectu scilicet delectationū gustus, & tactus.

QVÆSTIO CLXXX.

De vita contemplatiua, in octo art. diuisa.

DEINDE considerandum est de uita contemplatiua.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶Primò, Vtrum vita contemplatiua pertineat tantum

tum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum ad intellectum an consistat etiam in affectu.

¶Secundò, Vtrum ad vitam cõtemplatiuam pertineãt virtutes morales.

¶Tertiò, Vtrum vita contemplatiua consistat solum in vno actu, aut in pluribus

¶Quartò, Vtrũ ad vitã cõtẽplatiuam pertineat consideratio cuiuscumq; veritatis.

¶Quintò, Vtrũ vita cõtẽplatiua hoïs in hoc statu possit eleuari vsq; ad Dei visionẽ.

¶Sextò, De motib⁹ cõtẽplationis, quos Dionysi⁹ assignat 4.c. de diuinis nominibus.

¶Septimò, De delectatione cõtemplationis.

¶Octauò, De duratione contemplationis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum vita contemplatiua nihil habeat in affectu, sed totum in intellectu.

AD PRIMVM sic proceditur. Vr̃ q̃ vita contẽplatiua nihil hẽat in affectu, sed totũ in intellectu. Dicit.n. Philosoph.* in 2. Metaphy. q̃ finis cõtẽplationis est veritas: hæc veritas ãt ptinet ad intellectũ totaliter. ergo vr̃ q̃ vita cõtẽplatiua totaliter ĩ itellectu cõsistat.

¶2 Præt Greg. dicit † in 6. moral. q̃ Rachel, quæ interpretatur visum principiũ, vitã contemplatiuã significat: sed visio principij ħ ptinet proprie ad itellectũ. ergo vita cõtẽplatiua proprie ad itellectũ pertinet.

¶3 Præ. Greg. dicit † sup Ezec. q̃ ad vitã cõtẽplatiuã ptinet ab exteriori actione quiescere: sed vis affectiua, siue appetitiua inclinat ħ ad exteriores actiones. ergo vr̃ q̃ vita contemplatiua non pertineat aliquo mõ ad vim appetitiuam. K

SED CONTRA est, q̃d Grego. ibidẽ dicit * q̃ cõtẽplatiua vita est charitatem Dei, & proximi tota mẽte retinere, & soli desiderio conditoris inhærere: sed desiderium & amor ad vim affectiuam, siue appetitiuam pertinent, vt supra * habitum est, ergo etiam vita contemplatiua habet aliquid in vi affectiua, siue appetitiua.

RESP. Dcẽm, q̃ sicut dictũ est, * vita cõtẽplatiua illorũ esse dr̃, qui principaliter intẽdũt cõtẽplationi veritatis. Intẽtio aũt est actus volũtatis, vt s̃. habitũ est, * quia intentio est de fine, qui est volũtatis obiectũ: & iõ vita cõtẽplatiua quantũ ad ipsã essentiã actionis pertinet ad intellectũ. Quantũ ᵈ aũt ad id, q̃d mouet ad exercendã talẽ operationẽ, pertinet ad voluntatẽ, q̃ mouet oẽs alias potẽtias, & ẽt intellectũ ad suũ actũ, vt s̃. dictũ est.* Mouet aũt vis appetitiua ad aliquid inspiciendũ uel sensibiliter, vel intelligibiliter: quãque quidẽ ꝑꝑ amorẽ rei visæ, q̃a dr̃ Matthe. 6. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuũ: quãq; aũt ꝑꝑ amorẽ ipsius cognitionis, quã q̃s ex inspectione cõsequitur. Et ꝑꝑ hoc Greg.* cõstituit vitã cõtẽplatiuã in charitate Dei, inquãtũ s. aliq̃s ex dilectione Dei inardescit ad eius pulchritudinẽ conspiciendã. Et quia G vnusquisq; delectatur cũ adeptus fuerit id, quod amat: iõ ᵐ vita cõtẽplatiua terminatur ad delectationẽ, quæ est in affectu, ex qua ẽt amor intẽdiẽ. ⁿ

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ ex hoc ipso q̃ veritas est finis contemplationis, habet rationem boni appetibilis, & amabilis, & delectantis: & secundum hoc pertinet ad uim appetitiuam.

AD II dcẽm, q̃ ad ipsam visionẽ primi principij s. Dei incitat amor ipsius. Vnde Gregorius dicit * sup Ezechiel. q̃ vita cõtẽplatiua calcatis curis oĩbus, ad vidẽdũ faciẽ sui creatoris inardescit.

AD III dicendum, q̃ uis appetitiua mouet nõ solum membra corporalia ad exteriores actiones exercendas, sed ẽt intellectum ad exercendã operationem contemplationis, ut dictum est.*

SVP. QV. CLXXX. ARTIC. I.

IN arti. 1. q. 180. colligendum & ordinandum est id, quod de vita cõtemplatiua dr̃ in affectu, & intellectu. Nam formaliter est in intellectu: q̃n est ipsa contẽplatio, quæ est actus intellectus. Causaliter aũt & terminatiue est in affectu, & vtroque modo dupliciter, nã căliter est in affectu ratione amoris cõcupiscentiæ, & rõne amoris amicitiæ. Ad amorẽ siquidem concupiscentiæ spectat, cũ aliquis appetit uidere aliquid ut uideat. Nã ipsum uidere perfectio est uidẽtis: & seipsũ amat, qui propterea quærit aliquid uidere ut uideat, seu cognoscat. Ad amorẽ uero amicitiæ spectat appetitus uidendi aliquã ꝑsonã, q̃a amat illã ꝑsonam: & licet hæc duo diuisa inueniantur sæpe, in proposito tñ unita inueniũtur in uno & eodem affectu. Nã studẽs cõtẽplationi, simul concupiscit sibi uisionẽ ueritatis, & ꝑꝑ amorẽ ipsius ueritatis diuinę, quã amat, tẽdit ad uidendũ illã. Et quia cõ amicitiæ præeminet cõcupiscentiæ, iõ Greg. in littera allatus uitã contẽplatiuã ĩ charitate Dei căliter cõstituit. Constat. n. q̃ charitas Dei amicitiam ad ipsum principaliter importat. Terminatiue aũt cõtẽplatio in affectu est, & s̃m delectationẽ naturaliter consequentẽ ipsã cõtẽplationẽ, & obiectũ cõtẽplatũ, & s̃m amorẽ amicitiæ augmentatũ ex hoc ipso, q̃ uidet, & delectaẽ, si tñ status patiẽ augmentũ: q̃d dico ꝑꝑ cõtẽplationem patriæ.

Parte. 2 to.
848 Infra ar. 2 ad 1. & ar. 7. ad 2. Et 3. di. 35. q. 1. ar. 2. Et ueri. q. 22. arti. 11. ad 11.
*li. 2. tex. 3 10. 3.
†Li. 6. ca. 18. cir. me did & Homi. 14. in Ezec. a medio.
†Homil. 14. cir. medium.
*Hom. 14. in Ezec. & 6. Mora. c. 28.
1. 2. q. 12. art. 4. q præced.
1. 2. q. 12. art. 1.
D. 1189.
1. 2. q. 9. arti. 1.
Homi. 14. in Ezech.
Concl. m
Homl. 15. cir. med.
In corp. artic.

ARTICVLVS II.

Vtrum virtutes morales pertineant ad vitam contemplatiuam.

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr̃ q̃ uirtutes morales ptineãt ad uitã cõtẽplatiuã. Dicit.n.* Greg. super Ezech q̃ cõtẽplatiua uita est charitatẽ Dei, & proximi tota mẽte retinere, sed oẽs uirtutes morales, de quarũ actibus danẽ præcepta legis, reducunẽ ad dilectionẽ Dei, & proximi, q̃a plenitudo legis dilectio est, ut dr̃ ad Ro. 13. ergo ur̃ q̃ uirtutes morales ptineãt * ad uitã cõtẽplatiuã.

¶2 Præt. Vita cõtẽplatiua p̃cipue ordinatur ad Dei cõtemplationẽ. Dicit. n. | Greg. super Ezech. q̃ calcatis curis oĩbus ad uidendã faciẽ sui creatoris K inardescit: sed ad hoc nullus põt peruenire nisi per munditiã, quã causat uirtus moralis. dr̃. n. Matthę. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Et ad Hebr. 12. Pacẽ sequimini cum omnibus & sanctimoniam, ħ sine qua nemo uidebit Deum. ergo uidetur q̃ uirtutes morales pertineãt ad uitam contemplatiuam.

¶3 Præ. Gregorius dicit * super Ezech. q̃ contemplatiua uita speciosa est in aĩo, unde significaẽ per Rachelem, de qua dr̃ Gen. 27. q̃ erat pulchra facie: sed pulchritudo animi attenditur s̃m uirtutes morales, & præcipue secundum temperantiam, ut Ambrosius dicit in 1.* de offi. ergo uidetur quòd virtutes morales pertineant ad uitam contemplatiuam.

SVP. QV. LXXX. ARTIC. II.

IN ar. 2. eiusdem q. 180. nota duo. Primum est, q̃ uirtutes morales dupliciter ꝑtinent ad uitam cõtẽplatiuam. Vno modo respiciendo ad ipsam contemplationem: & sic disponũt indirectẽ, hoc est, remouẽdo prohibẽtia s. passiones, & occupationes exteriores, quę prohibent contemplationem: & sic intellige corpus arti. Alio mõ, respiciendo cãm contemplationis, quæ est charitas, ut dictũ est. Et sic directẽ disponũt, & pertinent uirtutes morales ad uitã contemplatiuã: quia directẽ disponunt & pertinent ad charitatem. Et sic intellige responsionem ad primum. Et hinc potes diuersa dicta diuerso mode interpretari. Secundum est in responsione ad tertiũ, ubi author duas partes pulchritudinis tractans, primam, s. claritatem, ponit formaliter in intellectu: secũdam autem, scilicet proportionem, ponit causaliter in eodem.

Parte. 2 to.
849
Inf. q. 181. ar. 1. ad 3. & ar. 2. cor. 10. & ar. 4. ad. 1. & q. 182. arti. 3. correl. Et opu. 17. ca. 7. ad 7. Et 3. con. ca. 37. fi. Et Phys. 7. lo elis.
*Hom. 14. in Ezech.
†Hom. 14. in Ezech. cir. med.
Hom. 14. medio.

SED CONTRA est, q̃ uirtutes morales ordinãtur ad exteriores actiones: sed Gregorius* dicit in 6. moral. q̃ ad contemplatiuam uitam pertinet ab exteriori actione quiescere. ergo uirtutes morales non pertinent ad uitam contemplatiuam.

RESP. Dcẽm, q̃ ad uitã contemplatiuã p̃t aliquid pertinere dupliciter: uno mõ, essentialiter: alio B mõ, dispositiue. ᵐ Essentialiter quidẽ virtutes morales nõ pertinent ad vitã contẽplatiuã ⁿ quia finis contẽplatiuæ uitæ est cõsideratio veritatis. Ad virtutes ãt morales, scire quidem, q̃ pertinet ad cõsiderationem veritatis, paruã ꝑtãtẽ hẽt, ut Philosophus dicit * in 2. Ethic. Vnde & ipse in 10. | Ethicorũ, uirtutes morales dicit pertinere ad felicitatem actiuam, non ãt ad contemplatiuam. ᵖ Dispositiue ãt uirtutes morales pertinent ad vitã contemplatiuã. ᵠ impeditur enim actus cõtemplationis, ĩ quo essentialiter consistit uita contemplatiua, & ꝑ vehementiam passionum, per quam abstrahitur intẽtio animæ ab intelligibilibus ad sensibilia, & per tumultus exteriores. Virtutes ãt morales impediunt vehementiam passionum, & sedant exteriorũ occupationũ tumultus: ideo virtutes morales dispositiue ad vitam contemplatiuam pertinent.

AD PRIMVM ergo dcẽm, q̃ sicut supra dictũ * est, vita cõtẽplatiua hẽt motiuũ ex parte affectus & s̃m hoc dilectio Dei & proximi requiriẽ ad uitam contemplatiuã. Causæ ãt mouentes nõ intrãt essentiam rei, sed disponunt, & perficiunt rẽ. Vnde non sequiẽ, quòd virtutes morales essentialiter pertineant ad vitam contemplatiuam.

AD II dcẽm, q̃ sanctimonia, idest, mũditia, cãtur ex virtutibus, quæ sunt circa passiones ĩpediẽtes puritatẽ rõis. Pax ãt causaẽ ex iustitia, q̃ est circa operationes, s̃m illud Is. 32. Opus iustitiæ pax, inquantum s. ille, qui ab iniuriis aliorum abstinet, subtrahit litigiorum & tumultuum occasiones; & sic virtutes morales disponunt ad vitã contẽplatiuã, inquantũ causant pacem, & munditiam.

AD III dcẽm, q̃ pulchritudo, sicut s̃. dictum * est, consistit in quadã claritate, & debita ꝓportione. Vtrumq; ãt horum radicaliter in rõe inueniẽ, ad quam pertinet & lumen manifestans, & ꝓportionem debitã in aliis ordinare: & iõ in vita cõtẽplatiua, q̃ consistit in actu rõnis, per se & essentialiter inueniẽ pulchritudo. Vnde Sap. 8 de contemplatione sapientiæ dr̃, Amator factus sum formæ illius. In uirtutibus ãt moralibus inueniẽ pulchritudo participatiue, inquantum s. participant ordinem rõis, & præcipue in temperantia, quę reprimit concupiscentias maxime lumen rõis obscurãtes. Et inde est, q̃ uirtus castitatis maxime reddit hoĩem aptum ad contemplationẽ, inquantũ delectationes venereæ maxime deprimunt mentẽ ad sensibilia, ut August. dicit * in lib. soliloquiorum.

Li. 1. ca. 5. Et cap. 41. 40. 1.
Li. 6. c. 18. circa me.
Concl. m
Lib. 1. c. 4. in prin. & li. 10. c. vl.
Concl. p
Li. 10. ca 7. & 8. 10.
Ar. præce. D. 1183.
Q. 145. a. 2
Li. 1. c. 10. ante me. 10.

ARTICVLVS III.

Vtrum ad vitam contemplatiuam pertineant diuersi actus.

AD TERTIVM sic ꝓcediẽ. Vr̃ q̃ ad vitam contemplatiuam pertineãt diuersi actus. Ricar. n. de S. Vic. distinguit inter contemplationem, meditationem, & cogitationem: sꝫ oĩa ista vr̃ ad vitã cõtemplatiuã pertinere. ergo vr̃ q̃ vitæ cõtemplatiuæ sint ᵇ diuersi actus.

B ¶2 Præ. Apost. 2. ad Cor. 3. dicit. Nos verò reuelata facie glãm Dñi speculantes, transformamur in eandem claritatem: sed hoc pertinet ad vitam contemplatiuam. ᵇ ergo præter tria prædicta, etiam speculatio ad uitã contemplatiuam pertinet.

¶3 Præt. Bern. dicit in lib. de cõsider.* q̃ prima, & maxima cõtemplatio est admiratio maiestatis: sed admiratio s̃m Damas. | ponitur ᵇ ꝑs timoris. ergo vr̃ q̃ plures actus ad vitam contemplatiuam requirantur.

¶4 Prçt. Ad uitam contemplatiuam ᵇ pertinere dñr oratio, electio, & meditatio, pertinet ẽt ad uitam contemplatiuam auditus: nam de Maria, per quã uita cõtẽplatiua significaẽ, dr̃ Lucæ 10. q̃ sedens secus pedes Dñi audiebat verba illius. ergo vr̃ q̃ plures actus ad uitam contemplatiuam requirantur.

SED CONTRA est, q̃ uita hic dicitur operatio, cui homo principal r̃ intendit. ergo si plures sunt operationes uitę contemplatiuæ, non erit vna uita contemplatiua, sed plures.

RESP. Dcẽm, q̃ de uita contemplatiua nunc lo D quimur s̃m q̃ ad hominem pertinet. Hęc aũt drã est inter hoĩem, & angelum, ut patet per Dionys. 7. c. de diu. nom.* q̃ angelus simplici apprehensione ueritatem intuetur. Homo autem quodam ꝓcessu ex multis pertingit ad intuitũ simplicis ueritatis. ᵐ Sic ergo cõtemplatiua vita unum quidem actum habet, in quo finaliter perficiẽ, s. contẽplationem ueritatis, a quo habet unitatem. Habet autem multos actus, quibus peruenit ad hũc actum finalem*, quorum quidam pertinent ad acceptionem principiorum, ex quibus procedit ad contẽplationem ueritatis: alii autem pertinent ad dedu E ctionem principiorum in ueritatẽ eius, cuius cognitio inquiritur. Vltimus autem completiuus actus, est ipsa contemplatio ueritatis.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ cogitatio s̃m Ricardũ de sancto Victore,* uĩ pertinere ad multorum inspectionem, ex quibus aliquis colligere intendit unam simplicẽ ueritatẽ. Vnde sub cogitatione comprehendi p̃nt & perceptiones sensuum ad cognoscẽdũ aliquos effectus & imaginationes & discursus rõis circa diuersa signa, uel quæcũq; perducẽtia ĩ cognitionẽ ueritatis intentæ. Quãuis s̃m Aug. 14. de Trin. | cognitio dici possit omnis actualis operatio intellectus. Meditatio uero

SVP. QV. CLXXX. ART. III.

IN art. 3. eiusdẽ q. collige distinctionẽ uitæ ad uitã cõtẽplatiuã pertinentiũ, quæ recensentur in litera, & distincte applica ad tria membra progressus in contẽplatione in corpore articuli posita, s. acceptionem principiorum, deductionẽ ex principiis acceptis, & contẽplationem ipsam. Et sic diuide ac distribue, ut auditio, lectio, & oratio ad acceptionẽ spectant: meditatio uero speculatio, consideratio, & cogitatio, ad deductionẽ: contemplatio demum cũ subsequente admiratione, ad ipsam consummationem contemplationis.

Parte 2
850 3. dist. 35. q. 1. arti. 2. Et di. 3. q. 4. ar. 2. q. 1. ad 2.
*In lib. de contẽplatione ca. 3.
Lib. 5. de Cõsidera. in fin. illius.
Li. 2. de F. c. 15
Ca. 7. inter princ. & med.
Concl. m
Li. 1. de cõtempl. c. 4 cir. princ.
Li. 14. c. 7. a med. to 3.

Universidad de Deusto Biblioteca

ptinere vr̃ ad ꝓcessũ rõis ex principiis aliq̃b. pertingentib. ad veritatis alicuius cõtẽplationẽ: & ad idẽ ptinet considerõ ſm Bernardũ * Quãuis ſm Philosophũ in 3. de aïa, oïs operõ intellectus, cõsiderõ dicat: sed cõtẽplatio ptinet ad ipsum simplicem intuitũ veritatis. [Loco citato i arg. 1.] Vñ idẽ Ricar dicit, † q cõtemplatio est perspicax, & liber cõtuitus animi i res perspiciendas. [Loco citato in arg. 1] Meditatio ãt est intuitus animi in veritatis inquisitione occupatus. Cogitatio autem est animi respectus ad euagationem pronus.

AD II dicendum, q speculatio, ut glossa Aug. dicit ibidem, dr̃ a speculo, nõ a specula. [Est Aug. li. 15. de Trin. c. 8. to. 3.] Videre ãt aliqd per speculum, est videre causam per effectum, in quo eius similitudo relucet: unde speculatio ad meditationem reduci uidetur.

AD III dicendum, q admiratio est species timoris cõsequens apprehensionẽ alicuius rei excedentis nr̃am facultatẽ. Vñ admiratio est actus consequẽs contemplationem sublimis veritatis. Dictum est .n.* quòd contemplatio in affectu terminatur. [Ar. 1. hui quæst.]

AD IIII dicendum, q hõ ad cognitionẽ veritatis ptingit dupliciter. Vno mõ, p ea q̃ ab alio accipit: & sic qdẽ quantũ ad ea q̃ hõ a Deo accipit, necessaria est orõ, ſm illud Sapi. 7. Inuocaui, & uenit in me spiritus sapiẽtię. Quantũ vero ad ea q̃ accipit ab hoïe, necessarius ẽ audit*, ſm q accipit ex uoce loquẽtis: & lectio, ſm q accipit ex eo q p scripturam est traditũ. Alio mõ, necessariũ est q adhibeat proprium studium, & sic requiritur meditatio.

SVP. QV. CLXXX. ART. IIII.

[Porr.a 851] [Inf. art. 7. cor. & q6. 181. ar. 4. a 1. 2. & q6. 182. art. 2. co. Et 3. d. 35. q. 1. ar. 2. q. 3.]

IN ar. 4. eiusdem q. hoc solũ notandũ occurrit, q vita cõtẽplatiua pt dupliciter determinari, s. sñ se, uel ex parte cõtẽplantis. Secundũ se quidẽ tractat in lra. & cõstituit in contẽplatione Dei principaliter ea rõe, qa cõtemplatio Dei finis est cõtẽplationis creaturarũ sñ se. Nã ipfecta nãliter ordinant ad pfecta ut ad finẽ. Ex parte uero cõtẽplantis uita cõtẽplatiua cõsistit i illorũ cõtẽplatione, qb. cõtẽplãdis hõ studiũ suũ principaliter adhibet. Et sic philosophi, q astrorũ uel nãliũ cõtẽplationi, omissis oib', studebant, cõtẽplatiuæ uitæ participes erant, et si nihil de Dei cõtemplatione curassent: ad quam tñ multi eorũ principaliter tendere uidebant, illi s. q ad rerũ causas inuestigandas incũbebant: & hoc pacto uita contẽplatiua apud Gentiles distinguebatur contra actiuam. [In li. 5. de cõsi. in fine illius.]

ARTICVLVS IIII.

Vtrum uita contemplatiua solum consistat in contemplatione Dei, an etiam in consideratione cuiuscumque ueritatis.

AD QVARTVM sic proceditur. Vr̃, q vita cõtẽplatiua nõ solũ cõsistat in cõtẽplatione Dei, sed ẽt in cõsiderõne cuiuscũq; veritatis. Dr̃. n. i Psa. 138. Mirabilia opera tua, & anima mea[b] cognoscet nimis: sed cognitio diuinorũ operũ fit p aliquã cõtẽplationẽ veritatis. ergo vr̃ q ad uitã cõtẽplatiuã ptineat, ñ solũ diuinã veritatẽ sed ẽt quãlibet aliã contẽplari.

¶2 Præt. Bernardus in li. de cõsiderat.* dicit, q prima cõtẽplatio est admiratio maiestatis: secunda est iudiciorũ Dei: tertia est bñficiorũ ipsius: quarta ẽ ꝓmissorũ. Sed inter hęc quatuor solũ primũ pertinet ad diuinã veritatem, alia uero tria ptinẽt ad effectus ipsius. ergo uita cõtemplatiua nõn solum cõsistit in cõsideratione diuinæ veritatis, sed ẽt in consideratione veritatis[b] circa diuinos effectus.

¶3 Præt. Ricardus de sancto Victore * distinguit[h] sex species contẽplationũ, quarum prima est ſm [Li. 1. de Cõtempl. c. 6.] solã imaginationẽ, dũ attẽdimus res corporales. Secunda ãt est in imaginatione ſm rõem, put. s. sẽsibiliũ ordinẽ & dispositionẽ cõsideramus. Tertia est in rõe ſm imaginationẽ, qñ s. per inspectionẽ rerũ visibiliũ ad inuisibilia subleuamur. Quarta ãt est in rõe ſm rõem, qñ s. animus intendit inuisibilibus, quæ imaginatio non nouit. Quinta ãt est supra rõem, qñ ex diuina reuelatione cognoscimus ea, quę humana rõe comprehendi non põt. Sexta ãt est supra rõem, & præter rõem, quando scilicet ex diuina illuminatione cognoscimus ea quæ humanæ rationi repugnare videnẽ: sicut ea q̃ dicuntur de mysterio Trinitatis. Sed solum vltimum vr̃ ad diuinam veritatem pertinere. ergo contemplatio non solum respicit diuinam veritatem, sed ẽt eam, quę in creaturis consideratur.

¶4 Præt. In uita contemplatiua quæritur contemplatio ueritatis, inquantum est perfectio hominis: sed quælibet veritas est perfectio humani intellectus. ergo in qualibet contemplatione veritatis consistit uita contemplatiua.

SED CONTRA est, quòd Greg. dicit in 6. moral.* quòd in contemplatione principium, quod est Deus quęritur. [Li. 6. c. 18. in medio.]

RESP. Dicendum, q sicut iam dictum est.* ad uitã contemplatiuam pertinet aliquid dupliciter. [Ar. 2. huius quæst.] Vno modo, principaliter: alio modo, secundario, uel dispositiue.[a] Principaliter quidem ad uitam contemplatiuã pertinet contemplatio diuinę veritatis:[a] [Concl.] quia hmõi contemplatio est finis totius humanæ uitæ. Vñ Aug. dicit in 1. de Trini.* quòd cõtemplatio Dei promittitur nobis actionũ oïum finis, atq; æterna perfectio gaudiorũ, quæ quidem in futura uita erit perfecta, qñ uidebimus eum facie ad faciem: unde & ꝑfectos beatos faciet. [Lib. 1. de Trin. ca. 8. circa medio. to. 3.] Nũc ãt contemplatio diuinę ueritatis competit nobis imperfecte, videlicet per speculum, & in ænigmate: vnde per eam fit nobis quędam inchoatio beatitudinis, quę hic incipit ut in futuro continuet. Vnde & Philosophus 10. Eth.* in contemplatione optimi intelligibilis ponit vltimam fęlicitatẽ hominis. [Li. 10. ca. 6. 7. & 8. to. 5] Sed quia per diuinos effectus in Dei cõtemplationem manuducimur, ſm illud ad Ro. 1. Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciunẽ: inde est q ẽt[f] contemplatio diuinorũ effectuum secundario ad vitam contemplatiuã pertinet, [Concl. p] prout s. ex hoc manuducitur hõ in Dei cognitionem.[t] Vnde Aug. dicit in libro de uera religio.* q in creaturarũ consideratione non vana & peritura curiositas est exercẽda, sed gradus ad immortalia & sp manentia faciendus. [Ca. 29. parũ a prin. to. 1.] Sic ergo ex præmissis patet, † q ordine quodam quatuor ad vitã cõtẽplatiuã ptinẽt. [Art. 1. 2. & 3.] Primo quidẽ uirtutes morales: secũdo ãt alii actus, pter cõtẽplationẽ: tertio uero cõtẽplatio diuinorũ effectuũ: quartũ uero cõtẽplatiuũ ẽ ipsa cõtẽplatio diuinę veritatis.

AD PRIMVM ergo dicendum, q Dauid cognitionem operũ Dei q̃rebat, ut ex hoc manuduceretur in Deũ. Vñ alibi dicit Psa. 142. Meditatus sum in omnibus operibus tuis, & in factis manuũ tuarũ meditabar: expandi manus meas ad te.

AD

AD II dicendum, q ex considerõe diuinorum iudiciorum manuducitur hõ in contemplatione diuinæ iustitiæ. Ex considerõe autem diuinorum beneficiorum, & promissorum manuducitur hõ in cognitionem diuinæ misericordiæ, seu bonitatis, quasi per effectus exhibitos, vel exhibendos.

AD III dicendum, q per illa, sex designanẽ gradus, q̃bus per creaturas in Dei cõtẽplationẽ ascendiẽ. Nã in primo gradu ponitur perceptio ipsorũ sensibiliũ. In scđo uero gradu ponit ꝓgressus a sensibilibus ad intelligibilia. In tertio uero gradu ponit diiudicatio sensibilium sñ intelligibilia. In quarto uero gradu ponit absoluta considerõ intelligibilium, in q̃ per sensibilia peruenit. In quinto uero gradu ponit contemplatio intelligibiliũ, q̃ per sensibilia inueniri non pñt: sed per rõem capi possunt. In sexto gradu ponit considerõ intelligibilium, quæ rõ nec inuenire, nec capere põt, quæ. s. pertinent ad sublimem contemplationem diuinæ veritatis, in qua finaliter contemplatio perficitur.

AD IIII dicendũ, q vltima perfectio intellectus est veritas diuina: aliæ autem ueritates perficiunt intellectum in ordine ad veritatem diuinam.

SVP. QV. CLXXX. ART. V.

[Porr.a 852] [1. q. 12. ar. 11. & 1. 2. q. 93. ar. 2. & 3. d. 35. q. 2. art. 2. & 4. di. 49. q. 2. art. 7. & 3. con. c. 47. & uer. q6. 10. art. 11. & quol. 1. art. 1.]

IN art. 5. eiusd. q6. aduerte circa titulũ, q non est hic q6 de diuina oipotẽtia, cum dr̃, An possit uita contẽplatiua ꝑtingere ad diuinã uisionẽ &c. Sed ly possit, denotat potentiã ordinariã sñ indiuidum naturæ modum. Et similiter in rñsione ad primum, cũ Dionysius dicit, Si aliqs uidens Deum, intellexit qđ uidit, nõ ipsum uidit, intelligit de cõi uisu scripturæ, quo multi dñr uidisse Deum, siue imaginarie, siue intellectualiter. Et hæc dico pp Moysem, & Paulũ. [Li. 6. c. 37. circa finẽ.]

ARTICVLVS V.

Vtrum vita contemplatiua secundũ statum huius vitæ possit pertingere ad visionem diuinæ essentiæ.

AD QVINTVM sic ꝓcedit. Vr̃ q vita contemplatiua ſm statũ huius vitæ possit pertingere ad uisionem diuinæ essentię: quia vt hr̃ Genes. 32. Iacob dixit, Vidi[h] Deũ facie ad faciẽ, & salua facta est aïa mea: sed[h] visio faciei Dei est visio diuinæ essentiæ. ergo vr̃ q aliqs per contemplationem in pñti vita possit se extendere ad uidendum Deum per essentiam.

¶2 Præt. Greg. dicit in 6. mor.* q viri contemplatiui ad semet ipsos introrsus redeũt in eo q spũalia rimanẽ, & [h] nequaquã secũ rerum corporaliũ umbras trahunt, vel fortasse tractas manu discretionis abigunt. Sed incircumscriptum lumẽ uidere cupiẽtes, cunctas circũscriptionis suæ imagines deprimũt, & in eo q sup se cõtingere appetũt, uincũt qđ sũt: sed hõ nõ impediẽ a uisione diuinæ essentiæ, q̃ est lumẽ incircũscriptũ nisi p hoc, q necesse hẽt itẽdere corporalib. phãtasmatibus. ergo vr̃ q contemplatio pñtis uitæ potest se extendere ad uidendũ incircunscriptum lumẽ per essentiã.

¶3 Præt. Greg. in 2. de Dial. dicit.* Aïæ uidẽti creatorẽ angusta est oïs creatura. [Li. 2. c. 35. a medio.] Vir ergo Dei, s. beatus Bñdictus, q intra globũ igneũ angelos quoq; ad cęlos redeũtes uidebat, hoc ꝓculdubio cernere nõ nisi in Dei lumine poterat: sed beatus Bñdict[o] adhuc pñti vita viuebat.[h] ergo cõtẽplatio pñtis vitæ põt se extendere ad uidendam Dei essentiam.

SED CONTRA est, qđ Greg. dicit super Ezech.* Quãmdiu in hac mortali carne viuiẽ, nullus ita in [Hom. 14. iter med. & finem.] contemplationis uirtute proficit, ut in ipso incircunscripti luminis radio mentis oculos infigat.

RESP. Dicendum, q sicut Aug. dicit 12. super Genes. ad lram, * Nemo[d] videns Deũ, uiuit ista vita, qua mortalr̃ uiuiẽ in istis sensibus corporis. [Li. 12. c. 27 circa fin. tom. 3. D. 481.] Sed nisi ab hac uita quisq; quodãmõ moriaẽ siue oïno exiens de corpore, siue alienatus a carnalibus sẽsibus, in illã nõ subuehiẽ uisionẽ, q̃ s diligentius pertractata sunt,* ubi dictũ est de raptu: & in primo, vbi actũ est de Dei uisione.* [q. 175. art. 4. & 5.] [† p.p. q. 12 ar. 11.] Sic ergo dicendum est, q in hac vita põt eẽ aliqs dupr̃. Vno mõ, ſm actũ, inq̃tum s. actualr̃ utiẽ sensibus corporis. Et[n] sic nullo[d] mõ contemplatio pñtis uitæ põt pertingere ad uidendum Dei essentiã.[a] [Concl. n] [D. 10.] Alio mõ, põt esse aliquis in hac uita potentialr̃, & non ſm actum, [Concl. p.] inquantum aïa eius est corpori mortali coniũcta ut forma, ita tñ ut nõ utaẽ corporis sensibus, aut ẽt imaginatione, sicut accidit in raptu: & sic[p] põt contẽplatio huius uitæ pertingere ad uisionẽ diuinæ essentiæ.[q] Vñ supremus gradus contẽplationis pñtis uitæ ẽ, qualem habuit Paulus in raptu, ſm quẽ fuit medio modo se hñs iter statũ pñtis uitæ, et futuræ.

AD PRIMVM ergo dicendum, q sicut Dion.* in epis. ad Caium monachum dicit. [In epis. q incipit. Tenebræ, in med. illi*.] Si aliquis uidẽs Deũ, intellexit quod uidit, non ipsum uidit, sed aliquid eorum quæ sunt eius. Et Greg. dicit super Ezech.* [Hom. 14. iter med. & finem.] q nequaq̃ oipotens Deus iam in sua claritate conspiciẽ, sed quiddam sub illa speculaẽ aïa, uñ recte proficiat, & post ad uisionis eius gloriam pertingat. Per hoc ergo q Iacob dixit. Vidi Deum facie ad faciem, non est intelligendum, q Dei essentiã uiderit, sed quòd formam, s. imaginariam uidit, in qua Deus locutus est ei: uel quia per faciẽ quemlibet cognoscimus, [2. responsio] cognitionem Dei faciem eius uocauit, sicut gl. Greg. ibidem dicit.*

AD II dicẽdum, q contemplatio humana ſm statum præsentis uitæ, non põt esse absque phantasmatibus: [Gl. ord. sup hunc locum ex Greg. D. 190.] quia connaturale[d] est homini, ut species intelligibiles in phantasmatibus uideat, sicut Phil. dicit in 3. de anima. Tãmen intellectualis cognitio non sistit in ipsis phãtasmatibus, sed in eis cõtemplatur puritatem intelligibilis ueritatis: & hoc non solum in cognitione naturali, sed etiam in eis, quæ per reuelationem cognoscimus. Dicit enim Dion. 1. c. cęlest. hierarc.* q angelorum hierarchias manifestat nobis diuina claritas in quibusdam symbolis figuratis, in cuius uirtute restituimur in simplum radium, i. in simplicem cognitionem intelligibilis ueritatis. [Ex c. 1. cœlest. hierar. a medio colligitur.] Et sic intelligendũ est quod Greg.* dicit, q contemplantes corporalium rerum umbras non secum trahunt, [Loco citato in arg.] quia uidelicet in eis non sistit eorũ contemplatio, sed potius in consideratione intelligibilis ueritatis.

AD III dicendum, quòd ex uerbis Greg. non daẽ intelligi, quòd beatus Bñdictus Deum in illa uisione per essentiã uiderit, sed uult oñdere, quòd quia uidenti Creatorẽ angusta est oïs creatura, cõsequens est, quòd per illustrationẽ diuini luminis de facili possint quæcumque uideri: unde subdit. Quantumlibet. n. parum de luce creatoris aspexerit, breue ei fuit omne quod creatum est.

Universidad de Deusto Biblioteca

Pere. p te. 853

Sup. q. 179 art. 1. ad 3. Et uer. q. 8 ar. 15. ad 3 & q. 10. ar. 8. ad. 9. Et 16. in 4. le 3. cont. 2. 2, li. op. 10. li. 3. c. 2. & 4.

*C. 4. par. 1, a med.

†Cap. 4. de diui. nom. par. 1. a medio.

SVP. QV. CLXXX. ARTIC. VI.

IN art. 6. eiusd. q. circa distinctionẽ motuum contemplationis per circularẽ, rectũ, & obliquum, aduerte primum, qđ quia hæc distinctio cõis est angelis & hoibus, & nobis comprehensoribus & viatoribus: ideo non pôt unico exemplo quodlibet membrum declarari. Sed ex his facile cõe quid colligi pôt, ut motus circularis sit ipsa simplex Dei cõtemplatio. Rectus uero in nobis quidẽ discursus nãlis, in angelis uero illuminatio, qua superiores illuminant inferiores quasi nãliter. Obliquus autem diuinis innitur ut principiis, & discursu in nobis, vel illuminatione in angelis ut actu, seu effectu, ut sic sit compositus ex recto & circulari. Et scias q, iste sermo est parabolic* ad similitudinẽ motus circularis, qui proprius est cęlo, & motus recti, s. a medio, vel ad medium, qui proprius est elementis: & motus obliqui, quem experimur cõtinue in agitatione uentorum, & proprius est mistis. Vnde non oportet omnimodã similitudinẽ in metaphora hac quærere, sed sat est intelligere quod dicitur.

¶In eodẽ art. in rẽsione ad 2m, dubiũ occurrit circa illa uerba, q angeli indesinẽter absque principio & fine intuenẽ Deũ. Nam cum angeli nõ fuerint creati ab æterno, nec ẽt fuerint beati ab æterno, constat quòd nõ absque principio experiuntur uidere Deum.

Lib. 1. ca. 5

¶Ad hoc dr, q visio beata, de qua est sermo, qua angeli uidẽt Deum, pôt iudicari, seu considerari dupliciter. Vno mõ, sm se, hoc est, sm rõem suæ ordinis, & suæ propriæ mensuræ. Alio mõ, ex parte uidentis. Et si consideret sm se, sic cum constet q est diuini ordinis, & propria eius mensura est non tps qdcumque, nec æuum, sed æternitas, participata sn, vt in q. 6. 10. primi libri huius operis patet, & æternitati participatæ accidat hẽre principium durationis; cõnamque conterna esse æternitati per essentiam, ut patet si Deus creasset unum angelum beatum ab æterno; iõ uisio beata angeli uerẽ sm se dr absque principio & fine: quãuis ut dictum est, accidit ei habere principiũ ex parte uidentis, qđ est sm membrũ, qđ est considerare visionem beatam secũdo mõ. Sic.n. considerata principium habet durationis. Sicut si diceremus, q motus circularis caret principio & fine sm se. Per accidens tamen, si qsque inchoatur, diceret habere principium.

¶In eadem rẽsione circa motum circularem aĩę nãe nota progressum huiç, scilicet, ut primo anima aciem intellectionis a compositis ad simplicia reducat, hoc est, a sensibilibus quæ constat esse composita ad seipsam intus contemplandã, q est simplex, perueniat. Et hic est primus grad*. Deinde a seipsa ascẽdat discurrendo ad cõtẽplationẽ quidditatis simplicis, ita q hoc fiat in termino discursus absque discursu aliquo, tamq si cõtẽpletur unã substantiã separatam. Et hic modus videtur esse progressus ille, quem posuit Auempace in ascensu ad substãtias separatas expoliãdo quidditatẽ a quidditate. Et in hac speratione non est error, sed aut rõnum, aut nihil attingitur, ut dicitur in nono metaphisic. Et quoniam in hoc gradu, quantũ ad propositũ spectat, principaliter consideratur exclusio discursus, iõ anchor exemplariter declarauit hunc gradum in cognitione complexa primorũ principiorum in qua est clare euidentia sine discursu. Post hoc ãt duos grad*, tertius ponitur, in quo ipsa contemplatio diuinæ Veritatis consistit sm assimilationẽ ad visionẽ, qua angeli uident Deum.

¶Sed statim accidit hic dubiũ, quo pacto tertius hic gradus attribuat vitæ cõtẽplatiuę hois in via, cum nõ possimus vltra ascẽdere, q secundus grad* donet. Constat .n. q sũmum in contẽplatione nra gradũ obtinet, cũ aĩa expoliãdo qdditatẽ a qdditate ad simplicẽ qdditatẽ intuẽdã puenit. Quia uis nec per hoc pertigere possit ad quidditatem intelligẽdã aliquã substantiã separatã, ut diffuse habes l 3. cõtra Ge. c. 45

¶Ad hoc dr, q doctrina ista theologica est nec sistit in puris nãlibus: sed de natura nãe pficit gta diuinæ illuminationis, tractat. Et ppea licet nãliter nõ possimus cõtemplando supra sm gradũ ascendere, sm in diuini luminis participatonẽ alu* mẽs humana conscendit non sine phãtasmatibus tñ. Et sic mot* circularis, hoc est, vniformis Dei contẽplatio, cũ cõtẽplatiõe nra saluat. Pôt & aliter dici, q sed s gradus differt a tertio in hoc, q obiectũ secundi ẽ qdcumq; simplex intelligibile, ad q intuẽdum figit sine discursu aliquo: obiectũ ãt tertii est non quodcumque simplex intelligibile, sed solus Deus. Naturalis autem progressus est ascendere a quocumque intelligibili simplici ad Deum ipsum & sic tertius gradus ponitur superior secundo, sicut habens obiectum determinatum simplicissimum & cæter. respectu habentis obiectũ indeterminate. Et hæc responsio subtilior, & magis consona literæ videtur: quoniam in secundo gradu indeterminate ponitur obiectum, in tertio uero determinate. Oportet tamen huiusmodi contemplationem Dei diuina illuminatione fulciri, alioqui similitudinis angelicę visionis expers esset.

¶In eod. art. in resp. ad 3, & 2. simul, dubium occurrit circa sufficientiam horũ motuũ cõtemplationis: qm pcermissus vr motus, quo aĩa a magis intelligibilib. ad minus intelligibilia, seu sensibilia contemplando procedit, & tñ constat, q hmõi contemplatio recta est, & forte frequentior. Quod aũt pcermissus motus iste, patet ex eo, q nec est motus obliquus, quia nihil est hic diuinę informatiũs: nec circularis, vt patet: nec rect* qa rectus est a sensibilib. ad intelligibilia.

¶Ad hoc dr, q qa imperfecta i aliqua spẽ, seu gñe reducunt ad perfectum illius, ideo motus iste tanq imperfectus in gñe motus recti, reducit ad motum rectum, & non pcermissus, sed sub recto comprehensus reductiue. Motus.n. rect* principaliter cõsistit in ascensu a sensibilib. ad intelligibilia, qui proprie mo.* est ad perfectionem. Secũdario ãt ad eum spectat regressus, q minoris perfectionis vr, vt sic, vt in calce lræ patet, cum contẽplatio discursiua cõis sit motui obliquo, & recto. Sed i obliquo hẽt pro rõne & principio diuinã illuminõnẽ, i recto ãt soli rõi naturali innititur.

Loco cita- to in arg.

ARTICVLVS VI.

Vtrũ operatio contẽplationis conuenienter distinguatur per tres motus circularẽ, rectũ, & obliquũ.

AD SEXTVM sic pcedit. Vr q inconuenienter operatio contẽplationis distinguatur p tres motus, circularẽ, rectũ, & obliquum. 4. c. de Diu. nom.* Contemplatio.n. tñ ad quietem pertinet, sm illud Sap. 8. Intrãs in domũ meã, cõquiescã cũ illa: sđ h mot* qeti opponit. ñ ergo opationes cõtẽplatiuæ uitæ p motus designari debẽt.

¶2 Pręt. Actio cõtẽplatiuę uitę ad intellectũ ptinet, h sm quẽ hõ cũ angelis cõuenit: sed i angelis alr assignat Dionys. † hos motus, q in aĩa. Dicit.n. motũ circularẽ angeli esse sm illuminatiões pulchri & boni. Motũ ãt circularẽ aĩæ sm plura đterminat, quorũ primũ est introitus aĩæ ab exterioribus ad seipsam. Sm est quædã conuolutio virtutũ ipsius, per quã aĩa liberat ab errore, & ab exteriori occupatione. Tertiũ ãt est vnio ad ea q supra se sunt. Sr ẽt differẽter describit motũ rectum utriusq;. Nã rectũ motũ angeli dicit esse, sm q procedit ad subiectorũ puidẽtiã: motũ ãt rectũ aĩæ ponit i duobus. Primo qdẽ in hoc, q progredit ad ea q sunt circa ipsam. Scđo aũt in hoc, q ab exteriorib. ad simplices cõtẽplationes eleuat. Sđ et motũ obliquũ diuersimode in vtrisq; đterminat. Nã obliquũ motũ i angelis assignat in hoc, q prouidẽdo minus hñtib. manẽt i idẽtitate circa Deũ. Obliquũ ãt motũ aię assignat ex eo q aĩa illuminat diuinis cogitationib. rõaliter & diffuse. Nõ ergo uidentur conuenienter assignari operationes contẽplationis per modos pdictos.

¶3 Pręt. Ricard. de Sãcto Vict. in lib. de cõtempl.* ponit multas alias drias motuũ ad similitudinẽ uolatiliũ cęli, quorũ qđã nũc ad altiora se extollũt, nũc ãt in inferiora demergunt & hoc sæpius repetere vĩr. Alia uero dextrorsũ, ul sinistrorsum diuertunt multoties. Quædã vero mouent in anteriora, uel posteriora frequenter. Alia uero quasi in gyrũ uertunt sm latiores, uel contractiores circuitus. Quædã uero quasi immobiliter suspẽse in uno loco manẽt. h ergo vr q nõ sint solum tres motus contemplationis.

IN CONTRARIVM est authoritas Dionysij.*

Loco cita- in arg. 2.

RESP. Dicendum, q sicut dictum est s,* operatio intellectus, i qua cõtẽplatio essentialiter consistit, motus dr, sm q motus est actus pfecti, ut Phil. dicit in 3. de anima.* Quia uero per sensibilia in cognitionẽ intelligibilium deuenimus, operationes aũt sensibiles sine motu non fiunt, inde est q ẽt operationes intelligibiles quasi motus quidam describuntur, & sm similitudinem diuersorum motuũ earũ differentia assignatur. In motibus ãt corporalibus perfectiores & primi sunt locales, ut probat i 8. physi.† & iõ m sub eorũ similitudine potissimæ operationes intelligibiles describunt, quorum quidem sunt tres differẽtię*. Nã qdã est circularis, sm quẽ aliquid mouetur uniformiter circa idẽ centrum. Alius ãt est rectus, sm quem aliquid procedit ab uno in aliud. Tertius ãt est obliquus, quasi compositus ex utroq;: & iõ in operationibus intelligibilib* id q simpr hẽt uniformitatẽ, attribuitur motui circulari. Operatio ãt intelligibilis, sm quã pceditur de uno in aliud, attribuit motui recto. Operatio ãt intelligibilis hñs aliqd uniformitatis simul cũ pcessu ad diuersa, attribuit motui aliquo.

*q. 179. artic. 1. ad 3.

Lib. 3. tex. 28. tom. 2.

Lib. 8. tex. 55. & 57. to. 2. Com. 1. m

AD PRIMVM ergo dcđm, q motus corporales exteriores opponuntur quieti cõtemplationis, quæ intelligitur esse ab exterioribus occupationibus: sed motus intelligibilium operationum ad ipsam quietẽ cõtemplationis pertinent.

AD II dcđm, q hõ conuenit in intellectu cũ angelis in gñe, sed uis intellectiua est multo altior in angelo, q i hoie: & iõ alio mõ oportet hos motus i hoib. & i angelis assignare, sm q diuersimode se hñt ad uniformitatẽ. Intelĩs.n. angeli habet cognitionẽ uniformẽ sm duo. Primo qdẽ, qa ñ acqrit itelligibilẽ ueritatẽ ex uarietate rerũ cõpositarũ. Scđo, d qa ñ itelligit ueritatẽ itelligibilẽ discursiuè, sđ simplici ituitu. Intelĩs vero aię a sensibilibus rebus accipit intelligibilẽ veritatẽ, & cũ quodam discursu rõis ipsius eã intelligit. Et iõ Diony.* motum circularem in angelis assignat, inquantũ vniformiter & indesinẽter absq; principio & fine intuenẽ Deũ: sicut motus circularis carens principio & fine uniformiter est circa idẽ cẽtrũ. In aĩa vero anteq ad istã vniformitatẽ perueniat, exigit, q duplex ei* difformitas amoueat. Primo qdẽ, illa q est ex diuersitate exteriorũ rerũ, prout s. relinqt exteriora: & hoc est, qđ primo ponit in motu circulari animæ introitũ ipsius ab exteriorib. ad seipsam. Secundo ãt oportet q remoueat secunda difformitas, quæ est per discursum rõnis. Et hoc idẽ cõtingit sm q omnes operationes animæ reducunt ad simplicẽ contemplationem intelligbilis veritatis. Et hoc ẽ q secũdo dicit, q necessaria est vniformis conuolutio intellectualiũ virtutũ ipsius, ut s. cessante discursu figatur eius intuitus in cõtẽplõne vnius simplicis veritatis. Et in hac operõne aĩæ nõ est error, sicut patet, q circa intellectũ primorũ principiorũ nõ errat, q simplici ituitu cognoscimus. Et tunc istis duob. præmissis, tertio ponitur vniformitas conformis angelis, sm q ptermissis oibus, in sola Dei cõtemplatione persistit. Et hoc est q dicit, Deinde sic uniformis facta vnite, i. conformiter vnitis virtutibus, ad pulchrũ & bonũ manuducit. Motus ãt rectus in angelis accipi non pôt sm id q in considerando procedat ab vno in aliud, sed solum sm ordinem suæ prouidentię, sm. s. q angelus superior inferiores illuminat p medios. Et hoc est quòd dicit, q in directum mouentur angeli quãdo procedunt ad subiectorum prouidentiam recta omnia trãseuntes, idest, secundum ea, quæ secundum rectum ordinẽ disponuntur. Sed rectum modum ponit anima secundum hoc, q ab exteriorib. sensibilibus procedit ad intelligibiliũ cognitionem. Obliquum autẽ motum ponit in angelo compositum ex recto & circulari, inquantum sm contemplationem Dei inferiorib. prouidet. In anima autem ponit motum obliquũ, similiter ex recto, & circulari compositum, prout illuminationibus diuinis ratiocinando utitur.

D. 14

AD III dicendum, q illę diuersitates motuum, quæ accipiũtur sm driam eius quod est sursum & deorsum, dextrorsũ & sinistrorsum, ante & retro, & sm diuersos circuitus, oẽs continentur sub motu recto, uel obliquo: nam per oẽs designatur discursus rõnis. Quod quidem si fit a gñe ad speciẽ, uel a toto ad partem, erit, ut ipse exponit,* sm sursum, & deorsum. Si verò fit ab uno oppositorũ in aliud, erit sm dextrorsum & sinistrorsum. Si uerò fit a causis in effectus, erit ante & retro. Si verò fit sm accidentia q circunstant rem ppinquam, vel remotam, erit circuitus. Discursus autem rõis, qñ est a sensibilibus ad intelligibilia sm ordinem naturalis rationis, ptinet ad motum rectum. Qñ autem est sm illuminationes diuinas, pertinet ad motum obliquum, ut ex dictis patet.* Sola autẽ immobilitas quam ponit, pertinet ad motũ circularem. Vñ patet q D. on.* multo sufficiẽtius, & subtilius motũ cõtẽplationis describit.

Loco cita- in in arg.

In solus. ad 2.

ARTICVLVS VII.

Vtrum contemplatio delectationem habeat.

AD SEPTIMVM sic pcedit. Vr q cõtẽplatio delectationẽ nõ hẽat. Delectatio.n. ad vim appetitiuã ptinet: sed cõtẽplatio principr cõsistit h in intellectu ergo vr q delectatio non pertineat ad cõtemplationem.

¶2 Pręt. Omnis contentio, &

Locis in argu. 1. & 2. citatis.

SVP. QV. CLXXX. ART. VII.

IN art. 7. eiusd. q. in corp. ar. aduerte q cum dr, q delectatio cõtemplationis excedit omnem humanã delectationem, intelligitur non solum secundum se, sed etiam quo ad nos ex parte aĩæ habentis habitũ contemplatiuæ charitatis. Et signũ eius est, q talis tolerat quęcunque contraria delectationibus corporalib. & sensibilibus, potius q amittat contemplatiuam delectationem. Videmus.n. tales præferre cõtemplationem delectationib. tam uenereorũ, & cibi & potus, & reliquorum bonorũ mũdi, puta, gloriæ, dignitatum &c. Quod ex votum affectu procul dubio procedit.

Per. per te. 854

1. 2. q. 3. a. 5. co. Et 4 dis. 15. q. 4 a. 2. q. 1. ad 1. Et 8. 5. 2. de hebdo. prine.

¶In resp. ad primũ eiusd. art. circa illa verba, Et hæc est ultima perfectio vitæ cõtemplatiuę, vt. sn solũ di-

Universidad de Deusto Biblioteca

uina veritas videat, sed etiam ut amet, gradis Cōmul occurrere ꝙ fruitione, seu felicitate æterna cōtra authorē, ꝙ cōsistet in actu amandi, nisi in articulo secundo huius, ꝙ q. 4. ad primū, determinasset ꝙ amor ptinet ad extrinsecā perfectionē vitæ cōtēplatiuæ. Et ppea cū hic dr, ꝙ est ultima pfectio, intelligēdū est de pfectiōe extrinseca. Quā ꝙ de felicitate in quo consistat, est de perfectiōe essentiali. Et sic omnia consonant.

Li. 10. c. 4. 10. 5.

¶ In ratione ad quartum eiusdē articuli eirca claudicationē Iacob, hoc est, defectum tpalem annexū vitæ contēplatiuæ, aduerte ꝙ dupliciter refferi ptad cōtemplatiuam tpalis defectus. Primo, ut conseq enter ex ipsa cōtemplatione, qa. s. dū inhærens est cōtemplationi diuinæ, deficit ab amore tpali. Secūdo, ut augens amorē contemplationis: qa debilitato tpali amore, magis inardescit amor spūalium. Quē n. tpalib. ñ confidit, spūalib. necesse ē innitat, sicut claudicans vno pede, innititur alteri sano. Et hanc secundā relationem tractat hic ex Greg. author.

Ho. 14. a medio.

Ho. 14. in ter mediū & finem.

ꝙ oē certamen impedit delectationē: sed in contemplatione est contentio & certamē. dicit .n. Greg. super Ezec.* ꝙ anima cum contemplari Deū nititur, velut in quodā certamine posita: mō quasi exuperat: qa intelligendo & sentiendo de incircūscripto lumine aliqd degustat: mō succūbit, qa degustādo iterū deficit. ergo uita contemplatiua nō habet delectionem.

¶ 3 Pręt. Delectatio sequit operōnem perfectā, ut dr 10. Ethi.† sed contemplatio vię est imꝑfecta, ſm illud 1. ad Cor. 13. Videmus núc per speculū in ænigmate. ergo vr ꝙ vita contemplatiua delectationem nō habeat.

¶ 4 Pręt. Læsio corporalis delectationē impedit: sed contēplatio inducit læsionem corporalē. unde Ge. 32. dr, ꝙ Iacob postq̄ dixerat, Vidi Dñm facie ad faciem, claudicabat pede, eo ꝙ tetigerit neruū femoris eius, & obstupuerit. ergo videtur ꝙ in vita contemplatiua non sit delectatio.

Sed contra est, ꝙ de contemplatione sapientię dr Sap. 8. Non hēt amaritudinē cōuersatio illius, nec tædiū cōuictus eius, sed lætitiam & gaudiū. Et Greg. dicit super Ezech.* quòd cōtemplatiua vita amabilis valde dulcedo est.

Resp. Dicēdm, ꝙ aliqua contemplatio pōt esse delectabilis dupliciter. Vno mō, rōe ipsius operationis: quia vnicuique delectabilis est operatio sibi conueniens ſm propriam naturam, vel habitū. Contemplatio āt veritatis competit homini ſm suam naturam, prout est animal rationale: ex quo contingit, quòd omnes homines natura scire desiderant: & per consequens in cognitione veritatis delectantur. Et adhuc magis fit hoc delectabile habenti habitū sapientiæ & scientiæ, ex quo accidit ꝙ sine difficultate aliquis contemplatur. Alio mō, contemplatio redditur delectabilis ex parte obiecti, inquantū s. aliquis rem amatam contēplatur. Sicut ēt accidit in visione corporali, quę delectabilis redditur, non solum ex eo ꝙ ipsū videre est delectabile: sed ēt ex eo ꝙ videt quis personam amatam. Quia ergo vita contemplatiua præcipue consistit in contemplatione Dei, ad quam mouet charitas, ut dictum est,* inde est ꝙ in uita cōtemplatiua nō solū est delectatio rōe ipsius contēplationis, sed ēt rōe ipsius diuini amoris. Et quantū ad vtrumq; eius delectatio oēm delectationem humanā excedit. Nā & delectatio spūalis potior est q̄ carnalis, ut s. habitū est,* cū de passionib. age

Ar. 1. huius q, & ar. 4. Concl. m

1. 2. q. 31. ar. 5.

retur, & ipse amor quo ex charitate Deus diligit, oēm amorē excedit. Vñ & in Psa. 33. dr: Gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus.

Ad primum ergo dicēdm, ꝙ vita contemplatiua, licet essentialiter consistat in intellectu: principiū tñ hēt in affectu, inquantū videlicet aliquis ex charitate ad Dei contemplatiōnē incitat. Et quia finis rñdet principio, inde est ꝙ ēt terminus & finis cōtēplatiuæ vitę habet in affectu, dum. s. aliqs in visione rei amatæ delectatur, & ipsa delectatio rei visæ amplius excitat amorē. Vnde Greg. dicit super Ezec.* ꝙ cum quis ipsum, quē amat, viderit, in amorē ipsius amplius ignescit. Et hæc est ultima perfectio contemplatiuæ uitæ, ut scilicet non solum diuina veritas videatur, sed etiam ut amet.

D. 1159.

Homi. 14. a medio.

Ad II dicēdm, ꝙ contentio, vel certamen ꝙ prouenit ex contrarietate exterioris rei, impedit illius rei delectationem. Non. n. aliquis delectat in re, cōtra quā pugnat, sed in re ꝓ qua quis pugnat, cū eā hō adeptus fuerit, cæteris parib. magis in ea delectatur. Sicut Aug. dicit in 8. confe.* ꝙ quanto fuit maius periculū in ꝓlio, tanto maius est gaudiū in triūpho. Nō est āt in cōtemplatione contentio & certamen ex contrarietate veritatis quā contēplamur, sed ex defectu nr̄i intellectus, & ex corruptibili corpore, ꝙ nos ad inferiora retrahit, ſm illud Sap. 9. Corpus quod corrūpitur, aggrauat animā, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Et inde est ꝙ quando homo pertigit ad contemplationem veritatis, ardētius eā amat: sed magis odit proprium defectum, & grauitatē corruptibilis corporis, ut dicat cum Apostolo. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Vñ & Greg. dicit super Ezec.* Cū Deus iam per desiderium & intellectum cognoscitur, omnem voluptatem carnis arefacit.

Li. 8. ca. 3. ante mediū to. 1.

Homi. 14. aliquantulum a me.

Ad III dicēdm, ꝙ contēplatio Dei in hac vita imꝑfecta ē respectu contēplōnis pr̄iæ, & sīr delectatio cōtēplationis viæ est imperfecta respū delectationis cōtēplationis patriæ, de qua dr in Ps. 35. De torrente voluptatis tuę potabis eos. Sed contēplatio diuinorū, q̄ habet in uia, etsi sit imꝑfecta, tñ est delectabilior oī alia cōtēplatione quantumcunque pfecta, ꝑ excellentiā rei contemplatæ. Vnde Philo. dicit in 1. de partib. animaliū.* Accidit circa illas honorabiles existentes & diuinas substantias, minores nobis existere theorias: sed etsi ſm modicū attingamus eas, tñ ꝑ honorabilitatē cognoscendi delectabilius aliqd habent, q̄ q̄ apud nos omnia. Et hoc est ēt quod Greg. dicit super Ezechielem.* Contemplatiua uita amabilis valde dulcedo est, quæ sup semetipsam animā rapit, cælestia aperit, spūalia mētis oculis patefacit.

Lib. 1. c. 5. circa principiū to. 4.

Hom. 14. a medio.

Ad IIII dicēdm, ꝙ Iacob post contemplationem uno pede claudicabat: quia necesse est ut debilitato amore sęculi, conualescat aliquis ad amorem Dei, ut Greg. dicit super Ezechielem.* Et iō post agnitionem suauitatis Dei vnus in nobis pes sanus remanet, atque alius claudicat. Omnis eñ qui uno pede claudicat, solum illi pedi innititur, quem sanum habet.

Ho. 14. in Ezech. inter mediū & finem.

SVP.

SVP. QV. CLXXX. ARTIC. VIII.

Tert. par. 855

e. q. 10. ar. 4. ad 3. Et 4. dist. 35. q. 1. art. 4.

IN art. 8. eiusd. q. tria sūt notāda. Primū cū dr, in opibus cōtēplatiuæ corporaliter non laboramus, ly corporaliter, nō sumitur vt distinguit contra spūaliter, hoc est, immaterialiter: quia cōstat sic corporaliter nos laborare contēplādo in parte sensitiua ministrāte intellectui, cuius signū est fatigatio in continuādo, ꝙ cōmunicatione quodāmodo relicta spūum. Sed accipit corporaliter, vt distinguit contra aialiter, sicut corpus distinguit contra animam. Sic enim solum corporaliter laborant qui membris coporalibus operādo vtunt, vt artifices, agricolæ, & hmōi. Contemplatio aūt fit sedendo & quiescendo, & ideo absq; corporali labore fieri dicitur.

Li. 10. c. 40 parū ante fin. to. 1.

Li. 5. c. 23. circa med.

¶ Scdm est, ꝙ dū ibidē subdit, Vnde magis continuè in hmōi opibus psistere possimus, intelligendum est non totaliter, sed ꝙ ex hac conditione habetur non nulla ratio diuturnitatis in contemplando. Ita ꝙ cum sit hic sermo de diuturnitate, quo ad nos, non est intentionis præsentis littera dicere, ꝙ vita cōtemplatiua ex parte nr̄i sit totaliter diuturna, eo qa nō est ibi labor corporalis: qm ēt ex parte nr̄i min' diuturna inuenitur, dum ex corporis grauitate retrahimur ab altitudine contēplationis, ut in calce qōnis sequētis author ex Gregorio dicit. Sed intendit ꝙ ex hoc contemplatio ex parte nr̄i est magis continua, hoc est, magis ac magis cōtinuari pōt, ꝙ corporalis labor ibi non interuenit. Hæc. n. negatio impedimenti laboris, manifestè ad maiorē continuitatē confert.

Li. 10. Eth. c. 7. ad fin. pcipue to. 5.

Homil. 14. a medio.

Concl. q

Li. 1. c. 13. inter principiū & mediū. concl. p

¶ Tertiū est i ratione ad sm̄, vbi manifeste hēs, ꝙ superius diximus de motu circulari in hac vita, hoc est, summa Dei contemplatione, & ꝙ possibilis, & ꝙ diuina, & ꝙ transitoria est.

ARTICVLVS VIII.

Vtrū vita contēplatiua sit diuturna.

AD OCTAVVM sic ꝑcedit. Vr ꝙ vita cōtēplatiua nō sit diuturna. Vita. n. contemplatiua essentialiter cōsistit in his q̄ ad intellectū ptinent: sed oēs intellectiuæ pfectiones huius vitę euacuabūtur, ſm illud 1. ad Cor. 13. Siuè prophetię euacuabūtur, siuè linguę cessabūt, siue scientia destructur. ergo vita contemplatiua euacuatur.

¶ 2 Pręt. Dulcedinē contemplationis aliqs hō raptim & ptrāseundo degustat. vñ Aug. dicit in 10. confess.* Intromittis me in affectū multū inusitatū introrsus ad quā nescio dulcedinem, sed redeo in hoc ærūnosis pōderib. Greg. ēt dicit 5. Moral.* exponens illud Iob. 4. Cū spūs me pñte trāsiret. In suauitate, inqt, cōtēplationis intimæ nō diu mēs figit, qa ad semetipsā ipsā immēsitate luminis reuerberata reuocat.* ergo vita contemplatiua non est diuturna.

¶ 3 Pręt. Illud qd̄ nō est homini cōnaturale, nō pōt esse diuturnū: vita aūt contēplatiua est melior, q̄ ſm hoiem, vt Phil. dicit i 10. Eth.* ergo vr ꝙ uita cōtemplatiua non sit diuturna.

Sed contra est, ꝙ Dñs dicit Luc. 10. Maria optimā partē elegit, quæ non auferet ab ea: quia ut Greg. dicit sup Ezec.* cōtemplatiua hic incipit, vt in celesti patria perficiatur.

Resp. Dicendum, ꝙ aliquid pōt dici diuturnū dupliciter. Vno modo, ſm suā naturā: alio mō quo ad nos. Scdm se qdē manifestū est, ꝙ uita contēplatiua diuturna est dupliciter. Vno mō, eo ꝙ uersat circa incorruptibilia, & immobilia. Alio mō, qa nō hēt cōtrarietatē. Delectationi. n. q̄ est in cōsiderando, nihil est contrariū, ut dr in 1. Topic.* Sed quo ad nos ēt uita contēplatiua diuturna est, tum qa cōpetit nobis ſm actionē incorruptibilis partis aīæ. s. ſm intellectum: unde pōt post hāc uitā durare. Alio mō, quia i operib. cōtēplatiuę corporaliter nō laboramus: undè magis in hmōi operib. continuè persistere possumus, sicut

Philosophus dicit in 10. Ethicor.†

Li. 10. c. 7. parū a pñ. tom. 5.

Ad primum ergo dicēdm, ꝙ modus contēplādi non est idem hic, & in patria. Sed uita contemplatiua dicitur manere rōne charitatis, in qua hēt & principium, & finē. Et hoc est qd Greg. dicit super Ezech.* Contemplatiua hic incipit, ut in cęlesti patria perficiatur: quia amoris ignis, qui hic ardere inchoat, cum ipsum quem amat uiderit, in amore ipsius amplius ignescit.

Homil. 14. post med.

Ad II. dicēdm, ꝙ nulla actio pōt diu durare in sui summo. Sūmum aūt contemplationis est, ut attingat ad uniformitatem diuinę contemplationis, ut dicit Diony.† sicut supra positū est.* Vnde etsi quātū ad hoc cōtēplatio diu durare nō possit, tñ quantū ad alios contemplationis actus, pt diu durare.

Ex c. 4 cęlestis Hier. pōt haberi ar. 6. huius quo ad 2

Ad III dicēdm, ꝙ Phil. dicit† uitam contemplatiuam esse supra hoiem; quia competit nobis secūdum hoc, ꝙ aliquid diuinum est in nobis. s. intellectus, qui est incorruptibilis & impassibilis in se, & ideò actio eius potest esse diuturnior.

Li. 10. Eth. c. 7. to. 5.

QVÆSTIO CLXXXI.

De Vita actiua in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de uita actiua. Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum omnia opera uirtutum moraliū pertineant ad uitam actiuam.

¶ Secundò, Vtrum prudentia pertineat ad uitam actiuam.

¶ Tertiò, Vtrum doctrina ptineat ad uitā actiuā.

¶ Quartò, De diuturnitate uitæ actiuæ.

ARTICVLVS I.

Vtrum omnes actus uirtutum moralium pertineant ad uitam actiuā.

AD PRIMVM sic ꝑceditur. Vr ꝙ nō omnes actus uirtutum moralium pertineāt ad uitam actiuā. Vita. n. actiua uř cōsistere solùm in his quæ sūt ad alterum. dicit. n. Greg. super Ezechiel.* ꝙ actiua uita est panē esuriēti tribuere. Et in fine, multis enumeratis quæ ad alterum pertinent, subdit. Et quæ singulis quibusq; expediūt dispensare. Sed nō per oēs actus uirtutum moraliū ordinamur ad alios, sed solum ſm iustitiā & partes eius, ut ex supradictis patet.† Nō ergo actus omniū uirtutum moralium pertinent ad uitam actiuam.

Hom. 14. Ezec. parū ante med.

¶ 2 Pręt. Greg. dicit sup Ezec.* ꝙ per Liam, quæ fuit lippa sed fęcunda, significatur uita actiua, q̄ dū occupatur in ope, minus uidet. Sed dum modo per uerbum, mō per exemplum ad imitationē suā proximos accēdit, multos i opere bono alios gñat. Hoc autē magis uidetur ptinere ad charitatē, per quā

q. 58. art. 1. & 1. 2. q. 60 art. 2. & 3.

Hom. 14. a med. illius

SV. QV. CLXXXI. ARTIC. I.

Ter. par. m. 856

Supr. q. 80. art. 3. cor. Et opu. 17. c. 7. ad 7.

IN art. 1. q. 181. dubiū statim occurrit circa rōnem litteræ ad principalem conclusionē, consistit. n. in hoc. Virtutes morales ordinantur ad opandū principaliter, ergo ptinent essentialiter ad uitam actiuā: quia uita actiua ordinatur ad exteriorem operationem. Vr. n. hæc rō deficere procedendo ab operatione ad exteriorem operationem. Nā uirtutes morales ordinant principaliter ad operationem, sed non exteriorem: qm ordinantur ad interiorē passionum moderamen. Vita aūt actiua in exteriori operatione consistit.

¶ Ad hoc dr, ꝙ exterior operēo, ad quā ordinat actiua uita, nō est sola illa q̄ extra corpus exercetur, ut uestire nudū, pascere esurientem, & hmōi sed etiā est illa q̄ extra intellectū fit: Quod patet ex hoc, ꝙ uita actiua distinguit contra cōtemplatiuā eadem

diligimus proximũ, q̃ ad virtutes morales.ⁿ ergo vr̃ q᷑ act⁹ virtutũ moralium non pertineant ad uitam actiuam.

¶3 Præt. Sicut s̃. dictum est, *ʰ uirtutes morales disponũt ad vitã cõtemplatiuam: sed dispositio & perfectio pertinent ad idẽ.ʰ ergo vr̃ q᷑ uirtutes morales nõ ptineant ad uitã actiuã.

SED CONTRA est, q᷑ Isidor⁹ dicit in li. de sũmo bono. † In actiua vita prius p exercitium boni opis cuncta exhaurienda sunt uitia, vt in contẽplatiua iã pura mẽtis acie ad cõtemplandũ diuinũ lumen quisq; pertranseat; sed cũcta uitia nõ exhauriunt̃, nisi p actus uirtutũ moraliũ. ergo actus uirtutũ moraliũ ad uitã actiuã ptinẽt.

RESP. Dicendum, q᷑ sicut supra* dictum est, uita actiua, & cõtẽplatiua distinguunt̃ fm diuersa studia hoĩum intendentiũ ad diuersos fines, quorũ vnũ est consideratio ueritatis, q̃ est finis uitę cõtẽplatiuę: aliud aũt est exterior operõ, ad quã ordinat̃ vita actiua. Manifestũ est aũt q᷑ in virtutib. moralib. nõ principaliter q̃rit̃ contẽplõ veritatis, sed ordinat̃ ad opandum. Vñ Phil. dicit in 2. Eth.* q᷑ ad uirtutẽ quidẽ scire, parũ aut nihil prodest. Vndè manifestũ est q᷑ *ᵃ uirtutes morales ptinẽt essẽtialiter ad uitã actiuã.ᵃ Vnde & Phil. in 10. Eth.* uirtutes morales ordinat ad fęlicitatem actiuam.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q᷑ inter uirtutes morales pcipua est iustitia, qua aliqs ad alterũ ordinatur, ut Phil. probat in 5. Eth.* Vñ uita actiua describit̃ per ea q̃ ad alterum ordinant̃, non quia in his solùm, sed qa in his principalius consistit.

AD II dicẽdũ, q᷑ p actus oĩum uirtutum moralium põt aliqs proximos suos exemplo dirigere ad bonum, quod Greg.* ibi attribuit uitæ actiuæ.

AD III dicẽdũ, q᷑ sicut uirtus q̃ ordinatur in finẽ alterius uirtutis, transit quodammodo in spẽm eius: ita ẽt qñ aliqs utit̃ his quæ sunt uitę actiuæ solũ, prout disponũt ad cõtẽplationẽ, cõprehẽduntur sub uita cõtẽplatiua. In his aũt qui operibus uirtutum moralium intendunt tanquã fm se bonis, non aũt tanq̃ disponentibus ad uitã contẽplatiuam, uirtutes morales pertinent ad uitam actiuam: quàmuis etiam dici possit, quòd uita actiua dispositio sit ad uitam contemplatiuam.

ARTICVLVS II.

Vtrum prudentia pertineat ad uitam actiuam.

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr̃ q᷑ prudentia non pertineat ad uitã actiuã. Sicut.n. uita contẽplatiua ptinet ad uim cognitiuã, ita actiua ad uim appetitiuam: prudẽtia aũt non pertinet ad uim appetitiuam, sed magis adᵇ cognitiuã. ergo prudentia non pertinet ad uitam actiuam.

¶2 Prẹt. Greg. dicit super Ezech.* q᷑ actiua uita dũ occupatur in opere,ᶦ minus uidet, undè significatur per Liam, quę lippos oculos habebat: prudentia aũt requirit oculos claros, ut rectè iudicet homo de agendis. ergo uidetur quòd prudentia non pertineat ad uitam actiuam.

¶3 Præt. Prudentia media est inter uirtutes morales & intellectuales: sed sicut uirtutes morales ptinent ad uitam actiuam, ut dictum est,* ita intellectuales ad contemplatiuam.ᵏ ergo ur̃ q᷑ prudentia non pertineat neque ad uitam actiuam, neque ad contemplatiuam, sed ad medium uiuendi genus, quod Augu. ponit 19. de ciuit. Dei.†

SED CONTRA est, q᷑ Phil. in 10. Eth.* prudentiam pertinere dicit ad fœlicitatem actiuam, ad quam pertinent uirtutes.

RESP. dicendum, q᷑ sicut supra dictum est,* id quod ordinatur ad aliud sicut ad finẽ, pręcipuè in moralibus, trahitur ad speciem eius ad quod ordinatur, sicut ille qui mechatur ut furetur, magis dr̃ fur q̃ męchus, fm Philos. in 5. Eth.* Manifestũ est autem q᷑ cognitio prudentię ordinatur ad operationes uirtutum moralium sicut ad finem. Est.n. recta ratio agibilium, sicut dicitur in 6. Eth.* Vndè & fines uirtutũ moralium sunt principia prudentiæ, sicut in eodẽ lib. Philos. dicit. Sicut ergo dictum est,ˡ quòd uirtutes in eo qui ordinat eas ad quietem contemplationis, pertinent ad uitam cõtemplatiuam: ita ᵐ cognitio prudentiæ, quæ de se ordinatur ad operationes uirtutum moralium, directè pertinet ad uitam actiuam, si tamen prudentia propriè sumatur, secundum quòd Philosophus de ea loquitur.ⁿ Si aũt sumatur cõmunius, prout scilicet comprehendit qualemcumque humanam cognitionem,ᵒ sic prudentia quantum ad aliquàm sui partem pertinet ad uitam contemplatiuam,ᵖ secundum, quòd Tullius dicit in 1. de officijs.† quòd qui acutissimè, & celerrimè potest & uidere uerum, & explicare rationem, is pru-

dentiss-

deinde distinctioẽ qua intellectus practicus distinguit̃ contra speculatiuũ, vt in art. 2. q. 179. superius patet. Et in seq. artic. in rñsione ad primũ, exp̃ssè dr̃, q᷑ prudentia q̃ hẽt finẽ in actu appetitiuæ virtutis, pertinet ad vitã actiuam. Qua igit̃ opatio exterior, ad quã vita actiua ordinatur, complectitur & interiorẽ appetitũ, qui virtutibus moralibus informat̃, & exteriorẽ operationẽ, q. s. extra corpus fit, iõ nullus defectus commissus est in processu rõnis literæ ab operãdo sic sumpto, ut ex præcedentib. & sequentibus apparet, ad opationẽ exteriorẽ, hoc est, practicam moralẽ procedendo. Et scias q᷑ sicut contẽplatio, seu actus intellectus sapientis essentialiter spectat ad vitam cõtẽplatiuã, q̃a in tali actu essentialiter consistit vita contẽplatiua: ita act⁹ uirtutũ moraliũ essentialiter, spectãt ad uitam actiuam, ita q᷑ in ipsis essentialiter consistit. Et p pñs act⁹ exteriores, q dñr ad uitã actiuã spectare, s. docere, corrigere, pascere, hospitari &c. nisi fiant boni moraliter, non spectant ad uitam actiuam, sed ad actionem debitã uitæ actiuæ. Actiua nãq; uita, morale studiũ, seu bonũ moraliter studiũ, ad actionẽ ducit. Verum nõ æqualiter uirtutes morales oẽs ad actiuam uitã spectant: sed, ut in litera dr̃, principaliter uirtutes, ut ordinãtes operationes ad alterũ, inter quas pcipue est iustitia, primo spectant ad actiuã uitam. Q̃o fit ut mansuetudo, patientia, & liberalitas, magis ad actiuã uitã spectent, q̃ tẽperantia, qm ad bonum alterius magis prosunt.

¶ In rñsione ad tertiũ eiusdem articuli, sufficit q᷑ memor sis distinguere inter finẽ uirtutum moraliũ secũdũ se, uel ex parte operãtis, & subsumere q᷑ ex pte operantis, finis uirtutis moralis qñq; est uita actiua, qñq; cõtẽplatiua. Sñ se aũt ita uita actiua est finis virtutis moralis, q. relinquitur ipsam moralem uirtutem esse dispositione respectu uitæ contemplatiuæ. Non enim incongruit idẽ esse substantiale in uno, & dispositionẽ respectu alterius. Sicut dicimus, q᷑ bonitas moralis est ita perfectio hoĩs, q. est dispositio ad bonitatẽ meritoriã. Et hanc rñsionem tãgit author in calce solutionis tertii argumenti.

SVP. QV. CLXXXI. ARTIC. II.

IN art. 2. eiusdem q. notandũ occurrit, q᷑ tertiũ illud uiuendi genus q᷑ pręlatis uidetur ppriũ, hic transitorie tangitur: q̃a inferius latior erit sermo de statu prælatorum.

Q. præc. ar. 2. — Li. 3. c. 15. parum a principio. — Q. 179. ar. 2. — Lib. 2. c. 2. & li. 10. ca. ult. circa princ. — Concl. in — Li. 10. c. 7. & 8, to. 5. — Li. 5. c. 1. a med. to. 5. — Loco citato in arg. — Secunda responsio. — Perre. p to. 857 — Sup. q. 180 arti. 2. cor. Et pũti. q. arti. 1. cor. Et opu. 17. c. 7. ad 7. — Hom. 14. a medio. — Art. præc. — Li. 19. c. 4. & 19. — *Li. 10. ca. 8. tom. 5. — Ar. pręc. ad 3. & 1. 2. q. 18. ar. 6. — Li. 5. ca. 2. paulo a prĩcip. to. 5. — †L. 6. c. 5. ca. 4 tom. 5. — Art. præc. — Conc. in — Concl. p — †Li. 1. c. de 2. munerib. uñ omnia manant.

dentissimus, & sapientissimus rite haberi solet.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q᷑ operationes morales specificantur ex fine, ut supra habitum est †: & iõ ad uitam contemplatiuam illa cognitio pertinet, q̃ finẽ habet in ipsa cognitione ueritatis. Cognitio aũt prudentiæ, quæ magis habet finem in actu appetitiuæ uirtutis, pertinet ad vitam actiuã.

AD II dicẽdũ, q᷑ occupatio exteriorũ rerũ facit hoĩem minus uidere in rebus intelligibilibus, quę sunt separatę a sensibilibus, in qbus operationes actiuæ uitę cõstitũt: sed tñ occupatio exterior actiuæ uitæ facit hoĩem magis clare uidere in iudicio agibiliũ, quod pertinet ad prudentiã tum pp experientiã, tum pp mentis attentionem: quia ubi intẽderis, ibi ingenium valet, vt Salustius dicit *.

AD III dicẽdũ, q᷑ prudentia dr̃ esse media inter uirtutes intellectuales & morales quantũ ad hoc, q᷑ in subiecto cõuenit cũ uirtutibus intellectualibus, in materia ãt totaliter cõuenit cũ moralib. Illud ãt tertiũ uiuendi genus mediũ est inter actiuã uitã & contẽplatiuã quantũ ad ea, circa quæ occupat̃: quia qñq; occupatur in contemplatione ueritatis, quandoq; autem occupatur circa exteriora.

ARTICVLVS III.

Vtrum docere sit actus uitæ actiuæ, an contemplatiuæ.

AD TERTIVM sic pcedit̃. Vr̃ q᷑ docere nõ sit actus uitæ actiuæ, sed contẽplatiuæ. Dicit.n. Gre. sup Ezec.* q᷑ viri pfecti bona cęlestia, q̃ cõtẽplari potuerũt, fratrib. denũciant, eorumq; aĩos in amorẽ intimæ claritatis accendunt: sed hoc ptinet ad doctrinã.ᵉ ergo docere est actus uitæ contemplatiuæ.

¶2 Præt. Ad idẽ genus uitæ vr̃ reduci actus & habitus: sed docere est actus sapientiæ. dicit.n. Phil. in prin. metaph.* q᷑ signũ sciẽtis est posse docere. Cũ ergo sapiẽ, uel sciẽ ptineat ad vitã cõtẽplatiuã, vr̃ q᷑ ᵇ ẽt doctrina ad uitã cõtẽplatiuã pertineat.

¶3 Præt. Sicut cõtemplatio est actus uitę contẽplatiuæ, ita & orõ: sed oratio qua qs orat pro alio, nihilominus ptinet ad uitã contẽplatiuã.ʰ ergo q᷑ aliqs veritatẽ meditatam in alterius notitiam, per doctrinam deducat, videtur ad uitam contemplatiuam pertinere.

SED CONTRA est, q᷑ Gre. dicit sup Eze.* Actiua uita est: panem esurienti tribuere, verbo sapientiæ nesciẽtẽ docere.

RESP. Dicẽdũ, q᷑ actus doctrinę habet duplex obiectũ. Fit.n. doctrina per locutionem, locutio autem est signum audibile interioris cõceptus. Est ergo vnũ obiectũ doctrinæ id, qd̃ ẽ materia, siue obiectũ interioris cõceptionis: &ᵐ quantũ ad hoc obiectũ, qñq; doctrina pertinet ad uitã actiuã, qñq; ad cõtemplatiuã. Ad actiuã quidẽ, qñ hõ interius cõcipit aliquam ueritatẽ, ut per eã in exteriori actione dirigitur. Ad contẽplatiuã ãt, qñ hõ interius concipit aliquã ueritatem intelligibilẽ, in cuius cõsideratione & amore delectatur. Vñ Aug. dicit in lib. de uerbo dñi.* Eligant sibi partem meliorem. s. uitæ contẽplatiuæ, uacent uerbo, inhient doctrinæ dulcedini, occupent̃ circa scientiã salutarẽ. Vbi manifestè dicit doctrinã ad uitam cõtẽplatiuã ptinere. Aliud uero obiectũ docrinæ est ex parte sermonis audibilis, & sic obiectũ doctrinæ ẽ ipse audiẽs: &ᵖ quantũ ad hoc obiectum, omnis doctrina pertinet ad uitam actiuam, ad quam pertinent exteriores actiones⁹.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q᷑ authoritas illa expressè loquit̃ de doctrina quantum ad materiã, prout uersat̃ circa considerationem, & amorẽ ueritatis.

AD II dicẽdũ, q᷑ habit⁹ & actus cõicant ĩ obiecto: & iõ manifeste illa rõ pcedit ex parte materiæ interioris cõceptionis. In tm̃.n. ad sapiẽtẽ, uel scientẽ ptinet posse docere, inquãtũ pt interiorẽ cõceptũ uerbis exprimere ad hoc, q᷑ possit aliũ adducere ad intellectũ ueritatis.

AD III dicẽdũ, q᷑ ille qui orat p alio, nihil agit erga illũ pro quo orat, sed solũ erga Deũ, q est intelligibilis ueritas: sed ille q aliũ docet, aliqd circa eũ agit exteriori actione. Vñ non est similis ratio de utroque.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum uita actiua maneat post hanc uitam.

AD QVARTVM sic pcedit̃. Vr̃ q᷑ uita actiua maneat post hanc uitã. Ad uitã.n. actiuam pertinent actus moraliũ uirtutum, ut dictũ est: sedˢ uirtutes morales permanent post hãc uitã, ut Aug. dicit ĩ 14. de Trin. ergo ur̃ q᷑ uita actiua permaneat post hanc uitam.

SV. QV. CLXXXI. ARTIC. III.

IN art. 3. eiusdẽ q. circa duplex obiectũ doctrinæ, aduerte, q᷑ aliud. s. obiectum conceptionis intellectualis põt dupliciter pertinere tã ad uitã actiuã, q̃ ad contẽplatiuã, uidelicet vel ex parte docentis, vel ex parte rei cõceptæ sm se. Ex parte quidẽ docentis, cũ aliquis docet ad hunc finem, ut contẽplatio, uel actio subsequat̃. Ex parte verò rei q̃ docemur, tunc spectat ad cõtẽplatiuã, cum obiectũ est speculabile sm se. Tunc aũt spectat ad actiuã, cum obiectum est de genere practicorum. Alterum verò obiectum ex parte actus docendi, qui est sermo audibilis, uel nihilõs scriptura, in litera exprimitur, quòd est ipse audiens, seu legens, cuius docendi est uelut actio transiens. Ordinatur enim ad perfectionem audientis, sicut actio transiens ad perfectionẽ materiæ, seu subiecti. Et propterea sicut obiectum actionis transeuntis est ipsa materia perficienda, ita obiectũ actus legendi est ipse audiẽs perficiendus per doctrinæ actum immutantẽ ipsum audientem, seu legentem ẽ extra quo ad sensus, q̃ intus quo ad intellectum, quantum est ex parte ipsi⁹ actus docendi, quia forte audiens nihil proficiat. Et p pñs ex hac parte omnis doctrina spectat ad uitã actiuam, siue doceat actionem, siue contemplationem.

SVP. QV. CLXXXI. ART. IIII.

IN art. 4. eiusd. q. notanda valde doctrina occurrit in respõ. ad secundum: qñ in de solutio illius occultæ qõnis hi, s. hoĩes beati assumpti ad ordines angelorum, ita q᷑ sint superiores quibusdam angelis, illuminent angelos minus beatos se, quos constat esse inferiores in ordine beatitudinis. V.g. An S. Petrus, posito q᷑ sit inter Seraphim, illuminet angelos qui sunt in ordine Cherubim, & sic de aliis. Ex hoc enim loco habes ab authore partẽ negatiuã. s. q᷑ hoĩes puri non illuminãt angelos, imò nec alios homines inferiores ibidẽ beatos: qm̃ hæc est differentia inter homines & angelos ibidem, q᷑ in hominibus non remanet uita actiua, ad quam spectat docere, quod ibi uocatur illuminare. In angelis autem usque ad finem mundi utraq; uita quodammodo est: q̃a & contemplãtur, & sunt administratorii spũs in ministeriũ missi &c. Nec solũ hæc differentia ponit̃ in lra, sed rõe ibidem probatur, s. quia illuminationes fiunt de his quę pertinẽt ad dispensationẽ ministeriorum Dei. Angelis aũt sm̃ naturæ suæ ordinẽ cõpetit administratio inferiori creaturæ: & p pñs eis conuenit illuminare inferiores. Hõ uero quia secundum naturæ ordinẽ nõ est administrator inferioris creaturę, nec homini promissa est similitudo cum angelis, quo ad ea q̃ spectant ad ordinem naturæ, quale est esse administratiuum inferioris creaturæ: iõ homini beato nõ cõuenit illuminare. Ex

quibus

1. 2. q. 1. ar. 3. & q. 18. ar. 6. — In cõiuratione Catilinę, in ... ius titulus est, Cęsaris oratio. — Perre. 858 — 3. di. 35. q. 1. ar. 3. q. 1 ad 3. Et uer. q. 11. ar. 4. Hom. 5. inter mediũ & finem. — Li. 1. c. 1. a med. to. 5. — Ho. 14. in Ezech. parum ante medium. — Concl. in — In ser. 27. ante mediũ to. 10. — Concl. p — Perre. 869 — 1. q. 20. ar. 4 ad 3. Et 1. 2. q. 67. ar. 1. ad 2. Et 3. dist. 35. q. 1. ar. 4. q. 3. Et 1. tom. 14. 63. fin. Et uer. q. 11. ar. 4. ad 2.

Art. 1. huius q.

quibus colligere conclusionem licet, quod cum in beatis sit diuersorum notitia, scilicet ipsius Dei, quam essentialiter beati sunt, & ministeriorum Dei, quæ mediantibus angelis exequuntur in hoc mundo, quo ad primam notitiam nec homo, nec angelus illuminat aliũ inferiorẽ: quo ad secundorum uerò notitiam, non hoĩs, sed angeli est illuminare: quia ad angelorũ & nõ hoĩm officium hoc spectat. Nec fallaris ex hoc, putans hoĩes beatos, puta, sanctũ Petrum, numq̃ diuina dispensatione circa nos aliquid operari: homin. ab hac rõne alienũ est, quõ de beatis inter se qõ est. An aũt sancti aliquid immediate per seipsos, uel per angelorũ ministeriũ, qui nomine illorum sanctorũ se uocant, nos quoq; illuminent, aut circa nos aliquid operanĩ, non facile dixerim, quis quidẽ ea pro pte ducit ad partem negatiuã: dispensatio aũt diuina ad partem affirmatiuã. Legimus. n. ꝙ multa corpora sanctorũ surrexerunt cũ Christo, & apparuerunt multis, proculdubio beati cũ essent sancti, & resurrectionẽ Christi (apparendo multis) attestãtes. Et ppea non incongrue dici posse ui. ꝙ ordo cœlestis patrię beatorũ inter se numq̃ uariat, ut author in 1. lib. docuit, eo ꝙ uariatio illa miraculosè fieret. Sed cũ miracula fiant pp utilitatẽ, ut Apostolus docet, frustra ibi fierent, ubi nulla esset utilitas. Ordo uerò supernorũ ciuium ad nos dispensatiuè quoque mutatĩ, eo ꝙ ad utilitatem ecclesię confert, dũ peregrinãtes hic ex his, qui nobiscũ fuerũt, ægre di ad nos experimur.

C. 7. a medio. & c. 6. eccle. hierar. a me.

¶2 Præt. Docere alios, ptinet ad uitã actiuã, ut dictum est:* sed in futura uita, ĩ qua similes erim^9 angelis, poterit esse doctrina, sicut & in angelis esse uĩ, quorũ un^9 aliũ illuminat, purgat, & perficit, quod refert ad scientiæ assumptionẽ, ut patet per Diony. 7. c. cælest. hierar. * ergo uidetur quòd uita actiua remaneat post hanc uitam.

* Hom. 5. post med. illius.

¶3 Præt. Illud qd' ^k de se est durabilius, magis uĩ posse post hãc uitam remanere: sed vita actiua uĩ esse de se durabilior. dicit. n. Greg. super Ezec.* ꝙ in uita actiua fixi permanere possumus: in contẽplatiua aũt intenta mẽte manere nullo mõ ualemus. ergo multo magis uita actiua põt manere post hãc uitã, quàm contemplatiua.

Hom. 12. post med. illius.

SED CONTRA est, qd' Greg. dicit super Ezec. † Cũ præsenti seculo uita aufert actiua: contẽplatiua autem hic incipitur, ut in cælesti patria perficiatur.

Ar. 1. huius quæst. Concl. in

RESP. Dicendum, ꝙ sicut supra dictum est*, ^m uita actiua habet finem in exterioribus actibus, q si referanĩ ad quietẽ cõtemplationis, iam pertinent ad uitam contemplatiuã. In futura autẽ vita beatorũ cessabit occupatio exteriorũ actuũ: & si qui actus exteriores sint, referentĩ ad finẽ contẽplationis. Vt. n. Aug. dicit in fi. de ciuit. Dei.* Ibi uacabim^9, & uidebimus: videbim^9, & amabimus: amabim^9, & laudabimus. Et in eodẽ li. pmittit ꝙ ibi Deus sine fine uidebit, sine fastidio amabit, sine fatigatione laudabit. Hoc mun^9, hic affectus, hic actus erit in oibus.

Li. 21. ca. vlt. circa fin. to. 5.

Li. 22. ca. vlt. inter princip. & med. to. 5.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut supra dictũ est*, virtutes morales manebũt nõ sm actus, quos habent circa ea quæ sunt ad finem, sed sm actus quos hñt circa finẽ. Hmõi. n. act^9 sunt sm quod constituunt quietem contemplationis, quã Aug. † in præmissis verbis significat per uacationẽ, quæ est intelligenda non solũ ab exterioribus tumultibus, sed ẽt ab interiori perturbatione passionum.

1. 2. q. 67. ar. 1.

In eod. ar.

AD II dicendum, ꝙ uita contemplatiua, sicut supra dictum est,* præcipue consistit in contemplatione Dei: & quantum ad hoc, unus angelus alium non docet, quia ut dicitur Matth. 18. de angelis pusillorum, qui sunt inferioris ordinis, ꝙ semper

Q. præce.

F uident faciem Patris. Sic & in futura uita nullus hominum alium docebit de Deo, sed omnes uidebimus eum sicuti est, ut habetur 1. Ioan. 3. Et hoc est quod Hiere. 31. dicitur. Non docebit vltra uir proximum suum, dicens, Cognosce Dominum. Omnes enim cognoscent me a minimo eorum vsque ad maximum. Sed de his quæ pertinent ad dispensationem ministeriorum Dei unus angelus docet alium, purgando, illuminando, & perficiendo: & secundum hoc habent aliquid de uita actiua quamdiu mundus durat ex hoc, ꝙ administrationi inferioris creaturæ intendunt: quod significatur per hoc quòd Iacob uidit angelos in scala ascendentes, quod pertinet ad contemplationem: & descendentes, quod pertinet ad actionem. Sed sicut dicit Greg. 2. moral. † non sic à diuina visione foris exeunt, ut internæ contemplationis gaudiis priuentur: & ideo in eis non distinguitur uita actiua a contemplatiua sicut in nobis, qui per opera uitæ actiuæ impedimur a contemplatione. Non ãt promittitur nobis similitudo angelorum quantũ ad administrationem inferioris creaturæ, quæ nobis nõ competit sm ordinem naturæ nostræ, sicut competit angelis, sed secundum uisionem Dei.

Li. 2. Mor. ca. 3. circa princ.

AD III dicendum, ꝙ durabilitas uitæ actiuæ in statu præsenti, excedens durabilitatem vitę contẽplatiuæ, non prouenit ex proprietate vtriusq; uitæ sm se consideratæ, sed ex defectu nostri, qui ex corporis grauitate retrahimur ab altitudine contemplationis. Vnde ibidem subdit Gre. ꝙ ipsa sua infirmitate ab immensitate tantæ celsitudinis repulsus animus in semetipso relabitur.

QVAEST. CLXXXII.

De comparatione uitæ actiuæ ad contemplatiuam, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de comparatione vitæ actiuæ ad contemplatiuam. Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶Primò, Quæ sit potior, uel dignior.

¶Secundò, Quę sit maioris meriti.

¶Tertiò, Vtrum uita contemplatiua impediatur per actiuam.

¶Quartò, De ordine utriusq;.

ARTICVLVS I.

Vtrum vita actiua sit potior quàm contemplatiua.

AD PRIMVM sic pceditĩ. Vĩ ꝙ uita actiua sit potior q̃ cõtẽplatiua. Qd'. n. est meliorũ, vĩ esse honorabilius & melius, ut Phil. dicit in 3. topico.* sed ^h uita actiua ptinet ad maiores. s. ad prælatos, q sunt in honore & ptãte constituti. vñ Aug. dicit 19. de ciuita. Dei, † ꝙ in actione nõ amandus est honor in hac vita sine potẽtia. ergo videtur ꝙ vita actiua sit potior quàm contemplatiua.

¶2 Præt. In oibus habitibus, & actibus ^h pcipere ptinet ad potiorẽ, sicut militaris tãq potior præcipit frenorum factrici: sed ad vitã actiuã ptinet disponere & pcipere de contẽplatiua, ut patet per illud qd' dĩ Moysi Exod. 19. Descende, & cõtestare populũ, ne forte velit trãscẽdere ppositos terminos ad videndũ Deũ. ergo vita actiua est potior quàm contemplatiua.

¶3 Præt. Nullus dẽt abstrahi a maiori, vt applicetĩ minoribus. Apostol^9. n. dicit 1. ad Cor. 12. Aemulamini charismata meliora: sed aliq abstrahũtur a statu vitæ cõtẽplatiuæ, & occupãtur circa vitã actiuã, vt patet de illis q trãsferunĩ ad statũ prælationis. ^h ergo vĩ ꝙ vita actiua sit potior quàm contẽplatiua.

SED CONTRA est, quod Dñs dicit Lucæ 10. Maria optimã partẽ elegit, q̃ nõ auferetur ab ea: per Mariã aũt significatĩ vita cõtemplatiua. ergo contẽplatiua vita potior ẽ q̃ actiua.

RESP. Dicendum, ꝙ nihil prohibet aliquid sm se esse excellentius, qd' tñ sm q d ab alio superatĩ. Dicendum est ergo ꝙ ^m vita cõtẽplatiua simplr melior est, q̃ actiua ^n. Qd' Phil. in 10.* Ethi. pbat octo rõnibus, quarũ prima est: quia uita cõtẽplatiua cõuenit hoĩ sm illud quod ẽ optimum in ipso. s. sm intellectum, & respectu propriorũ obiectorũ. s. intelligibiliũ; uita aũt actiua occupatĩ circa exteriora. Vñ Rachel, per quã significatĩ uita cõtẽplatiua, interpretatĩ uisum principiũ: vita aũt actiua significatĩ per Liã, quę erat lippis oculis, vt Greg. dicit 6. moral. † Secundo, quia vita cõtẽplatiua põt esse magis continua, licet non quãtum ad summũ cõtẽplationis gradũ, sicut s. dictũ est.* Vñ Maria, per quã significatur vita contẽplatiua, describitur secus pedes Dñi assidue sedens. Tertio quia maior ẽ delectatio uitæ contẽplatiuæ, q̃ actiuæ. Vñ Aug. dicit i li. de uerb. Dñi, † ꝙ Martha turbabatur, Maria epulabatur. Quartò, quia in vita cõtemplatiua est homo magis sibi sufficiẽs, quia paucioribus ad eã indiget. Vñ dĩ Lucę 10. Martha, Martha solicita es, & turbaris erga plurima. Quintò, q̃a uita contẽplatiua magis pp se diligitur, uita aũt actiua ad aliud ordinatur. Vñ in Psal. 26. dĩ Vnã petij a Dño, hanc requirã, vt inhabitem in domo Dñi oibus diebus vitę meæ, ut uideã uoluntatẽ Dñi. Sexto, quia uita cõtẽplatiua cõsistit in quadã vacatione & quiete, sm illud Psal. 45. Vacate, & uidete, qm̃ ego sum Deus. Septimo, quia uita cõtẽplatiua est sm diuina, uita aũt actiua est sm humana. Vñ Aug. dicit i li. de uerbis Dñi.* In principio erat verbũ: ecce ꝙ Maria audiebat. Verbũ caro factũ est: ecce cui Martha ministrabat. Octauo, quia uita contẽplatiua est sm id qd' est magis proprium homini. s. sm intellectum: in operationibus aũt uitæ actiuæ cõicant ẽt inferiores uires, q̃ sunt nobis & brutis cões. Vñ in Psal. 35. postq̃ dictum est: Hoies & iumenta saluabis Domine. subditur id quod est hoibus speciale: In lumine tuo videbimus lumen. Nonã rationẽ addit Dñs Lucæ 10 cũ dicit. Optimã partem elegit Maria, quæ nõ auferetur ab ea: quod exponẽs August. in lib. de verbis Domini, * dicit. Nõ tu malã, sed illa meliorẽ. Audi vnde meliorẽ: quia non auferetur ab ea. A te autẽ auferetur aliquando onus necessitatis: æterna ẽ dulcedo ueritatis. ^p Secundum quid tñ & in casu est magis eligẽda uita actiua propter necessitatem præsentis uitę ^r. Sicut ẽt Philo. dicit in 3. topi.* ꝙ philosophari est melius quàm ditari, sed ditari meli^9 necessitatẽ patiẽti.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ad prælatos non solũ pertinet uita actiua, sed ẽt debent esse excellẽtes in uita cõtẽplatiua. vñ Greg. dicit in pastorali.* Sit rector actione præcipuus, præ cũctis in cõtẽplatione suspẽs*.

AD II dicendum, ꝙ uita cõtem-

SVPER. QVÆ. CLXXXII. ART. I.

¶ In eodẽ articulo in responsione ad quartũ aduerte, q religio est penitentiæ locus eminenter, qa, vt in litera dr, exclusio impedimentorũ perfectæ charitatis, eminẽter cõtinet exclusionẽ occasionũ peccandi, in qua cõsistit vera penitentia. Nõ. n. sufficit peccata detestari, sed oportet occasionẽ peccandi præcidere, si veræ penitentiæ opa datur. Ablatis aũt peccatis & occasionibus peccãdi, nisi ablata sint ĩpedimẽta charitatis, nõ ppea ablata sunt ĩpedimẽta pfectæ charitatis. Sed cõtra ablatis ĩpedimẽtis pfectæ charitatis, sublata sũt ĩpedimẽta charitatis, q sunt peccata, & occasiones peccãdi. Et qa religio tollẽdis ĩpedimẽtis pfectæ charitatis vacat, iõ religio eminẽter est penitentiæ locus, nõ sicut sol est eminẽter calid⁹: sed sicut hõ est excellenter hẽns vitã, & sensũ.

Resp. Dicẽdm, q sicut ex s. dictis* patet, id qd cõiter multis puenit, antonomasice attribuitur ei, cui p excellẽtiã cõuenit: sicut nomẽ fortitudinis, vendicat sibi illa virtus, q̃ circa difficillima firmitatẽ animi seruat, & tẽperãtiæ nomẽ vẽdicat sibi illa virtus, q̃ tẽperat maximas delectationes. Religio aũt, vt s. habitũ ẽ,* est q̃dã virt⁹, p quã aliqs ad Dei seruitium & cultũ aliqd exhibet. Et iõ antonomasice religiosi dñr illi, q se totalr mãcipãt diuino seruitio, quasi holocaustũ Deo offerẽtes. Vñ Greg.* dicit sup Ezechielẽ. Sũt qdã, q nihil sibimet ipsis reseruãt: sed sẽsũ, linguã, vitã, atq; substãtiã, quã pceperũt, oĩpotenti Deo imolãt. In hoc aũt pfectio hois cõsistit, q totalr Deo ihæreat, sicut ex supradictis* patet: & sm hoc religio perfectionis statũ noiat.*

Ad primvm ergo dicẽdm, q exhibere aliqua ad cultũ Dei ẽ d necessitate salutis: sed q aliqs se totalr, & sua diuino cultui deputet, ad pfectionẽ ptinet.

Ad ii dicẽdm, q sicut supradictũ ẽ,* cũ de virtute religionis agerẽ, ad religionẽ ptinẽt ñ solũ oblationes sacrificiorũ, & alia hmõi, q̃ sunt religioni ppria, sed ẽt actus oĩum virtutũ sm q referũtur ad Dei seruitiũ, & honorẽ, efficiunt act⁹ religionis. Et sm hoc, si aliqs totã vitã suã diuino seruitio dputet, tota vita sua ad religionẽ ptinebit: & sm hoc, ex vita religiosa, q̃ ducunt, religiosi dñr qui sunt in statu perfectionis.

Ad iii dicẽdm, q sicut dictũ ẽ,* religio noiat statũ pfectionis ex intẽtione finis. Vñ non oportet, q q̃cũq, ẽ i religione, iã sit pfectus: sed q ad pfectionẽ tẽdat. Vñ sup illud Mat. 19. Si vis pfectus eẽ &c. dicit* Origenes, q ille q mutauit p diuitijs paupertatẽ vt fiat pfectus, nõ in ipso tpe, quo tradidit bona sua pauperibus, fiet oĩno pfectus, sed ex illa die icipiet speculatio Dei adducere eũ ad oẽs virtutes. Et hoc mõ i religione nõ oẽs sunt pfecti, sed qdã incipientes, quidã proficientes.

Hom. 8. in Matth. aliquantulum a me. 10. j.

Ad iiii dicẽdm, q religionis status principalr est institutus ad perfectionem adipiscendã per quædam exercitia, quibus tolluntur impedimenta perfectæ charitatis. Sublatis aũt impedimentis perfectæ charitatis, multo magis excidũtur occasiones peccati, per qd totalr tollitur charitas. Vñ cum ad pœnitentem pertineat cãs peccatorũ excidere, ex cõsequẽti status religionis est cõuenietissimus pœnitẽtiæ locus. Vñ in Decretis 33. † q. 2. ca. Admonere, consulitur cuidam, qui vxorẽ occiderat, vt potius monasteriũ ingrediatur, qd dicit esse melius & leuius, q̃ q pœnitẽtiã publicã agat remanẽdo i sęculo.

33. q. 2. c. Admonere in med.

Articvlvs ii.

Vtrum quilibet religiosus teneatur ad omnia cõsilia.

Ad secvndvm sic pcedi tur. Vr q qlibet religiosus teneatur ad oĩa cõsilia. Quicumq; n. profitetur statum aliquẽ, tenet ad ea quæ illi statui cõueniũt: sed qlibet religiosus profitetur statũ perfectionis. ergo quilibet religiosus tenet ad omnia consilia, quæ ad perfectionis statum pertinent.

¶ Præt. Gre.* dicit super Ezech. q ille qui præsens sęculũ deserit, & agit omnia bona. q̃ valet, quasi iã Aegypto derelicto sacrificiũ pbet i eremo: sed deserere sęculũ, spãliter ptinet ad religiosos. ergo ẽt eorũ ẽ agere oĩa bona q̃ valent: & ita vr q quilibet eorum teneatur ad omnia consilia implenda.

Homi. 20. a medio.

Peter 885

4. di. 1. q. 2. ar. 6. q. 2 ad 3.

F q̃d spectat ad pfectionem. s. formaliter, vel consequenter, uel dispositiue, seu instrũaliter: & post declarata oĩa distinctionis membra, ponendo iuxta singula mẽbra conclusiones. Et iuxta primum ponit duas, negatiuã, & affirmatiuã. Negatiua est, Nõ tenet religiosus hẽre charitatẽ. Affirmatiua est, Tenet religiosus tendere, & opam dare ut hẽat pfectionẽ. Probõ utrũsq;: qa religionis statne ma est ad pfectionẽ. Iuxta sm uero duas similes conclusiones ponit, cũ corollario. Negatiua est, Non tenetur religiosus ad consilia, quæ consequuntur perfectã charitatem. Affirmatiua est. Tenetur religiosus ad hmõi consilia implenda intendat. Probatio utriusque: quia eadem est ratio obligationis ad illa consilia consequentia perfectã charitatem, & obligationis ad pfectã charitatẽ. Sicut eadẽ est rõ generandi substantiã, puta, leonẽ, & ppietates cõsequentes ad illã naturã. Corollarium est. Non peccat religiosus, si prætermittat hmõi cõsilia, sed si ea contemnat. Probatio: quia solus contemnens facit cõtra hmõi obligationem. Iuxta tertiũ similiter membrum duas conclusiones ponit. Negatiua est, Non tenet religiosus ad oĩa consilia disponentia ad perfectionẽ. Affirmatiua est, Tenetur religiosus ad illa determinata cõsilia, q determinate sũt ei taxata sm regulã suæ professionis. Probõ utriusq; ex ppositis eliqa diuersa sumitur consiliorũ ad perfectionẽ. Est & circa hæc dicta dubiũ unũ an cũ in hac litera dr, Tenet religiosus, seu peccat, si ea contemnat, intelligat de vinculo & peccato culpæ mortalis: an de uinculo & peccato indeterminate. Et ẽ rõ dubii, qa cõtẽptus mortale peccatum importare uidet. Et ideo ad ad consilia in regula taxata, non importat peccatum mortale.

¶ Ad hoc dr, q præsens litera loquitur de uinculo & peccato in cõi, & non determinate ad mortale, uel ueniale. Vñ nihil obstat litera, si gratia materiæ modo uerificatur de mortali, modo de ueniali. Inferius autem distinguitur in uenialem & mortalem transgressionem, uel omissionem religiosorum.

¶ In eodem art. 2. in responsione ad sm, dubium occurrit circa id qd in litera dr, tam de perfecta dilectione Dei, q̃ de pfectu in opando omne bonum, qd quis potest operari, p quanto ibi dr, q omnes ad utrumq; perfectum sic tenentur, q prætermittere sine peccato aliquo mõ illũ possint, dũmõ desit cõtẽptus.

SVP. QVEST. CLXXXVI.

IN ar. 2. eiusdem q. 186. pspice q ordinate & breuiter litera pcedat pponendo trimẽbrem distinctionẽ de mõ quo ali-

Est siquidẽ hic duplex dubiũ. Primũ, An oẽs teneant habere intentionẽ proficiẽdi in charitate vsq; ad perfectã charitatẽ, & simul habere intentionẽ faciẽdi oẽ opus bonũ ubi possibile. Secundũ est, An cõtẽnens hmõi intentiones, & executiones, peccet mortaliter. Est aũt primi dubii rõ, qa pro parte affirmatiua sonat litera præsens, dũ dicit, q oẽs aliqualiter ad hoc tenent, & q sine peccato vitaret executio vtriusq; profectus, dummodo desit contemptus. Ex hoc. n. q excipit contẽptũ, ponit requiri intentionẽ. Contemptus. n. intẽtionẽ tollit, & econtra omissio intentionis contẽptũ ponit. Pro parte aũt negatiua est, quia ex hoc nouus laqueus iniicit aĩabus. Multi .n. sunt boni viri, qui nõ intendunt operã dare ut perfectã habeãt charitatem, sed sufficit eis si intendãt seruare pcepta obligãtia ad mortale, iuxta verbum Dñi. Si vis ad vitã ingredi, serua mãdata. Et similiter non intendunt oẽ qd possunt, et iuxta suũ conditionẽ status, bonũ facere. Secũdi aũt dubii rõ est. Nam pro parte affirmatiua est, qa contẽptus ex suo gñe est pctm mortale. Pro negatiua verò, qa hmõi cõtemptus pro tanto in lra ponit pctm, pro quanto per ipsum firmat aĩus contra spũalem profectũ. Sed firmare aĩum contra spũalẽ profectũ non est peccatũ mortale, vt patet de illo qui iurat se nõ mutaturũ aut fideiussurũ amplius. Talis. n. firmat aĩum cõtra spũalẽ profectũ, & tñ nõ peccat mortaliter, vt su. dictũ fuit.

Q. 184. ar. 3

¶ Ad euidẽtiã horum cõsideranda sunt hic tria interuenientia. Primũ est, executio: sm, intentio: tertium contemptus. Et de executione quidẽ tã interiori, q̃ exteriori profectus in hoc, uel illo singulari actu, seu opere occurrente, constat q si omittat, nõ ppea pctm a quolibet omittẽte incurritur, vt clare in litera dr. Vñ non peccat, ẽt venialiter, potens dare eleemosynam, si occurrenti hoĩe pauperi non dat, & sic de aliis: quia ad singulare hoc nulla lege astringitur. De intentione verò, qua quis intendit non proficere in charitate, aut bonis operibus, sed solum præcepta diuina seruare cõi modo, dicendũ est, q hmõi intentio peccatum est: quia firmando quis aĩum contra spiritualem profectum, ponit inquietem in se est, obicem directi Spiritussancto. Non est tñ peccatum mortale: quia infra limites præceptorum cõi rõe seruandorum sistendo, saluatur dilectio Dei super omnia, & intentio progressus ad uitam ęternam,

Ar. præce.

¶ 3 Præt. Si nõ requirit ad statũ perfectionis, q aliquis oĩa cõsilia impleat, sufficiens esse vr, si quędã cõsilia impleat: sed hoc falsum est, qa multi in sęculari vita existẽtes aliqua cõsilia implent, vt patet de his q continẽtiã seruant. ergo vr q quilibet religiosus, q est in statu perfectionis, teneatur ad oĩa, quæ sunt perfectionis: huiusmodi autem autem sunt oĩa consilia.

Sed contra Ad ea q̃ sunt supererogationis, nõ tenet aliqs nisi ex ppria obligatione: sed nõ qlibet religios⁹ obligat se ad oĩa, sed ad aliqua determinata, qdã ad hæc, qdã ad illa. non ergo oẽs tenentur ad oĩa.

Resp. Dicẽdm, q ad perfectionem aliquid ptinet tripliciter. Vno mõ, essentialiter: & sic, sicut s. dictũ est,* ad pfectionem ptinet perfecta obseruãtia pceptorũ charitatis. Alio mõ, ad pfectionẽ pertinet aliqd cõñr: sicut illa q̃ consequunt ex perfectione charitatis, puta, q aliqs maledicenti benedicat, & alia hmõi impleat, q̃ etsi sm pparationẽ aĩi sint in pcepto, vt simpleant qñ necessitas requirit, tñ ex superabundantia charitatis procedit, q ẽt præter necessitatẽ quãq; talia impleant. Tertio modo, pertinet aliquid ad perfectionẽ instrũaliter & dispositiuẽ, sicut paupertas, continẽtia, abstinẽtia, & alia hmõi. Dictũ est aũt* q ipsa perfectio charitatis est finis status religionis. Status aũt religionis est q̃dã disciplina, vel exercitiũ ad perfectionem perueniendi, ad quã quidem aliqui peruenire nituntur exercitiis diuersis: sicut ẽt medicus ad sanandum vti põt diuersis medicamentis. Manifestum est aũt, q ille qui operatur ad finem, non ex necessitate cõuenit, q iam assecutus sit finẽ, sed requiritur q per aliquã viã tendat ad finẽ. Et ideo ille qui statum religionis assumit, non tenetur hẽre perfectam charitatem, sed tenetur ad hoc tẽdere, & operam dare vt hẽat charitatem perfectam. Et eadem rõe non tenet ad hoc, q illa ĩpleat, q̃ ad perfectionẽ charitatis consequuntur. Tenet aũt vt ad ea implenda intendat, cõtra quod facit contemnens, unde non peccat si ea prætermittat, sed si ea contemnat. Silr ẽt non tenetur ad oĩa exercitia, quib. ad perfectionẽ peruenit: sed ad illa quę determinate sunt ei taxata sm regulam, quam professus est.

Ad primvm ergo dicẽdm, q ille qui transit ad religionẽ, nõ profitet se esse perfectum, sed profitet se adhibere studium ad perfectionem consequendam: sicut ẽt qui intrat scholas, non profitet se sciẽtem, sed profitet se studẽtem ad sciam acquirendam. Vnde sicut Aug. dicit 8.* de ciu. Dei. Pythagoras noluit se sapientem profiteri, sed sapięntiæ amatorẽ. Et ideo religiosus nõ est transgressor professionis, si non sit perfectus, sed solum si cõtẽnat ad perfectionẽ tẽdere.

Ad ii dicendum, q sicut diligere Deum ex toto corde tñt oẽs, est tñ aliqua totalitas perfectionis, q̃ sine peccato ptermitti non põt: alia aũt q̃ sine pec-

ac per hoc & perfectissime charitatis tamq̃ finis. Charitas. n. viæ maxime perficitur in ingressu patriæ, & multorum bonorum operum tamquam mediorum necessariorum ad conseruandam charitatem, & eundum ad patriã. De contemptu aũt scito, q ut author in quæst. de veritate q. 25. ar. 5. ad sm, dicit, Non oĩs contemptus facit pctm mortale, sed solũ contemptus Dei. Et ppea si in proposito cõtẽptus interuenit non pceptorũ, sed cõsiliorũ Dei, qui in ipsis contemnitur Deus consilians, sicut contẽnendo pcepta cõtemnit Deus pcipiens: iõ pctm mortale esset ex cõtẽptu cõsiliorũ, cõsilia aut profectũ charitatis omittere. Interuenit aũt talis contemptus, qñ hõ refugit subiici cõsiliis diuinis vt consiliis, & profectui charitatis vegetiori viæ. Contemptus. n. Dei est nolle subiici diuinæ regulæ, quod hic manifeste accideret. Si quis aũt spũalem profectũ & diuina consilia vt posita a Deo ordinata, reueret, sed qa non obligat ad illa, & non sunt necessaria ad salutẽ, non vult illa implere, & nihil curat de illis pro se, talis non contemnit Deũ, potius operum executionem: ac per hoc non peccat mortaliter ex hmõi intentione deliberata, quæ nonnullis contẽptus est, omittendo intentionẽ & executionẽ profectus spũalis, & operũ bonorũ q possit facere. Et per hoc patet solutio vtriusq; dubii.

Concl. 20

¶ Ad obiecta aũt primi dubii rñdẽdo dr, q ex hoc, q in litera non nisi excipit contemptus, tũ a primo non hr q omissio intentionis sit pctm: qa omissio intentionis põt ex alia causa q̃ ex contemptu procedere. Similiter ex hoc q tenent oẽs aliquo mõ habere intentionem proficiendi, s. non ponendo obicem Spũisancto, nõ iniicitur nouus laqueus animabus, vt patet.

Li. 8. cap. 2.

¶ Ad obiecta verò secundi dubii dr q, licet contemptus Dei sit ex suo genere pctm mortale, & hic solus apud theologos vt appellari simpliciter contemptus, cum distinguit peccare ex contemptu contra peccare ex infirmitate, aut ignorantia: cõtemptus tñ sui qui diqualis est contemptus operationis exercendæ) non est ex suo gñe pctm mortale. Et quia contemptus Dei importat non solum contemptũ Dei in se ipso, sed in suis præceptis ac consiliis, legibusq; ac regulis ministrorũ suorũ, qui sunt Ecclesiæ prælati: iõ iuxta hmõi contemptus præsentiã, vel absentiã, peccatum mortale ex contemptu iudicandum vel excusandum est. Ex

eo:

Universidad de Deusto Biblioteca

Q. 184. ar. 2. art 3.

cōsistit q. in litera vnicus est ... contemptus supponit, s. firmitas aīi contra spūalem profectum, non hr q in hoc effectu consistat contemptus, aut contēptus culpa: sed solum q hmōi firmitas continuat contēptum. Cum hoc aūt stat & q contemptus sit pctm mortale, & quod hmōi firmitas, si aliunde q̄ ex contēptu proueniat, nō est peccatū mortale, q̄uis sit peccatum.

SVP. Q. CLXXXVI. ARTIC. III.

IN art. 3. eiusdē. q. in rñsione ad quartū dubiū occurrit circa illud, Bona tpalia impedimēta sunt ad speculationem. Nam bona tpalia moderata, necessaria sunt ad felicitatem speculatiuā. Pauper.n. impeditur à contēplatione, dum oportet eum solicitū esse circa oportuna ad victum.

¶Ad hoc dr, q felicitas speculatiua dupliciter consideratur, vel sm se, vel in tali subiecto, s. hoie. Et si cōsideratur sm se, impeditur & à tpalibus bonis, & ab ipsius hois conditione, quæ eget cibo, potu, somno, quiete, & hmōi. Nam hæc oīa à cōtemplatione abstrahūt alam, vt experimur cōtinuè. Si verò consideratur felicitas contēplatiua, vt est hois, sic bona tpalia sunt necessaria non vt eligenda pp contemplationē directè, sed ut consequentia ex necessitate materię, s. hois. Ad uitā quippe speculantis hois conseruanda eligenda occurrunt tpalia: & ppea quanto pauciora, sufficientia tñ eliguntur, tanto minus contemplatio impeditur.

Perre. p te. 886. Inf. art. 4. corp. & ad primū. Et opusc. 18. c. 7. & 8.

¶ In eadem rñsione ad quartum, collata cum rñsione ad quintum, dubiū occurrit circa illud, Diuitię habitæ per se natæ sunt perfectionem charitatis impedire: quia si natæ sunt per se charitatis perfectionem impedire, ergo cōiter loquendo, in oī hoie natæ sūt charitatis pfectionem impedire. Quod.n. cōuenit p se, conuenit aut omni, aut in pluribus sal

Glos. interlinearis ibid. Gl. interlinealis ibi.

tñ desit cōtēptus, ut sup. dictū est. †ita ēt oēs tā religiosi, q̄ sæculares tenenť aliqualiter facere q cquid boni possunt. Oibus.n. cōiter dr Eccl. 9. quodcumq; pōt manus tua instāter operare. Est tñ aliqsmod° hoc pceptū implēdi, quo pctm vitatur, s. si hō faciat quod pōt, sm q requirit conditio sui status, dūmō contēptus nō adsit agendi meliora, per quē aīus firmaf contra spiritualem profectum.

AD III dicēdū, q quędā cōsilia sunt, q̄ si pręetermitterenť, tota uita hois implicareť negotiis sæcularibus, puta, siquis haberet propriū, uel matrimonio vtereť, aut aliquid hmōi faceret quod ptinet ad essentialia vota religionis: & iō ad oīa talia consilia obseruanda religiosi tenenť. Sunt aūt quædā consilia de qbusdā melioribus particularibus actibus, q̄ prætermitti possunt absq; hoc, q vita hominis sęcularibus actib. implicetť: vñ non oportet q ad omnia talia religiosi teneantur.

ARTICVLVS III.

Vtrum paupertas requiratur ad perfectionem religionis.

AD TERTIVM sic pcedif. Vr q paupertas nō requiraf ad perfectionē religionis. Non vr ad statū perfectionis ptinere illud quod illicite fit: sed q hō oia sua relinquat, vr esse illicitū. Aposto.n 2. ad Cor. 8. dat formā fidelibus eleemosynas faciendi, dicens. Si uoluntas prompta est, sm illud quod habet, accepta est, i. ut necessaria retineatis. & postea subdit: Non.n. vt aliis sit remissio, vobis aūt tribulatio. glo.* i. paupertas. & super ilud 1. ad Tim. 6. Habentes alimenta, & qbus tegamur dicit glos. Et si nihil intulerim°, vel ablaturi simus, nō tñ oino abijcienda sunt hęc tpalia. ergo vr quod uoluntaria paupertas non requiratur ad perfectionem religionis.

¶2 Prçt. Quicūq; se exponit periculo peccat: sed ille q oibus suis relictis, volūtariā paupertatē sectaf, exponit se periculo ēt spūali sm illud Prou. 30. ne forte egestate cōpulsus furer, & piurē nomē Dei mei, & Eccle. 27. pp inopiā multi deliquerūt) & ēt corporali. dr.n. Eccl. 7. Sicut protegit sapiētia, sic ptegit & pecunia. & Phil. dicit i 4.* eth. q vr quædā perditio ipsius hois esse corruptio diuitiarū, qa per has hō uiuit. ergo vr q volūtaria paupertas nō reqraf ad pfectionē religiosę vitę.

Li. 4. ca. 1. pau. a pri. to. 5.

¶3 Pręt. Virtus in medio cōsistit, ut dr in 2. eth. sed ille q oia dimittit per voluntariā paupertate, non vr in medio consistere, sed magis in extremo. ergo nō agit uirtuose: & ita hoc nō pertinet ad uitæ perfectionem.

Li. 2. ca. 6. to. 5.

¶4 Præt. Vltima perfectio hois in beatitudine cōsistit: sed diuitiæ cōferūt ad beatitudinē. dr .n. Eccl. 31. Beatus diues, qui inuētus est sine macula. & Phil. dicit in 1.* ethic. q organice diuitię deseruiūt ad fęlicitatē. ergo uolūtaria paupertas nō reqrit ad perfectionē religionis.

Lib. 1. c. 5. circa fi. & lib. 10. ca. 7. to. 5.

¶5 Præt. Status epōrū est perfectior, q̄ stat° religionis: sed epi possunt ppriū habere, ut supra *habitum est. ergo & religiosi.

Q. præce. ar. 6.

¶6 Præt. Dare eleemosynā est opus maxime Deo acceptū, & sicut Chrys. dicit, medicamētū, quod maxime in pęnitētia operaf: sed paupertas excludit eleemosynarū largitionē. ergo uf q paupertas ad perfectionem religionis non pertineat.

SED CONTRA est, q Greg. dicit 2.* Moral. Sunt nonnulli iustorum, qui ad cōprehendendum culmē perfectionis accincti, dum altiora interius appetunt, exterius cuncta derelinquunt: sed accingi ad cōprehēdendum culmen perfectionis, pprie pertinet ad religiosos, ut dictum est. ergo eis cōpetit ut per uoluntariam paupertatem cuncta exterius derelinquant.

Li. 2. c. 17. declinando ad finem.

RESP. Dicēdum, q sicut supra dictum est, * status religionis est quoddam exercitium, & disciplina, per quam peruenitur ad perfectionem charitatis. Ad quod qdē necessariū est, q aliqs affectū suū totaliter abstrahat à rebus mundanis. Dicit.n. Aug. in 10.* confess. ad Deū loquens. Minus te amat, qui tecū aliquid amat, quod non pp te amat. Vñ in lib. 83. quęst. dicit

Ar. 1. & 2. Ar. præce. Li. 10. ca. 29. a med. tom. 1. In li. 83. q. q. 36. to. 4.

Agu-

tem. Tunc vltra. Natæ sunt pfectionem charitatis impedire in omni hoie cōiter loquendo: ergo non debent regulariter simul stare cū aliquo statu perfectionis in hoie. Probat sequela, qa incōpacta regula est, ut statu aliq̄ pfectionis sit, & non exigat exclusionē impedimentorū pfectionis: at per hoc diuitiæ habitæ cōrariantur statui episcopali.

¶Ad hoc dr, q quia aliud est iudiciū de hoibus cōiter, & aliud de hoibus excellentibus, & hoies qui in epali sunt statu, sunt non qualescumque, sed excellentes in perfectione vtpote aliorū pfectiores: iō licet diuitiæ habitæ natæ sint p se allicere & distrahere hoies cōiter, & p hoc natæ sint impedire perfectionem charitatis cōiter, non tñ tāti sunt, ut allicere possint pfectiores in morad sui amorem. Et ppea habere diuitias, impedimentum est exclusum à statu religiosorum vtpote nondum perfectorū, sed ad perfectionem tendentium. Non est autem impedimentum excludendum à statu episcoporum, vtpote perfectorum. Vñ ad obiectionem in oppositum, negeť, seu distinguať sequela illa. ergo diuitię habitæ non debent simul esse cum aliquo pfectionis statu, s. in de statu pfectionis acquisitiue vera est cū sua pbatione. Sed nihil valet vltima illatio & statu epali, qui non est acquisitiuus ad perfectionem. De statu aūt perfectionis effectiue nihil ualet cū sua pbatione: talem uerò constat esse statū epalem, Patet aūt ex ista hac rñsione ad quintum, doctrinā hāc authoris esse, dum ex duobus capitibus ostendit non exigi ab eporum statu perfectionem paupertatis. Primo, ex excellentia perfectionis, quia scilicet sunt aliorum perfectores. Secundo, quia episcopalis status est etiam gubernatiuus quo ad temporalium administrationem &c.

Aug. q nutrimētū charitatis ē diminutio cupiditatis: pfectio, nulla cupiditas. Ex hoc autē q aliqs res mūdanas possidet, allicif anim° ei° ad earū amorē. Vñ Aug. dicit i epis.* ad Paulinū & Therasiā, q terrena diligunť arcti° adepta, q̄ cōcupita. Nā vñ iuuenis ille tristis discessit, nisi quia magnas diuitias hēbat? Aliud est.n. nolle icorporare q̄ desunt, aliud iā icorporata diuellere. Illa.n. velut extranea repudianť, ista vero velut i mēbra pscindūť. Et Chr. †dicit sup Mat. q appositio diuitiarū maiorē accēdit flāmā, & vehemētior fit cupido. Et ide ē q ad pfectionē charitatis acqrēdā primū fundm ē volūtaria paupertas, vt aliqs absq; pprio viuat, dicēte Dño, Matt. 19. Si vis pfectus eē, vade, & vēde oia q hēs, & da pauperib°, & veni sequere me.

Epist. 44. a med. illius tomo. 2. Homil. 64. in Mat. ante me. to 2. Concl. m.

AD PRIMVM ergo dcdm, q sicut gl.* ibidē subdit, ñ iō subdit Apostol° vt nobis ñ sit tribulatio. i. paupertas, q n meli° eēt: sed ifirmis timet dficere, quos sic dare monet vt egestatē non patianť. Vñ si mr ēt ex gl. alia ñ ē itelligēdū, q ñ liceat oīa tpalia abijcere, sed q non ex necessitate reqrif. Vñ & Ambros. dicit i 1.* de off. Dñs nō vult. s. ex necessitate pcepti, simul effūdi opes, sed dispēsari, nisi forte vt Helisę° boues suos occidit, & pauit pauperes ex eo qd habuit, vt nulla cura teneref domestica.

Gl. interlinearis ibi. Li. 1. c. 30. ante med. tom. 1.

AD II dicēdū, q ille q oia sua dimittit pp Christū, ñ exponit se piculo neq; spirituali, neq; corpali. Spale.n. priculū ex paupertate puenit, qñ ñ est volūtaria: qa ex affectu aggregādi pecunias, quē patiunť illi, q inuolūtarie sūt pauperes, icidit hō i multa peccata, sm illud 1. ad Timoth. vlt. Qui volūt diuites fieri, incidūt in tētationē, & in laqueū diaboli. Iste aūt affectus deponif ab his, q volūtariā paupertatē sequunť. Magis autē dñatur in his, q diuitias possidēt, vt ex supradictis* patet. Corporale ēt piculū nō imminet illis, q intētione sequēdi Christū oia sua relinquūt, diuinæ puidētiæ se cōmittentes. Vñ Aug. dicit in lib.* de sermone Dñi in mōte. Quærētibus regnū Dei, & iustitiam eius, ñ dēt subesse solicitudo, ne necessaria desint.

In cor. art. Li. 2. c. 25. paulo a principio. to. 4.

AD III dcdm, q mediū virtutis sm Philos. in 2.* Ethic. accipif sm rōnē rectā, ñ sm quātitatē rei. Et iō qcqd pōt fieri sm rōnē rectā, nō est vitiosū ex magnitudine quātitatis, sed magis virtuosū. Esset aūt pter rōnē rectā, si qs oīa sua cōsumeret p intēperantiā, vel absq; vtilitate. Est autē sm rōnē rectā, q aliqs diuitias abijciat ut cōtēplationi sapiētię uacet, qd ēt philosophi qdā leguntr fecisse. Dicit.n. Hier † in epistola ad Paulinū. Crates ille Theban°, hō quōdā ditissimus, cū ad philosophādū Athenas pergeret, magnū auri pōdus abiecit, nec putauit se posse simul diuitias & uirtutes possidere. Vñ multo magis sm rōnē rectam est, ut homo omnia sua relinquat ad hoc, q Christū perfecte sequatur. Vnde Hiero. dicit* in epistola ad Rusticum monachū, Christum nudū nudus sequere.

Lib. 2. c. 6. tomo 5. Non remote a princ. epistolę quæ incipit Bonus hō to. 1. De viuendi forma in fi. to. 1.

AD IIII dcdm, q duplex est beatitudo, siue felicitas. Vna qdē pfecta, quā expectamus i futura uita: alia uero imperfecta, sm quā aliq dñr in hac uita beati. Vitæ aūt psentis felicitas est duplex. Vna qdē sm uitā actiuā: alia uero sm uitā cōtēplatiuā, ut patet p Philosophū in 10.* Ethic. Ad felicitatē aūt uitæ actiuę, q̄ cōsistit in exterioribus opationibus, instrūtr diuitiæ coadiuuāt: quia ut Phil. dicit in 10.† Ethic. multa opamur p amicos, & p diuitias, & p ciuilē potētiā, sicut per q̄dā organa. Ad felicitatē aūt cōtēplatiuæ uitæ non multū opanť, sed magis impediūt, inquātū sua solicitudine ipediūt ai quietē, q̄ maxime necessaria est cōtēplāti. Et hoc est q† Phil. dicit i 10.† Ethic. q ad actiones multis opus est: speculāti uero nullo taliū s. exteriorū bonorū ad operatiōnē necessitas, sed impedimēta sunt ad speculationē. Ad futurā uero beatitudinē ordinaf quis p charitatē. Et qa uolūtaria paupertas est efficax exercitiū pueniēdi ad pfectā charitatē, iō multū ualet ad cęlestē beatitudinē cōsequendā. Vñ & Dñs Matth. 19. dicit. Vade, & uēde oia q hēs, & da pauperibus, & hēbis thesaurū in cælo. Diuitiæ aūt habitæ per se quidē natę sunt pfectionē charitatis ipedire, principlr alliciendo aīum, & distrahēdo. Vñ dr Matth. 13. q solicitudo sæculi, & fallacia diuitiarū suffocāt uerbū Dei: qa ut Greg.* dicit, dū bonū desideriū ad cor intrare nō sinūt, quasi aditū flatus uitalis uetāt: & iō difficile est charitatē inter diuitias cōseruare. Vñ Dñs dicit Matth. 19. q diues difficile intrabit in regnū cęlorū. Qd quidē itelligēdū est de eo, qui actu hēt diuitias: nā de eo q affectū in diuitijs ponit, dicit hoc esse ipossibile sm expositionē Chrys.* cū subdit. Facilius est camelū p foramē acus trāsire, q̄ diuitē intrare in regnū cęlorū. Et iō nō simplr diues dr eē beatus, sed q inuētus est sine macula, & post aurū ñ abijt, & hoc iō, qa rē difficilē fecit. Vñ subdif. Quis ē hic, & laudabim° eū? fecit.n. mirabilia i uita sua, ut. s. iter diuitias posit°, diuitias ñ amaret.

Li. 10. c. 7. & 8. tom. 5. Li. 10. ca. 7. & 8. to. 5. Li. 10. c. 8. inter med. & prin. tomo 5. Homil. 15. in Euang. in med. Homil. 64. in Mat. ante me. tomo 2.

AD V dcdm, q status epalis nō ordinaf ad pfectionē adipiscēdā, sed potius ut ex pfectionē quā qs hēt, alios gubernet ñ solū ministrādo spūalia, sed ēt tpalia: qd ptinet ad uitā actiuā, i qua multa opanda occurrūt instrūtr per diuitias, ut dictū est. *Et iō ab epis, qui profitenť gubernationē gregis Christi, ñ exigif ut pprio carēāt, sicut à religiosis, qui pfitenť disciplinā perfectionis acquirendæ.

In solu. ad 4. arg. pc.

AD VI dcdm, q abrenuntiatio propriarū diuitiarū cōparatur ad eleemosynarū largitionē, sicut uniuersale ad particulare, & holocaustū ad sacrificiū. Vñ Greg.* dicit super Ezec. q illi qui ex possessis rebus subsidia egētibus ministrāt, i bonis q̄ faciūt, sacrificiū offerūt: quia aliquid Deo imolāt, & aliqd sibi reseruāt. Qui uero nihil sibi reseruāt, offerūt holocaustū, q ē maius sacrificio. Vñ ēt Hier. * cōtra Vigilātiū dicit. Qd autē asseris eos melius facere, q utunť reb° suis, & paulatim fructus possessionū pauperibus diuidūt, ñ a me eis, sed a Deo rñdetur, Si uis pfectus esse &c. Et postea subdit. Iste, quē tu laudas, secūdus & terti° gradus ē, quē & nos recipimus, dūmō sciamus prima secundis, & tertijs pferēda. Et iō ad excludendū errorē Vigilātij dr in lib. de Eccle.* dogmatibus. Bonū est facultates cū dispensatione pauperibus erogare, melius est p intētione sequendi Dñm insimul donare, & absolutū in solitudine egere cū Christo.

Homil. 20. inter med. & fi. illius. Nō multū remote a fi. incipit hęc epistola. Multa. in orbe num fiia. to. 3. Ca. 71. hē hic liber inter opera. Aug. to. 3.

¶Super

Universidad de Deusto Biblioteca

Parte 3. to. 887 Supr. q. 88. ar. 11. cor. & Et opu. 18. ca. 9. & opus. 19. c. 1. Et in pro lib. cap. 10.

SVP. Q. CLXXXVI.
ART. IIII.

IN arti. 4. eiusdẽ q. 86. dubiũ occurrit in rñsione ad primũ circa illud, Dñs assũpsit ad pfectionis statũ etiã illos quos inuenit matrimonio iunctos, an sit sermo de statu religionis, an de statu epali. Si de statu religionis, falsa est ergo conclusio principalis in hoc articulo. s. Votũ cõtinentię requiritur ad statũ perfectionis religionis. Si de statu epali, ergo nulla est differentia inter votũ paupertatis & castitatis, quæ in litera assignatur, cum epalis status neutrũ votum exigat.

¶Ad hoc dr, q quia apostoli vocati sunt ordine quodã ad vtrũque statũ, primo religionis, dum discipuli constituti sunt, dicente Petro, Ecce nos reliquimus oĩa, & secuti sumus te: deinde epatus, dũ Apostoli cõstituti sunt (quis hoc non fuerit confirmatum, nisi post resurrectionem Dñi, dicente domino Petro, Pasce oues meas, & p ipsũ cæteri ordinati sunt episcopi) iõ verba literæ huius de vtroq; statu indistincte loquũtur. Verũ q Dñs aliquẽ exegerit votum. s. paupertatis in statu pfectionis religiosę, ad ipsã religionis naturã cõmendandam & obseruandã spectat. Qđ aũt votũ castitatis nõ exegerit, nõ ad statũ, sed ad pfectionis excellentiã, q ipse discipulis cõmisit, spectat. Sicut.n. diuitiarũ ppietas pfectorũ aĩos nõ allicit, aut distrahit, vt de Abrahã apparet: ita matrimonij vsus perfectorum aĩos nõ deijcit, vt de eodẽ, & patribus pfectis in hac litera in responsione ad sm patet. Et ppea episcopalis status qui perfectiuus est, neutrũ votũ, religiosus aũt q tendentiũ ad pfectionẽ est, vtrumq; exigit.

Li. 3. c. 11.

Li. 1. ca. 10. ante med. som. 1.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum perpetua cõtinentia requiratur ad perfectionem religionis.

AD QVARTVM sic proceditur. Vr q perpetua continentia non requiratur ad perfectionẽ religionis. Omnis.n. vitæ christianæ pfectio ab apostolis Christi[h] cępit: sed Apostoli continentiam non videntur seruasse, vt patet de Petro, qui socrum legitur habuisse, Matth. 8. ergo videtur q ad perfectionem religionis non requiratur perpetua continẽtia.

¶2 Præt. primũ pfectionis exẽplar nobis in Abrahã ostenditur, cui Dñs dixit Gen. 17. Ambula corã me, & esto pfectus: sed exẽplatũ[h] non oportet q excedat exemplar.[h] ergo non requiritur ad perfectionem religionis perpetua continẽtia.

¶3 Pręt. Illud qđ requirit ad pfectionẽ religionis, in oi[h] religione inuenitur: sunt aũt aliq religiosi, qui vxoribus vtũtur. non ergo religionis perfectio exigit perpetuam continentiã.

SED CONTRA est, qđ Apostolus 2. ad Corin. 7. dicit. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem nostram in timore Dei: sed munditia carnis & spiritus conseruatur per continentiam. dr.n. 1. Corinth. 7. Mulier innupta, & virgo cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta spiritu & corpore. ergo perfectio religionis requirit continentiam.

RESP. Dicendum, q ad statũ religionis requiritur abstractio eorũ, p quæ homo impeditur, ne feratur totaliter in Dei seruitiũ. Vsus aũt carnalis copulæ retrahit aĩum ne totaliter feratur in Dei seruitiũ, dupl'r. Vno mõ pp vehementiã delectationis, ex cuius frequẽti experiẽtia augeť cõcupiscentia, vt etiã Philos. dicit in 3.* ethic. Et inde est, q vsus venereorũ retrahit animum ab illa perfecta intentione tendẽdi in Deum. Et hoc est quod Aug. dicit in 1.* soliloquiorũ: Nihil esse sentio qđ magis ex arce deijciat animũ virilẽ, q blandimenta feminæ, corporũq; ille cõtactus, sine quo vxor haberi non põt. Alio mõ, propter solicitudinẽ, quã ingerit hoi de gubernatione vxoris, filiorũ, & rerũ

F tpaliũ quæ ad eorũ sustentationem sufficiãt. Vnde Apostolus dicit, q qui sine uxore est, solicitus est quæ sunt Dñi, qũo placeat Deo qui aũt cũ uxore est, solicitus est quæ sunt mundi, & qũo placeat vxori. Et iõ[m] continentia perpetua requirit ad perfectionẽ religionis, sicut uolũtaria paupertas. Vñ sicut dãnatus est Vigilãtius, q adæquauit diuitias paupertati: ita dãnatus est Iouinianus, q adæquauit matrimonium uirginitati. Concil.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, q pfectio nõ solũ paupertatis, sed ẽt cõtinẽtię introducta est p Chrum G qui dicit Matt. 19. Sũt eunuchi qui castrauerũt seipsos p p regnũ cęlorũ. & postea subdit, Qui põt capere, capiat. Et ne alicui spes pueniẽdi ad pfectionẽ tolleretur, assumpsit ad perfectionis statũ ẽt illos, quos iuenit matrimonio iũctos. Nõ ãt poterat absq; iniuria fieri, q uiri uxores desererent, sicut absq; iniuria fiebat, q oẽs diuitias derelinquerẽt. Et iõ Petrũ, quẽ inuenit matrimonio iũctũ, nõ separauit ab uxore, Ioannem tamen uolentem nubere, ã nuptiis reuocauit.

AD II dicẽdum, q sicut Aug. dicit in lib.* de bono coniugali. Melior est castitas cęlibũ, q castitas nu- Cap. 21. inter prin. & med. to. 6
H ptiarũ, quarũ Abrahã habebat unã ĩ usu, ambas in habitu, caste quippe cõiugaliter uixit. Esse ãt cast[a] sine cõiugio potuit, sđ tũc ñ oportuit. Nec tñ qa antiq patres pfectionẽ aĩæ simul cũ diuitiis & matrimonio habuerũt, quod ad magnitudinẽ uirtutis ptinebat pp hoc ĩfirmiores quiq; ñ dẽnt psumere se tãtæ eẽ uirtutis, ut cũ diuitiis & matrimonio posśit ad pfectionẽ puenire, sicut nec aliqs psumit hostes ĩermis iuadere: qã Sãsõ cũ mãdibulla asini multos hostiũ pemit. Nã illi pres, si tps fuisset[d] cõtinẽtię & pauptatis seruãdę studiosi[*] hoc ĩplesśẽt. 2. respon. D. 1

AD III dicẽdum, q illi modi uiuẽdi, sm quos hoies
I mrimonio utunť, nõ sũt simpl'r & absolute loquẽdo, religiones, sed sm qd, inquãtũ. s. in aliquo participãt quædã, quæ ad statum religionis pertinẽt.

ARTICVLVS V.

Vtrum obediẽntia pertineat ad perfectionem religionis.

AD QVINTVM sic proceditur. Vr q obediẽtia nõ ptineat ad pfectionẽ religionis. Illa.n. uĩr ad pfectionẽ religionis ptinere, q sũt supererogationis, ad q ñ oẽs tenenť: sđ ad o-
K bediẽdũ platis suis oẽs tenenť, sm illud Apři ad Heb. ult. Obedite ppositis uris, & subiacete eis. ergo vr q obediẽtia ñ ptineat ad perfectionẽ religionis.

¶2 Pręt. Obedientia ptinere vr pprie ad eos, q debẽt regi sẽsu alieno,[h] qđ est discretorũ: sed Apostolus dicit ad Heb. 5. q p fectorũ est solidus cibus, qui p consuetudine exercitatos habent sensus discretionem boni & mali. ergo vr q obedientia nõ ptineat ad statũ perfectorũ.

SVP. Q. CLXXXVI.
ARTIC. V.

Parte 3. 888 Op. 18. c. 1. Et opu. 19 cap. 1.

IN art. 5. eiusdem q. nota, q obedientia, sicut & alia duo vota, in quibus religio consistit, nõ sunt de ratione perfectionis, aut status pfectionis absolutæ, sed de ratione perfectionis religiosæ, & status pfectionis religiosorũ. Nam episcopalis status perfectionis stat[*] est, & perfectior statu religioso, & nullum trium votorum exigit, vt patet in episcopis antiquis, & nunc orientalis ecclesiæ, quo ad votum castitatis, & vniuersaliter quo ad votum paupertatis, & in Romano Pontifice quo ad votum obedientiæ. Et in litera ratio assignatur, qa ad impfectionis statũ spectat indigẽtia directionis ab alio.

¶In eo. ar. in rñsione ad primũ, nota illud, Et cõparať obedientia ista ad illã, sicut uniuersale ad particulare. Hic.n. habes, q religiosus ex uoto obedientiæ teneť obedire prælato nõ solũ in his q religioni ppria sunt, sed i cõibus, hoc est, in his q sunt d' necessitate salutis & eadẽ rõe sub uoto castitatis cõi unde cadit ñ solũ abstinere ã coniugio, sed ab oi violatione castitatis, puta adulterio, incestu &c. Et similiter sub eorũ paupertatis uoto cadit nõ solũ carere ppriis bonis, sed nõ accipere alienarũ q. religiosus q cõtra supetioria pceptũ fornicationẽ, & furtũ cõmittit nõ solũ contra diuina agit pręcepta, sđ contra sua uota. Et iõ est, qa professio religiosi se hẽt ad sæcularia ũicola, sicut vniuersale ad particularia, ut in litera dicit.

Q. 104. ar. 1.

¶ In rñsione ad sm eiusdẽ articuli, distinguere memento inter statũ & personas religionis. & sic pspicies, q status ipse religionis obedientiã exigit ducẽ ad pfectionem, quia status exercitãtiũ & discentiũ magistro directoreq; eget. Personæ ãt religiosæ nũque in tantũ pfectionis culmẽ, puenerũt, vt ñ egeant duce, sed p internos habitus seipsos optime regãt delectabiliter. Verũ qa psonæ istę ex obediẽtia statui religioso cõueniente conseruanť, iõ ã nulla religiosa psona dissonat, q obedientia religionis est comes.

Ar. 4. & 5 huius q.

¶In rñsione ad tertiũ eiusdẽ articuli, vide hinc q papa eximẽdo aliquẽ religiosum ab obediẽtia sui plati, ñ dispensat in uoto obedientiæ, nõ solũ ea rõe q liberatus ab obedientia sui plati fit tunc p accidens. s. tollendo ã plato põtem sup illũ, quos eximere dr: sed & ea rõe, qa votum obedientiæ principaliter fit sibi, ut hic dicitur ex Dionysio. Et ppterea ñ consueuit papa dispensationis ab

7. quæst. 1. c. Hoc nequaquam. Concil.

¶3 Præ. Si obedientia reqreret A ad pfectionẽ religionis oporteret q oib. religiosis conueniret:[h] non ãt oib. conuenit, sunt .n. quidã religiosi solitariã uitã agentes, q nõ hñt superiores qb. obediant: plati ẽt religionũ ad obedientiã nõ videnť teneri. ergo obedientia nõ vr pertinere ad religionis perfectionẽ.

¶4 Præt. Si uotũ obedientiæ ad religionẽ reqreret, consequẽs esset q religiosi tenerenť platis B suis[h] in oib. obedire, sicut & p uotũ continentiæ tenenť ab oĩbus venereis abstinere: sed nõ tenenť platis suis obedire in oĩbus, ut supra habitũ est,* cũ de virtute obedientiæ ageret. ergo uotũ obedientiæ non requiritur ad religionem.

¶5 Pręt. Illa seruitia sunt Deo maxime accepta, q liberaliter & nõ ex[h] necessitate fiunt, sm C illud 2. ad Cor. 9. Non ex tristitia, aut ex necessitate: sed illa q fiunt ex obedientia, fiunt ex necessitate pcepti, ergo laudabilius fiunt bona opera, q qs propria spõte facit, votũ ergo obediẽtiæ ñ cõpetit religioni p quã hoies q rũt ad meliora puenire.

SED CONTRA Perfectio religionis maxime cõsistit ĩ imitatione Chři, sm illud Mat. 19. Si uis pfect[*] eẽ &c. seqre me: sđ D in Chřo maxime cõmẽdať obedientia, sm illud ad Phil. 2. Factus est obediẽs vsq; ad mortẽ. ergo vř q obedientia pertineat ad perfectionem religionis.

RESP. Dicẽdum, q sicut supra dictũ est*, status religionis ẽ q dã disciplina, uel exercitiũ tendendi in pfectionẽ. Quicunq; ãt instruunť, uel exercitanť ut perueniant ad aliquẽ finẽ, oportet q directionẽ alicuius sequã- E tur, sm cuius arbitrium instruãtur, uel exercitenť ut pueniant ad aliquẽ finẽ, quasi discipuli sub magistro. Et iõ oportet q religiosi in his q ptinent ad religiosam vitã, alicuius instructioni & imperio subdanť. Vñ & 7.* q. 1. dr. Monachorũ uita subiectionis hẽt uerbũ & disciplinatus. Imperio ãt & alterius instructioni subijcit hõ p obediẽtiã: & iõ *obedientia reqrit ad religionis perfectionẽ.*

AD PRIMVM ergo dicẽdum, q obedire platis in his quę pertinent ad necessitatẽ uirtutis nõ est supererogationis, sed oibus cõe: sed obedire in his q pertinent ad exercitiũ perfectionis, pertinet proprie ad religiosos: & cõparať ista obedientia ad aliã sicut vřle ad particulare. Illi.n. qui in sęculo viuũt, aliqd sibi retinent, & aliqd Deo largiunť: & sm hoc obedientiæ platorũ subdunť. Illi vero, qui viuunt in religione, totaliter se & sua tribuunt Deo, ut ex supradictis* patet: unde obedientia eorum est vniuersalis.

AD II dicẽdum, q sicut Philo. dicit in 2.* Eth. hoĩes exercitantes se in operibus, perueniunt ad aliquos habitus, quos cũ acqsierint, eosdẽ act[*] maxime pñt operari. Sic ergo obediẽdo, illi q nõ sunt ad perfectionem adepti, ad perfectionẽ perueniũt. Illi ãtq iã sũt perfectionẽ adepti maxime prõpti sunt ad obediendũ, nõ quasi indigentes dirigi ad perfectionẽ acqrendã, sed quasi ex hoc se cõseruantes in eo, ad q pfectionem ptinet.

AD III dicẽdum, q subiectio religiosorũ pricipl'r attẽdiť ad ẽpos, qui cõparanť ad eos sicut perfectores ad perfectos, ut patet per Dion. 6.* c. eccl. hie. Vbi ẽt dicit, q monachorum ordo, pontificũ cõsumatiuis virtutibus mancipať, & diuinis eorũ illuminationib. edoceť. Vñ ab ẽporum obedientia nec eremitę, nec ẽt prelati religionũ excusanť. Et si a diœcesanis ẽps totaliter, uel ex parte sunt exempti, obliganť tñ ad obediendũ summo Pontifici: non solũ in his quę sunt cõmunia aliis, sed ẽt in his quæ specialiter pertinent ad disciplinam religiõis.

AD IIII dicẽdum, q votũ obedientiæ ad religionẽ pertinẽs, se extẽdit ad dispositionẽ toti[*] humanæ vitæ: & sm hoc votũ obedientiæ hẽt quandã vřitatem, licet non se extendat ad omnes particulares actus quorũ quidã ad religionem nõ pertinent, quia non sunt de reb. ptinentib. ad dilectiõem Dei & pximi: sicut cõfricatio barbę, vł leuatio festucę de terra, & si

mine in huiõi uti, sicut vtereť si in uoto castitatis dispensaret, sed simpliciter ť ut sua pñte, ch' expedit id fieri. Nec obstat q religiosi in pfessioẽ sua exprimũt se pmittere obediẽtiã proprio capiti suę religionis, tñ qa hoc intelligiť salua capitis Ecclesiæ pñte ac obedientia: tum qa hoc intelligitur suo gradu, ita q quia caput religionis est sub capite Ecclesiæ, promittendo obedientiam capiti subordinato, intelligitur pmittere obedientiã principaliter capiti vniuersali, cui illud particulare caput subordinatur. Ar. 1. ad 6.

Li. 2. ca. 1. & 3. lo. 3.

¶In rñsione ad quartum aduerte, q cum dr, Act[*] indifferentes continent sub uoto obedientię est sermo formalis, hoc est, stante indifferentia actus Nã si cõiungatur in aliquo casu actum ita se indifferentem esse vtilẽ ad aliqd eorũ q ad religionẽ spectãt, tunc non sũt indifferentes, sed vtiles, & cadũt sub uoto obedientiæ ac pcepto superiorũ. Verbi grã si festuca in terra iacẽs leuanda præcipitur, qa opportuna est ad ægri seruitium.

¶In rñsione ad quintũ circa illud, Ex hoc ipso ea q faciunt, sunt Deo magis accepta, dubiũ occurrit, an religiosus pl[*] mereať faciendo ea q magis sibi displicet, q faciendo q ñ displicet. Et est dubiũ, qa hic apparet patrassimamina vera. s. q pl[*] mereať faciendo illa q sibi displicent. In oppositũ ãt est, q nõ est deterioris conditiõis, cui nihil operis religiosi sua se displicet, q is cui displicet aliquid eorum: esset autem deterioris conditionis, si is cui displicet plus meretur apud Deum illa met faciẽdo.

Ca. 6. eccl. hierã. pa. 1. a med.

¶Ad hoc dr, q quia hoc q est opus aliqđ displicere, tam se vni religioso & ñ alii, ñ prouenit ex magnitudine operis, sed ex dissonantia ad affectum illius & non illius, & hinc fit, ut huic tale opus redda-

...m difficile, illi ãt nõ fit difficile: nõ hmôi difficultas nõ auget meritum, quã difficultas, quæ se tenet ex parte operantis nõ auget meritũ, sed est signũ imperfectionis affectꝰ. Et ppea simpliciter loquẽdo, nõ magis meretur religiosꝰ operans ea quæ sibi sẽ illi displicent, q̃ aliqs religiosus operans illamet sine illa displicentia. Pôt tñ hmôi displicentia, & difficultatis superatio maioris charitatis esse effectus & signum, dũ iste ex charitate qua superat hmôi difficultatem, delectabiliꝰ operatur ista met opera, quàm alius sine displicentia illamet operatur.

¶Ad obiectionem in oppositum dr̃, ꝙ author non dicit maiꝰ meritũ ex displicẽtia & sua difficultate, sꝫ ex priori uoto, quo suã uoluntatẽ ad hoc necessitauit ex obediẽtia agenda. Per hoc enim magis placent isti Deo sic operando, q̃ illi qui sine obedientiæ iugo eadem delectabiliter operant̃. Et hoc intendit author, ut patet ex Sarabaitis subiũctis.

In collatione 18. ca.7. parũ a princip.

milia, q̃ nõ cadũt sub voto, sꝫ sub obediẽtia. Quidã vero etiã contrariant̃ religioni. Nec ẽ simile de voto cõtinẽtiæ, ꝑ quã excludunt̃ actus omnino perfectioni religionis contrarii.

AD V dicendũ, ꝙ necessitas coactionis facit inuoluntarium, et iõ excludit rõem laudis & meriti: sed necessitas cõsequẽs obedientiã nõ est necessitas coactionis, sed liberę volũtatis, in quantũ hõ vult obedire, licet forte nõ uellet id ꝙ mãdat̃, sm̃ se cõsideratũ iplere. Et iõ quia necessitati aliqua faciẽdi q̃ sm̃ se nõ placent, ꝑ votũ obedientię hõ se subiicit ꝑꝑ Deum, ex ipso ea q̃ facit, sunt Deo magis accepta, ẽt si sint minora; quia nihil maius pt̃ hõ Deo dare, q̃ ꝙ propriã voluntatem ꝑꝑ ipsum voluntati alterius subiiciat. Vñ in collationibus * Patrum dr̃, deterrimũ genus monachorũ esse Sarabaitas, quia suas necessitates curãtes, absoluti a seniorũ iugo hñt libertatẽ agendi qd libitũ fuerit, & tamẽ magis q̃ hi qui in cœnobiis degent, in operibus diebus ac noctibus consumuntur.

ARTICVLVS VI.

Vtrũ requiratur ad perfectionẽ religionis, ꝙ paupertas, continentia, & obedientia, cadant sub uoto.

Petr.a

SVP. Q. CLXXXVI. ART. VI.

Petr.3.cont.c.130.

8F9 i.2.q.10. a.3.co. Et 3.con.ca. 130. Et in p.18. ca. 11.& 15. Et op. 19. c.1.

IN ar.6. eiusdem q. in responsione ad primum, attende ꝙ quia nõ explicite habet, quòd a domino Iesu Christo institutũ sit uotum obligatio in religionis progressu: ideo author ex firmitate & imobilitate sequẽdi Christũ uotũ ostẽdit esse essentiale religiosæ perfectionis statũ assumẽtibꝰ. Nã uouere nihil aliud est, q̃ immobilitare animum ne possit retrogredi.

AD SEXTVM sic pcedit̃. Vr̃ ꝙ nõ requirat̃ ad perfectionem religionis, ꝙ p̄dicta tria. s. paupertas, cõtinentia, & obedientia cadãt sub uoto. Disciplina. n. pfectionis assumendæ ex traditiõe Dñi, ẽ accepta: sed Dñs dãs formã pfectionis Mat. 19. dicit Si uis pfectus esse uade, & uende oia q̃ habes, & da pauperibus, nulla mentione facta de uoto. ergo videt̃ quòd uotum non requirat̃ ad disciplinam religionis.

Li.1.c.14. in princ. to.6.

¶2 Præt. Votũ cõsistit in quadã ꝓmissione Deo facta Vnde Eccl. 5. cũ dixisset Sapiens, Si qd vouisti Deo, ne moreris reddere: statim subdit, Displicet. n. ei infidelis & stulta ꝓmissio, sed ubi est exhibitio rei, nõ req̃rit̃ promissio. ergo sufficit ad perfectionem religionis, quòd aliquis seruet paupertatem, continentiam, & obedientiam, absque uoto.

¶3 Præt Aug.* dicit ad Pollẽtiũ de adulterinis cõiugiis. Ea sunt in nr̃is officiis gratiora, q̃ cũ liceret nobis etiam non impendere, tamen causa dilectionis impendimus: sed ea quę sunt sine voto, licet non impendere, quod non licet de his q̃ fiunt cum uoto. ergo ur̃ gratius esse Deo, si qs paupertatem, continentiã, & obedientiã absq; uoto obseruaret. nõ ergo uotũ req̃rit̃ ad pfectionẽ religionis.

SED CONTRA est, ꝙ in veteri lege Nazaræi cũ uoto sãctificabant̃, sm̃ illud Nu.6. Vir, siue mulier, cum fecerint uotum ut sanctificarent̃, & se uoluerint Dño consecrare &c. Per eos ãt significant̃ illi qui ad perfectionis summã pertingunt, vt dicit gl. Greg. ibid. ergo uotũ requirit̃ ad statũ pfectionis.

RESP. Dicendũ, ꝙ ad religiosos pertinet ꝙ sint in statu pfectionis, sicut ex supradictis * patet. Ad statũ ãt pfectionis req̃rit̃ oblo ad ea q̃ sũt pfectiõis, q̃ quidem Deo fit per votum. Manifestum est * ãt ex pmissis, ꝙ ad perfectionem chr̃ianæ vitæ pertinet paupertas, continentia, & obedientia: & iõ [m] religionis status requirit, vt ad hæc tria aliquis voto obliget̃ [n]. Vnde Greg.* dicit super Ezech. Cũ qs oẽ quod hẽt, oẽ quod viuit, oẽ quod sapit, opĩ. Deo vouerit, holocaustum est: quod quidem pertinere postea dicit ad eos, qui præsens sc̃lm deserunt.

q.174.ar.5.

Ar.3.4.& 5.

Concl. m

Homi.10. inter mediũ & finem.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ad perfectionẽ vitæ Dñs pertinere dixit, ꝙ aliquis eum sequat̃ non qualitercunque, sed ut ulterius retro non abiret. Vñ & ipse dicit Lucę 9. Nemo mittens manum ad aratrũ, & respiciens retro, aptus est regno Dei. Et q̃uis quidã de discipulis eius retrorsũ abierint, tñ Petrus loco aliorum Dño interroganti, nunquid & uos uultis abire, rñdit. Dñe, ad quẽ ibimus? Vñ & Aug. dicit in lib.* de consen. euang. ꝙ sicut Matthæus & Marcus narrant, Petrus & Andreas, nõ subductis ad terram nauib. tanq cã redeũdi, secuti sunt eũ, sed tanq̃ iubentem ut sequerentur. Hæc ãt immobilitas sequelæ Chr̃i firmat̃ per uotũ: & ideo uotum requiritur ad perfectionem religionis.

Li.2.c.17. in fi. to.4.

AD II dicendũ, ꝙ perfectio religionis, requirit, sicut Gre.* dicit, ut aliquis oẽ quod uouit Deo, exhibeat: sed homo non potest totam uitam suam Deo actu exhibere, quia non est tota simul, sed successiue agitur. Vñ nõ aliter homo pt̃ totam uitam suam Deo exhibere, nisi per uoti obligationem.

Homi.10. in Eze. inter mediũ & fin.

AD III dicendũ, ꝙ inter alia quæ licet nobis nõ impendere, est ẽt propria libertas, quem homo cæteris reb. chariorem habet. Vnde cum aliquis propria sponte uoto sibi adimit libertatem abstinendi ab his quæ ad Dei seruitium pertinẽt, hoc fit Deo acceptissimum. Vnde Aug. dicit in epist.* ad Arm. & Paulinam. Non te uouisse pæniteat, immo gaude iam tibi non licere, quod cum tuo detrimento licuisset. Fœlix necessitas, quæ in meliora cõpellit.

Epi.45. nõ multũ remote à fine, to.2.

ARTICVLVS VII.

Vtrum conuenienter dicatur, in his tribus uotis consistere religionis perfectionem.

SVP. Q. CLXXXVI. ARTIC. VII.

Petr.a 89

Inf.q.188 ar.1.ad 2. & ar. 2. ad 1. Et vir.q. 1.ar.1.12. ad.5. Et opus.18.ca. 15.& opu. 19.c.1.

IN ar.7. eiusdem q. nota quòd status religionis habet ut terminum à quo, secularem uitam, & ut terminum ad quem, perfectionẽ charitatis. Et propterea est & quies respectu solicitudinis sęcularis, & exercitium ac disciplinalis motus ad pfectionẽ charitatis. Et inter hæc duo. s. quietem a solicitudine sęculari, & motum ad pfectionem, mediat immobilitas aĩ, qua firmat̃ religiosus in hoc statu. Et qa immobilitas ista fit oblatione sui, & suorũ omnium ad Deũ: iõ ẽt holocaustũ uocat̃. in quo ex uniuersalitate oblationis cõcludit̃ consistere in trib. uotis religionum: sicut ex uniuersali qte intellectus practici circa sęcularia, cuius actus est solicitudo, idem concluditur. Et ex mundicia affectiuæ partis, quæ cõprehẽdit appetitum intellectiuum, & sensitiuum idem concluditur.

A thoritate n. hmōi decreti, qd apostolico moderamine, & pietatis officio à nobis est constitutum, sacerdotibus monachis apostolorum figuram tenentibus, liceat prędicare, baptizare, cōionem dare, pro peccatorib. orare, pœnitentiam imponere, atq: pctā absoluere.

RESP. Dcdm, q aliquid dr alicui nō licere dupliciter. Vno modo, quia habet in se quod

B contrariatur ei, quod dicit nō licere, sicut nulli homini licet peccare: quia habet in se quilibet homo rationem & obligationem ad legem Dei, quibus cōtrariatur peccatum. Et hoc modo dicitur alicui non licere prædicare, uel docere, uel aliquid huiusmodi facere: quia habet in se aliquid qd his repugnat uel ratione precepti, sicut

C his qui sunt irregulares ex statuto Ecclesiæ non licet ascendere ad sacros ordines uel pp peccatum, secundum illud Ps. 49. Peccatori autem dixit De'. Quare tu enarras iustitias meas.'' Hoc aūt modo est illicitum religiosis prædicare, docere, & huiusmodi facere', tū qa ex uoto & precepto regulę nō obligantur ad hoc, q ab his abstineant: tum ēt quia non red-

D duntur ad hoc minus idonei ex aliquo peccato commisso, sed magis idonei exercitio sanctitatis, qd assumpserint. Stultum āt est dicere, ut p hoc q aliqs in sanctitatē pmouetur, efficiat minus idoneus ad spūalia officia exercēda: & iō stulta est quorūdā opinio dicētiū, q ipse status religionis impedimentū affert talia exequendi, quorum errorem* Bonifacius Papa rationibus supra dictis excludit dicens, ut habetur 16. q. 9. Sunt nonnulli 16. q. 1. ca. Sūt nonnulli.

E nullo dogmate fulti, audacissimo quidem zelo magis amaritudinis, quàm dilectionis inflammati, asserentes monachos, quia mundo mortui sūt, & Deo uiuunt, sacerdotalis officii potestate indignos: sed omnino labuntur, quod ostendit, primo quidem, quia contrariatur regulæ.* Subdit. n. Neque. n. beatus Bñdictus monachorū præceptor almificus hmōi rei aliquo mō fuit interdictor: & simr nec in aliis rlis hoc phibet, Scdo, improbat pdictū errorē ex idoneitate monachorū, cū i fine cap. subdit. Quāto qsq: est excellētior, tāto & in illis spūalib. s opib. potētior. Alio mō, dr aliqd n licere alicui, n pp priū qd hēat, sp pp hoc q deficit ei, vñ illud possit: sicut diacono n licet Missā celebrare, quia

Eo. c. parū a princ. — 16. q. 1. ca. Sunt nonnulli, declinando ad finem.

reprehendit à Deo malus prædicator aliena authoritate psalmi. Prædicatores. n. cū sint missi a Deo, iuxta illud, Quō pdicabūt nisi mittantur: si pdicādo diuina sūt mali, præsē ferūt quod Chris q misit illos, fuerit illis similis, s. recta docēs, sed nō recte uiuens sicut sūt ipsi, q sūt illius nuntii. ¶ In rōsione ad tertiū eiusdem articuli primi, aduerte quòd author dupliciter tractat de cura ecclesiasticorum officiorum siue ordinaria, uel ut delegata. Et de ordinaria qdem cōcedit q nō cōpatitur secū monasticā obseruantiā, & pertransit, quia iā superius declaratū est, q absoluuntur à monasticis obseruantiis impedientibus aīarum curā ordinariā cū ad illā assumūtur. De delegata uerò nihil aliud dicit, nisi q nō ppea sequitur q religiosis non possint committi interdum ecclasiastica officia. Et intendit q delegata interdum cura alicuius officii, puta prædicandi, uel confessiones audiendi, stat cum regulari obseruātia: & propterea Greg. authoritas non est cōtra hoc. Et tu adde, q si etiam quo ad aliquid impediret regularem obseruantiam, non obstaret: quia pp maius bonum dispensari pōt superioris authoritate, ut omittat interdū aliqd obseruātiarum regularū.

Universidad de Deusto Biblioteca

SVP. Q. CLXXXVII. ART. II.

IN art. 2. eiusd. q. 187. dubium primo occurrit circa titulum, & conclusionem responsiuam simul, An per sæcularia negotia hoc in loco intelligantur omnia sæcularia negotia, an quædam. Et est rō dubij: quia si intelligantur omnia, sequitur primo, q ex charitatis licitū erit religiosis negotiationes exercere, ut faciūt mercatores. Si uero intelligant quædam, oportuisset illa determinari, quod in litera non fit. D. 963.

¶Dubium secūdo occurrit circa distinctionem, quę in litera fit pro decisione qōnis, Sed ex charitate vel cupiditate, cum quia distinctio hæc non ad ipsa negotia, sed ad causas spectat. Et propterea ex hac distinctione & decisione non habetur, q negotium eis liceat, aut q non, cum quia nō solum sæcularia, sed ēt ecclesiastica & religiosa negotia sūt eisdem ex cupiditate prohibita: ac per hoc non est doctrina dignū dicere, q ex cupiditate sunt religiosis sæcularia negotia interdicta. Concl. p — Conc. s

¶Ad horū euidentiā sciendū est, q hic est sermo de negotiis sæcularibus quodammodo uniuersaliter, & quodammodo nō uniuersaliter. Si. n. ad substantiā negotiorum sæcularium spectatur, sermo est uniuersaliter de negotiis sæcularibus. Si aūt ad actus, quos sæcularia negotia exigunt, spectatur, sermo non est de negociis sæcularibus uniuersaliter, sed particulariter de actu intromittēdi se aliquo mō in negotiis sæcularibus. Qđ in litera tripliciter palam fit. Primo, in distinctione quæstionis in suos articulos: ubi dr, Secundo, utrum liceat eis negotiis sæcularibus se intromittere. Secūdo, in tit. ar. huius, ubi dr, Verum liceat religiosis negotia sæcularia tractare, & nō dicit exercere. Tertio, in conclusione re-

q. 188. art. 4. — Perr. 2. 895 — Inf. q. 188. art. 2. ad 2. Et opu. 19. c. 1. & Ro. 15. c. fin. Et 2. Ti. 2. *Ar. præc. 16. q. 1. ca. Sunt nonnulli.

qa nō hēt ordinē sacerdotalē: & præsbytero non licet sniam ferre, qa nō hēt epalem authoritatē. In quibus tñ est distinguēdum, quia ea quæ sunt ordinis, cōmitti non pñt nisi ei q ordinē hēt: sicut dyacono non pōt cōmitti, q celebret missā, nisi fiat sacerdos. Ea uero quæ sunt iurisdictionis, cōmitti pñt eis qui non hēnt ordinariā iurisdictionē: sicut prolatio sententiæ cōmittiē ab epo simplici sacerdoti. Et hoc mō dr nō licere monachis, & aliis religiosis pdicare, docere, & alia hmōi facere: quia statu religionis ñ dat eis ptātē hmōi faciendi. Pñt tñ ista facere si ordinē recipiāt, uel ordinariā iurisdictionē: aut ēt si eis cōmittanē ea, q sunt iurisdictionis.

AD PRIMVM ergo dcđm, q ex uerbis illis habetur, q monachi, ex hoc q sunt monachi, nō nanciscūtur ptātem talia faciendi: nō aūt q ex hoc q sunt monachi, habeant aliquid contrariū executioni taliū actuū.

AD II dcđm, q illud ēt statutū Niceni concilii præcipit, ut monachi ñ usurpēt sibi ex hoc q sunt monachi, ptātem hmōi actus exercendi: non aūt phibet, q n ista possint eis cōmitti.

AD III dcđm, q ista duo se nō cōpatiuntur. s. q aliquis ordinariā curā ecclasticorū officiorū habeat, & monasticā regulā in monasterio seruet. Per hoc tñ nō excludiē, quin monachi, & alii religiosi possint interdū circa ecclasiastica officia occupari ex cōmissiōe platorū q ordinariā curā hēnt, & pręcipue illi, quorum religiones ad hoc sūt specialiter institutę, vt infra dicetur.

ARTICVLVS II.

Vtrum religiosis liceat sæcularia negotia tractare.

AD SECVNDVM sic pceditur. Vr q religiosis non liceat secularia negotia tractare. Dr. n. in predicto drecreto Bonafacij Papę, q beatus Bñdictus eos sæculariū negotiorū dixit expertes fore. qđ quidem Apostolicis documētis, & omniū sāctorū Patrū institutis nō solū monachis: sed ēt canonicis oībus magnopere imperaē, sm illud 2. ad Tim. 2. Nemo militans Deo implicat se sæcularibus negotijs: sed oīb. religiosis imminet, q militent Deo. ergo non licet eis sæcularia negotia exercere.

¶2 Præt. 1. ad Thes. 4. dicit Apos. Operā detis ut qeti sitis, et ut negotium uestrū agatis. gl. Dimissis alienis, qđ uobis utile est in emēdationē uitæ: sđ religiosi spāliter assumunt studiū emēdationis uitæ. ergo ñ dēnt sæcularia negotia exercere.

¶3 Præt. Super illud Mat. 1. Ecce qui mollibus uestiunē, in domibus regū sūt, dicit Hier. Ex hoc ostendit rigidā uitā, & austerā pdicationē uitare debere aulas regū, & nobiliū hoīum palatia declinare: sđ necessitas seculariū negotiorū igerit hominē ad frequētādū regū palatia. ergo ñ licet religiosis aliqua negotia secularia ptractare.

SED CONTRA est, qđ Apost. dicit ad Rom. ult. Cōmēdo uobis Phebēn sororē nrām. & postea subdit: Et assistatis ei, ī quocūq; negotio uestri idiguerit.

RESP. Dicendum, q sicut s. dictū est, status religionis est ordinatus ad perfectionē charitatis consequēdā. Ad quā q dē principaliter ptinet Dei dilectio: secundario aūt dilectio pximi. Et iō religiosi pcipue & pp se dēnt intēdere ad hoc, q Deo uacēt. Si aūt necessitas pximis immineat, eorū negotia ex charitate agere dēnt sm illud ad Gal. 6. Alter alterius onera portate, & sic ad adimplebitis legē Chri: quia hoc ipso q pximis seruiunt pp Deū, dilectioni diuinæ obsequunē. Vnde dr Iac. 1. Religio mūda, et immaculata apud Deū, & Patrē hæc est, uisitare pupillos, & uiduas in tribulatione eorū. gl. 1. Succurrere eis, q carent præsidio in tpe necessitatis. Est ergo dicēdū, q cā cupiditatis sæcularia negotia gerere nec monachis, nec clericis licet. Causa uero charitatis se negotiis sæcularibus cum debita moderatione ingerere pñt, sm superioris licentiam in ministrādo, & dirigendo. Vñ dr in Decr. dist. 88. Decreuit sancta synodus nullum deinceps clericum aut possessiones conducere, aut negotiis sæcularibus supermiscere, nisi propter curam pupillorum, aut orphanorum, aut uiduarum,

sponsiua principali, vbi duos actus circa sæcularia negotia licitos dicit religiosis. s. dirigere, & ministrare. Negotia ergo sæcularia, vt distinguunē cōtra ecclesiastica, quæcumq; sint, & quantumcumque phibita sint clericis quo ad ipsorum exercitium, concessa dicit author religiosis quo ad aliquē actū. Sed diligēter aduerte ad actus hēcos, cōditiones quatuor in litera appositas. Prima cōditio est, q non ex cupiditate, hocest, pp lucrū aut emolumentū aliqđ tpale p se, uel alio hoc fiat. Et rō huius est, quia sic sūt phibita clericis. Secūda est, q ex charitate, hocest, pp amorē quo pximus in Deo diligitur, hoc fiat. Et rō huius est, quia sic spectat hmōi opus ad finē religionis, qui est perfectio charitatis. Tertia ē, q de licētia superioris hoc fiat. Et est rō, quia religiosus nō hēt uelle, neque nolle; & sic inuenitur statutum ab Ecclesia quo ad actū ministrādi, ut patet in canone in litera allata; Quarta est, q cū debita moderatione hoc fiat, Non. n. oēt modus ministrādi decet religiosos. Nō. n. decet religiosum sic dirigere pximorū negotia, aut eis inseruire, vt personaliter sint exactores, & quasi negotiorum gestores sæcularib. immultibus se immisceāt; sed ita oportet, dū necessitas charitatis urget, se exhibere, ut & ipsi se non implicēt sæcularibus negotiis, quia tractēt illa, & nomē Dñi in religiosis nō blasphemeē. Hoc n. mō beat Leodegarius de regni Franciæ regimine

Glo. interlinearis ib. — In hoc loco to. 9. — q. præced. ar. 1. & 7. — Concl. m — Gl. interlinearis ibi. — Concl. p — D. 1033. — In dec. dist. 88. c. Decreuit. est c. 2. in ordine.

gimine se intromisit. Et multi probi religiosi dirigunt & adiuuāt uiduas, aliasq; miserabiles personas in suis negotiis. Et licet directio ēt moderata esse debeat, præcipue tñ circa actum ministerii, seu adiutorii, moderatione opus est. Nā non oēs seruitii, aut auxilii actus cōuenit religioso. Dedecere. n. cōstat religiosos personaliter sæcularibus uenditionib. emptionibus, mutuis custodiis &c. deseruire. Sed opē ferre eundo ad locū aliquem, uel ad conferendum cum aliquo, & hmōi, nō dedecet. Vñ & de Didaco Epo beati Dominici patris nostri legitur, q cā conficiendi coniugiū inter filiū regis Hispanię, & quādā puellā, in Gallias iuit. Ex quibus patet solutio utriusque dubii. Primi quidem, quia iā patet q de oībus & non de oībus negotiis sæcularibus quodāmodo est sermo, & q in litera determinaē explicite qui actus sm genus suū sint religiosis liciti circa sęcularia negotia. s. dirigere, & ministrare. Scđi aūt, q author non solū cās agendi, sed actus ipsos circa negotia sęcularia discernit, dicēs illos duos sm suū genus licitos religiosis, seruatis illis quatuor condōnibus expositis. Et sic q uis hic non habeatur, qđ negotiū est eis licitū & qđ non quia hoc nō est hic qsitum: hi tñ q religiosi possunt se intromittere de negotiis sęcularibus, & quibus actibus, & qualiter: quod sub psenti quæstione cadebat. Hec ēt decisio nō est cōis sęcularibus & ecclesiasticis negotiis, ut scđa obiectio ingerit q si exercere ipsa ecclesiastica negotia, religiosis licet, & non solum dirigere alios, aut ministrare aliis in illis.

¶In responsione ad tertium, memento illius documenti, Oīa mihi licent, sed non omnia expediunt. Et rursus, Oīa mihi licent, sed non oīa edificant, adire curias, & palatia pp pias cās, li-

In cor. ar. — Perr. 2. 896 — 3. di. 17. q. 3. ar. 1. q. 4. Et quol. 9. ar. 4. Et opu. 19. c. 4 & c. 17. ad 1. — Ca. 30. parū à prin. tom. 3. — Est Aug. in li. de ope. monach. ca. 1. & 2. tom. 3. * Eod. li. c. 2. in fi. — Cap. 3. in prin.

aut si forte eps ciuitatis ecclasticarū rerū solicitudinem eū hēre præcipiat. Eadē aūt rō est de religiosis & clericis, qa vtrisque similiter negotia secularia interdicuntur, vt dictum est.

AD PRIMVM ergo dcđm, q monachis interdicunē secularia negotia tractare pp cupiditatē, nō aūt propter charitatē.

AD II dcđm, q nō ē curiositas, sed charitas, si pp necessitatē aliqs se negotij imisceat.

AD III dcđm, q frequētare palatia regū pp delitias, vł gloriā, vel cupiditatē, ñ cōpetit religiosis, sed ea adire, ppter pias cās eis cōpetit. Vñ dr 4. Reg. 4. q Helisæus dixit ad mulierem, Nunqd hēs negotiū, & vis vt loquar regi, vł pricipi militiæ? Silr ēt cōuenit religiosis adire regū palatia ad eos arguendos & dirigēdos, sicut Ioa. Bapt. arguebat Herodē, vt dr Mat. 14.

ARTICVLVS III.

Vtrum religiosi manibus operari teneantur.

AD TERTIVM sic proceditur. Vr q religiosi manibus operari teneātur. Nō. n. excusantur religiosi ab obseruātia pceptorū: sed operari manibus est in præcepto; sm illud 1. ad Thess. 3. Operemini manibus vestris, sicut pcipimus vobis. Vñ Aug. in li. de opibus monach. dicit. Cęterū qs ferat hoīes contumaces. i. religiosos nō opantes, de qbus ibi loquitur, saluberrimis Apostoli monitis resistētes nō sicut isirmiores tolerari, sed sicut fortiores prædicari? ergo videtur q religiosi teneanē manib. operari.

¶2 Præ. 2. ad Thess. 3. sup illud, Siquis nō vult operari, nec mā ducet, dicit gl. dicūt quidā de operib. spiritualibus hoc Apostolū pcepisse, nō de opere corporali, in quo agricolę, uel opifices laborant. & inf. Sed supfluo conanē & sibi, & cæteris caliginē adducere, ut quod utiliter monet charitas, non solū facere nolint, sed nec etiam intelligere. & † inf. uult seruos Dei corporaliter operari unde uiuant: sed pręcipue religiosi serui Dei nominantur, ut potè se totaliter diuino seruitio mancipantes, sicut patet per Dionys. 6. c. eccl. hier. ergo vr quòd teneantur manibus operari.

¶3 Præt. † Aug. dicit in lib. de oper. monac. Quid agant qui operari corporaliter nolūt, scire desidero. Orōibus, inquiūt, vacamus, & psalmis, & lectionibus, & verbo Dei: sed q per ista non excusentur, ostendit p singula. Nam primo de orōne dicit. Citius exaudiē vna obedientis orō, q decem millium contemptorum, illos contēptores intelligens, et indignos exaudiri, qui manib. non operantur. Secūdò de diuinis laudib. subdit. Cātica verò diuina cantare ēt manib. laborantes facilè pñt. Tertio, subiungit de lectione. Quòd aūt se dñt lectioni vacare, nonne illic inueniūt quod præcipit Apls? Quæ est ergo ista peruersitas lectioni nolle obtemperare, dū vult ei vacare? Quarto, subiungit de prędicatione. Si āt alicui sermo erogādus est, & ita occupaē ut manib. operari non valeat, nūqđ in monasterio oēs hoc pñt? Qñ ergo non oēs pñt, cur oēs sub hoc obtentu vacare volūt? quamq si oēs possent, vicissitudinem facere deberent non solum vt cæteri necessariis operibus occuparentur, sed ēt quia sufficit vt multis audientibus vnus loquaē. ergo vr q religiosi non debeant cessare a manuali opere pp hmōi spiritualia opera, quibus vacant.

¶4 Præt Luc. 12. super illud. Vēdite q possidetis &c. dicit gl. Non tm cibos vros cōicate pauperibus, sed ēt vendite possessiones vestras, vt oīb. vris simul pro Dño spretis, postea labore manuum operemini, vnde viuatis, vel eleemosynam faciatis: sed ad religiosos pertinet propriè oīa sua relinquere. ergo videtur quòd etiam eorum sit de labore manuum suarum viuere, & eleemosynas facere.

¶5 Præt. Religiosi pręcipuè vnr teneri Aplorum vitam imitari, quia statum perfectionis psitenē: sed Apli manib. propriis laborabant, sm illud 1. ad Cor. 4. c. Laboramus operantes manib. nostris. ergo vr q religiosi

cium fatemur, sed ii meamus damnum, ac ruinam. Nam Petrus, ut Bern. prenotauit, semel palatium intrauit, & ter dñm negauit. Curiam Diogenes diffiniuit, q est locus ad decipiendū, & præualendum, qui sunt actum diabolo pmissi à Deo. 3. Re. 22. Fugiendæ sunt a religiosis curię, & palatia ēt ecclesiastica, cum Petrus nō regale, aut prætoriū, sed pontificium palatiū ingressus, nephando laqueo captus fuerit.

SVP. Q. CLXXXVII. ART. III.

IN ar. 3. eiusdem q. nota utramque gl. pręceptorum iuris naturę, alterā in rñsione ad primum: alterā, in corp. art. Habes siquidem hinc primo, q pręcepta naturalia ad cōe bonum absolute necessāria, non ligāt singulos: & ppea ad manuale opus, quod necessārium est in uita humana, non tnē singuli absolute, sicut nec ad gnationi uacādum. Habes secūdo, q pręcepta naturalia solum pp necessāriū finem aliquem assequendum, nullum obligant, qui finem illū necessārium aliunde consequi pt. Et ppterea non tnē manualiter operari pp uictum, qui aliunde uictum licite habent.

¶Sed circa hanc glo. dubium occurrit. Nā si pro regula hēdum est, q ordinatum ad finem intrā est necessarium, inquantum finis sine eo haberi ñ pt, & nō aliter, sequeretur, q homo licitè posset non implere pcepta multa ex eo, q posset aliter q per obseruantiā illius pręcepti, consequi talem finem. V. g. Pręceptum ieiunij ordinaē ad domandam carnem, & mentem eleuandam. Qui ergo pt hæc aliter, q per ieiunium habere, non tenetur ad ieiunium. Similiter, pręceptum de officio diuino dicendo, ordinatur ad mentis ascensum septies in die ad Deum. Si quis ergo absq; diuino officio posset septies in die ad Deum mente con-

Ca. 6. eccl. hier. parū non procul à fine. — Cap. 17. in prin. to. 3. — Eo. ca. 17. parū a pri. — Eod. c. 17. circa finē. — Eo. c. 18. in prin. to. 3. — Eod. c. 1. tomo. 3.

Universidad de Deusto Biblioteca

cessaret descendere, non teneretur ad ecclesiasticum officium, & sic de similibus: quæ omnia constat esse falsa.
¶ Ad hoc dr, q verba literæ possunt dupliciter intelligi. Primo, vt opus præcepti ad finē aliquē careat vinculo præcepti, si aliter pōt finis haberi. Et hunc sensum accepit obiectio, & falsus est, nec intentus ab authore. Scdo, vt finis necessarius nō inducat vim præcepti in opus aliqd, si vel qn fine tali ope haberi pt. Et hic est sensus lræ verus & intētus directe seruiēs proposito authoris. Est aūt inter hos duos sensus ista differentia. Nā iuxta prim sensum, uinculū præcepti supponitur cadere sup. id qd nocat finis, puta, comedere, & bibere: & exinde deducitur ius præcepti sup opeqd nocat ordinari ad finē, puta, sup ope manuali. Et pp ea dr, q quia rō præcepti in tali ordine ad finē est, ex eo solū q finis cadit sub præcepto alterio: iō si finis ille pōt aliter haberi, nō trahitur uinculum præcepti a primo ad sm, hoc est, a fine ad tale ordinatū ad finē. Iuxta primū uero sensum, uinculū præcepti præsupponitur cadere super actu ordinato ad finē, puta, super ieiunio ordinato ad mentis eleuationem &c. Sed qa pōt alia uia acquiri ille finis, neganda dr uis præcepti ab actu ordinato ad finē. Vbi facile uidere potes, q ille scdus sensus uerus est, & ppositio lræ directe seruiens, ac p hoc intentus ab authore. Iste aūt prim* euertat uniuersum ius positiuum, utpote determinationem ab ipso factā tollere pmittēs cuilibet. Ex eo nāq q lex determinauit tali medio utēdū esse ad talē finē, oportet subditos legi ad illud mediū se habere ut necessariū ex legis dispōne siue ipse illo medio egeat absolute, siue n egeat absolute. Procul est igitur a sensu literæ, & authoris mente intellectus iste.
¶ In eodem tertio ar-

teneantur manibus operari.

SED CONTRA. Ad præcepta obseruanda quę cōiter oībus proponuntur, eodē modo tenenē religiosi, & sęculares: sed præceptū de opere manuali cōiter oībus proponitur, vt patet 2. ad Thessalonicens. 3. Subtrahatis vos ab oi fratre ambulāte inordinate &c. Fratrē aūt noiat quēlibet christianū, sicut & 1. ad Cor. 7. Si quis frater vxorem hēt infidelē etc. & ibidem dr. Si quis non vult operari, nec manducet. non ergo religiosi magis tenētur manibus operari, quā sęculares.

RESP. Dicēdm, q labor manualis ad quatuor ordinatur. Primo quidē & principaliter ad victum quærendū. Vñ primo hoi dictū est. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et in Psal. 127. Labores manuū tuarū, quia māducabis &c. Scdo, ordinatur ad tollendū otium, ex quo multa mala oriuntur. Vñ dr Eccl. 33. Mitte seruū tuū i opatione, ne vacet, Multā.n. malitiam docuit otiositas. Tertio, ordinaē ad cōcupiscētię refrænationē, inquātū p hoc maceraē corpus. Vñ 2. ad Cor. 6. dr. In laboribus, in ieiunijs, in vigilijs, in castitate. Quarto āt ordinaē ad eleemosynas faciēdas: vñ dr ad Ephes. 4. Qui furabatur, iā nō furef: magis aūt laboret opando manibus suis: qđ bonū est, vt hēat vñ tribuat necessitatē patienti. m Scdm ergo q labor manualis ordinaē ad victū qrendū, cadit sub necessitate pcepti, put est necessariū ad talē finē n. Qđ.n. ordinatur ad finē, à fine necessitatem hēt. vt.s. intantū sit necessariū, inquantū finis sine eo esse non pōt. & iō q non hēt aliūde vñ viuere possit, tenetur manibus opari, cuiuscūq sit condōnis: & hoc significant verba Apostoli dicētis, Qui non vult opari, nec māducet: quasi diceret. Ea necessitate aliquis teneē ad opandū manibus, qua teneē ad māducādū. Vñ si qs absq māducatione posset vitā transigere, nō teneref manibus opari, & eadē rō est de illis, q nō habent alias vñ licite viuere pos-

F sint. Nō.n. intelligiē aliqs posse facere qđ non licite facere pōt vñ & Apostolus nō inueniē opus manuū præcepisse, nisi ad excludēdū peccatū eorū, q illicite victū acquirebāt. Nā primo quidē precipit Apostolus opus manuale ad euitādū furtū, vt patet ad Ephes. 4. Qui furabaē, iā nō furef: magis aūt laboret operando manib. suis. G Scdo, ad vitandum cupiditatē alienarū rerū: vnde dicit 1. ad Thessal. 4. Operemini manib. vestris, sicut pcipim* vobis: & vt honeste ambuletis ad eos, q foris sūt. Tertio, ad euitāda turpia negotia, ex qb. aliq victū acquirūt: vñ 2. ad Thes. 3. dicit. Cū essem* apud vos, hoc dnūtiabam* vobis, qm si qs n vult opari, nec māducet. Audiuim*.n. quosdā iter vos ambulare i- H qete nihil opantes, sed curiose agētes, *gl. qui fęda cura necessaria sibi prouidēt. His aūt qui hmōi sūt, denūtiam*, & obsecram*, vt cū silētio opantes, panē suū māducēt. Vñ * Hier. dicit sup epist. ad Gala. q Apost. hoc dixit n tā offō docētis, q vitio gētis. Sciēdū tñ, q sub ope manuali itelligunē oīa humana officia, ex qb. hoīes licite victū lucranē siue manib. siue pedibus, siue lingua fiāt. Vigiles .n. & cursores, & alij hmōi de suo labore uiuētes, intelligūtur de opibus manuū uiuere. Quiā.n. manus ē organū organorū, p opus manuū oīs opatio intelligiē, de qua aliqs uictū licite pt lucrari o Scdm aūt q op* manuale ordinaē ad otiū tollēdū, vł ad corporis macerationē, n cadit sub necessitate pcepti sm se cōsideratū p qa multis alijs modis pt vel caro macerari, vł ēt otiū tolli, q p op* manuale. Maceraē.n. caro p ieiunia, & vigilias: & otiū tolliē p meditationes sacrarū scripturarū, & laudes diuinas. Vñ sup illud Psal. 68. Defecerūt oculi mei in eloquiū tuū, dicit* gl. Nō ē otios* q verbo Dei tm K studet, nec pluris ē q extra opaē, q q studiū cognoscēdę veritatis exercet. Et iō pp has cās religiosi n tenenē ad opa manualia, sicut nec sęculares, q nisi forte ad hoc per statuta sui ordinis obligeē r, sicut *Hier. dicit i epis. ad Rusticū monachū. Aegyptiorū monasteria hūc tenēt morē, vt nullū absq ope, aut labore suscipiāt, nō tā pp uictus necessitatē, q pp aiæ salutē, ne vagētur pernitiosis cogitationibus. s Inquantū uero opus manuale ordinatur ad eleemosynas faciēdas, n cadit sub necessitate pcepti: nisi forte in aliquo casu, in quo ex necessitate aliqs eleemosynā facere teneref, & n posset alias habere unde pauperibus subueniret t in quo casu obligarenē similiter religiosi & sęculares ad opa.

ticulo in responsione ad sm, dubiū occurrit circa illud, Nōdū erāt illo tpis religiones institutæ, tū quia dñs Iesus iuenitur religiosi institutor status, cū dixit adolescēti, Si uis pfectus esse, uēde oīa q habes &c. tū qa tpe. Apostolorū erāt monachi, ut patet ex Dionysio, q tunc temporis fuit.
¶ Ad hoc dr dupliciter. Primo, q author dicit pluraliter religiones nondū fuisse tunc institutas ad pseruandū se a religionis statu, qa ēt tunc erat.s. monachalis tātū. Scdo, q religiosus status quātū ad pfectionis semitā, fuit a Christo istitutus dicente Si uis perfectus esse &c. Quantū aūt ad solemnitatē, fuit institutus ab Ecclesia inchoatiue tpe apostolorum, ut patet ex Dionysij ecclesiastica hierarchia. Rōnabile.n. est ritū relatū a Dion. circa ecclesiastica ministeria, Apostolorū tpe inchoatum: quātū vero ad solēnitatem uotorū, & certā uiuendi regulā, esse postmodum ab ecclesia confirmatum. Et

Concl. m — Gl. or. ibi — In proœmio lib. 2. ad Gal. tomo 5. — Concl. p — Psal. 118. in gl. ordi. ex Aug. — Concl. f — Cir. med. illius incipit, Nil Christiano felici*, tomo 1. — Concl. n

Et qa ad hoc spectat q religiosi peculiariter Fratres appellātur: iō author ad cōfirmatā religionū institutionē respiciens, dixit q nondū erant religiones institutæ. Ante consummatam nāq religionū institutionē, oēs Christiani fratres vocabanē post consummatā hr institutionē, i religiosis patris, & fratris appellatio mansit, vt cōsuetudo testatur.
¶ In eodem art. in rñsione ad tertiū circa orationē manualiter operantiū, aduerte q in litera distinguiē de oratione publica, & priuata. Et de publica, negaē q fiat cum opere manuali: de priuata aūt conceditur. Et tenetur turpe valde esset ecclesiasticum officiū manibus operando persoluere, cū vltra scandalū & irreuerētiā, quā qua hoi excellenti loquendo non exhiberet, pluribus intentus minor sit ad singula sensus. Vñ quia operādo manibus, poneret q vocem plenæ attentioni, quā à Deo expectat te teneē qui obligaē ad diuinum officium iuxta illud, Deuote quantum Deus dederit extra de celebrat. missar. c. Dolentes mō notabiliter se occupādo non satisfacit Ecclesiæ pręcepto. Secus aūt si parum quid se occuparet puta, calceando ocreas, uel opus faciens non impeditiuum faciat, puta, quia parādo se ad Missam persicit Primam ex hoc ipso minus attendens officio, quia occupare eum contingit. Cum enim parum pro nihilo habeaē, utroque mō parū non multū imputaē siue.s. in parua parte officii, siue in opere parum impeditiuo quis occupaē. Priuata aūt oratione laudabile valde est aliquid nostræ mentis inter opera manualia ad Deū transmittere.
¶ In eodem art. in responsione ad quintū, nota diligentissime tu qui præsides ecclesiæ, quāta te oportet solicitudine subtrahere occasionē prædicatoribus, & confessoribus prædicandi, vel confessiones audien-

manualia exequenda. A

AD PRIMVM ergo dicēdm, q preceptū illud quod ab Apostolo proponiē, est de iure naturali Vñ sup illud 2. ad Thess. 3. Vt subtrahatis vos ab oi fratre inordinatē ambulante, dicit* gl. aliter q ordo naturę exigit. Loquiē aūt de his q ab ope manuali cessabāt. Vñ & natura man* hoi ddit loco armorū, & tegumentorū, quæ alijs aialib. tribuit, vt.s. per manus hæc, & alia oīa necessaria cōquirat. Ex quo patet, q cōiter ad hoc præceptū tenenē ēt religiosi, & sęculares, sicut ad oīa alia legis naturalis pcepta. Non tñ peccāt quicumq manibus nō operanē: quia ad illa pcepta legis naturæ quę pertinent ad bonū multorū, non tenenē singuli: sed sufficit q vnus uacet vni officio, & alius alteri, puta, q quidā sint opifices, quidā agricolę quidā iudices, quidā doctores, & sic de alijs, sm illud Apostoli 1. ad Cor. 12. Si totum corpus oculus, vbi auditus, & si totum auditus, ubi odoratus? &c.

AD II dicēdm, q glossa illa sumiē ab* Aug. in li. de operib. monachorū, in quo loquiē contra monachos quosdā, qui dicebant non esse licitū seruos Dei manib. operari pp hoc, q Dñs dicit Matthęi 6. Ne soliciti sitis aiæ vestrę quid māducetis. Nec tñ p hæc verba induciē necessitas religiosis manib. operādi, si hēnt aliūde vñ uiuere possint: quod patet p hoc qđ subdit.* Vult seruos Dei corporaliter operari, vñ viuant. Hoc aūt nō magis pertinet ad religiosos q ad sęculares: qđ patet ex duobus. Primo quidē, ex ipso mō loquendi, quo Apost. vtitur, dicens. Vt subtrahatis vos ab oi fratre ambulante inordinate. Fratres.n. oēs Christianos vocat: nondū.n. erant tūc tpis religiones institutæ. Secūdo, qa religiosi nō tenenē ad alia q sęculares, nisi pp regulæ pfessionē: & iō si in statutis regulæ nō cōtineanē aliqd de opere manuali, nō tenenē aliter ad operādū manibus religiosi, q sęculares.

AD III dicēdm, q omnibus illis operibus spūalibus, q ibi A tāgit* Aug. pōt aliqs vacare dupliciter. Vno mō, quasi deseruiēs utilitati cōi. Alio mō, quasi insistens vtilitati priuatæ. Illi ergo qui prędictis operib. spūalibus publice uacant, excusanē per hmōi opera spūalia ab ope manuali dupliciter. Primo qdē, qa oportet eos totaliter esse occupatos circa hmōi opera. Secundo, qa hmōi opera exercentib. debeē subministratio victus ab his quorū vtilitati deseruiūt. Illi uerò q pdictis operib. nō quasi publicis, sed quasi priuatis uacant, nō oportet q per hmōi opera a manualibus operibus abstrahanē: nec ēt sit eis debitū, ut de stipendijs fideliū uiuant. & de talibus loquiē* Aug. Quod.n. dicit (cantica diuina decantare manibus operātes possunt, exēplo opificū, qui fabulis linguas dant, cū tñ manibus ab opere non recedāt) manifestū est quòd nō pōt intelligi de his q horas canonicas in ecclesia decantant: sed intelligiē de his q psalmos, vel hymnos dicunt quasi priuatas orationes. Sitr C quod *dicit de lectione & orōne, referendū est ad orōes & lectiones priuatas, quas ēt laici interdū faciunt: nō aūt ad illos, qui publicas orōnes in ecclesia faciūt, vel ēt publicas lectiones in scholis legunt. vñ non dicit. Qui dicūt se vacare doctrinæ, vel instructioni: sed, Qui dicūt se uacare lectioni. Sitr ēt de pdicatione loquiē nō q sit publice ad populū, sed q spāliter fit ad unū, uel ad paucos p modū priuatæ admonitionis. vñ signāter dicit, Si alicui sermo erogādus est. Nā sicut* gl. dicit 1. ad Cor. 2. sermo est q priuatim fit: pdicatio, quæ fit in cōi.

D AD IIII dicendū, q illi qui oīa propter Deum spernunt, tenentur manibus operari qn alias non habent unde uiuant, uel unde eleemosynas faciāt in casu, in quo facere eleemosynam, cadit sub pręcepto, non autem aliter, ut* dictum est. & secundum hoc loquitur glos. inducta.

AD V dicēdm, q hoc q apostoli manibus laborauerint, qnq quidem fuit necessitatis, qnq vero supererogationis. Necessitatis quidem, qn ab alijs uictum inuenire non poterant. unde super illud 1. ad Cor. 4. Laboramus operantes manibus nostris. dicit* gl quia nemo dat nobis. Supererogatio- E nis aūt, ut patet per illud quod habetur 1. ad Cor. 9. ubi dicit Apostolus, q non est usus potestate, quam habebat uiuendi de Euangelio. Hac aūt supererogatione utebatur Apostolus tribus de causis. Primò quidem, ut occasionem prædicandi auferret pseudoapostolis, qui propter sola tpalia pdicabant. unde dicit 2. ad Cor. 11. Quod aūt facio, & faciā, ut amputem eorum occasionē &c. Secundo, ad euitandū grauamen eorū, quibus predicabat: uñ dicit 2. ad Cor. 12. Quid min* habuistis præ cæteris ecclesijs, nisi q ego ipse non grauaui uos? Tertio ad dandū exemplū operandi otiosis. Vnde 2. ad Thes. 3. dicit. Nocte, & die operantes, ut formam daremus uobis ad imitandum nos. Quod tñ

Apostolus

di pp tpalia bona, vt hodie videmus accidere: qm si confessores & pdicatores nō lucrarenē, pauci inuenirenē. Vnde ac qrūt, supplicāt, solicitāt, terrent, ut loca habeāt. Paulus Apostolus priuauit seipsum stipendio victus, ne alij prędicarent pp tpalia. Non ergo a te tantā pfectionē: sed ut ab ecclesia tua hmōi viros eiicias, & paucos habeas gratis dātes, qđ gratis acceperūt.

Gl. interlinearis ibi. — Ca. citato in arg. — Cap. 1. in prin. to. 3. — C. 17. li. de operibus monach. to. 3. — Ca. 17. parū a prin. — Ca. 18. in prin. — Gl. interlinea. super id. Sermo meus & prędicatio mea. — In cor. a — Gl. ordina. ibidem.

Apostolus nō faciebat in locis, in qbus habebat facultatē quotidie pdicandi, sicut Athenis, ut* Aug. dicit in li. de operibus Monach. Non aūt pp hoc religiosi tenentur Apostolum in hoc imitari, cū non teneantur ad omnes supererogationes: unde nec alii apostoli manibus operabantur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum religiosis liceat de eleemosynis viuere.

Ad quartum sic proceditur. Vr̄ q̄ religiosis non liceat de eleemosynis uiuere. Apost. n. 1. Tim. 5. præcipit q̄ uiduæ, q̄ possunt aliunde sustētari, non uiuant de eleemosynis Eccl̄iæ, ut Eccl̄ia sufficiat illis, q̄ uere uiduæ sunt. & * Hiero. dicit ad Damasum Papā, q̄ qui bonis parentū, & opibus sustētari possunt, si qd̄ pauperū est, accipiunt, sacrilegiū pfecto cōmittunt, & per abusionē taliū, iudiciū sibi māducāt & bibūt: sed religiosi posūt de labore manuū sustētari, si sint ualidi. ergo ur̄ q̄ peccent, eleemosynas[a] pauperum comedendo.

¶2 Præt. Viuere de sumptib. fideliū, est merces deputata [b] pdicātib. Euangeliū pro suo labore, uel opere, s̄m illud Mat. 10. dignus est operarius cibo suo: sed pdicare Euāgeliū nō ptinet ad religiosos, sed maxime ad p̄latos. q̄ sūt pastores & doctores. ergo religiosi nō posūt licite uiuere de eleemosynis fideliū.

¶3 Præt. Religiosi sūt in statu pfectionis: sed[b] pfectius est[b] dare eleemosynas, q̄ accipere. dr̄. n. Act. 20. Beatius est dare q̄ accipere. ergo n̄ dēnt de eleemosynis uiuere, sed magis ex operib. manuū suarū eleemosynas dare.

¶4 Præ. Ad religiosos ptinet impedimenta uirtutis, & occasiones pc̄ti uitare: sz̄ acceptio eleemosynarū pbet occasionē pc̄ti, & impedit uirtutis actū. uñ sup illud 2. ad Thess. ulti. Vt nosmetipsos formā darem* uobis, dicit* gl. Qui frequēter ad alienā mēsā comedit otio deditus, ut aduleē necesse est pascēti se. Dr̄ ēt Exo. 23. Ne accipias munera q̄ excæcāt prudentes, & mutāt uerba iustorū. & Prou. 22. dr̄. Qui accipit mutuū, seruus est fenerātis, quod est religioni cōtrarium. Vnde super illud 2. ad Thessa. ulti. Vt nosmetipsos formam [c] daremus &c. dicit gl. Religio nr̄a ad libertatē hoīes aduocat. ergo vr̄ q̄ religiosi nō dēant [h] de eleemosynis viuere.

¶5 Præt. Religiosi præcipue tn̄r imitari ap̄lorum perfectionē. Vnde Apost. dicit ad Philip. 3. Quicunq; perfecti sumus, hoc sentiamus: sed Apost. nolebat viuere de sumptib. fidelium, vt occasionem auferret pseudoap̄lis, sicut ipse dicit 2. ad Cor. 11. & ne scādalum poneretur [h] infirmis, vt patet 1. ad Cor. 9. ergo vr̄ q̄ pp easdem cās religiosi debeant abstinere, ne de eleemosynis viuant. Vnde & Aug. dicit in lib.* de ope. mon. Amputetis occasionem turpiū nundinarum, quib. æstimatio vestra lædit̄, & infirmis offendiculum ponitur, & ostendite hoībus non vos in otio facilē victum, sed per angustam, & arctam viam regnum Dei q̄rere.

Sed contra est, q̄ sicut* Greg. dicit in 2. Dialo. B. Benedictus trib. annis in specu permanens, de his quæ a Romano monacho ministrabantur, refectus est, postq̄ domum, parētesq; reliquerat: & tn̄ validus corpore legitur de labore manuum quæsiuisse victum. ergo religiosi licitè possunt de eleemosynis viuere.

Resp. dicēdum, q̄ vnicuiq; licet viuere de eo quod suum est, vel sibi debitum. Fit āt aliquid alicuius ex libertate donantis: & iō[m] religiosi, & clerici, quorum monasteriis, vel ecclesiis ex munificentia principum, vel quorumcunq; fideliū sunt facultates collatæ, ex q. b. sustententur, pn̄t de eis viuere licite absq; hoc q̄ manib. laborent, & tn̄ certū est eos de eleemosyna viuere. Vnde & sir̄, si aliqua mobilia religiosis a fidelibus conferantur, pn̄t de eis licite viuere[n]. Stultum est. n. dicere, q̄ aliquis in eleemosynam possit accipere magnas possessiones, nō āt panem, vel paruā pecuniam. Sed* quia hmōi bn̄ficia religiosis vīr esse collata ad hoc, q̄ liberius religiosis actib. insistere possint, quorum cupiunt se fore participes, qui tpalia subministrant, redderet̄ ei vsus prædictorum donorū illicitus, si ab actib. religiosis desisterent[r]: quia sic, quantum est de se, defraudarent intētionem eorum qui talia beneficia contulerunt. Debitum āt est alicui aliquid dupl̄r. Vno mō, pp necessitatem, q̄ facit oīa cōia, vt* Amb. dicit. Ideo si religiosi necessitatem patiant̄, licite pn̄t de eleemosynis viuere[s], q̄ quidem necessitas pōt esse tripl̄r. Primo quidē propter corporis infirmitatem, ex qua cōtingit, q̄ nō pn̄t sibi labore manuum victum q̄rere. Secundò, si illud quod ex opere manuali cōquirunt, eis ad victū non sufficiat. Vnde* Aug. dicit in lib. de ope. mona. q̄ bona opera fidelium subsidio supplendorum necessariorum deesse non debēt seruis Dei, q manib. operantur, vt horę quib. ad expediendū aīm ita uacat̄, ut illa corporalia opera geri non pn̄t, non opprimant egestate. Tertio, pp pristinam conuersationem eorū qui non consueuerant manib. laborare. Vnde* Aug. dicit in lib. de oper. mon. q̄ si habeāt aliquid in sæculo, quo facile sine opificio sustentarent istam uitā, quā conuersi ad Deum indigentib. dispartiti sunt, & credenda est eorum infirmitas, & ferenda. Solent. n. tales delicatius educati, laborē operū corporaliū sustinere non posse. Alio mō ef ficit̄ aliquid alicui debitum ex eo quod ipse exhibet, siue sit aliquid tēporale, siue spirituale, s̄m illud 1. ad Cor. 9. Si nos uobis sp̄ualia seminauimus, nō magnū ē, si carnalia vestra metamus: & [u] s̄m hoc quadrupl̄r pn̄t religiosi de eleemosynis uiuere quasi sibi debitis[x]. Primo qdē, si pdicēt authoritate platorū. Scdo, si sint ministri altaris: q̄a vt dr̄ 1. ad Corin. 9. Qui altario deseruiūt, cū altario participāt: ita & Dn̄s ordinauit his, q Euāgeliū annūciāt d̄ Euāgelio uiuere. Vñ & Aug. dicit i li. de* opibus monachorū. Si Euangelistæ sunt, fateor hn̄t ptātē viuēdi de sumptibus fideliū: si ministri altaris, dispēsatores sacrorum, bñ sibi istā n̄ arrogant, sed plane uendicant ptātē: & hoc iō, q̄a sacrificium altaris, ubicumq; agat̄, cōe est toti populo fidelium. Tertio, si instāt studio sacrę scripturę ad cōem vtilitatē toti* Eccl̄ę. Vñ Hieronymus dicit cōtra Vigilātium. Hæc undiq; usq; hodie pseuerat cōsuetudo nō solum apud nos, sed etiam apud Hebręos, vt q in lege Dn̄i meditātur die ac nocte, & patrē non hn̄t in terra nisi solū Deū, totius orbis foueant̄ ministerijs. Quarto, si bona tpalia q̄ habebāt, monasterio largiuntur, de eleemosynis monasterio factis possunt uiuere. Vñ* Aug. dicit in lib. de opibus monachorū, q̄ his q relicta, vel distributa siue ampla, siue qualicūq; opulētia, iter pauperes Christi pia & salubri humilitate numerari uolūt, uicē sustētādæ uitę eorū res ipsa cōis & fraterna charitas dēt: q laudabil̄r agunt, si manibus opentur, quod si nolit, q̄s audeat eos cogere? Nec

SVP. Q. CLXXXVII. ART. IIII.

Palud. 4. d. 35. q. 6.

In ar. 4. eiusdem q. nota authorē duas radices docere liciti victus ex bonis tpalibus. s. uel de suo, uel de sibi debito. Vbi dubiū statim occurrit, circa distinctionē horum membrorū, quia sīn concidit necessario cū primo. Nā quā tūcumq; aliquid sit alicui debitum, nisi fiat suū, non licite uiuet de illo, alioquin liceret uiuere de alieno. Et confirmat̄, q̄a sicut uiuere de eleemosyna, quod in primo ponit̄ membro, tunc est licitū, cū id qd̄ eleemosynaliter dat, est factū suū: ita uiuere ex sibi debito, qd̄ ponit̄ in secundo membro, tunc est licitū, qn̄ illud quod debet̄, factū est suū, vt patet discurrendo in singulis quatuor casibus enumeratis in litera &c.

¶Ad hoc dr̄, q̄ in l̄ra non distinguit̄ uiuere ex suo, contra uiuere ex non suo, ut obiectio interpretat̄. sed distinguit̄ uiuere ex suo absolute contra uiuere ex suo ex debito, ita q̄ formaliter sit distinctio iter causas, quibus licet uiuere ex aliquo, & discernitur inter esse suum pro una cā non considerando vsū, uel qualiter sit suum. sed tota ratio licite uiuēdi ex illo est, q̄a est suū, & inter esse suum ex debito. Ita q̄ ratio uiuendi hic attenditur non penes effectum illum cōem, qui est esse suū, sed penes causam, hoc est, penes rationē debiti. Et ppea non nominauit in secundo mēbro authorly suum, sed solummodo sibi debitum: respiciebat enim ad formalia, penes quæ attenditur distinctio. Non coincidunt ergo distincti onis membra formaliter intellecta de causis, sed docemus quod uiuere mihi licet ex aliquo duplici de cā, uel quia meum est, nihil aliud considerando, sed solam hāc cōem rōem, quia meū est: uel quia debitum est mihi, hoc est, sic meū est. s. ex debito. Nec refert in proposito, an sumatur suum p suo totaliter, uel pro suo quo ad præsentē usū, sufficit namque pro posito ratio sui: siue hoc, siue illo modo: qm̄ unicuique uiuere licet d̄ suo, altero istorū modorū, ut patet.

¶In eodem ar. 4. circa illud, Redderetur religiosis usus prædictorum donorū illicitus, si ab actibus religiosis desisterent, quia &c. dubium occurit. Primo, an talia usus illicitus sit peccatū mortale. Secundo, an obligentur ad restitutionē sic illicite utentes. Ratio primi dubii est, quia hinc apparet, q̄ est peccatum mortale, ex eo. s. q̄ est actus fraudis i re notabili. Oīs. n. defraudatio pximi, & multò mag̃ benefactoris in re notabili est ex suo genere peccatū mortale: quia est contra dilectionē proximi. Sed ut in litera dicitur, religiosi desistentes à religiosis actibus, fraudant, quantum ex parte sua est suos benefactores in notabili bono temporali qd̄ susceperunt, & quo abutuntur, quāuis spūale, illud reddendum est. Inde āt apparet, q̄ non est mortale: quia non interuenit hic fraus formaliter, sed interpretatiue. Est. n. præter intentionem huiusmodi religiosorum talis fraus. Nec est euētus istius fraudis omnino in opinatus benefactoribus, quoniam facile nosse possunt donantes perpetua immobilia quod fluxu temporis cadunt statu religiosorum: cum humana omnia caduca esse cōstet. Et sicut datur q̄ donando absque prouisione q̄ deuoluantur ad alios inseruiētes religiosis actibus, implicite acceperūt se frustrandos quandoque suo intento. Scienti autem, & uolenti nō fit fraus sicut nec iniuria. Ratio secundi dubii est: quia sicut miles tenetur ad stipendii restitutionem si desistit à militaribus actibus: ita religiosus tenet̄ ad restitutionem, cum huiusmodi eleemosynę sint quasi stipenda ipsorum. Et confirmatur, quia sicut stipendiū militare non dat̄ nisi militaturis in ueritate: ita stipendium sustentationis religiosorum non datur nisi religiosè uiuere uolentibus, non fingentibus: ita q̄ sicut milites armatæ militiæ non efficiūt̄ suū, sed tenentur illud restituere si ficti suscipiunt, aut ficti prosequūtur: ita clerici & religiosi si aut ficti suscipiunt, aut ficti prosequuntur, non efficiunt stipendia sua, sed tenentur ad restitutionem.

¶In oppositum āt est, quia diutius est hic sermo, & tot Ecclesiæ declinasse uhī à religiosa uita, vt si ad restitutionem tenerentur, oportet magnam dānationem inducere.

¶Ad euidentiā horū considerādū est, q̄ inter religiosos & principes, seu quoscunq; alios qui cōtulerunt eleemosynas eis, nō est habitudo sīr aliquem contractum iustitiæ proprie dictæ, sed solum sīn debitū gratitudinis. Nā donantes beneficium eleemosynæ conferūt & religiosi naturali iure tenentur tali dono gratiam retribuere suis religiosis actibus, qn̄ non alia ab eis expectantur retributio. Vnde & in litera de beneficio donorū mentio fit, quæ constat ad gratiæ uirtutem spectare. Et q̄a g̃e contrariatur ingratitudo, idcirco nō solum interuenit in huiusmodi omissione peccatum mortale, qn̄ contingit ingratitudo mortalis. Vt āt ex supradictis de ingratitudine patet, in duobus casibus ingratitudo ingerentur peccatum mortale, vel formaliter, cum cōtemptus interior adest beneficii: vel materialiter, cum illud omittitur quod talis est conditionis, quod necessario exhibendum est beneficio: & propterea in proposito si religiosi in contemptum prorumpunt suscepti beneficii, ingrati mortaliter & formaliter sunt. Et si omittūt religiosos actus, ad quos de necessitate præcepti tenentur, ingrati quoque mortaliter sunt, materialiter tamen. Si autem omittūt aliquos religiosos actus, ad quos tenentur sub præcepto, ingrati uenialiter ac materialiter sunt. Et ideo in litera optime dicitur absolute, q̄ illicitus redderetur eis usus prædictorum donorum, si actibus religiosis desisterent. Et per hæc patet solutio primi dubii.

¶Ad obiectionem autem in oppositum dr̄, q̄ qn̄ deest contemptus reddendę gratiæ, seu soluendi debitum beneficio, non est fraus nisi materialiter, eo q̄ non ex intentione ingratitudini opera datur. Fraus autem in reddenda gratia materialiter, non semper est mortalis, sed ut dictū est, iuxta conditionē omissi mensuratur: q̄d in proposito est actum religiosis præceptus, vel nō pceptus. Nā pceptus actus, si omittitur, ingratitudinis fraudē mortalē inducit. Si verò omittitur actus debitus, sed non pceptus, venialē tn̄ fraudem inducit. Et sic sp̄ fraus in his illicitum usum mortaliter, vel venialiter reddit.

¶Ad secundū aūt dubium dr̄, q̄ religiosi, desistētes a religiosis actib. et pceptis, nō tenent̄ ad restitutionē, sed priuādi sunt, superioris authoritate vsu talium bonorū, si a pceptis desistāt. Et ratio quare non tenent̄ ad restōnem est, q̄a peccatum eorū consistit in abusu rei suæ, & n̄ i vsurpatione alieni. Bona siquidem eis eleemosynaliter collata, facta iā sunt sua ex dono largitorum. Et ppea in litera dr̄, q̄ taliū donorū vsus eis illicitus redderet̄. Rō aūt quare tollenda sunt a talibus religiosis hmōi bona, in pōptu est, vt. s. superioris authoritate impleat̄ intentio pia eorū qui donarunt ad Dei honorem, & Deo dicati reditus nō prophanentur.

¶Ad obiectionē aūt in oppositū ex similitudine stipēdij militaris, r̄ndetur q̄ similitudo non tenet: q̄a in stipendio militari intelligitur interuenire cōtractus iustitię cōmutatiuæ exigēt æqualitatē mercedis & locatæ opæ militis. Et iō sicut in cæteris contractibus commutationum, deficiēte altero extremo æqualitatis, restitutio est facienda, ita & in stipēdio militari. Sed in proposito non interuenit contractus aliquis iustitiæ, sed liberalis collatio bñficii tpalis ex una parte, & gratitudinis uinculū, qd̄ non legale, sed morale debitum inducit, ex altera parte. Et ppterea ex quo a principio nulla fuit fraus, facta sunt religiosorum, q̄ eis liberaliter collata sunt: & cōsequenter abutendo illis, abutuntur non alienis, sed suis. Et p hæc patet respōsio ad confirmationem, quia. s. stipendium non sit militis siue a principio, siue post desistat a militia quantum ad illam partem tpis pro qua desistit: quia datur ei ut merces operis sūb formā iustitiæ. Sed eleemosynæ religiosis donatæ, fiunt statim suæ, si a principio fraus defuit, quia non ut merces, sed ut liberale donum ad eos deuenit. Et iō desistentes a debitis actibus, etsi peccent abutendo donis susceptis, non tn̄ ad restitutionem tenentur, quia non utuntur alienis, sed abutuntur proprijs.

¶In eodem articulo circa primā cām debiti. s. necessitatē, aduerte q̄ necessitas hēt magnā latitudinē. Et iuxta diuersos suæ latitudinis gradus, diuersimode facit alienū mihi debitū. Nā sīb supremum gradum, q̄. s. necessitas est extrema, facit mihi aliena ita debita, ut qcquid mihi occurrit pro sustentatione opportunum, meum sit. Iuxta alios uero gradus debitum morale

sale summo inducit, quo indigẽtibus infirmis dat quilibet sciẽs potens subuenire, esurientes cibare, sitientes potare &c. Et ad hanc indigentiã spectãt oẽs tres necessitatis grad⁹ in lra positi, ex infirmitate corporis, ex insufficiẽtia mercedis, & ex corporis delicata cõsuetudine. Qđ oib. his uim debiti tribuere necessitatẽ, manifestat author ex eo q i summo gradu [illegible] ¶ Circa secundam uerõ debiti causam, s. exhibitionem, notã tria. Primum est, q non solũ exhibere p̃dicationẽ, aut sacra populo, sed ẽt exhibere Deo sacrificium altaris, parit debitũ uiuendi ex eleemosynis. Et iõ assignat in lra, quia sacrificiũ altaris ubicunq; agatur, cõe est toti populo fideli: ac per hoc claudimus hic actus intra exhibitionem, q populo fit. Secundũ ẽ, q insistere studio ñ philosophiæ, aut alicui⁹ liberalis artis, sed theologiæ, parit ẽt debitũ ex eleemosynis uiuẽdi. Dr aũt uacare studio theologiæ nõ solũ q actualiter studio theologiæ intendit, sed qui iõ per logicã uel philosophiã trãsit, ut ad theologiæ speculatiuę sublimitatem perueniat, si tñ ad hoc idoneus ẽ: alio quin imprudenter p talẽ uiam ingreditur. Tertium est, q oium Christianorum vna ẽ republica quoad subsidii temporalis distributionẽ, sicut quo ad spũalium meritorũ cõmunionẽ. Hinc.n. ex Augustino deducitur, q religiosis q donant sua monasterio orientali, debeant sũptus à monasterio occidentali. Hinc oritur summus Pontifex à quantũcunq; remotissimis partibus Ecclesiæ auferre posse & distribuere in alias Ecclesiæ partes remotissimas. Hinc oritur, q restitutio uni ecclesię regulariter faciẽda posse rõnabiliter sup[er]ioris authoritate alteri pio usui applicari. ¶ In eodem ar. circa illud, Si uero absque necessitate & utilitate quam afferant, uelint otiosi uiuere aliqui religiosi de eleemosynis, q monasterio dantur, hoc est eis illicitum, dubium occurrit duplex: 1 quia non vñr enumeratæ in lra cõditiones religiosorũ illicitẽ uiuentiũ ex eleemosynis sufficere ad hoc, ut illicitẽ uiuãt ex eleemosynis monasterii, & sic cõclusio lræ est falsa. Manifestaf qđ dicamus i multis religiosis sanis ac robustis corpore, nõ p̃dicantibus, nõ celebrantibus, nõ intẽdẽtibus studio sacræ scripturæ, q neclsa cõsiliẽdit monasterio alicui, aut pauperibus & tñ uiuunt ex eleemosynis monasterio collatis. Scdo

